This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.


+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/


1817
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
CIRCUMSPICE

1817
ARTES VERITAS SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUÆRIS PENINSULAM AMŒNAM
CIRCUMSPICE

L. B. a Schellersheim.


CATO.

DIONYSII CATONIS
DISTICHA,
DE MORIBUS
AD FILIUM.

CUM NOTIS INTEGRIS SCALIGERI, BARTHII, DAUMII; SCHOLIIS ATQUE ANIMADVERSIONIBUS SELECTIS ERASMI, OPITII, WACHII; ET METAPHRASI GRAECA PLANUDIS ET SCALIGERI.

Quibus accedunt

BOXHORNII DISSERTATIO, ET HENRICI CANNEGIETERI RESCRIPTA BOXHORNIO DE CATONE;

Nec non

JOAN. HILD. WITHOFII DISSERTATIONES BINAE DE DISTICHORUM AUCTORE ET VERA ILLORUM LECTIONE.

Recenſuit, ſuasque adnotationes addidit

OTTO ARNTZENIUS.

Editio altera auctior & emendatior.

AMSTELAEDAMI,
EX OFFICINA SCHOUTENIANA.
M. D. CC. LIV.

878
C485
A77

5 92 562 - 613

INLUSTRISSIMIS, AMPLISSIMIS
ET GRAVISSIMIS VIRIS,

FERDINANDO VAN COLLEN,

J. U. D. TOPARCHAE IN GUNTERSTYN, DOMINO IN TIENHOVEN, ETC. ETC. VIRO CIVITATIS AMSTELAEDAMENSIS CONSULARI, ETC. ETC. ETC.

GERARDO ARNOLDO HASSELAER,

J. U. D. REIP. AMSTELAEDAMENSIS SENATORI, SOCIETATIS INDICAE ORIENTALIS MODERATORI, VIRO CONSULARI, ETC. ETC. ETC.

PETRO RENDORP,

J. U. D. TOPARCHAE IN MARQUETTE, URBIS AMSTELAEDAMENSIS SENATORI, ET, PENES QUEM CUM MAXIME FASCES SUNT, CONSULI, ETC. ETC. ETC.

INLUSTRIS ATHENAEI CURATORIBUS, GYMNASIIQUE LITERARII SCHOLARCHIS PRUDENTISSIMIS, MAGNIFICENTISSIMIS;

NEC NON

VIRO,

NOMINIS FAMA ATQUE ERUDITIONIS LAUDE CELEBRATISSIMO,

PETRO BURMANNO,

J. U. D. HISTORIARUM, ELOQUENTIAE, LINGUAE GRAECAE ET POESEOS IN AMSTELAEDAMENSI ATHENAEO PROFESSORI, BIBLIOTHECAE PUBLICAE PRAEFECTO, GYMNASIIQUE VISITATORI HONORATISSIMO, ETC.

RELIGIONIS, LIBERTATIS, HUMANIORUM LITERARUM ARTIUMQUE LIBERALIUM FAUTORIBUS ET PATRONIS

S. P. D.

OTTO ARNTZENIUS.

QUum primum Dionyſium Catonem publicare in animum inducerem, nihil minus cogitavi, quam me eum aliquando Inluſtriſſimis Clariſſi-

riſſimisque Veſtris Nominibus dedicaturum. Cum enim hunc Scriptorem jam ante complures annos Trajecti per otium, in quo tum verſabar, in lucem emitterem, judicabam pro meis me copiolis huic Dionyſio, non quidem primi Ordinis Scriptori, ſed qui plus tamen in receſſu, quam prima frons promittere videatur, reconditum habet, ſatis abundeque feciſſe; nec umquam me de eo recudendo cogitaturum, ſed, ſi quid hujusmodi denuo ſuſcipiendum eſſet, operam curamque meam Egeſippo aliive potius Scriptori inpendendam eſſe, animo ſtatuebam. Verum ut res humanae incertae ſunt & mutabiles, haud diu poſt in alias Hollandiae Civitates docendi cauſſa evocatus labores quotidianos, in publico munere prae reliquis curis conſumendos, magis magisque accreſcere ſenſi, ita ut hoc potiſſimum agendum, atque Adoleſcentibus, ipſorumque ſtudiis, quantum quidem a me fieri poſſet, in primis conſulendum exiſtimarem. Non temere

re itaque operis cujusdam edendi conſilium capiendum videbatur, quam diu plus utilitatis publico munere rite fungendo, quam privatis lucubrationibus in commune redundare putarem. Cum autem hac mente Rectoris muneri, ſimulque Collegii Literarii Moderatoris apud Delfenſes in Batavis laeto atque alacri animo noviſſime vacarem, nec opinato evenit, ut a Nobiliſſimis atque Ampliſſimis hujus Urbis Conſulibus & Scholarchis ante hos octo annos invitarer, ut Moderamen Gymnaſii Amſtelaedamenſis in me, id minime prenſantem, ſed ultro oblatum, ſuſciperem. Parui ſtatim Ampliſſimorum Virorum Auctoritati & benigno de me meisque rebus judicio, ac libenti animo, in hanc Veſtram Civitatem, Nobilem illam, almamque Batavicarum Urbium Matrem, honorificentiſſime vocatus, ſedem in ea rerum omnium ac fortunarum mearum collocavi, riteque, captis auſpiciis, Provinciam oblatam ſuſcepi; quam

ab

ab eo tempore, ringatur licet invidia, ita adminiſtravi, ut ſemper Ampliſſimorum Graviſſimorumque Conſulum ac Scholarcharum, nec minus Veſtrum favorem ac benevolentiam, Viri Inluſtres, rebus non minus quam verbis fuerim expertus. Sinite, quaeſo, Maecenates Optimi, ut eamdem benignitatem deinceps quoque diligenti atque adſidua commiſſi muneris functione, Divini favoris aura adſpirante, mereri pergam, mihique in ea, quod mirifice induſtriam acuit, porro gloriari contingat. Cum autem ita in Scholaſticis nuper laboribus ac ſtudiis totus verſarer, nonnullorum vota & repetitae efflagitationes, Amicorumque exhortationes tandem me, neſcio quomodo, inpulerunt, ut priorem meam Dionyſii Catonis Editionem, dudum deſideratam, recenſerem, novamque ejus ἔκδοσιν *procurarem. Fateor, non niſi difficulter a priori conſilio, quod animo haerebat, diſceſſi; tandem vero ne de-*

DEDICATIO.

Ampliſſimi ac Nobiliſſimi, Deum Opt. Max. precibus & votis venerari non deſinam, ut Vos Nobiliſſimasque Familias Veſtras in Patriae, Civitatis, Libertatis Religionisque, Athenaei & Gymnaſii commodum ac bonum quam diutiſſime incolumes florentesque tueatur & conſervet. Valete. Dabam Amſtelaedami ipſis Idib. Maj. M. DCC. LIV.

PRAE-

PRAEFATIO.

CANDIDO ATQUE ERUDITO LECTORI

S. D.

OTTO ARNTZENIUS.

QUod numquam mihi uſu venturum exiſtimaveram, ut alteram horum Diſtichorum Editionem procurarem, repetitae quorumdam Bibliopolarum petitiones atque Amicorum exhortationes tandem effecere. Quid priori Editione, Trajecti ad Rhenum anno M. D. CC. XXXV. edita, a nobis actum praeſtitumque ſit, ex ejuſdem Praefatione, quam huic ſubjunximus, jam notum eſt iis, qui eamdem evolvere dignati ſunt, aut inde facillime cognoſci adhuc poterit. Reſtat itaque, ut de nova hac ἐκδόσει paucis agamus, Lectorique Benevolo iterati hujus laboris rationem exhibeamus. Ante omnia autem curae fuit, ut plures melioresque, quam antea uſus eram, Codd. MSS. antiquasque Editiones, quae forte alibi laterent, inveſtigarem atque

in lucem protraherem. Sed, cum hujus Libelli MSS. rariores omnino & pauciſſimi ſint, non mirum, credo, videbitur, me in eo fere fruſtra laboraſſe. Clariſſ. tamen atque Eruditiſſimus Vir HENRICUS CANNEGIETERUS, cui in hoc genere prior illa & Trajecti edita Editio plurimum debet, opportune me per literas certiorem fecit, quondam ſeſe ex Cl. JOANNE GASPARO HAGENBUCHIO, Turicenſis in Helvetia Academiae Profeſſore, Nominis atque Eruditionis fama florentiſſimo, cognoviſſe, Virum illum inter alia poſſidere variantes horum Diſtichorum Lectiones quam plurimas, quas ipſe ex Codice Bibliothecae Turicenſis publicae quondam manu ſua enotaverat. Continuo itaque ab Amico candidiſſimo petere ſuſtinui, ut, ſi commodum eſſet, ad *Cl. Hagenbuchium* literas daret, illamque Collationem, utpote novum huic Editioni decus adlaturam, meo nomine quam humaniſſime efflagitaret. Neque hic me ſingularis ipſius benevolentia deſtituit, ſed, datis ſtatim literis, easdem illas variantes Lectiones a Viro humaniſſimo haud ſane difficulter obtinuit, mecumque, quod gratus agnoſco, communicavit. In Capite hujus Collationis Cl. ejus Auctor ſcripſerat: DISTICHA MORALIA *nomine* CATONIS *inſcripta, cum MS. membranaceo, quod in Civica Turicenſium Bibliotheca adſervatur, collata a Jo. Gaſp. Hagenbuchio, anno* CIↃ. IↃ. CC. XXIV. *ad Editionem,*

nem, quae prodiit Tiguri CIↃ. IↃ. C. LXXXIII. *in Oct.* Profecto haec Collatio tanta cura, tantaque induſtria ab Optimo Viro, anno abhinc undetriceſimo, inſtituta eſt, ut voces non tantum & literas, ſed ipſos literarum apices nobis clariſſime ob oculos poſuerit, nihilque in hoc genere adcuratius jure deſiderari poſſit. Et hinc ipſe Collationis Auctor in fine ejus addidit: *In enotandis varietatibus quibusdam nimius fuiſſe exiſtimabor: mihi tam accurato eſſe placuit, ut certo ſciam, cetera, quae non enotavi, omnia in MS. legi prorſus ita, ut in edito. Abſolvi collationem die* XIV. *Novemb.* CIↃ. IↃ. CC. XXIV. Quantum autem hujus Codicis lectiones genuinis ipſisque Dionyſii verbis rite reſtituendis & in textum nonnumquam revocandis contulerint, Docti facile e notis noſtris intelligent, Viroque Humaniſſimo pro inſigni hoc dono ac munere Literario mecum merito, ſat ſcio, luculentas agent habebuntque gratias. Ceterum praeter Editiones, quas olim conſuluimus, quarumque ſeriem in prioris Editionis Praefatione contexuimus, nunc inſuper diligenter excuſſimus alias quatuor, quod iſto nobis labore, cum ob venerandam vetuſtatem, tum ob ipſarum Editores prae reliquis digniſſimae ſint viſae. Prima eſt Erasmi, impreſſa, quantum ex reliquis opuſculis, his Dionyſii Diſtichis adjunctis, cognoſcere licuit, Argentorati in Aedibus Schurerianis anno CIↃ. IↃ. XV. for-

forma, quam quartam vocant. Inſcribitur illa: *Catonis praecepta moralia, recognita atque interpretata ab Eraſmo Roterodamo.* Secunda ejusdem fere formae quo loco, quove anno edita ſit, ex nulla ejusdem parte elicere potui; in fronte certe nulla eorum indicia exſtabant, quare ad finem libri quaeſivimus, ſed fruſtra; nam illic ultima deërant folia. Inter reliquos Scriptores, qui hoc volumine continentur, ſimpliciter dicitur *Auctor* vel *liber Catonis.* In hac autem Editione iidem exſtant commentarii, quorum mentionem facit *Cl. Cannegieterus* in Reſcriptis Boxhornio Cap. xxv. pag. 467. ut oſtenderet, *quosdam ſublimiſſimi ingenii Magiſtros*, (ſic enim decenter jocari juvat) *qui moraliſando divinitus huic Catoni contigerint, nihil omiſiſſe, quo magis eum Seraphicae ſuae doctrinae accommodarent.* Praefatio hujus commentarii paullo aliter, quam quidem in Reſcriptis Boxhornio legitur, non ſine variantibus inchoat. *Summi Deus largitor premii, via conſtans, fons refrigerii, terre vices obtemperans; a quo ſtillat totius gratie plenitudo, ſitienti mihi doctrine pocula ſalutaris donum conferat gratie: ut ſtilus meus ebetatus, corpore deſidia denigratus ociorumque rubigine excellentiſſimus efficaciſſimusque doctrine dotibus acuatur.* Sed taedet nugarum. Si haec itaque Editio, cujus mentionem facimus, illaque, quam ad partes vocat *Cl. Cannegieterus*, quamque *Jac. Burk-*

Burkhardus de Fatis Ling. Lat. in Germ. p. 287. recenſet, una eademque ſit, quod tamen non crediderim, typis deſcripta eſſet Anno CIↃ. CCCC. XCIV. Exiſtimat quoque Clariſſ. P. BURMANNUS, Amſtelaedamenſis Athenaei decus atque ornamentum, hanc editionem, ut in fronte ejusdem notaverat, eſſe Anni CIↃ. IↃ. XX. apud Martinum Boillonium inpreſſam, quam inter alias vetuſtiores laudat Leyſerus Hiſtor. Poëtarum Medii aevi, pag. 1063. Hanc namque, & primo loco memoratam Editionem ex inſtructiſſima ſua libraria ſupellectile idem Vir *P. Burmannus* pro ſingulari in literas amore nobis ſuppeditavit, addiditque inſuper exemplar Codicis MS. Metaphraſis Planudae, ab Eruditiſſimo Marco Meibomio olim manu ſua nitidiſſime deſcriptum, & cum Veneta Editione Anni M. D. XLV. in VIII. collatum, de quibus mox latius ſuo loco. Publice interim pro inſigni iſtac liberalitate Viro promptiſſimo in adjuvandis Eruditorum conatibus debitas meritasque agimus gratias. Tertia autem, quam manibus verſavimus, Editio inpreſſa eſt apud Sebaſt. Gryphium Lugduni CIↃ. IↃ. XXXIII. in Octavo, ut vocant, cum Scholiis Eraſmi Roterod. cujus inſcriptio eſt: *Libellus elegantiſſimus, qui inſcribitur Cato de praeceptis vitae communis.* Quarta vero typis exarata eſt Argentorati CIↃ. IↃ. LIX. cujus titulus eſt: *Diſticha moralia, nomine Catonis inſcripta, &c. ex poſtrema Maturini Corderii*

derii recognitione. Quinta denique, Octavam formam praeferens, ſed cui titulus deeſt, prodiit ſimul cum Scholiis Erasmi & Crucii, quo vero anno aut loco, ob tituli defectum, haud temere dixerim. His itaque nondum evulgatis Codicum Editionumque vetuſtate venerabilium Copiis inſtructus, denuo, ut veram inde Diſtichorum lectionem inveſtigarem, ad Catonem hunc acceſſi; numquam enim iſtorum conſilium probare potui, aut a Religioſo quodam Critico probatum novi, qui omnia, non ad Librorum fidem, ſed temere & audacter, quaſi id jus ſibi, ſi Dis placet, ſolis in veteres Scriptores graſſandi competeret, turbare & pro libidine ac prurigine ſua confodere ac mutare conſueverunt. Quid autem a nobis tot MSS. Editionumque ope atque auxilio ſit praeſtitum, meum non eſt verbis praedicare, judicium ejus ſit penes Lectores AEquos atque Eruditos. Aliam etiam & meliorem, ni fallor, notarum omnium ſub ipſo contextu collocandarum, quod priori Editione Trajectina per avaritiam Bibliopolae fieri non licuit, rationem inivimus. Notas JOSEPHI SCALIGERI, CASPARI BARTHII, & CHRISTIANI DAUMII, ut in Trajectina erant Editione, integras dedimus. Notis autem Scaligeri ante Erasmi Scholia locum adſignavimus, quod illae non tantum ad Latinum, ſed & ad Graecum textum pertineant. DESIDERII ERASMI vero Scholia, quia nonnum-

numquam nihil praeter meram Metaphraſin, illis quidem temporibus, quibus conſcripta ſunt, utiliſſimam, ſed huic aetati Virisque Eruditis minus adcommodatam probatamque, nonnihil excerpſimus. Ubi tamen ad verum Diſtichorum ſenſum interpretandum, aut genuinam eorum lectionem eruendam, quidquam peculiare haberent, ſtudioſe omnia retinuimus. Idem dicendum de Doctiſſimi MARTINI OPITII atque optimi Viri GILBERTI WACHII, Naſſenhubienſis Eccleſiae Paſtoris notis atque animadverſionibus. Pauca, fateor, illarum omittenda judicavi, quod nihil praeter Rabbinorum adagia, huc parum ſpectantia, continerent. Praeterea hac commoditate haec quoque commendabilis eſt Editio, quod Lectores in Notis ubique ad Reſcripta Boxhornio, rerum optimarum refertiſſima, ablegantur, quibus Diſticha vel emendantur vel inluſtrantur. Notas quoque noſtras inſigni adauctas eſſe incremento, monere, credo, non opus eſt. Doleo autem, fruſtra nunc deſiderari ea, quae olim VOSSIUS ad hunc Auctorem commentatus eſt. Scribit enim ad Velleium Paterc. Lib. II. Hiſt. Rom. Cap. XCVIII. *De quo loco brevi pluribus ad ethnicum Gnomologum illum agemus. Nam toto errant coelo, qui Chriſtianum fuiſſe arbitrantur.* Utinam aliquando haec Doctiſſimi Viri Commentarii, ni omnis ſpes ea penitus decollaverit, in lucem protraherentur! Ad Graecas jam Interpre-

pretum veniamus Metaphraſes. Quatuor olim Trajectina Editione edi curaveram, MAXIMI nimirum PLANUDAE, JOSEPHI SCALIGERI, MATTHAEI ZUBERI & JOANNIS MYLII; ſed cum duae poſteriores *Zuberi* & *Mylii* minus nunc ad inſtitutum noſtrum facere viderentur, nec ipſa Editionis ratio tantam molem ferre poſſet, eaſdem omittendas cenſuimus. Porro pag. hujus Editionis 335. locum adſignavimus Appendici notarum atque obſervationum, quas Capitibus quibusdam ex additamento Critico PAGANINI GAUDENTII, ut ſunt in *Everardi Ottonis* Juris Romani Theſauro, Tom. III. nec non ex Obſervationibus Miſcellaneis Nobiliſſ. atque Erudtiſſ. Viri CORNELII VALERII VONCK nonnihil ſupplevimus, quod illa nobis digniſſima viſa ſint, quae hic quoque, utpote ad Auctorem noſtrum unice ſpectantia, legerentur. Has notas atque Obſervationes excipiunt Variantes Lectiones Graecae *Planudae* Verſionis e Codice MARCI MEIBOMII MS. atque Editione Veneta Anni cIↃ. IↃ. XLV. de quibus jam antea mentionem feci, collectae. Has ſeparatim edimus neceſſitate quadam coacti, cum jam inſignis hujus Libelli & notarum pars typis eſſet deſcripta, priusquam haec ἀνέκδοτα in manus meas pervenirent. Dein ſequuntur ordine eodem, quo in priori erant Editione MARCI ZUERII BOXHORNII *Diſſertatio de Diſtichis, quae ſub Catonis nomine circumferuntur,*

tur, & HENRICI CANNEGIETERI *Reſcripta Boxhornio de Catone*, *in quibus de nominibus*, *aetate ac ſtilo Dionyſii Catonis.* Haec autem Reſcripta, cum avidiſſime jam olim ab omnibus Eruditis accepta, in actis Eruditorum Anni cIↄ. Iↄ. cc. XXXVIII. Menſe Mart. Part. I. pag. 105. aliisque hujusmodi ſcriptis laudata, & nunc denuo novis quibusdam notis atque integro Capite XXXIII. ab Eruditiſſimo Auctore aucta & inſigni decore adornata ſint, meo profecto non egent praeconio. Accedunt porro iteratae huic Editioni noſtrae Clariſſ. atque Eruditiſſimi JOANNIS HILDEBRANDI WITHOVII *Diſſertationes binae*, antea numquam editae, *quarum altera agit de genuino Diſtichorum Dionyſii Catonis Auctore*, *altera de vera Diſtichorum lectione.* His in manus meas delatis, & cupidiſſime ſtatim, ut fieri ſolet, perlectis, facile ex iis & ſimul e Cl. *Cannegieteri* literis, iiſdem adjunctis, intellexi, has Viri Doctiſſimi Diſſertationes non in omnibus huic, nec magis Trajectinae noſtrae Editioni reſpondere. Mirum ſane! cum dudum ante de Diſtichorum Auctore erudite atque egregie inquiſiverit Cl. *Cannegieterus* in Reſcriptis Boxhornio, quae priori noſtrae Editioni adjecimus; atque ego lectionum omnium Varietatem ex Codd. MSS. & vetuſtiſſimis Editionibus non ſine aliqua induſtria & cura eruerim, Virum Clariſſ. *Withoſium* induci non

** po-

potuiſſe, quantumvis admonitum & rogatum, ut aut Reſcripta illa, aut ullam Editionis noſtrae partem inſpiceret. Quare futurum puto, ut tanta Sententiarum divortia, quae facile caveri potuiſſent, non inmerito indignetur aequus Lector. Sed de his viderint alii, ad quorum curam haec potiſſimum pertineant. Ceterum Eruditorum de Auctore noſtro judicia, quae in poſtrema Editionis Trajectinae parte leguntur, nunc, ut in fronte fere libri poſt Editorum Praefationes collocarentur, conſultius exiſtimavimus. Indices quoque neceſſarios in fine addidimus, Rerum nimirum & Verborum, quae in Notis & Reſcriptis Boxhornio continentur, nec non Auctorum Veterum ac Recentiorum, in iisdem emendatorum, explicatorum ac refutatorum. Notarum qui ſunt, Fratris mei Filius cariſſimus HENRICUS JOANNES ARNTZENIUS collegit, brevi novam Sedulii Editionem ad fidem Codicum emendatam daturus. Huic interim, Lector benevole, quidquid utilitatis inde redundet, acceptum referas, velim. Poſtremo, ut hoc moneam, ſequuntur addenda atque emendanda. Quae vero de vitiis Typographicis & compendiis notisque Scripturae, quibus in deſignandis libris ſcriptis & editis uſus ſum, in priore dixi Editione, ea hic repetere nihil attinet; in ſequenti enim Praefatione legi poſſunt. Erratis autem meisque commiſſis ut aequus Lector pro humanitate ſua veniam tribuat,

buat, rogo; nec difficulter me ab eo hoc impetraturum confido, ſi quid umquam hujusmodi inter multas & laborioſas occupationes tentarit. Vale, &, ſi quid meruerim, fave. Dabam Amſtelaedami Ipſis Kal. Maji. CIↃ. IↃ. CC. LIV.

PRAEFATIO

TRAJECTINAE EDITIONI PRAEFIXA.

BENEVOLO LECTORI S!

Quae cauſſa me inpulerit, ut Dionyſii aureas ſane Sententias extruderem in lucem, breviter & candide exponam. Cl. *Cannegieterus*, Vir meo major praeconio, datis ante aliquod tempus ad me literis, amice petiit, cum jam Diſſertationem de Dionyſio ſeu Reſcripta Boxhornio pararet, ut novae, quam Ipſe, ſed aliis tunc diſtractus negotiis, meditabatur, Editionis curam in me ſuſciperem. Cui Viro ut multum debeo, quoque monitore laetor ſaepe & gaudeo, ſic aliquid hujus generis ei denegare, non ex re noſtra duximus. Quam ob rem etiam ad me, lubentiſſime Ipſius cedentem ſententiae omne id, quod in inſtructiſſima ſua libraria ſupellectile latebat, & uſum aliquem ad exornandam hanc, quam vides, Catonis Editionem

tionem praeſtare poſſet, ſponte & ultro detulit. Pro ſingulari itaque, qua eſt erga literas humaniores, benivolentia & amore inſpiciendas atque utendas nobis commiſit Editiones varias, ex quibus ſequentes, vetuſtate fere & quod in diverſis ac longe diſſitis Europae Partibus Regionibusque lucem primum adſpexerunt, ſatis venerabiles, in uſum noſtrum convertimus. Prima edita eſt Pariſiis cum Max. Planudis verſione Graeca apud Martinum Juvenem anno cIↄ. Iↄ. LII. & ad vetuſtiſſimum exemplar MS. emendata. Altera Neapoli apud Jacobum Chouët anno cIↄ. Iↄ. XCVIII. cui Italica accedit verſio. Tertia excuſa eſt Florentiae apud Bartholomaeum & Marcum Sermartellium anno cIↄ. Iↄ. C. IV. *Quae cum exactiſſimis R. P. Joan. Mariae Verrati, Ferrarienſis, Carmelitae congregationis Mantuanae, Theologi Clariſſimi, commentariis prodiit*, ſed infeliciter admodum ex Sacris Literis inluſtrata eſt. Quarta Antverpiae ex Officina Chriſtophori Plantini, anno cIↄ. Iↄ. LXVIII. ſimul cum Auſonii operibus & Pulmanni Scholiis, quod ſaepius factum eſt, ornata. Quinta, quae etiam memorari meretur, inpreſſa eſt Franequerae apud Aegidium Radaeum anno cIↄ. Iↄ. C. IV. cum Graeca Planudis verſione & D. Eraſmi Roterod. Scholiis. Sexta demum illa eſt, quam Vir Doctiſſimus Gilbertus Wachius, Eccleſiae tunc Naſſenhubienſis Paſtor, Gedani publici juris fecit anno

cIɔ. Iɔ. c. xcvii. ſimul cum Max. Planudis, Joſ. Scaligeri, Matth. Zuberi & Jo. Mylii Graeca & Martini Opitii verſione Germanica, ejusdemque Opitii excerptis & integris Cl. Chriſtiani Daumii, Viri Eruditiſſimi, & Caſpari Barthii notis. Has omnes, quotquot ſunt Editiones nobiſcum communicavit amiciſſimus *Cannegieterus*, cui pro hoc aliisque beneficiis maximas publice ago habeoque gratias, majores tamen, quod, ut antea adoleſcentem me optimis artibus erudiit, manuque quaſi formavit, ſic nunc ſtudia mea re & conſilio numquam non adjuvare & fovere pergit. Editionem vero, quam Eucharius excudit anno cIɔ. Iɔ. xxviii. cum Erasmi Scholiis & Planudis verſione Graeca Bibliothecae debemus Trajectinae publicae. Porro horum Diſtichorum Editionem, quam Tremoniae divulgavit Arnoldus Weſthovius anno cIɔ. Iɔ. xcii. una cum Praefatione & lemmatibus Joannis Sturmii, (unde cuivis facile, quid de Lemmatibus * habendum ſit, adparet) benigne nobis conceſſit Eruditus Vir *Henricus Dreux*, cui paria, quam primum ita feret occaſio, referam lubens. Denique ad manus fuit Petri Scriverii *Editio ſerio*, ut ait ipſe, *caſtigata*, quae in calce Editionis Amſtelaedamenſis apud Joannem Janſſonium anno cIɔ. Iɔ. c. xlvi. conſpici-

ſpici-

* Neque aliter de Lemmatibus Martialis judicat Eruditiſſ. Scriverius Animadv. in Spect. p. 4. Vid. quoque Rhenanum & Cl. Drakenb. ad Livium Lib. II. Cap. XXXVI.

ſpicitur, in qua inſigniter ſaepe a vulgatis Editionibus deflectit. An vero ullis adjutus MSS. an ſolo ſuffultus judicio arteque critica ad opus hoc acceſſerit, dubitari poſſet. Attamen ſcimus, Virum hunc, extra omnem dubitationis aleam Eruditiſſimum, caſte nimis & ſancte Veterum ſcripta habuiſſe, quam ut omnia pro libidine ſua & caeca corrigendi prurigine inmutaſſe, qua nonnulli in optimos tam Graecos quam Latinos Auctores foede ac turpiter hoc tempore graſſantur, haberi vel cenſeri debeat. His jam copiis atque Editionibus inſtructus alia etiam auxilia circumſpicere coepi, cum opportune per literas me edocuit Frater conjunctiſſimus *Joannes Arntzenius*, ſe olim quatuor hujus Auctoris MStorum Collationes e margine libri Cl. *Havercampi* deſcripſiſſe, quarumque copiam tum humaniſſime nobis largitus eſt. Unam vocabat *Collationem Voſſii*, alteram *Collationem Codicis Voſſii Membranacei*, tertiam *Collationem veteris Chartacei*, quartam denique *Collationem Veterrimi Reginae Codicis*. Ut autem mihi conſtaret, unde has haberet Cl. *Havercampus*, ſtatim ad Virum Eruditiſſimum literas dedi, ut hac de re, ipſi ſi commodum eſſet, me certiorem faceret. Nec diu me dubium haerere paſſus eſt, ſed mox humaniſſime reſcripſit, tantum temporis effluxiſſe, a quo has inſtituerat ſeu deſcripſerat Collationes, ut memoriae amplius

non ſuccurreret: ipſum autem exemplar ad cujus marginem easdem Collationes adleverat, ſimulque notas quasdam ex Doctiſſ. *Almelovenii* libro deſcriptas tranſmiſit, nec tamen, quod tanto opere optaram, inde diſcere mihi licuit, unde Cl. *Havercampus* has ſibi Collationes comparaſſet. *Veteri tamen Chartaceo* in fronte Libri, ut fieri adſolet, notatas vidimus literas *B. L. B.* quae *Bibliothecam Lugduno-Batavam* adſignificare poterunt; in qua certe reperitur *Codex Chartaceus*, quem *Leidenſem tertium* vocare ſoleo. At inter hunc *Codicem Chartaceum* noſtrumque *Leidenſem tertium* aeque certe convenit ac inter convivas, aut horologia, ut Lectori ex notis noſtris ubique fere intelligere licet; ita ut non iidem ſed diverſi, mea quidem ſententia, haberi debeant. Porro quaſi ſatis non eſſet, inſigni hoc me devinxiſſe beneficio, poſtea inſuper idem Vir Clariſſ. tranſmiſit Editionem omnium noſtrarum antiquiſſimam, Auguſtae Vindelicorum per Simpertum Ruff anno cIↄ. Iↄ. xxiii. typis deſcriptam, ſimul cum Planudis Verſione Graeca aliisque diverſorum Poëtarum Carminibus. Praeterea Doctiſſimorum Virorum benivolentia *Petri Burmanni F. F. JCti*, & *Davidis Franszii*, *J. U. D.* quorum hic Rectoris munere apud Tielanos non ſine laude fungitur, ille vero in praeclarae Gentis ſuae decus atque ornamentum creſcit ac larga reconditae Eruditionis fama merito

merito ornatur, ad nos pervenerunt Collationes duae, *Leidenſis* nimirum *prioris*,* ut nuncupare ſoleo, & *ſecundi Codicis*, quorum hic reperitur in Catalogo Bibliothecae Lugd. Bat. p. 380. in quarto, ille vero eodem in Catal. p. 390. n. 89. *Leidenſem* denique *tertium* mihi ex publica Librorum Supellectile, cui cum maxime praeeſt, Leidae tum moranti humaniſſime ſuppeditavit Summus Vir, Praeceptor quondam meus, mihi certe exoptatiſſimus, *Petrus Burmannus*,

Mollia Cui triplices devolvant fila Sorores!

Hujus Codicis ipſe duorum Librorum Collationem inſtitueram, cum tempus aliis me tum inplicitum negôtiis avocaret, quo circa reliquum, quod ſupererat, conferendi onus alteri commiſſum ac creditum, cui, quod fideliter perfecerit, etiamſi mihi ignoto, hoc nomine magnas ago habeoque gratias. Sic habes

* In fronte hujus MS. haec legebantur:


Incipit p̄pb̄o Libri Catonis.

Quattuor ſunt requirenda initio cujuscunque libri. Perſona videlicet, locus, tempus & cauſa ſcribendi. Sed iſtius Catonis ignorant, licet nomen ſciatur. Duos enim Catones legimus fuiſſe. Unum Uticenſem ab Utica Civitate Africae, ubi mortuus fuit. Cum fugeret Julium Caeſarem per arenariam ſolitudinem. Alium Cenſorium, ſed nec illorum fuit iſte Cato. Locus in hoc cognoſcitur, quia ſcimus, eum Romanum fuiſſe. Tempus quia moderno (ſic legitur in MS.) *ipſi fuit poſt Virgilium & Lucanum, unde ex illorum libris exempla ſumpſit. Alii Catones veteres fuere ante Virgilium & Lucanum. Scripſit autem hunc librum ad filium ſuum, inſinuans ei rationem bene vivendi.*

merito ornatur, [illegible]
nes duae, *Leiden*[illegible]
cupare ſoleo, [illegible]
reperitur in C[illegible]
p. 380. in [illegible]
p. 390. n. [illegible]. *Leaar*[illegible]
hi ex public[illegible]
maxime [illegible]
niſſime [illegible]
quondam [illegible]
Petrus B[illegible]

Mollia C[illegible]

Hujus C[illegible]
tionem [illegible]
inplicitum [illegible]
quum, quod [illegible]
ri commiſſum ac creditum, cui, quod [illegible]
ter p[illegible], etiamſi mihi ignotus, [illegible]
min[illegible] apud [illegible] gratias [illegible]



[illegible]
[illegible]
[illegible]is
CA-
LI-

bes Lector, quibus copiis & auxiliis horum Virorum non diſſimulandis beneficiis inſtructus ad Catonem noſtrum acceſſi. Jam quomodo his uſus fuerim, quod tua ſcire intereſt, breviter & ſine circuitione enarrabo, tuumque erit, Lector Candide, de mea qualicumque diligentia aequum & amicum ferre judicium. Ac primum quidem in contextu edendo plerumque ſecutus ſum Edit. Amſtelaedamenſem, Anno editam cIↃ. IↃ. C. XLVI. ſed ita, ut non in omnibus eidem adhaerendum putaverim, adeoque nonnulla, adſpirantibus Editt. Antiqq. & MSS. quae tutiſſima ſemper emaculandi auctores viſa eſt via, inmutarim, & meliora, ni fallor, in locum corruptae nonnumquam lectionis ſubſtituerim. Porro Scholiorum DESIDERII ERASMI, quae reperiuntur quoque in Eucharii Editione, omnino rationem habendam eſſe exiſtimavimus; is enim, ſi non in omnibus, in nonnullis certe acute videt. Haec itaque Scholia textui ſubjicere viſum fuit; dum reliquas Doctorum Virorum Animadverſiones, quibus nonnullas ex propria penu depromtas addidimus, ob nimiam earum molem ſeparatim edere neceſſitate quadam coacti fuimus. JOSEPHI SCALIGERI Notas, quae inveniuntur in omnibus fere Editionibus in Belgica editis, quod potiſſimum ad Graecam Planudis verſionem ſpectare viderentur, excerpſimus, ſuisque locis, ubi lumen aliquod

aliquod ipſis Dionyſii verbis accenderent, diſpoſuimus. Neglegimus tamen tum, cum easdem ab Opitio, ne eadem ſaepius repeterentur, deſcriptas cognovimus, quo nomine eumdem Opitium aliquoties notavimus. CASPARI BARTHII vero Adnotationes, ut a Cl. Daumio fuerant collectae aliquantulum ex ipſius Barthii Adverſariorum Libris ſupplevimus: ac deinde MARTINI OPITII, CHRISTIANI DAUMII, GILBERTI WACHII Animadverſiones, uti in ea erant Editione, adjecimus. Denique ad manus noſtras, quod fere monere neglexeram, pervenit quoque cujusdam Jo. Caſpari Malſcii Editio, Francofurti Edita anno CIↃ. IↃ. CC. XXIII. Quid de ea habendum ſit, Lector facile ex notis noſtris intelliget; nec enim ubique calculum ipſius ſententiae adjicere licuit. Poſt notas ordine ſuo ſequuntur Graecae Verſiones numero quatuor, MAXIMI nimirum PLANUDAE, JOS. SCALIGERI, MATTH. ZUBERI & JOANNIS MYLII. Opitii vero verſionem Germanicam, quod parum ad inſtitutum noſtrum faciebat, atque elegantiſſimam eam belgico carmine ab incerto Auctore* compoſitam, & nitidiſſimis Hagae-Comitis anno CIↃ. IↃ. CC. typis expreſſam, omittendam duximus. His verſionibus Graecis Lector integras JOS. SCALI-

* Eſt hic, ut poſtea comperi, H. BRAND.

LIGERI Notas, uti locupletiores erant in dicta Edit. Amſtelaed. ſubjectas videt; fieri etenim non potuit, ut Notae Scaligeri, quae ad ipſum Dionyſii textum inluſtrandum pertinerent, ab aliis hic ſepararentur, atque ita excluderentur. Ut autem Notis ſuis Scaliger acriter ſaepe Planudem Metaphraſten Graecum, ſic Reineſius Epiſt. ad Neſteros p. m. 36. Zuberum non inmerito perſtringit. Vid. Cl. Fabritium Bibliotheca Latina. Tum locum dedimus MARCI ZUERII BOXHORNII DISSERTATIONI, *unius aut alterius horae operi*, quod facile ipſi adfirmanti Boxhornio crediderim. Hanc itaque merito excipiunt Cl. CANNEGIETERI RESCRIPTA BOXHORNIO DE CATONE. Agmen claudunt nonnulla Doctorum Virorum de Auctore noſtro JUDICIA, nec non INDEX notarum rerum & verborum locupletiſſimus. Hoc jam ordine humaniſſime Lector, hoc in Auctore edendo, uſi ſumus; quid ipſi praeſtiterimus noſtrum non eſt verbis emetiri, neque enim venales extrudere merces cupimus: de eo judicet harum rerum, utut etiam ſint exiguae, haud ineptus arbiter. Nunc tempus eſſet, ut quaedam de ipſo Auctore ejusdemque ſtilo in medium proferrem, ſed, cum Cl. *Cannegieterus* hanc ſibi comparaverit provinciam, falcem meam in alterius meſſem inmittere nil attinet. Ceterum mirari deſine, Lector Candide, ſaepius

pius me ad partes vocare eruditas Cl. *Drakenborchii* ad Livium Notas, cujus Viri ductu & doctrina, quod mihi in Literis Humanioribus creſcere ac proficere licuit, haud in poſtrema rerum mearum felicitate ponere ſoleo; cauſſa etenim Ipſius, ſed cui plura debeo, ſpecimina quaedam ejuſdem Auctoris typographica, qui jam ſub prelo fervet, corrigere & a vitiis typothetarum purgare contigit, qua favente occaſione, venia tamen a Viro Cl. impetrata, ad ipſius Notas non numquam provocare viſum fuit. Nil nunc, opinor, reſtat, quam ut notarum explanationem, quibus in animadverſionibus meis uſus ſum, adtexam:

Coll. Voſſ. NOTAT. . . .	*Collationem Voſſii.*
Vet. Chart.	*Veter. Cod. MS. chartaceum.*
Membr. Voſſ.	*Cod. MS. Membranaceum Voſſii.*
Vet. Reg.	*Cod. MS. Veterrimum Reginae.*
Leid. pr. ſec. & tert. . . .	*Codd. MSS. Bibliothecae Lugduno-Batavae, primum, ſecundum, tertium.*
Coll. Hagenb. ſive *Turic.* . . .	*Collationem Cl. Hagenbuchii e Cod. Turicenſi.*
Aug. Vind.	*Edit. Aug. Vindelicorum inpreſſam.*
Euchar.	*Editionem Eucharii.*
Pariſ.	*Editionem Pariſiis editam.*
Chouët.	*Editionem apud J. Chouët typis deſcriptam.*
Florent.	*Editionem Florentiae inpreſſam.*
Eraſm.	*Edit. Eraſmianam, Argent.* 1515.
Boill.	*Inpreſſam apud Martin. Boillon.* 1520.
Gryph.	*Edit. Gryphianam.* 1533.
Cord.	*Matur. Corderii.* 1559.

Cruc. *Edit.*

Cruc.	*Edit. cum interpretatione Crucii & Scholiis Eraſmi.*
Pulm.	*Edit. Auſonii, quae ſimul cum Diſtichis Catonis, ex officina C. Plantini, a Th. Pulmanno correcta & ſcholiis inluſtrata eſt.*
Scriver.	*Scriverii Edit. quae inpreſſa eſt ſimul cum Edit. Amſtelaedamenſi apud Janſſonium* 1646.

Vitia denique typothetae incuria vel lata potius negligentia hic plura commiſerunt, quam vellem: ſaepius, Hercule, obſervavi, etiamſi recte & ordine typi ſpeciminibus eſſent diſpoſiti, nova tamen monſtra nata, cum folia recens inpreſſa mihi exhiberentur. Quare, ne alterius mihi Lector inputet vitia, meisque veniam tribuat, obnixe rogo, eadem hac humanitate nihil facilius a me impetraturus. Graviora autem operarum errata ut in calce hujus libelli conſpicerentur, curavimus. Interim ſi opellam hanc noſtram Bonis non omnino diſplicuiſſe cognovero, utiliora deinceps & meliora audendi ardorem animo ſubminiſtrabunt. Vale, Muſisque noſtris fave. Dabam Trajecti ad Rhenum ipſis Kal. Maj. CIↃ. IↃ. CC. XXXV.

DESI-

DESID. ERASMUS

M. JOHANNI NEVIO

HONDISCOTANO,

Lilianorum apud inclytum Lovanium Gymnaſiarchae

S. D.

DIſticha moralia, vulgo Catonis inſcripta titulo, Nevi, Theologorum decus, primum diligenter à mendis repurgavimus, collata Planudis interpretatione: tametſi Graeculus ille Romani carminis ſententiam ſaepe numero non aſſequitur. Addidimus & ſcholia, perbrevia quidem illa, ſed aliquanto commodiora, ni fallor, iis commentariis, quibus duo quidam opuſculum hoc contaminaverant: quorum alter inſulſiſſime rhetoricatur, homo ipſa infantia infantior, alter ineptiſſime philoſophatur: uterque οὐδὲν πρὸς ἔπος loquitur. Porro cujus Auctoris ſit hoc opus, & utrum unius, an plurium, non admodum referre puto. Catonis ob id tantum arbitror dici, quod ſententias habeat Catone dignas. Adjecimus his Mimos Publianos, falſo inſcriptos Senecae proverbia: atque his quoque caſtigatis (offendimus enim depravatiſſimos) adſcripſimus breviſſima ſcholia, rejectis iis, quae perperam erant admixta ex aliorum libris: tum appoſitis aliquot ex Auli Gellii noctibus & Senecae Controverſiis. Sed interim clamabit vitilitigator aliquis: Hui! Theologum in tam frivolis verſari nugis? Primum ego nihil faſtidiendum duco quantumvis humile, quod ad bonas pertineat literas: nedum hoſce verſus, tanta Romani ſermonis munditie, tamque ad bonos mores conducibiles. Quanquam cur me pudeat in hoc

genere

genere pauculas horas collocare, in quo non pauci Scriptores Graeci non mediocri laude ſunt verſati? Nam extant & hodie Theognidis ſententiae, Phocylidis & Pythagorae praecepta, non abs re Aurea dicta. Denique ſi mihi indecorum eſſe volunt emendaſſe haec tam humilia, & explanaſſe, multo foedius erit eadem, & depravata fuiſſe, & (quod ex ipſorum liquet commentariis) iſta tam puerila non intellecta fuiſſe ab iis viris, qui ſe nihil neſcire putant. Nam Publii Mimos, quis contemnat, quos Aulus Gellius lepidiſſimos, Seneca diſertiſſimos vocat: cujusque ſententias (ut idem teſtatur) non piguit ſummos etiam Rhetores aemulari? Adjecimus & ſeptem ſapientum celebria dicta. Hoc quicquid eſt laboris, tibi nuncupandum duximus, mi Nevi ornatiſſime: ſimul ut habeas, quod tuis praelegi cures alumnis, quos nulla neque literarum neque morum barbarie ſinis infici: ſimul ut hoc qualecunque monumentum non ſinat noſtram neceſſitudinem intermori. Non me clam eſt, quam ſit hoc plus quam levidenſe munuſculum, impar magnitudini tuae, qui cum eruditione rara, tum moribus non minus integris, quam feſtivis, & ornas ornatiſſimorum Theologorum ordinem, & illuſtriſſimam Lovanienſium Scholam illuſtras. Verum confidebam fore, ut optimo Viro Libellum, quantumvis puſillum, ipſa commendaret utilitas. Bene vale. Lovanii, Anno MDXXIII. Kal. Aug.

JOSE-

PRAEFATIO,

Quae reperitur in Editione Amſtelaedamenſi ante Notas ejus in Catonem.

CAtonis Moralia Diſticha quare nunc eodem in pretio non ſint, quo apud majores noſtros fuerunt, nullam aliam cauſſam comminiſci poſſum, praeter noſtri ſaeculi faſtidium, quod veteres ſcriptores non ſolum contemnere, ſed etiam damnare ſolet. Ego vero, quum ad informandos & moribus & Latino ſermone puerorum teneros animos, neque meliorem Librum neque purius loquentem hac Poëſi viderem, coepi eadem libertate hodiernorum hominum judicia contemnere, qua illi bonos ſcriptores aſpernari ſolent. Viſum igitur hunc libellum relegere, quum is caſu, neſcio quo, objectus eſſet, dum interventu febriculae & languoris diſtinerer, ne ad graviores curas animum applicare poſſem. Quia vero biennio ante quaedam in Planudis Metaphraſi caſtigavimus, neque per otium toti caſtigandae operam dare licuit, iterum illam in manus ſumpſi. Quae adeo & a puritate Helleniſmi aliena viſa eſt, & tot barbarismis lita, ut, niſi mihi aliunde conſtaret, Planudem ejus Auctorem eſſe, vix a tirone, ne dum ab homine Graeco profectam eſſe crediſſem. Ne igitur tironibus Hellenismi auctoritas illius Metaphraſtae fraudi eſſet, non ſolum totam pene ejus Metaphraſim interpolavimus, ſed etiam innovationis καὶ διασκευῆς hujus rationem Notis breviſſimis reddere inſtituimus. Quia vero perplurimi ſunt hodie, qui in Graecis multum profeciſſe videri volunt; rari tamen in illis ſunt, qui aliquem guſtum Poëſeos Graecae habeant, & in hac palaeſtra animum

ſuum ſubegerint; non ingratam rem candidis ingeniis feciſſe exiſtimabimur, quod aureolam hanc Latinam Poëſin totidem pene verbis Graece expreſſimus. Qua in re operam ſedulo dedimus, ne quid a nobis uſurparetur quod non mere Graecum eſſet, &, quod caput eſt, Graecae Poëſi accommodum. Quo utroque tam negligenter functus eſt Planudes, ut non minori patientia illis legendis opus fuerit, quam judicio caſtigandis. Si quid vero illi benedictum imprudenti excidit, quod profecto rariſſimum eſt, eum illi nos honorem habuimus, ut illis contenti eſſemus. Sed vix ſex ſeptem verſiculos in ea Metaphraſi reperias, qui meliores effici non poſſint. Noſtros autem meliores fieri poſſe, ne nos quidem ignoramus. Sed eos excuſaverint anguſtiae temporis, intra quas nati ſunt, idque noctu in lectulo, dum inſomniam, quam morbus faciebat, hoc ludo fallere ſtudemus. Eſt vero iſte Libellus, non ſolum pueris ſed & ſenioribus factus. Et ego mihi conſcius ſum, multos graviſſimos, & doctiſſimos viros non puduiſſe, jam provectos aetate, haec Diſticha memoriter diſcere. Sed hoc ridebunt hodierni δοκησίσοφοι. Quorum ego non pluris facio judicium, quam ipſi induſtriam noſtram.

ΙΩΣΗ-

ΙΩΣΗΠΟΣ ΣΚΑΛΑΝΟΣ ΠΟΥΤΕΑΝΙΔΑΙΣ ΑΔΕΛΦΟΙΣ.

Ὦ Παῖδες γλυκὺ πατρὸς ἀμωμήτοιο γένεθλον,
Ἐλλογίμοιο σοφοῦ τόδε βιβλίον εὔφρονι θυμῷ
Δέχθε, παλαιὸν ὁμοῦ τε καὶ ἀρτιγενές. τὸ γὰρ ἡμεῖς
Τοῖς Ἰταλοῖς γνωστὸν, τοῖς δ᾽ Ἑλλήνεσσιν ἄγνωστον,
(Μὰψ γὰρ ἐγνώριζεν τοῖς δ᾽ Ἑλλήνεσσι Πλανούδης)
Ὑμῖν ἦρα φέροντες, ἐς Ἑλλάδα γαῖαν ἱκέσθαι
Ἐξ Ἰταλῶν κελόμεσθα, καὶ Ἑλλάδα γῆρυν ἰάλλειν,
Εὐεπίης σοφίης τε κλυτὸν πόνον, ὄφρα δαῆτε
Ἀμφότερον, συνετῶς τε λαλεῖν, πινυτῶς τε φρονῆσαι.

EADEM LATINE.

O Pueri, patris laudati blanda propago,
Doctoris clari tranquilla mente volumen
Excipite hoc, vetus atque novellum, quippe quod olim
Solis notum Italis, Graecae ignorabile genti,
(Nam fruſtra Graecis voluit vulgare Planudes)
Ut vobis faveamus, in oras pergere Graecas
Juſſimus ex Italis, & Graecam fundere vocem.
Facundum ſimul, & ſapiens opus. Unde paretur
Utrumque, eloquium, atque animi ſapientia, vobis.

JUDICIUM
ISAACI CASAUBONI
DE
SCALIGERI Verſione Graeca, ex Epiſt. ad eumdem Lutetiae edita.

AT Romana quam bene Graece exprimas, vix ſciremus, niſi Puteani fratres Claudii τοῦ μακαρίτου filii, morale Poëma Dionyſii Catonis, & Publii Syri aureas ſententias, dudum a te munere acceptas, anno ſuperiore publicaſſent. Qua Editione, ut magna ac-

ceſſio gloriae tuae facta non ſit, quae graviorum lucubrationum vario & multiplici genere fulta, inde ſpernit creſcere: unde plerique hodie caſtellanos neſcio quos triumphos ducunt: ita profecto cumulus quidam prioribus tuis in Rempubl. literariam meritis eſt adjectus. Sic enim omnes harum rerum periti aeſtimatores ſentiunt: duo ea opella ſimul te praeſtitiſſe, ad ſtudiorum profectum longe utiliſſima. Nam & quam arduum paucorumque hominum eſſet Graece loqui caſtigate, καὶ τὸ γνησίως ἑλληνίζειν, praeclare omnes admonuiſti, cum Planudem & Gazam Graecos homines, neotericorum, de quo dubitat nemo, doctiſſimos, tam multa contra Helleniſmi leges peccare oſtendiſti: & rectae interpretationis abſolutiſſimum exemplar dediſti; futurum poſthac omnibus cordatis, qui hoc pulcherrimo atque utiliſſimo exercitationis genere uti volent, quod Polycleti Doryphorum ſibi Lyſippus ajebat fuiſſe. Nolo apud te dicere quo favore, quibus εὐφημίαις tuus ille Libellus hic fuerit exceptus, ab iis maxime, qui in orcheſtra ſedent, a cujus lectione ubi me primum vidit Fronto Ducaeus Theologus, doctrina & candore morum vir inſignis, non abſtinuit, quin eleganter ſimul & vere exclamaret: οὐκ ἐστιν ὁ ποιήσας Ἀγιναῖος, ἀλλ' αὐτόχρημα Ἀθηναῖος.

Illuſtriſſimis Optimaeque Spei Adoleſcentibus

MAXIMILIANO ERNESTO, & OTTONI ABRAHAMO, Celſiſſimi Dn. Dn. CAROLI ANNIBALIS, Dohnenſis Burggravii Filiis, MART. OPITIUS S.

QUartus nunc annus labitur, Adoleſcentes Illuſtriſſimi, ex quo domus veſtrae cliens eſſe, hoc eſt, vivere ſerio coepi. Prior enim aetas mea, unum & alterum annum ſi excipiam, aut incauto mihi aut nequicquam reluctanti inter continuas jactationes & incerta rerum, accedentibus publicis etiam calamitatibus,

bus, nihil, vel aliud agendo, conſumpta fere fuit. Poſtquam vero Celſiſſimus heros Parens veſter ea me clementia, eo favore, de quo nemo eorum, qui me noverunt, dubitat, proſequi voluit, bona tandem fide & adeo quidem Muſas amplecti ſolitus ſum, ut omne mihi tempus quod literis periit, periiſſe exiſtimem. Alii quomodo punctum hoc aevi, quod vitam nominamus, tranſigant ſuaviter, & inducias cum laboribus ſuis paciſcantur, ipſi viderint: Ego condimentum ſtudiorum dulcius non inveni hactenus, quam ſtudia. Quorum libertatem ac otium uti Patri veſtro ſoli acceptam fero, feramque, ceu confido, diutius: ita, rationem ejus cui reddam, neminem quemquam alium habeo praeter ipſum. Libellos tamen hos, omni licet ſapientia inſtructiſſimos, fruſtra illi dederim; ut quos a pueris ille optimo ſequutus eſt imitandi genere vivendo. Proximi vos eſtis, paternarum virtutum expreſſi haeredes, quique paſſibus in iſta aetate non exiguis AEneam hunc veſtrum referre conamini. Quanta me laetitia utriusque veſtrum in literas ardor, & fatalis Dohnano generi vigor ac docilitas extulerit, quum de incolumitate veſtra ſtatuque ſciſcitatum nuper Caliſiam ad vos mitterer, quamque voluptatem Parentes inde veſtri perceperint, haud facile dixerim. In ſpem certe maximam adducimur, novum poſthac vos lumen avitae domui veſtrae, novos triumphos virtutum veſtrarum beneficio illaturos: cui rei ut Providentia divini Numinis incrementa ſuggerat & felices ſucceſſus, ex animo optamus. Ipſi vero graſſari ad partam immortalibus factis majorum famam proniori non poteritis itinere, quam ſi exemplo magni Parentis ſtudia literarum, quod facitis, amare, ac monita Philoſophiae, ad ſplendorem fori & ordinis, in quo vos nati eſtis, ornamenta maxime decentia, uſu veſtra facere magis magisque pergetis. Cujus rei gratia vetera haec epigrammata, noſtro ſermone in praediis veſtris paternis obiter a me ſuperioribus diebus reddita, vobis dico; quae ſimul tum obſervantiam erga vos meam teſtari, tum obſides eſſe majoris alicujus curae ac laboris deinceps mei poſſint. Si tamen & puriatem dictionis, & ſententiarum, quas nonnulli, qui mo-

rum praecepta oderunt pariter ac mores ipſos, male hactenus neglexerunt, gravitatem perpendetis, iſtud etiam munus meum aequi bonique conſuletis, atque hoc Catone contenti eritis. Uratislaviae, A. D. XVI. Calend. Quinctil. cIↄ. Icↄ. XXIX.

CHRISTIANI DAUMII
DEDICATIO cIↄ. IↄC. LXII.

Nob. Ampliſſ. & Conſultiſſimo Dn. Dn. JOH. GEORGIO STYRZELIO, Reip. Rotenburgo-Tuberanae COS. Polyhiſtori, Philologo & Poëtae famigeratiſſ. Maecenati meo Magno.

QUanto in pretio ab omni aevo habita fuerint CATONIS praeſcripta nomine Diſticha Moralia, in publicum iterum a nobis producta, non eſt ut narrem pluribus. Loquitur id uſus horum per tot ſecula in Scholis, in Libris, & communi Literatorum vita ſatis frequens. Loquuntur tot Teſtimonia a Viris celebribus iis certatim tributa. Illud ſit inſtar omnium, quod noſtri aevi Semones, *Sapientis* hujus (hoc Vetuſtatis Titulo cenſetur, quisquis etiam eorum ſcriptor) Monita curis ſuis fuerint dignati: qui illuſtrarunt partim, qua temporum injuria obſcurarat, Animadverſionibus ſuis doctiſſimis; partim Graece, Italice, Gallice, & Germanice juſſerunt ſenſa ſua prodere: Ut non recte atque ordine feciſſe videantur, qui jam pridem exegerunt Scholis, quae Cordatorum favor ultra mille annorum ſpacium conſtanter iis aſſeruerat. Inter eos, qui bene de bono hoc Doctore mereri ſtuduerunt, & meum nomen, etſi exile illud, non male profiteor. Hinc factum, ut cum ſuperioribus annis *Opitiana Editio* recuderetur, rogatu Typographi, quae tunc mihi aliud agenti obvia, Notis Vatum Germaniae noſtrae Principis, purpurae pannum ſcil. attexuerim: additis *Columbani* aliorumque, quod raro in Bibliothecis viſerentur, in mendisque cubarent adhuc, ſen-

ſententioſis Carminibus. Meruit tum Libellus aera Soſiis, exceptus, praeter ſpem, favore aliquo. Quamobrem praelo admoturus denuo illum Typographus rogavit, ut & *Graecas*, quorumcunque habere liceret, adderem *Verſiones*. Annui hominis optimi precibus, auxique inſuper, licet tumultuario, & Notas. Ei, STYRZELI Ampliſſ. ut Patronus ſis, ad Te, qui & magnae Vir es Doctrinae, Prudentiae, Dignationis, & procul livore ac malignitate, quae pulchra honeſtaque ſunt, optime intelligis, ipſumque inde Catonem noſtrum amas, & ejus Illuſtratores, quorum Nomina tibi cariſſima, magni facis, diverti juſſi, quicquid hoc eſt opellae noſtrae, ut tandem pro plurimis tuis in me collatis Beneficiis debitorem Tibi me, cum ſolvendo non ſim, publice profitendi ſaltem eſſet occaſio. Suſcipies ſpero, MAECENAS Magne, ſinu tuo faventiſſimo hoſpitem, & Catone hoc benevole contentus eris interim, dum potiore aliquo gratae mentis documento Nomen meum expunctum ire me velle, nec enim unquam reapſe potero, atteſter. Vale, & diu ſoſpes vive, grande literarum meumque praeſidium! Id. Febr. CIↃ. IↃC. LXII.

Sereniſſimo Principi ac Domino, Dn.

FREDERICO WILHELMO,

Marchioni Brandenburgenſi, &c. &c. &c.

Omnigenam ſalutem & felicitatem precatur

GILBERTUS WACHIUS.

IN fatis fuiſſe, Sereniſſime Princeps, Domine Clementiſſime, uti Troja Palladio ablato everteretur, ingenioſi Poëtae confinxerunt. Quo ipſo utique ſignificare voluiſſe videntur, Reſpublicas tam diu ſtare ac florere, quam diu in iis doctiſſima regnet Pallas; qua amiſſa, illas ipſas cadere atque adeo everti. Et ſane rem ita ſe habere, hiſtoriarum monumenta ſatis ſuperque loquuntur, ut veriſſime omnino Divinus ille Plato di-

xiſſe cenſendus ſit: tum denique beatas fore Reſpu-blicas, ſi aut docti & ſapientes eas regerent, aut qui regerent omne ſuum ſtudium in doctrina & ſapientia collocaſſent. Unde omnibus temporibus homines egregie cordati cenſuere, literis eos a parvula aetate fideliter eſſe inſtruendos, qui ad ſpem imperii nati ſunt & educuntur, ut clavum imperii quandoque nacti, ſapienter & feliciter eundem moderari poſſe videantur. Sapienti itaque conſilio fit, Sereniſſime Princeps, quod in primo hoc aetatis flore, iis literarum ſtudiis, quibus ad humanitatem inſtitui ſolet tenera aetas formaris. Sic enim tuto augurari poſſe videor, terras illas, quarum meritiſſimus es heres, aeque ſapienter & feliciter, atque a Glorioſiſſimis Majoribus, & Sereniſſimo Potentiſſimoque Domino Parente tuo, Domino meo Clementiſſimo, qui literis fuerunt innutriti, adhuc gubernatae ſunt, & etiamnum gubernantur, a te quoque olim gubernatum iri. Et cum conſtet, te, Sereniſſime Princeps, minuſculis Muſarum Sacris jam ſtrenue operari, in maximam, &, quemadmodum confido, veriſſimam ſpem adducor, Dionyſium hunc Catonem, Scriptorem moralem doctiſſimis primorum in literis hominum notationibus, Scaligeri in primis, Barthii, Opitii, & Daumii illuſtratum; meis vero levioribus, id quod vel primus fateor, paſſim auctiorem redditum, aetatulae tuae, qua nunc es, maxime convenientem, non ingratum tibi fore: utpote qui non minus dictionis elegantia, quam ſententiarum gravitate, de morum ſtudio ac vitiorum fuga egregie praecipientium, eſt commendabilis. Quis autem neget, cum omnibus aliis, tum vel maxime Principibus diſciplinae morum operam eſſe dandam? Siquidem exempla eorum in ſublimi ſunt poſita, quae ab omnibus ſuſpiciuntur, & imitatione digna cenſentur. Hinc fieri videas, ut cives fere tales eſſe ſoleant, quales ſunt Principes. Principibus ergo, qui ſuis virtutibus & exemplis multum prodeſſe aliis quam plurimis poſſunt, diſciplina morum praeter ceteros excolenda fuerit. De reliquo ut hoc quidquid eſt operae, tibi, Sereniſſime Princeps, inſcribam, cauſſas videor habere juſtiores. Natus ſum enim Regiomonti in Boruſſia, quae non minus Sere-

niſſi-

niſſimum ac Potentiſſimum Dominum Parentem tuum, quam te, Filium ejus dilectiſſimum, Dominum ſuum Clementiſſimum, ſubjectiſſime mecum agnoſcit, honorat, veneratur. Peradoleſcentulus deinde eram, cum tuus, Princeps Sereniſſime, Avus munificentiſſimus, Elector & Dominus, Dominus FRIDERICUS WILHELMUS ſanctiſſimae memoriae, me per annos admodum ſeptem in Gymnaſio Joachimico, quod Berlini eſt, illuſtri; victu & veſtitu neceſſario ſuppeditato, literis & linguis erudiendum curavit. Quin etiam ampliſſimis illis beneficiis & hoc acceſſit, quod ad ſtudia in Academiis continuanda, quaedam mihi ſubſidia miniſtrari clementiſſime juſſit. Quorum maximorum ſane beneficiorum memoria & recordatio, ad gratam voluntatem, exiguis licet indiciis declaratam, me excitavit, ut tenuem hunc laborem, jam tum, cum Juventuti Gedanenſi praeciperem, ſuſceptum & abſolutum, nunc demum, Theologicis ſtudiis & Eccleſiaſticae adminiſtrationis negotiis implicatus, cum per adverſam valetudinem & alia obſtacula fieri adhuc non potuerit, tibi, Sereniſſime Princeps, offerre & conſecrare nihil dubitaverim. Suſcipies igitur ſerena fronte munuſculum hoc levidenſe, & aequi bonique facies. Quod ſupereſt, Sereniſſime Princeps, Domine Clementiſſime, cum majora polliceri non habeam, aſſiduis Divinum Numen fatigabo precibus, uti te, Sereniſſimis Parentibus tuis, Eccleſiae ſuae, terrarum tuarum, immo univerſi nominis Chriſtiani bono ſalvum ac ſoſpitem quam diutiſſime ſervet, inſtitutionem & ſtudia tua, totam denique vitam divina ſua gratia regat & gubernet, ab omni periculo & malo clementiſſime cuſtodiat, omnibusque & animi & corporis bonis cumulatiſſime ornet; faxitque, ut per veſtigia Sereniſſimi & Potentiſſimi Domini Parentis tuis ſtrenue decurrens, alter potius quam ſecundus exiſtas. Scripſi Naſſenhubii prope Gedanum, Menſe Auguſto Anni a nato Chriſto M. DC. XCVII.

EX EDITIONE STEPHANI. CIↃ.IↃ.LXI.

Maturinus Corderius Rob. Stephano amicorum integerrimo. S. P. D.

QUum ante annos viginti, & amplius, noſtram interpretationem in Diſticha moralia, Catonis inſcripta nomine, impreſſiſſes: ita putabam noſtratibus ſcholis hac in re eſſe ſatisfactum, ut illi operi nunquam poſtea mihi eſſet manus adhibenda. Sperabam enim temporis progreſſu futurum, ut Libri ejus loco pueris aliquid ex Ciceronis Epiſtolis praelegeretur. Verum ejus uſus adeo inveteravit, ut etiamſi pro eo & utiliora & ad parvulorum captum magis accommodata proponantur, vix tamen efficias ut e ſcholis prorſus extrudatur: tanta eſt vis conſuetudinis atque vetuſtatis. Tametſi non ea mente haec dico, ut Libellum damnare velim, quem doctiſſimus quisque, & in primis Vir acerrimi judicii Laurentius Valla probaverit. Quorſum igitur illa? inquies. Quia hujus carminis lectio, niſi viciſſet conſuetudo, ad eos qui cum aetate, tum doctrina robuſtiores eſſent, mea quidem ſententia, magis pertinebat. Sed (ut ad propoſitum revertar) accidit mihi in hoc Libello id, quod eram ſemper maxime veritus: ut quo ſaepius ab imperitis typographis imprimeretur, eo pluribus mendis corruptus, inter manus puerorum verſaretur. Maxime vero ex quo tempore, propter operum maximorum occupationem, eum imprimere deſtitiſti, tanta ſequuta eſt depravatio, tot lectionis varietates, ut multi mediocriter etiam docti ea de re graviſſime quererentur. Itaque victus querelis & importunis precibus eorum, qui ſaepius efflagitabant, ut hanc meam interpretationem aliquando recognoſcerem: hanc operam tandem ſuſcepi, eoque libentius quod & librum indignis modis eſſe depravatum indignabar: & hanc ipſam recognitionem ſperabam non modo pueris profuturam, ſed etiam compluribus Viris bonis, praeſertim puerorum doctoribus, non ingratam fore. Hunc igitur in modum opuſculum emendavi: primum errata illa typographorum

rum correxi diligenter: deinde (quia dies ipſa & uſus longior non raro meliora docet) quaedam immutavi, adjeci non pauca, detraxi quamplurima, praeſertim ex Latinis illis ſynonymis, quae puerorum ingenia magis onerare quam adjuvare poſſe videbantur. Etenim quo tempore juvenis Lutetiae docebam, tanta erat (id quod tute opinor prope meminiſti) in authoribus enarrandis ſuperſtitio, ut quo plura quisque vocabula ad idem pertinentia, ſive apte ſive inepte inculcaret, eo doctior vulgo haberetur, atque auditorium haberet longe frequentius. Cur hic mihi non liceat, praeſertim apud amicum, quaſi me alterum, exclamare, O tempora! O mores! O miſerandam juventutem, quae tanta mercede, tanta jactura temporis, quae poſt dediſcenda eſſent, docebatur! Supervacaneam igitur illam verborum copiam, in qua congerenda magis tempori quam meo ipſius judicio ſervieram, magna ex parte ita ſuſtuli, ut ejus generis nihil fere reliquerim, niſi quod aut ipſius authoris verbis magis proprium eſſe, aut certe ſenſum illuſtrare videretur. Poſtremo, quia noſtra Lingua multas habet inſignes ſententias, & proverbia non contemnenda, Gallicis expreſſa verſibus, ego ad eorum imitationem unicuique Latino Diſticho Gallicum quoque ſubjeci: ut & res ipſa majorem haberet gratiam, & memoriae puerorum ſententia tenacius inhaereret. Quamobrem quoniam huic opuſculo manum jam ſupremam impoſuiſſe mihi videbar, nec alius quisquam occurrebat, cui, pro noſtra vetere amicitia, libentius quam tibi id ipſum tradendum putarem: te, mi Roberte, licet in illis heroicis operibus tuis occupatiſſimum, tamen hoc tempore hac de re perpuſilla interpellare non dubitavi, tibique hanc poſtremam, ut ſpero, editionem denuo committere; futurum confidens, ut tantillo negotio in officina tua loci aliquid invenires. Rem igitur minime tibi difficilem, & multis (quod equidem ſpero) profuturam, meo & puerorum nomine, quibus ſemper labore tuo plurimum conſulere ſtuduiſti, ex animo ſuſcipies tuisque prelis ſubjiciendam primo quoque tempore curabis. Non eſt, quod te pluribus verbis aut rogem, aut etiam admoneam, cujus & induſtria & diligentia cum mihi,

mihi, tum optimo cuique ſemper ſatisfecit. Vale. Ex celeberrima Lauſannenſi Academia, in magnificentiſſimorum ac potentiſſimorum Principum Bernenſium Ditione, M. D. LVI.

Ejuſdem Corderii Judicium de hoc Libello, maxime vero de proxima Praefatiuncula & Praeceptis eam ſequentibus, oratione ſoluta ſcriptis.

EX doctiſſimorum judicio jampridem ſatis conſtat, hujus operis authorem incertum eſſe: ſed quisquis tandem fuerit, apparet hominem Eruditum & prudentem fuiſſe. Nam & carmen pro argumenti ratione venuſtum eſt, Romanaeque Linguae munditiem atque elegantiam redolet; & ſententiae ipſae magna ex parte ſunt exquiſitae. Nec vero mihi dubium eſt quin eas author ille cum ex aliorum veterum, tum praecipue ex illorum ſeptem Sapientum dictis inſignioribus primum collegerit, deinde carmine exornarit, ſuo quidque arbitratu. Sed mihi tamen (ut Terentiani Chremetis verbo utar) unus reſtat ſcrupulus, qui me male habet. Quum enim carmen ſcribere inſtituiſſet author ille, cur praecepta haec ſoluta oratione carmini praepoſuit: quum praeſertim nec ea omnia, nec eodem ordine in carmen redegerit? Praeterea, quum tribus Libris poſterioribus ſingula exordia in carmine praefixerit; cur idem non fecit in primo, ubi multo magis opus erat? Veriſimile eſt igitur, illum ante decreviſſe in totum opuſculum, ubi abſolviſſet, carmine praefari, ſed ante operis perfectionem morte fuiſſe occupatum: hanc autem praefatiunculam, & quae ſequuntur eam breviſſima illa praecepta in proſa oratione, ab aliquo ſemidocto carmini praepoſita fuiſſe: ne Libellus ipſe, ſine ullo exordio, imperfectus videretur. Pluribus argumentis ad eam rem confirmandam uti quidem potuiſſem: ſed mihi ſatis viſum eſt meum breviter indicaſſe judicium. De quo quid caeteri exiſtimaturi ſint non valde laboro.

EX

EX EDITIONE JOANNIS CASP. MALSCHII FRANCOFURTENSI. M. D. CC. XXII.

Collegae, Fratres, Amici vetuſtiſſimi.

C*Atonem Majorem*, id eſt, Inſtitutionem *A. Mureti* Puerilem, quae nuper a nobis publica facta eſt, excipit, quemadmodum nos facturos polliciti ſumus, in praeſenti *Cato Major*, non utique ille Cenſorius, quem errorem errari jam olim deſitum eſt, ſed *Dionyſii*, neſcio cujus, *Diſticha de Moribus ad Filium.* Caeterum, qua ratione *Dionyſius* iſte, quisquis ille eſt, in *proſapiam Catonum* involarit, tam ſcio, quam qui trans Taurum montem incolunt. Voſſii conjectatio eſt, eamque plerique nunc eruditorum ſequuntur, quamvis id ipſum jam ante Voſſium video ſenſiſſe *Ptolemaeum Flavium in Conject. ſive Obſervat. Centuria*, Cap. xcv. ideo *Catonis* huic libello inditum eſſe cognomen; quia ſententias contineret, vel ipſo illo Catone Cenſorio, cui ſapientis appellationem tribuerat ſeculi ſui conſenſio, non indignas. Exſtant, ut opinor, in *Editione Daumiana*, quam peradoleſcentulum me videre memini, aliorum aliae opinationes: quarum nulla minus probabilis eſt, quam illa, niſi fallor, Boxhornii, qui Chriſtianum illum facit. Si jus fasque eſt, in comitio literario, ubi de maximis, mediopumis, minimis rebus ſubinde diſceptatur, aliquem ex plebe memorem libertatis literariae vocem emittere ad tribunos literarios: dicam & ipſe, quid ſentiam; eoque impunius, ut ſpero; quia, quoquomodo decidatur controverſia, neutram in partem quicquam intereſt.

Ego ſuſpicor, *Dionyſium illum*, cuicuimodi fuerit, de quo poſt videro; in ſcribendis hiſce moralibus ſententiis *Catonem* iſtum *Sapientem ſecutum*, atque ex ejusdem ſcriptis has, quas ad filium mitteret, bene vivendi praeceptiones efformaſſe. Exſtat enim apud A. Gellium

Gellium Noct. Att. xi. 2. mentio *Carminis ejusdem de Moribus;* ex eoque compluſcula quoque per eundem ad noſtram memoriam propagata ſunt: quae breviter, quomodo *cum dictis Dionyſii noſtri* conveniant, videbimus. Verba Priſci illius Catonis prima haec ſunt: *Avaritiam omnia vitia habere putabant.* Senſus horum verborum varie & multipliciter in noſtro Dionyſio expreſſus apparet, i. 29. 35. 40. ii. i. 5. 19. iii. 7. 20. iv. i. 4. 5. 8. 16. 35. 36. 42. Porro: *Sumptuoſus, cupidus, eligans, vitioſus, irritus qui habebatur, is laudabatur.* Ita habet Editio Turnaeſiana, edita M. D. XCII. ſenſu aut nullo aut pravo. Utrum aliunde vel ex conjectura, vel Manuſcripto aliquo medicino huic mendoſo loco acceſſerit, ignoro: lego tamen tantiſper, dum certiora edoceor: *Sumptuoſus, cupidus, eligans, in vitio. In re tenui qui habebatur, is laudabatur.* In priore membro luxuria reprehenditur, cujus ſpecies, priſcis temporibus, eligantia; id eſt, auctore Gellio, nimis lectus amoenusque cultus victusque erat: id ipſum noſter quoque facit Vid. i. 24. 29. 39. ii. i. 19. iii. 7. 20. iv. 2. Poſterius membrum commendat tum continentiam, tum parcimoniam, quae utraque inculcata Vid. i. 21. 24. 39. ii. 6. 17. iii. 7. 10. 20. iv. 2. Idem Cato Cenſorius: *Veſtiri in foro honeſte mos erat: domi, quod ſatis erat:* exprimitur illud, ſed paulo remotius, i. 19. ii. 29. proximum; *Equos carius emebant, quam coquos,* apparet quodammodo i. 6. ii. 19. 28. verſ. 2. iv. 10. Sed illud: *Poëticae artis honos non erat, &c.* perſpicue deſcriptum reperies in illo, iii. 17. ſed accommodatum ad indolem ſeculi ſui:

Multa legas, facito; perlectis neglige *multa:*
Nam miranda canunt; ſed non credenda Poëtae.

Ita enim lego ibidem, pro eo, quod hactenus exſtabat, *perlege:* nullo idoneo ſenſu; neque Barthius in hunc locum ſatisfacit. Demum extrema illa: *Vita humana prope uti ferrum eſt, &c.* opportune efformata ſunt iii. 4. iv. 21. obſcurius pleraque, fateor, apparent: ſed hujus quoque facti cauſſam non improbabilem commentus eſſe videor. Quippe, quantum ex Gellii verbis conjicio, *duplici filo ſcripturae Carmen illud*

lud priſci Catonis de Moribus contextum erat, altero ligato, eoque *Jambico*, (nam hoc genus verſuum circa illa tempora praecipue vigebat,) altero ſoluto. Sententiae ipſae Jambis breviter & efficaciter expreſſae; ſubjecta iisdem deinde ab ipſo Catone paraphraſis quaedam eſt, quae ſingulorum ſenſus explicatius proponeret, libero & ſoluto numeris genere ſcribendi. Utrumque ex Gellii verbis colligitur: *vocat enim Carmen;* quae indidem protulit, omnibus plane numeris carent, prorſusque *proſaica* ſunt. Ita utrumque habemus, & Carmen & Proſam. Quae per Gellianam induſtriam ad noſtram reſervata memoriam perennant, ex proſa defracta ſunt; haec Dionyſii noſtri procul dubio ſententioſos illos Catonis Jambos explicant. Unde minor convenientia inter Dionyſiana Diſticha, & Catonis illius proſam; luculentior & illuſtrior futura; ſi carmen ipſum adhuc exſtaret, & contentio utriusque inſtitui poſſet. Quid? quod aliunde quoque veriſimile ſit, haec ex Catonis rivulis propagata eſſe? Videor enim in iisdem non quidem Catonis in ſcribendo ſtilum; ſed in rebus ipſis genium ejusdem ſentire, nimirum apparet notitia Numinis paulo ſublimior vulgo I. I. &c. Vigilantia, I. 2. Auctoritas in coërcenda audacia mulierum I. 8. &c. liberalior vini uſus cum circumſpectione; parcimonia; juſtitia; patientia; magnitudo animi; aliaeque virtutes; quibus priſcum illum Catonem inclytum fuiſſe accepimus. Ex his, quae diximus, ad ſuſpicandum ducimur, titulum Libri primitus fuiſſe, *Dionyſii Cato* ſeu *de Moribus ad Filium;* ſive ille ab Auctore ſit inditus, ſive ab aliorum judicio profectus; qui deinde librariorum incuria depravatus in *Dionyſii Catonis de Moribus ad Filium* tranſierit.

Sed quemadmodum haec ita comparata intelligo, ut extra probabilitatem neutiquam abeant: ſic reliqua Scriptoris, aetas, dignitates, ex caligine vetuſtatis evolvi commode vix poſſunt. Dionyſiorum in Romana Hiſtoria non infrequens mentio: *ſervus Ciceronis* anagnoſtes *Dionyſius* vocabatur; *idem Pomponii Attici* libertus: complures ſub Caeſaribus, etiam cives Romani exſtiterant, ex quibus hunc unum fuiſſe, aut inde exortum veriſimile eſt. Quo ſeculo vixerit, divinare facilius

facilius poſſumus, quam explicate dicere. Illud indubitato conſtat, ab Chriſtianis ſacris alienum fuiſſe; aeque fallitur Goldaſtus in Not. ad Columbanum, qui Octaviano, Columbani magiſtro, tribuit, eumque adeo in ſeculum ſextum detrudit. Nam, praeterquam quod ſtilus diverſum arguit, quod in Criticis palmarium argumentum ducitur: facit hujus mentionem Vindicianus, Comes Archiatrorum, in Epiſtola ad Valentinianum II. quae extat in Opp. Marcelli Empirici, tanquam Scriptoris in vulgus noti, ut ſine addita nota characteriſtica ἄνευ ἐπισημασίας, Catonem ſimpliciter appellet. Hinc aliquos inductos exiſtimo, ut Auſonio tribuerent; ſed auctoritas ejusdem Vindiciani illos refellit, qui Auſonio paulo antiquior erat. Probabilius incedunt Scaliger atque Opitius, quorum judicio in tempora Alexandri Severi atque adeo ſeculum tertium relatus eſt. In qua ſententia utique acquieſcerem, niſi me ſtili nitor plane naturalis, & nihil vel peregrinitatis transmarinae, vel barbari murmuris redolens moveret. Jam erat illis temporibus mire lapſa & alterata Latinitas, quod vel ex Juvenco & reliquis illius aetatis Scriptoribus apparet: & tamen, ſi dicendum eſt, quid ipſe ſentiam, Monilii illaboratam plane, & naturaliter fluentem in hoc Dionyſio Poëſin olere videor. Reliquit etiam in ipſis his puſillis ſententiis hic & illic quaſi quaedam veſtigia, quae nos ad aevum ſuum, id eſt, ad Caeſares primi ſeculi, deducere videntur. Excutiamus illa, & arbitranda literatis proponamus!

Vel in *ipſa Praefatione* inque illis *contemtiſſimis ſententiolis* Numero VI. phraſis illa, *Foro pare*, tacite nos deducit ad illa tempora, quibus populo Romano adhuc aliqua in foro umbra auctoritatis priſtinae, reſidua erat. Quippe, quamvis abolito per Caeſares ſupremo populi judicio, tamen inania quaedem ſimulacra retinebantur; Praetores in foro jus dicebant; vigebat Oratorum in cauſis centumviralibus auctoritas; Senatores in curia ſententias, utut obnoxie, dicebant; minores Magiſtratus ibidem ſufficiebantur; &, quamvis ad nutum Caeſarum omnia fiebant, tamen iidem magis auctoritate ſuadendi, quam poteſtate imperandi uti

uti videri volebant. Itaque illud, *Foro pare*, non utique innuit, quod plerique interpretes volebant; quaſi tempori ſerviendum mereretur: ſed ut Magiſtratibus in foro judicia exercentibus, eorumque juſſis pareatur, neu inde provocatio ad Caeſarem temere fieret, qua reſiduum libertatis nomen & inanis umbra prorſum aboleretur. Poſt Trajani tempora, inprimis ſub Commodo & ſubſequis Principibus haec omnia mutavere; mutum forum Romanum; muti Magiſtratus populares; ipſe populus Romanus tanquam in peculio Principum cenſeri: ac proinde locus praecepto illi, *Foro pare*, id eſt, populi judicio obtempera, eſſe non potuit amplius. Idem *colligitur ex phraſi* Numero xxv. *Ad Praetorium ſtato.* Quid ante Caeſares Praetorium fuerit, nihil hic attinet referre: ſub Caeſaribus primi ſeculi Praetoriani erant corporis Caeſaris cuſtodes; Praetorium ipſa ſtatio Praefecti. Hujus Praefecti Praetorio ſub Tiberio & ſucceſſoribus ita ſenſim invaluerat poteſtas, ut proxima Caeſarum ipſorum eſſet, velut exemplo Sejani, Burrhi, Nymphidii apparet. Hi ſenſim ac pedetentim omnium judiciorum vim in ſe transferre; Senatui praeſcribere; populum circumſcribere; denique, undecunque ſpes emolumenti vel potentiae eſſet, ea omnia ſui judicii facere. Ita lapſa verbi conſuetudo alium plane ſenſum induit, & pro ſupremo tribunali omnium judiciorum uſurpari caepit: eoque proclivior hic lapſus erat, quia Praetores Provinciarum utriusque poteſtatis & civilis & militaris jurisdictionem jam olim habuerant, & Praetorium pro dicaſterio inter Provinciales ſumeretur. Itaque recte admonuit Dionyſius iſte filium ſuum, ut ad Praetorium ſtaret, id eſt, tanquam in ſupremo judicio modeſte, reverenter & civiliter ſe gereret. Duravit haec Praefecti Praetorio poteſtas usque ad tempora Commodi, qui nimiam eam & ipſis Imperatoribus praegravem poteſtatem ratus, cognitis in ſe inſidiis Perennii, Praefecti Praetorio, eoque occiſo, δύο τοὺς ἐπάρχους κατέστησεν, ἀσφαλέστερον οἰόμενος, μὴ ἑνὶ πιστεύειν τοσαύτην ἐξουσίαν, ut inquit Herod. I. IX. 24. Ita ablata a Praetorio poteſtas judiciaria, ad alios Magiſtratus rurſum tranſiit, atque illa ſtandi in Praetorio neceſſitas abolita eſt.

* * * * Idem

Idem illud, *Trocbo lude*, *Aleam fuge*; quae utraque ſub Caeſaribus primi ſeculi vigebant; poſtea deſierunt. Jam vero, quod primore loco dictum oportuit, *illa verba Praefationis: ut glorioſe viverent, & honores contingerent*; ſtatum popularem, cujus quaſi quaedam reliquiae primo ſeculo ſupererant, praecipere videntur, quaſique, ut Philoſophi loquuntur, ſupponere. Nam virtutes, quas ibi inculcat, mere populares ſunt; populo probantur; populum conciliant; a populo ſuſpiciebantur & honeſtabantur. At enim ademta populo omni poteſtate, quod ſeculo ſecundo acciderat; ſi maxime glorioſe viveres, tamen honores per eaſdem virtutes ab eodem populo contingere neutiquam poſſes. Sed plura latent in ipſis Diſtichis veſtigia, v. g.

I. Facit mentionem *Poëtarum primi tantum ſeculi*, *Praef. Lib.* II. I. Virgilii, II. Macri, III. Lucani, IV. Naſonis. Virgilium non miror: quamvis nequaquam expedio; cur non potius *Catonis de re Ruſtica* meminerit: neque enim de Poëtis tractatio erat, ſed de rei ruſticae ſcriptoribus; aut, ſi Poëtas vellet, *Columellae*, & *Palladii*, quorum praecepta de re ruſtica, verſibus conſcripta exſtabant. Macrum, herbarum ſcriptorem, jam ſeculo tertio deſiiſſe videri, videor poſſe contendere, qui vix ad Antoninorum tempora duravit. Lucani meminit, tanquam Clariſſimi Poëtae, cujus aevo primo auctoritas prae Virgilii eminebat: poſterioribus, ſecundo & tertio ita eviluerat, ut, Martiale teſte, vix inter Poëtas locum tenuerit.

II. Lib. I. Diſt. I. *Deum* appellat *animum*; eumque non victimis, ſed pura mente colendum praecipit conf. IV. Diſt. 14. 38. At haec purior de Deo notitia, cultuque ejus, effulgenti jam tum Chriſtianae veritati debetur.

III. *Compeſcere Linguam* monet, eamque virtutem tum alibi, tum praecipue Lib. I. Diſt. 3. mirifice extollit. Aut me omnia fallunt, aut hoc praeceptum nos quaſi apprehenſa manu deducit ad tempora Tiberii, Caji, Neronis, Domitiani, quibus iſta virtus ſola ſaluti erat propter calumniatorum multitudinem, & imperantium truculentiam.

IV. *Diritatem temporum* illorum *notare* videtur. Lib. I. Diſt. 17. 19. 33. Lib. II. Diſt. 6. 13. 14. 18. 23. 24. 26.

V. *Ser-*

V. *Servorum* ſeu *mancipiorum habendi* conſuetudinem, quae ſeculo currente tertio jam pedetentim caeperat exoleſcere, innuit Lib. I. Diſt. 8. 37. III. D. 2. IV. D. 4.

VI. Meminit *Mathematicorum* ſeu *divinaculorum*, quorum primo ſeculo perfrequens mentio; reliquis aut tenuis, aut nulla, Lib. II. Diſt. 2. 12. 31.

VII. Item *Jani bifrontis*, tanquam noti Dei; qui poſt tempora Veſpaſiani coli deſierat, Lib. II. Diſt. 27.

VIII. Tacite idem innuit, qui aurea & argentea Latinae Linguae aetate *nepotes*, id eſt, decoctores appellabantur: Lib. III. Diſt. 7. Quae dictio poſterioribus temporibus in uſu vulgi eſſe deſierat; ſecus, atque ipſe teſtatur, cum inquit: *ne ſis, quem fama loquatur*, id eſt, ne Nepos habeare.

IX. Meminit item *cenſus*, Lib. III. Diſt. 10. id eſt, tabularum cenſoriarum, in quibus civium Romanorum ſubſtantia, opes & facultates a cenſoribus perſcriptae exſtabant. At ille Magiſtratus brevi poſt ſeculum primum, cum Auctoritas Caeſarum in regiam deſciviſſet, exſpiravit.

X. Item *licentiae ex dimittendis uxoribus*, quae ſub iisdem Caeſaribus perfrequens; conf. Tacit. & Juvenal. poſtea reſtricta eſt. Lib. III. Diſt. 2.

XI. Item porro *fortunae Deae*: quae conveniunt cum illo Juvenal. Sat. X. vſ. 363. & XIV. vſ. 314.

XII. Ac demum, ne nimis vitilitigatiliter, ut Sidonii voce utar, agam, & omnia cum pulviſculo everrere videar, *de contemnendis victimis* aperte, Lib. IV. Diſt. 24. 28. quae, invaleſcentibus jam Chriſtianis, hic illic omittebantur: conf. Plin. Ep. X. 97.

Ex quibus omnibus ac ſingulis unum in locum coacervatis ita conjecto: *floruiſſe hunc Dionyſium noſtrum, aut ipſo ſeculo primo, aut circa tempora Trajani vel Antoninorum*; praeſertim cum ipſe quoque ſtilus, & verſuum nitidiſſima rotunditas ſeculi primi genium ubique declamitet. Nam quod vel in illa phraſi, quae extat Lib. I. Diſt. 3. *qui ſcit ratione tacere*: omiſſio particulae *Cum*; vel Lib. IV. Diſt. 42. vox duriuſcule compoſita *Officiperdi*, eum de dignitate ſeculi ſui dejicere debeat: perinjurium eſt. Quemadmodum enim unus lapillus, conjectus in aquam limpidam, inquinare eam non de-

bet videri: ita neque una vel altera vox paulo obſoletior totum ſcriptorem infamare. Deinde illud *ratione* cum ratione defenditur; Poëtarum privilegio, qui in hujusmodi *συνθέσεσι* compluſcula ſibi indulſerant; & hanc ipſam rationem ſcribendi memini compluribus exemplis ex Ovidio, & aliis alibi ſtabilitam. Deinde alterum illud *Officiperdi*, nihilo durius eſt, quam alia hujus generis, ſine dubio bonae notae; *domiſtorta*, *verinuncius*, *exulbiemis*, *blandiloquens*, aut Plauti, *urbicapus*, aut Terentii, *magnificare*, & ſimiles audaciuſculae voces. Quid? quod idem ſibi de licentia illa *ſollicite cavendum* cenſuit, ne ſuum putaretur, quod vulgi verbum erat. Addidit enim providenter: *quod dicitur*, *officiperdi*.

Redeat ergo jam, quod felix fauſtumque ſit, in tabulas civium primae Curiae, unde propter ignorationem natalium ſuorum, & defectum locupletium teſtium & nomenclatorum, hactenus excluſus fuerat; aut, ſi nondum ſatis liquet, propter ſtili nitorem, & illaboratum ac ſine affectatione rotundum in ipſis verſibus leporem, recipiatur ſaltem, tanquam non indignus hac dignatione, in civitatem illorum temporum noſter iſte Dionyſius, quem conſilio inſtitutoque novo ita informavimus ad captum adoleſcentiae, ut & mores egregie inſtruere poſſit, & ad nitidum ſcribendi genus praeparare cupidos eloquentiae Romanae. Seculi probrum eſt, tam nitidas, tam lucentes, tam ſalubres ſententias ex Scholis hodiernis eſſe magnam partem exploſas, & pro illis aut nullas, aut neſcio quas recentiorum, ſine populi ſuffragio, ſubſtitui: qui tamen, poſt reductas ab exilio literas, puerorum adhuc teneras manus attriverit, & jam olim, rudibus & barbaris illis temporibus, in ore vulgi verſatus ſit. Eat igitur, poſt tot Rudolphi Agricolae, Eraſmi, Melanchthonis, Deus bone! quanta nomina? aliorumque fruſtra occlamatas admonitiones, vel me quoque, quamvis homine tenui, Auctore rurſum in Curias primae aetatis; *morem animorum juvenilium componat; legatur, ut intelligatur;* ediſcatur totus & ad unguem; ut mature adoleſcentes noſtri cognoſcant, quae ſibi tenenda via ſit, ut *glorioſe olim*, id eſt honeſte, *vivere, & honores*, quemadmodum ipſe ait, *contingere poſſint* &c.

EX

EX EJUSDEM CASP. MALSCHII EDITIONE, QUAE EDITA EST FRANCOF. M. D. CC. XXIII.

...... Caeterum neque hoc diſſimulandum videtur ſubaudacter a me factum exiſtimari, quod in *Diſtichis Catonianis* ſubinde deceſſerim ab lectione recepta, praeſertim nullis adjutus Manuſcriptorum auctoritatibus; ſola conjectura ſuffultus. Itaque, quod tertium caput eſt, de quo mihi monendus es, benevole lector; age, emendationibus, ſive mavis, mutationibus noſtris ad dignitatem conciliemus. Lib. I. *Diſt.* 5. ſcriptum erat, *ut res expoſtulat:* ego feci *ceu res expoſtulat;* ut inficetae ἐκτάσει mederer; quam boni Poëtæ, ſaepe; ſed cum ſingulari judicio, ipſa re quaſi hanc ἔκτασιν expoſtulante, nunquam metri neceſſitate adhibere ſolent. *Neceſſitate metri in eas cogi anguſtias, ut vis ſyllabae inferenda ſit, indignum exiſtimatione Poëtae factum eſt. Diſt.* 9. pro *Cumque* ſcripſi *Quando;* id quod in aliis editionibus exſtabat; manifeſta ratione; cum neque usquam alibi duo invicem Diſticha connexuerit noſter, & in fine diſerte teſtetur, ſeſe *binos* junxiſſe, non quaternos. *Diſt.* 14. pro *cum quis te laudat*, praetuli aliarum lectionem, *Cum te aliquis laudat*, ſecutus aurium judicium. *Diſt.* 18. utroque modo legitur; *non ſimili curſu; non eodem curſu:* ſed illud ſuavius. *Diſt.* 26. lego cum aliis *fac pariter:* aliae habebant, *fac ſimile;* intolerabili audacia *Proximo* ſcripſi, *homines blando nimium ſermone;* quod longe concinnius, quam illud aliarum, *blandos nimium ſermone. Diſt.* 29. *Sic tibi nec cupidus* diu me torſit. Itaque ſcripſi; *ſi mihi nec cupidus*, manifeſto & acuto ſenſu; non repudio ta-

men, quod interim in Eraſmi Editione reperi: *Sic tibi nec parcus. Diſt.* 40. pro *& charis amicis:* Eraſm. legit, *charis & amicis:* ſenſu quidem non inepto; ſed horridi numeri, & noſtro indigni. *Lib.* II. *Praef.* retineo utique τὸ *cupis;* ultimamque ſyllabum extendo, non per ἔκτασιν ſeu *caeſuram*; ſed quia veteres indifferenter *cupere & cupire* dicebant. *Diſt.* 10. Retinui fundi noſtri lectionem; Eraſmus habet: *Quem ſcieris non eſſe parem tibi:* eodem ſenſu, & ſuaviore utique numero: ſed τὸ *non parem* explicandum pro eo, qui alterum viribus ſuperat, atque adeo magnitudine excedit, non defectu. *Diſt.* 20. pro *Exigua eſt tribuenda*, ſcribo *Exigua is tribuenda:* ratus, alteram lectionem natam ex compendio ſcripturae *is tribuenda*; unde illud *eſt tribuenda* conflatum. *Diſt.* 26. *Fronte capillata, poſt haec occaſio calva*; aliae habent *poſt eſt*, lego, *fronte capillata eſt, poſtico occaſio calva:* ita certus de hac lectione, ut non dubitem ſinceram eſſe ſcripturam. Conferantur inter ſe παράλληλα iſta: *fronte, poſtico; capillata, calva. Diſt.* 30. non convenit lemma cum ipſo Diſticho: feci ergo, ut convenirent. *Diſt.* 31. ultimum verſum emendavi, ut ſenſum expeditum haberet, qui antea impeditiſſimus erat.

Lib. III. *Praef.* movere duos verſus auſus ſum, & retrudere in proximam ſtationem: conferantur attente & vetus & noſtra lectio; ad trutinam judicii exigantur: cum ratione feciſſe videbimur. *Diſt.* 4. antea legebatur, *ſimplicitas veri ſana eſt; fraus ficta loquendi*; item in aliis, *ſimplicitas veri fama eſt:* perincommode ſane! ita utcunque ſtudui lucem adferre: quanquam neque ſic adhuc ſatis video. Ac vide, num haec lectio ferri poſſit.

Simplicitas veri norma eſt; laus, ficta loquendi.

Diſt. 18. *Multa legas facito; perlectis perlege multa*, conf. *praefat. noſtr.* Eraſmus hic emendat *perline*; id eſt, dele & corrige; malim *deline*: quo uſus Cicero eſt, teſte Priſciano Lib. IX. in fin. Sed noſtram emendationem, quam in textum recepi, confirmat *Planudes*, qui vertit μετέρχου, *praeteri*, id eſt, *neglige. Diſt.* 24. legit Eraſmus, *dilige non aegra*, & exponit: *non coacta pietate, neque gravatim, ſed promte, & alacriter:* mendoſe!

doſe! *non aegra pietate*, id eſt, impari, vel claudicante in alterutram partem., cum alterum ex parentibus plus minusve diligis.

Lib. IV. *Praef.* Pro *Invenies aliquid, in quo te utare magiſtro*, ſecutus ſum alteram lectionem, ſed collatam cum priore, & ex utraque novam excudi: *Invenies aliquid, quo te mitare magiſtro*; ſenſu clariſſimo. *Diſt.* 10. legebatur, *quae ventris amica eſt*: coacto ſenſu. Itaque ſe hic valide torquet Eraſmus. Lego *penis amica eſt*, ſenſu, quem Terentius alibi lepide expreſſit: *ſine Cerere & Libero friget Venus.* Nimirum perſuaſerant ſibi Monachi ſcioli, qui haec Diſticha in ſcholis praelegebant: τὸ *Penis offenſivum eſſe piarum aurium*, ut ſtilus Curiae Romanae loquitur: idque ſane ita eſt in patria noſtra, non item in Latina Lingua. Quid igitur opus eſt, in alienam Linguam obſcoenitatem inferre, ubi ipſa nullam agnoſcit? *Diſt.* 18. pro *Nam quicunque ſenex*, malim legere, *nam quicunque ſenet*: ſed retinui tamen vulgatum. Ita *Diſt.* XXI. pro *ſic & manu adjuvat artem*: malim legere, *adjuvat uſum*, quod in Eraſmo reperio. *Uſum*, id eſt, *habilitatem, promtitudinem ad agendum expedite*: Itaque in noſtro emendari velim, & exponi in margine *eine Hurtigkeit und Fertigkeit.* *Diſt.* 30. *Cum Venere & Baccho lis eſt*; *ſed juncta voluptas*: correxi: *& juncta voluptas*; itaque poſt id ea loci video in Eraſmo exſtare. *Diſt.* 32. Pro *ſis diſcrimine pejor*, ſcripſi *ſit*, commodiore paulo ſenſu, quam antea. *Diſt.* 33. malim legi, *quam velo tendere in altum*: itaque ibi reformari volo. *Diſt.* 36. dormitabam, cum alterum verſum, corruptum utique, recorrigere vellem. Legendum enim ibi optimo & neceſſario ſenſu:

Sed quaedam, quae ferre decet, patieris amice.

Diſt. 47. confer lectionem noſtram cum vulgata, & recte ſibi conſtare fatebere. *Diſt.* 48. ſuavius utique ſonat apud Eraſmum:

Fac multa ut diſcas, vites neſcire doceri.

Ubi malim ex duabus his lectionibus unam conflari.

Multa face ut diſcas, vites nil velle doceri.

Atque haec ſunt illa, quorum in Dionyſio rationem dicendam putavimus; levia, fatemur; ſed nihil tam contemtum videri debet, cujus facti rationem bonus Vir refugere debeat. Quae nobis in P. Syri Mimiambis indulſimus, ea, quoniam Manuſcriptum noſtrum inter manus Editoris haeret, neque textum ipſum adhuc vidimus, non tam praetermittimus, quam alii loco temporive reſervamus. Ita vale, benevole lector, &c. Dabam *in Caroli Heſych.* ipſis Kal. April. Anno M. D. CC. XXIII.

TESTI-

TESTIMONIA VARIORUM
DE
DIONYSIO CATONE,
EJUSDEMQUE
DISTICHIS.

I. MEntio de Catone facta eſt a Vindiciano, Comite Archiatrorum in Epiſtola ad Imperatorem Valentinianum. Videantur notae Scaligeri ad Inſcriptionem hujus Libelli p. 1.

II. Iſidorus Gloſſis p. 24. Edit. Gothofr. & Excerpta Pithoeana, pag. 70.

Catoni quoque dicuntur officiperdi.

III. Carolus Magnus, vel Alcuinus, Capitul. de non adorandis Imag. L. III. Cap. XXVI. pag. 432.

Ait enim Philoſophus Cato:

Somnia ne cures; nam mens humana quod optat,
Cum vigilat ſperat, per ſomnum cernit id ipſum.

IV. Jo. Sariſberienſis Lib. VII. de Nugis Curial. Cap. IX. pag. 373.

In Libello quoque, quo parvuli initiantur, ut virtutis inſtructio & uſus teneris ebibitus animis facile nequeat aboleri, quoniam & teſta diutius ſervat odorem ejus, quo ſemel imbuta recens eſt, ait vel Cato vel alius, nam auctor incertus eſt:

Multa legas facito, &c.

V. Incertus Vetus Auctor Cantilenarum piarum a Matth. Flacio Illyrico; qui eas Hildeb. Cenomanenſi adſcribi velit, (*ſed Angli & forte Cantuarenſis potius ſunt*) Magdeburgi auctius, anno 1552. & Baſil. 1557. editarum, Cantil. XII. verſ. 10.

Si legiſſe memoras
Ethicam Catonis,
In qua ſcriptum legitur:
Ambula cum bonis.

 VI.

VI. Everhardus in Labyrintho (barbaris Laborinto) verſ. 71.

Inde tenet parvos lacerata fronte Catones.
Illos diſcipuli per metra bina legunt.

Et verſu 601.

Semita Virtutum catus eſt Cato, regula morum,
Quem metri brevitas verba polire negat.

VII. Laur. Valla Lib. IV. Eleg. XVIII.

Cujus rei admoneri certe debuerant trito illo verſu, neſcio cujus, ſed certe inter Auctores minutos Latiniſſimi, & quo mille annis nemo carmen ſcripſit elegantius:

Indulgere gulae noli, quae ventris amica eſt.

VIII. Jod. Badius Aſcenſius Commentario in Diſtich. Catonis, fol. 150. A.

Auctor ipſe latet. Nam ut Catoni aut majori, hoc eſt, Cenſorio, aut minori, id eſt, Uticenſi aſcribas, aetas non patitur; cum hoc opus poſt Virgilii Lucanique ſcripta compoſitum ſit, atque illa utriusque poſt mortem edita. Ut vero Senecae *addicas, ſtilus ipſe dicendi refragatur. Quisquis autem ejus autor eſt, certum eſt, eum virum & bonum & litteratum & apprime modeſtum fuiſſe. Bonum quidem, quod tot vivendi praecepta ad corrigendos errores in via (ut inquit) morum collegerit: quo uno argumento liquet ipſum Honeſti ſtudioſum; praeſertim cum vir tam anxie doctus contra ſe ſuosque mores noluiſſet dixiſſe:*

Turpe eſt doctori, quod culpa redarguit ipſum.

Litteratus autem ſane perhibetur, omnibusque non iniquis judicibus videbitur, qui ejus ſcripta diligenter legerint. Modeſtus vero vel ex eo praecipue mihi habetur, quod cum tot bonis praeceptionibus optime de urbanis moribus meritus eſſet, nomen tamen ſuum ſubticuit, ut qui pulcherrima bene facti praemia non in popularibus auris, non applauſu, non in commendatione plebis: ſed in ipſo DEO, in ipſa virtute, & in bona conſcientia reponeret, &c. Poëtae ergo vita notior eſt ejus nomine. Nam honeſtam & laudabilem fuiſſe conſtat.

Idem. Praefat. in Carmen Joh. Sulpitii Verulani de facetia menſae.

Quae

Quae vero ab eo, cui Catoni *cognomentum vulgo eſt, praecipiuntur, provectiorem aetatem expoſtulent, tum quod multa, quae ad Urbanos pertineant, aut frigide dicta, aut praetermiſſa ſint.*

IX. Franc. Quintianus Stoa, Epographia Tertia de primis Syllabis, pag. 48. A.

Probus: Laudaris quodcunque palam, q. p. *Non poterunt non mirati literarum cultores, cur ſub* Probi *titulo carmen adlegaverim. Ideo quid ſentiam, cum diverticulo proterminare viſum eſt. Opuſculum illud floridum, elegans, & perpolitum nequaquam* Catonis *eſſe edocent tempora, quando Lucanum, Naſonem, Virgiliumque legendos praecipiat. Non imus tamen inficias,* Catonem *de moribus libellum poſteris reliquiſſe: Sed ex A. Gellii verbis proſo non verſo eloquio conſcriptum conjicimus. Alii tenent* Senecae, *alii* Auſonii *fuiſſe opus, quibus aſtipularer, ſi ob ſtilum boſce non mentiretur: itaque Narnienſi Galeoto concordans illud fuiſſe* Probi *opus crediderim.*

Senecae *adſcripturit etiam Joan. Edoard. Mominius Gallus Praefat. ad Lectorem Bereſitbiados ſuae, bis verbis:* Quid ſi Catonem pro pueris Senecae aſſcribam, ex Patris mei autographis? *Ejusque nomine citat Marq. Freberus Lib.* III. *de Infamia Cap.* II. *n.* 4. *p.* 256. *& alibi. Qui* Catonis *tamen nomine laudat Lib.* II. *de Exiſtim. Cap.* III. *n.* 3. *pag.* 102. *& Lib.* III. *de Infam. Cap.* XVII. *n.* 34. *pag.* 484.

X. Bapt. Pius ad Epiſt. XX. Ciceronis, Lib. XIV. ad Atticum, fol. 205. B.

Magna eſt vis ingenii noſtri, immo tanta, ut ab aliquibus θεῖος *animus, ab aliis* caeleſtis *appelletur. In quam ſententiam cotburnatus Poëta ſic Platonice cecinit,* Diine hunc ardorem mentibus addunt Euryale; an ſua cuique Deus ſit dira libido? *Quo trabunt aliqui Myſticoteri, qui ultra corticem interiora rimantur, illud Auſonii Burdegalae, falſo Catoni adſcriptum;*

Si Deus eſt animus, nobis ut carmina dicunt,
Hic tibi praecipue ſit pura mente colendus.

XI. Erasmus Milite Chriſtiano, Canone V.

Vide Append. Not. pag. 335.

XII.

XII. Ptolemaeus Flavius Cap. xcv. Conjectan. Tom. I. Theſ. Crit. Gruteri, pag. 992.

Illud quoque huc pertinet, quod ſunt quidam, qui opinantur Paraeneticon *illum* Libellum, *qui pueris primo legi ſolet in ſcholis, quemque maximus Planudes in Graecum tranſtulit ſermonem, ut titulo, ſic re quoque eſſe* Catonis, *eo quod citetur a Gellio:* Cato in Libro, qui inſcriptus eſt Carmen de moribus. *De quo Catone intelligant neſcio. Illud equidem non ignoro, nullum fuiſſe* Catonem *poſt Lucanum Poëtam, cujus mentionem hic habet libellus; quod vero refertur a Polycarpo, nulla idonea auctoritate fulcitur. Qui autem Boëtio aſſignant, ſtili diverſitate refelluntur. Ego quidem incerti eſſe auctoris putem, ut & apud noſtros, & hinc fieri, ut ab Eraſmo, Laurentio Vallenſi, & caeteris non eodem ſemper titulo allegetur. Inde autem id nominis inditum opuſculo exiſtimo, ut hac inſcriptione indicetur totius libelli praeſtantia, & praeceptorum ſanctitas, quando Catonem ſapientem vocant Grammatici, & dixit Satyricus.*

Tertius e coelo cecidit Cato, &c.

XIII. Abraham Moterius a Weiſſenburg ad Lectorem Editionis ſuae Lipſienſis Anno 1543.

Carmina prudentis puer accipe dia Catonis;
Non tamen a ſenibus rejicienda viris;
Nam quicunque ſenex mores non curat honeſtos,
Quam puer eſt infans, eſt puer ille magis.

XIV. Hieron. Cardanus, Lib. I. de Utilitate ex adverſ. capienda Cap. II. pag. 52.

O quam bene dixit quidam, etſi rudi Camoena!

Virtutem primam ſcis eſſe, compeſcere Linguam:
Proximus ille DEO, qui ſcit ratione tacere.

XV. Henr. Bullingerus, Lib. I. de Orig. Erroris Cap. VIII. pag. 34. B.

Quibus verbis (Ciceronis) *congruit per omnia ſanctum illud ac decantatum Catonis Diſtichon,*

Si DEUS eſt animus, &c.

Vide reliqua.

XVI. Hier. Wolfius Progymnaſm. in aliquot Cic. Sententias, pag. 395.

Ne

Ne Cato *quidem noſter eſt negligendus ideo, quod pueris proponatur. Id enim eo fit, quod praeclaras Sententias continet.*

XVII. David Chytraeus Regulis Studiorum, pag. 204. A. Edit. Lipſ. 1593.

Similia extant in Latina Lingua CATONIS titulo, Diſticha moralia, ſapientiſſimis Gnomis & vitae Regulis ſtipata & non minus digna, quae ab omnibus ediſcantur, quam Heſiodi verſus. Quae tanti etiam Graeci fecerunt, ut (cum Publiani Mimis) a Maximo Planude *in Graecum ſermonem converſa fuerint.*

XVIII. Elias Vinetus Comm. in Auſonii Roſas Edyll. VI. n. 298. A.

In eorum carminum amiſſione, quod fecerat damnum Auſonius, pulchre penſatum voluit Baptiſta Pius, *quum ſic ſcripſit in litteras Ciceronis ad Dolabellam, quae extant inter epiſtolas ad Atticum Libro quarto decimo.* Quo trahunt aliqui illud Auſonii Burdigalenſis, falſo Catoni adſcriptum:

Si DEUS eſt animus nobis ut Carmina dicunt.

Qui Commentator, neſcio, quotum locum tenere debeat inter Ariſtarchos, qui ſine judicio Auſonii *carmen credidit, quod in vetere quopiam Libro inter Auſoniana, vel etiam alibi, falſo titulo, forte repererat.* Marcellus *medicus, cujus meminimus carmen undeviceſimum de Profeſſoribus Burdigalenſibus aliquot epiſtolas priorum Medicorum ſuae in Empirica Praefationi ſubjecit: quarum una* Vindiciano *cuidam, Comiti Archiatrorum, ad Valentinianum Imperatorem inſcribitur, in qua haec ſunt:* Quod quum pati coepiſſet infirmus, flens & gemens illud Catonis ſaepe dicebat,

Corporis auxilium Medico committi fideli.

Quae ex quo primum legi, dubitare deſii de nomine auctoris iſtorum moralium Diſtichorum, quisquis ſit hic Cato: quem video vixiſſe in Neronis Valentiniani ſenioris principatus. Lucani namque Poëtae meminit Libro ſecundo,

Lucanum quaeras, qui Martis praelia dicit.

Quem Nero interfecit, anno Chriſti ſexageſimo ſexto, ut in

in Latinis Euſebii Chronicis computatum legimus: & Marcellus, qui Vindiciani Epiſtolam ad Valentinianum Imperatorem in ſua tranſcripſit, hunc ibi titulum habet, Vir inluſter, ex magno officio Theodoſii Senioris; *quare Valentinianus hic non videtur alius fuiſſe, quam Valentinianorum Imperatorum primus: qui deceſſit anno Chriſti trecenteſimo ſeptuageſimo nono. Hoc ergo Valentiniano Auguſto prior omnino fuit iſte Cato Diſtichographus: ſub quo Imperatore floruit, qui citat,* Vindicianus *medicus, ſimulque Burdigalenſis* Auſonius: *qui Valentiniani ejusdem filium Gratianum litteras docuit, ut ſexcentis jam locis meminimus. Itaque non ſunt iſta* Diſticha Moralia, *opus* Auſonii *Burdigalenſis ſed* Catonis *cujusdam, ut omnium Librorum tituli praeferunt, qui Auſonium aetate praeceſſerit. Quod carmen quae proſaïca ejusdem argumenti antecedunt in vulgatis editionibus, haec cujuscunque alterius auctoris ſint. Nobis Simo Boſius codicem viſendae antiquitatis aliquando oſtendit, in quo ſola erant, &* Dionyſio Catoni ad filium *inſcribebantur.*

XIX. Petrus Pithoeus Praefat. in Editionem ſuam Diſtichorum Catonis Anno 1577.

Haec quae plures immerito negligunt, ego tanti facio, ut vix de manibus ponam, volui etiam nitidiora extare, quam hactenus edita ſunt: nec in eam rem piguit bonas horas impendere, vel tenerioris aetatis gratia, quam ab ipſis cunabulis purioribus cibis educi virorum maxime intereſt, &c.

XX. Joſ. Scaliger Auſon. Lect. Lib. II. Cap. XXXII.

Extitit quidam Parentum noſtrorum aetate, qui Auſonio Catonis *Diſticha auſus ſit aſſerere. Quisnam ille, obſecro, eſt tam locuples auctor, ac claſſicus teſtis?* Baptiſta Pius: *qui temporibus ſuis fuit cymbalum inanis juventutis, hodieque ſententiae ſuae ſectatores habet. Miſeros homines, qui ſub tam lentis maxillis mandunt: Primum qui poſſunt illa eſſe* Auſonii: *cum Auſonius ſerio Chriſtianus fuerit, neque aliter piis Auguſtis acceptus fuiſſet, niſi & ipſe Chriſtianus fuiſſet? Haec vero Diſticha, quis non videt adhuc erroribus Gentilium inſigniter delibuta eſſe? id quod ex multis illius Opuſculi partibus patet. Deinde quomodo Auſonius eſſe poſſit ille, qui Auſonio multo antiquior eſt? Unde id didiciſti? Ex Vindiciano, ille fuit empiricus. & Vir Clariſſ.*

vixit-

vixitque temporibus Valentiniani ſenioris, hoc eſt, ante Conſulatum ipſius Auſonii, qui etiam ſe a Jul. Auſonio, qui fuit noſtri Poëtae pater, plurimum adjutum in re medica ſcribit. Is igitur producit ex illo Catonis Libello teſtimonium tanquam ex uno ex veteribus Poëtis: non facturus profecto, ſi χθὲς καὶ πρώην conſcriptus fuiſſet ille Liber. Sed quid nugamur? quid tam diſſimile Auſonii ſcriptis, quam character ille?

Et paulo poſt:

Quisquis fuit ille, qui Diſticha illa compoſuit, ita inſcripſit illa, quia probitas Catonis vel proverbio omnibus nota erat. Probos enim homines, & moribus probatiſſimis illis temporibus Catones *vocatos, nemo ignorat. Notum* Tertius e coelo cecidit Cato. *Quid quod Cato major Librum de moribus ſcripſerat ad filium ſuum? Hinc etiam potuit Poëta ille Gnomographus lemmatis cauſſam expiſcari, &c.*

Videatur quoque Scaligeri Praefatio, quae huic Editioni praemittitur.

Idem ſine Notarum in Publ. Syri Sententias, Edit. Lugd.

Haec Publiana, *quamvis inter nugas theatrales jactata, tamen quid rectum, quid utile ſit, juxta Horatium, melius Chryſippo & Crantore dicunt. Itaque nunquam illos de manibus deponant non pueri tantum, ſed etiam doctiores: quod idem de* Dionyſii Catonis *Diſtichis dictum volo: quae quare non frequententur in Scholis non video. Meliora enim, & latiniora quibus animi teneri informentur, dari non poſſunt, &c.*

XXI. Steph. Paſchaſius Icon. 107. pag. XI. B. *Cato pro Pueris.*

> *Quem tibi pro pueris dat Bibliopola Catonem;*
> *Crede mihi liber eſt aptior iſte Viris.*

XXII. Caſp. Barthius Lib. XXI. Adv. Cap. XXI. Col. 1064.

Quicquid uſu vulgari ab auctoritate reconditae eruditionis abit, vileſcere ſolet & in cenſum redigi rerum non magni pretii, licet ſit auro rarius & formoſius. Licet in talibus, quoad Poëſin quidem Latinam, locum demus Dionyſii Catonis *Diſtichis. Qui Libellus, ſi non dudum ad pulverulenta magiſtrorum ſubſellia fuiſſet damnatus, inter Poſte-*

rioris

rioris aevi principes locum obtineret. Terſus eſt, Latinus, acutus, eruditus, facilis, &c.

Idem Lib. XXIX. Cap. IV. Col. 1178.

Quem ſcriptorem Dionyſium Catonem *ex membranis in Gallia repertis hodie Eruditiſſimi viri appellandum ſanxerunt, is dudum admodum eſt, cum ignotus fuit nomine, & ſimul quoque juventuti propoſitus ad jungendam cum Latinitate Sapientiam, quo officio hodie quoque fungitur. Utrumque nos docet* Joannes Saresberienſis ſive Carnotenſis *potius, qui ante annos jam fere quingentos ſcripſit Lib.* VII. *de Nugis Curial. Cap.* IX. *&c. In Scholis quidem praelectum docet etiam MS. Auctor Vitarum Philoſophorum, quem alibi laudamus. Et magna opinione Sapientiae fuiſſe,* Eulogius *Libro primo Memorialis Sanctorum, qui cum Salomone illum citat, &* Catonem Philoſophum *appellat. Gratulandum ergo aevo noſtro nomen ſuum optimum & Poëtam & Sophum recepiſſe; &c.*

Ibid. Col. 1180.

Videtur eſſe Cato *Libelli titulus, ut & alibi monuimus, & ipſa praecepta hauſta ex priſci Catonis Carmine de Moribus, Libro prorſa quidem Oratione ſcripto, ſed cujus genius quoad Politica & Oeconomica praecepta mire videatur cum hoc conſpirare. Quicunque Auctor ſit,* Catonem *certe Librum inſcribi potuiſſe, celebratiſſima virtus hominis facile perſuadet. Scriptos autem plures hujus generis Libros ab aliis, teſtis eſſe poteſt Scholiaſtes antiquus Horatii ad Artem Poëticam, qui* Catonis *nomine haec citat:*

Metiri ſe quemque decet, propriiſque juvari
Laudibus.

Quem haud dubio Ethico *(ut loquebantur ſemipriſci illi de Poëtis gravibus) alicui centunculo infarctum legit gloſſator aliquis, cui titulus fuerit Catonis, cum verſus ipſe ſit* Aviani *Aeſopiarum Fab.* V. *De hujus vero noſtri antiquitate dubitare non ſinit* Vindicianus *Comes Archiatrorum ſub Valentiniano, & fuit ſequioribus ſeculis in pretio, ut conſtat ex* Joanne Sariſberienſi *ſupra laudato. Teſtimonio ejus utitur &* Luitprandus *Lib.* IV. *Cap.* IV. *Hiſtor.*

Idem Lib. LI. Cap. XIII. Col. 2404.

Dionyſius Cato, *cujus praeclarae & utiliſſimae ſententiae*

tiae

tiae ex mediis pleraeque rebus & ipſo uſu ſunt petitae, & iis verſibus incluſae, ut neminem optimum Poëtam eorum pudere poſſit..

Idem Lib. LIII. Cap. VI. Col. 2489.

Dionyſius Cato *antiquior ſcriptor Theodoſianis temporibus.*

Idem Lib. LX. Col. 2851.

Talia carmina merito ſuo hodie ſunt, quae Catonis *inſcribuntur*, Octaviani *titulo a nonnullis producta, ab aliis* Dionyſio *cuidam* Catoni *adſcripta, & eo nomine a Joſepho Scaligero poſt Planudem Graece reddita. Ego vero ſuſpicor a Poëta quodam meliorum temporum, forſan & Auſonio, cui B. Pius & alii, neſcio quo ſidere perculſi, pertinaciter adſcribunt, e Catonis Libro translata, qui* Carmen de Moribus *inſcribebatur, & ita retinuiſſe titulum antiquiſſimi Scriptoris. Catonis autem eum librum citat tribus inſignibus & ad mores egregie facientibus fragmentis inde ſervatis Gellius Lib.* XI. *Cap.* II. *Nec vero noſtro demum aevo Diſticha illa egregia inſtitutioni Juventutis dedicata ſunt, ſed ante quadringentos amplius annos ita de eo ſcribit* Joannes Sarisberienſis *Lib.* VII. *Policratici Cap.* IX. *&c. His autem Joannis verbis clarum fit, quod nos ſuſpicati ſumus, incertum eſſe Scriptorem, & Librum ex Catonis dictis conſarcinatum ejus titulum retinuiſſe, &c.*

Idem Lib. XCIX. Adverſ. Cap. VII.

Cum eodem ſermone ait Radulpus: ad hoc inducitur, ut plus aliis de ſe credat, quam ſibi. *alludit Scholis tum commendatiſſimi Scriptoris Dionyſii Catonis verſum:*

Plus aliis, quam tu, de te tibi credere noli.

Ex quo ſane multi non poenitendam Sapientiam hauſerunt.

Idem Lib. CXLVIII. Cap. X.

Diſticha illa aureola, Catonis *nomine notiſſima,* Dionyſio Catoni *adſcribere placuit doctis, duce quadam manu exarata membrana. Eorum decretum placet ſequi, & adjuvare porro omnia bona meritum tam probum Doctorem.*

Idem ad Claudian. I. Edit. pag. 243.

Dionyſius Cato, *quem in membranis Octaviani nomine cenſeri, praeſens praeſenti narravit eruditiſſimus mihi Goldaſtus.*

Idem Lib. VIII. Epidorpidum §. LXXXIX.

Cato ille dixit, iſte dicta deſcripſit,
Pari eſt uterque dignus ambitu cenſor.

Idem nomine Tarraei Hebii, Amphith. Ser. Joc. Lib. XVII. Epigr. XXI verſ. II.

Pangentem pia Diſticha, & Catonem
Totum Carmine tam brevi tenentem,
Appellare potes Catona verum?

XXIII. Gerh. Joh. Voſſius Inſtitut. Orator. Lib. V. Cap. XII. pag. 412.

Cui ſimile illud, ——— inimicum nomen amici.

Quod legas in Diſtichis de Moribus: ſive ea incerti ſint ſcriptoris, ut jam ante ſecula pene quinque ſcripſit Joannes Sarisberienſis: (quod ſi placet, dici poſſit, nomen Catonis *eſſe ab argumento, quomodo Caelii, vel alterius de re culinaria opus,* Apicius *inſcribitur) ſive potius auctor vocabatur Cato, ut magis ſit veriſimile: tum quod in optimo Simeonis Boſii codice, quem & Elias Vinetus vidit,* Dionyſio Catoni *adſcribebantur: tum eo, quod, ut idem Vinetus primus annotavit,* Catonis *illa nomine laudarit* Vindicianus, *Comes Archiatrorum, Epiſtola ad Valentinianum Imperatorem, quam apud Marcellum Empiricum legere eſt. Ut omnino Auctor ſit antiquior* Auſonio: *cui perperam id carmen tribuebat Baptiſta Pius: uti & Guilhelmus Canterus prolegomenis in Euripidem.*

XXIV. Frid. Taubmann. ad Virg. Culicem. verſ. LXVII. pag. 53.

Qua puritate & innocentia pectoris ſive animi, Dionyſius *ille* Cato *in* Diſtichis Moralibus, *& vere aureis* ad Filium, *coli Deum voluit, quando ait:* Si Deus eſt animus &c. *vel, ut Scaliger ſententiam monoſticho incluſit:*

Si Deus eſt animus, animi ſit mente colendus.

Idem ad Trinumm. Plauti Act. II. Sc. I. pag. 1322. verſ. 17.

Dionyſius Cato *in Diſticho de moribus, ad filium, Lib.* II. *Carm.* XVIII. Utere quaeſitis &c. φείδευ τῶν κτεάνων *&c. ut Scaliger in ſenecta aetate vertit: qui & ſerio teſtatur, ad informandos, & Moribus & Latino ſermone puerorum*

rorum animos, neque meliorem Librum neque purius loquentem hac Poëſi extare: & miratur ſtuporem hodiernorum, qui de aureolo illo Libro non melius judicent. Character & dictionis puritas veterem arguunt.

XXV. Matth. Zuber. Poëm. Part. I. pag. 585.

Hortantur pariter nos Diſticha docta Catonis,
Diſticha quorum ipſa eſt Sapientia nobilis autor.
Diſticha, quae nequeunt expendi quolibet auro.

Vide porro Gul. Rameſey Libro de Vita & Moribus Philoſophorum, Cap. XCV. fine. Geſneri Bibliothecam fol. 163. b. & Simleri Epitomen fol. 32. b. Thom. Gualenſem (al. Walleys ſ. Valon.) ad Lib. I. Auguſtini de Civ. Dei Cap. XXIII. Cujus nugas irridet Lud. Vives Praef. Comm. in Auguſt. d. l. Henr. Jul. Scheurle Stat. Mercurial. Sect. II. Part. II. Cap. II. pag. 203. M. Neandrum, Praefat. Operis aurei Scholaſt. pag. 21. & Praefat. Part. III. Ethicae. Goldaſt. ad Paraenet. Veteres, pag. 104. Henr. Bebel Opuſculo ad Joh. Nauclerum, qui Autores legendi ſint. Mart. Cruſ. Antiſtrigili ad Friſchl. Strig. Grammaticam, pag. 255. & ſeqq. Matür. Corderium Colloq. Scholaſt. Lib. II. Colloq. XXX. (al. XXXVII.) Et Catoni noſtro infenſos Joh. Zehnerum, Praefat. Sententiarum inſigniorum. M. Zuer. Boxhornium, Diſtichorum iſtorum autorem, neſcio quem, Joh. Clothomium hominem forte nondum natum, ex futilibus Clauſtralium Cucullionum gloſſamentis proponentem, Cap. XIV. Quaeſt. Rom. pag. 75. Ut enim Paganiſmum Scriptori huic nugaces illi Scioli abjudicarent, commenti ſunt alius Tullium quempiam, alius Senecam (ſi Diis placet) Chriſtianos; nonnulli Joh. Chryſoſtomum, vel ut Librarii deinde delirarunt, Cryſothomum, Autorem. Unde ex Scripturae compendio muſtea illa Clothomii perſona citra dubium nata. Liquet hoc ex ipſis Barbarorum iſtorum Gloſſematis; non ſemel Coloniae, Lipſiaeque ante ſeſquiſeculum hoc editis, egregii inſuper Etymi inſertâ exornatis, eſſe nimirum ejus nomen a *Chryſis*, id eſt, *aurum*, & *thomos*, id eſt, *os*. Chriſtiani Scriptoris Opuſculum eſſe arbitrantes, toto errare coelo vere cenſuit Erudi-

tiſſ. G. Voſſius, praeclaris ad Vell. Paterc. Notis, pag. 195. Cujus utinam in hunc Autorem Animadverſiones tandem prodirent. Adeo autem ab omni aevo aeſtimatus fuit Noſter *Sapiens*, ut non exiguo numero reperire ſit, qui ejus utantur teſtimoniis. Inter quos, praeter ſupra poſitos, apparent Iſidorus, Luitprandus, Elipantus Toletan. Epiſcopus, Rad. Ardens, P. Bleſenſis, Ditmarus, Petr. Helias, Alanus, Nic. Lira, Coſmas Pragenſis, Bernh. Geyſtenſis, Rod. Zamorenſis, Meginfredus, vulgo Mefret, in Notis laudati. Quibus addantur Vinc. Belluacenſis Spec. Doctrinali paſſim, inprimis L. IV. & V. (vel ut Baſil. Editio diſtinguit Lib. V. & VI.) Jac. de Viragine, vulgo Voragine, Aurea Legenda, Vita Catharinae. Joh. Gerſon T. II. de Conſiderat. Principis, Cap. V. Jac. de Caeſollis, apud me MS. alioqui Mediolani 1479. editus, de moribus & officiis Nobilium ludo Scachorum. Lib. III. Cap. VII. Felix Malleolus in Dialogis, Jac. Magnus in Sophologio, & Vetus Florilegii Poëtici Collector, paſſim. Hieremias Judex de Montagnone Civis Paduanus, Compendio Moralium Notabilium, ſ. ut Editor. Pet. Trecius appellat, Epitoma Sapientiae, perſaepe. Albertanus Cauſidicus Brixienſis de doctrina loquendi & tacendi. Laudatur & in Jure Canonico Decretalium Greg. IX. Lib. I. Tit. II. Cap. VI. nomine SAPIENTIS. Et in Gloſſa. Vide T. I. Repet. Dd. 156. fin. Et immiſcet ſuis Monoſtichis ſive Columbanus, ſive cui melius aſſeruntur, Alcuinus, verſus Catonis plures: unum & alterum etiam ſuis Rhythmis Gualtherus Dyſſe de Schiſm. Eccl. pone Analecta Lydii ad Clemang. editis pag. 31.

Sententias Catonis proſa conceptas oratione expoſuit Philipp. de Pergamo Monoſt. S. Mariae de Vantio. ord. S. Bened. & inſcripſit Fr. Novello, de Canaria Paduae Ducis Filio, circa A. 1400. (Trithem. de Script. Eccleſ. fol. 113. b. ponit. 1350.) uti refert Phil. Labbeus Novae Bibliothecae, pag. 46. & 373. In Diſticha vero metra commentatus eſt Robertus de Euromodio Monachus Claraevall. ad Petrum de Salutiis generoſae indolis adoleſcentulum. Utrumque Opuſculum

lum MS. fuiſſe in Bibliotheca Gabr. Naudaei, indicat idem Labbeus, ibidem. Part. IV. pag. 46. nec quicquam commune habuiſſe cum ejusdem in eundem Scriptorem brevibus Scholiis excuſis Baſileae anno 1486. in 4. Scripſit & in Catonis Diſticha Commentarium Joh. Urſinus D. Medicus Gallus, uti refert Steph. Reyboſius Tulinus. Vide & Simlerum, & Reineſ. Epiſt. LXI. ad C. D.

* Haec, a Daumio & Wachio, ut puto, collecta, in Wachii erant Editione. Plura inſuper Virorum Eruditorum teſtimonia offert nobis diligentia J. Alb. Fabricii Bibl. Latin. Lib. IV. Cap. I. pag. 683. quibus adde, quae LLoydius habet in Dictionario Poët. Hiſt. voc. *M. Cato Uticenſis*. Lipſius Cent. IV. Miſc. Ep. XV. Alciat. in Append. Notar. pag. hujus Edit. 335. Buchnerus in Epiſtolis ad Daumium. Ptolom. Flavius in Face Critica Gruteri, pag. 992. Lambetius Bibliothec. Lib. V. pag. 215. Lomeyerus in Dierum Genial. Dec. I. pag. 303. Scaliger ad Lib. II. Diſt. XXVIII. & IV. X. P. Francius in Orat. *pro Poëtica*, p. m. 127. Taubmannus ad Plaut. Amph. Act. II. Sc. II. verſ. I. pag. 60. Broukhuſius ad Tibullum Lib. I. Eleg. VII. verſ. 59. & quae nos plura ad Inſcriptionem *Dionyſii Catonis*. Inſpice quoque indicem, quae eſt ante Theſaurum Stephani, ubi Dionyſius noſter Scriptoribus Seculi III. adnumeratur. Saubertum de Sacrificiis Veterum Cap. I. pag. 6. 7. Cannegieterum in Diſſert. ad Avian. Cap. XVI. Judicium Puteani recenſet Cabeljavius in Epiſt. pag. CLXIV.

Ceterum P. Scriverius ad marginem Edit. Plantinianae M. D. XCIX. manu ſua ſequentia notarat, inde a Cl. P. Burmanno deſcripta:

Dionyſii Catonis ſatis antiqua ſunt: Antiquiſſimi tamen Catonis eſſe non poſſunt, cum Lucani mentionem faciat. Vixit, ut opinor, poſt illum centum, vel centum & quinquaginta circiter annos. Vindicianus Medicus Epiſtola ad Valentinianum ſeniorem Imperatorem meminit hujus Catonis, & carmen ex illo hoc recitat, quod Lib. II. *legitur:*

Corporis auxilium Medico committe fideli.

 Ita

Ita lege. Nam male ibi excuditur corporis exiguum. *Joſ. Scaliger de integro haec Diſticha tranſtulit in Graecam Linguam; nam Maximi Planudis verſio nauci eſt. Fuerit ille Graecae, Latinae certe Linguae peritus non fuit. Nova vero Illuſtris Viri interpretatio, paribus verſibus reddita ad exemplum Mimorum; una cum notis miſſa eſt in Galliam ad Fratres Puteanos; ut indicavit mihi anno* M.DC.II. *Ceterum Opuſculum hoc de Moribus Clariſſimum noſtrae Bataviae decus Deſid. Eraſmus Catonis nomen praeferre exiſtimabat, quod haberet Sententias Catone dignas. In eadem opinione olim Joſ. Scaliger fuit: Quid? quod & Cato de Moribus Librum ad Filium conſcripſerit; & Varro quoque togatorum Doctiſſimus Librum reliquit, quem* Catonis *Titulo, ſive* de Liberis educandis *inſcripſit: ut ex Gellio & Nonio nobis conſtat. Hinc eſt proverbium:* Tertius e Coelo cecidit Cato. *Joannes Baptiſta Pius ad Auſonium Auctorem haec Diſticha referebat, atque idem ſentire videtur Gulielmus Canterus in Prolegomenis ad Euripidem. Joan. Sarisberienſis Anglus, qui ante* CCCC. & L. *annos ſcripſit, incertum Auctorem facit, Policratici Lib.* VII. *Cap.* IX. In Libello, *inquit*, quo parvuli initiantur, ut virtutis inſtructio & uſus teneris ebibitus animis nequeat aboleri, quoniam & teſta diutius ſervat odorem ejus, quo ſemel imbuta recens eſt, ait vel Cato, vel alius, nam auctor incertus eſt, (Lib. III. Diſt. XIX.)

Multa legas facito, perlectis perlege multa.

Profecto in Scholis ejuſmodi Scripta alternis lectionibus praelegi poterant. Atque haec ego ita in medium conſulo, ne tamen

Occidat miſeros Crambe repetita Magiſtros.

Fronti in titulo Catonis adſcripſerat idem Scriverius hoc Diſtichon, quod forte omiſſum ait e fine Praefationis. Lib. III,

Liber ad Lectorem.

Poſſum multa tibi Veterum praecepta referre,
Ni refugis, tenuesque piget cognoſcere curas.

Denique, ut hoc addam Reineſius in Epiſt. ad Daumium multa tangit, quae ad Dionyſium Catonem pertinent.

tinent. Vid. Epiſt. LXI. LXIII. LXVI. CXIX. &c. Mabillonius vero in Diario Ital. p. 306. recenſet Cod. MS. cum Commentariis Monachi cujusdam. Suo, fateor, loco inſeri quoque meruiſſet elegans carmen Danielis Heinſii in Graecam Joſ. Scaligeri Verſionem. Nunc vid. ejusdem Heinſ. Poëm. Graeca, pag. 588.

****

Dum admoneor, ſupereſſe quidquam Chartae typis vacuae, damus hic S. ANTHELMI *occidentalium Saxonum Epiſcopi MONOSTICHA*, quae e DIONYSIO CATONE deſumta ſunt. Ex Editione Morellii, Lutetiae. M. D. C. III.

Monoſtich. IV.

Corporis exſuperat vires prudentia mentis.

VI.

Semper amanda quidem eſt rerum doctrina bonarum.

IX.

Ut moneas carum noli deſiſtere amicum.

X.

Morbi cauſſa mali nimia eſt quaecunque voluptas.

XV.

Quisque dies vitae velut ultimus eſt reputandus.

XVI.

Quod dare non ſtatuis, noli promittere verbis.

XXVII.

Non opibus bona fama datur, ſed moribus almis.

XXVIII.

Fac ne te merito verbis derideat alter.

XXXII.

Ignotum noto numquam * praeponis amico.

Omnia

* f. noli praeponere amico.

XXXIII.

Omnia quae dicunt homines tu credere noli.

XXXVII.

Cum ſapiente loquens perpaucis utere verbis.

XL.

Plurima diſcentis ſemper ſapientia creſcit.

XLV.

Egregios faciet mentis conſtantia mores.

LII.

Non erit antiquo novus anteferendus amico.

LIII.

Difficile invenies verum fortaſſis amicum.

LXVI.

Praemeditata quidem levius ſufferre valebunt *.

LXVII.

Quae ſubito adveniunt multo graviora videntur.

LXXI.

Praemia non capiet, ingrato qui bona praeſtat.

LXXVI.

Doctor erit magnus, factis qui quod docet implet.

LXXVII.

Quod tibi vis fieri, hoc alii praeſtare memento.

LXXXIII.

Si tu recta facis, ne cures verba malorum.

LXXXIV.

Utile conſilium dominus ne deſpice ſervi.

LXXXV.

Inter convivas fac ſis ſermone modeſtus.

Cum

* l. valebis.

LXXXVI.

Cum quid peccaris, caſtiga te ipſe ſubinde.

LXXXVII.

Vulnera dum ſanas, dolor eſt medicina doloris.

XC.

Utere quaeſitis opibus, fuge nomen avari.

XCI.

Diſce, ſed a doctis: indoctos ipſe doceto.

XCIII.

Proximus eſto bonis, ſi non potes optimus eſſe.

CIV.

Corporis auxilium Medico committe fideli.

CV.

Dum poteris, benefac charo tu ſemper amico.

CVII.

Rebus in adverſis numquam * dimittis amicum.

CXI.

Conſilio mentis quodque imminet ante videto.

CXXXV.

Cumque alium † cauſes, propriam prius inſpice vitam.

CXXXVII.

Sis bonus usque bonis, laeſus nec laede nocentem.

CXXXIX.

Quae culpare ſoles, haec tu ne feceris ipſe.

CXLI.

Ira odium generat, concordia nutrit amorem.

CXLIX.

Divitias animo injuſtas attendere noli.

Una

* M. noli dimittere amicum. † accuſes.

CLXVII.

Una dies, quales fuerint, oſtendit amicos.

CLXVIII.

Peccaſti ſolus? ignoſcere tu tibi noli.

CLXIX.

Quod tacitum cupias, tacito committe ſodali.

CLXX.

Invidiam nimio cultu vitare memento.

✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱

Addimus S. COLUMBANI *Abbatis MONOSTICHA*, e DIONYSIO noſtro deſumta, quae ab aliis ALCHVVINO ſive ALCUINO tribuuntur, ex Edit. CHRIST. DAUMII. M. D. C. LXII.

Monoſtich. XV.

MOrbi cauſa mali nimia eſt quaecunque voluptas.

XXI.

Fer Patris imperium, dum verbis exit in iras.

XC.

Si tu recta facis, ne cures verba malorum.

XCI.

Utile conſilium Dominus ne deſpice ſervi.

XCII.

Inter convivas fac ſis ſermone modeſtus.

XCIII.

Cum quid peccaris, caſtiga te ipſe ſubinde.

XCIV.

Vulnera dum ſanas, dolor eſt medicina doloris.

Utere

XCVII.

Utere quaeſitis opibus, fuge nomen avari.

XCVIII.

Diſce, ſed a doctis: indoctos ipſe doceto.

XCIX.

Contra verboſos noli contendere verbis.

C.

Sermo datur multis, animi ſapientia paucis.

CI.

Non laeta extollant animum, non triſtia frangant.

CII.

Proximus eſto bonis, ſi non potes optimus eſſe.

CIII.

Quanto major eris, tanto tu cautior eſto.

CVIII.

Cum fueris felix, quae ſunt adverſa caveto.

CIX.

Quae culpare ſoles, haec tu ne feceris ipſe.

CXI.

Ira odium generat, concordia nutrit amorem.

CXXXV.

Una dies, quales fuerint, oſtendit amicos.

CXXXVI.

Peccaſti ſolus, ignoſcere tu tibi noli.

CXXXVII.

Quod tacitum cupias, tacito committe ſodali.

CXXXVIII.

Invidiam nimio cultu vitare memento.

Cor-

CLI.

Corporis auxilium Medico permitte fideli.

CLIV.

Rebus in adverſis numquam dimittes amicum.

CLVIII.

Conſilio mentis, quodque imminet, ante videto.

VITIUM TYPOGRAPHICUM.

In Praefatione.

Pag. xv. ℣. 28. *Lege:* haec Doct. Viri Commentaria, *vel potius*: hi Doct. Viri Commentarii,

Reliquorum vero, nec non Addendorum Collectionem vide ad calcem hujus operis.

DIO-

DIONYSII CATONIS DISTICHA DE *MORIBUS AD FILIUM.*

D*Ionyſii Catonis Diſticha de Moribus ad Filium.*] In libro vetuſtiſſimo Simeonis Boſii, Juridici Lemovicenſis, viri eruditiſſimi & acutiſſimi, titulus ita conceptus erat: DIONYSII CATONIS DISTICHA DE MORIBUS AD FILIUM. Solus ille codex bonae notae repertus eſt memoria noſtra. Reliqui, uti ſequiorum ſaeculorum, ita mendoſiores. Quo tempore vixerit iſte ſcriptor, nulla conjectura aſſequi potui. Character, & dictionis puritas, non patiuntur tam recentem eſſe, quam volunt quidam. Nos temporibus Commodi aut Severi recentiorem non credimus. Et certe, quum ſit vetus Auctor, mirum, quomodo eum omiſerit diligentiſſimus harum rerum inveſtigator Lilius Gyraldus. Qui quum etiam ineptisſimos Poëtas memoraverit, hujus nullam mentionem facit. Solus, quod ſciam, inter vetuſtos ſcriptores ejus meminit Vindicianus Comes Archiatrorum, in Epiſtola ad Imperatorem Valentinianum. Loquitur de quodam, qui oculorum rheumate laborabat, his verbis: *In ultimum hac ab egregiis medicis inventa curatione. Ut quum dexter oculus lacrimam funderet, vena ei dextri brachii laxaretur: quum ſiniſter; ſimiliter in ſiniſtro brachio fieret. Quod quum pati coepiſſet infirmus, flens & gemens illud Catonis ſaepe dicebat*, corporis * exigua medico committe fideli. *Ego autem*, & perito *reſtitui*, SCALIGER. Ita ex libro vetuſtiſſimo Simeonis Boſii Joſ. Scaliger: licet *Octaviani* quoque nomen codices non pauci,

neque ipſi recentes, praeferant; uti Barthius annotat, Adverſar. lib. xxxiv. cap. xviii. col. 1576. De *Dionyſio* fruſtra, credo, inquiras, & rarum hoc apud Romanos nomen. VALERIAE DIONYSIAE cujusdam tamen Arelatenſis quidam lapis meminit, & Valerios etiam reperias inter Catones; ut Grammaticum, cui dicas eruditi asſcribere conantur. Sed fortaſſe *Dionyſia* noſtra οὐδὲν πρὸς Διόνυσον. Illud magis placet, librum hunc, ſive Auctorem libri, aut ob gravitatem ſententiarum & pondus, aut quod Cato ſimilia ſcripſerit, *Catonem* dictum eſſe. De quo Horatius Serm. I. Sat. II.

——— ——— *macte*
Virtute eſto, inquit, ſententia dia Catonis.

Quod imitata eſt Sulpitia:

Quos inter priſci ſententia dia Catonis
Scire duo magni feciſſet: utrumne ſecundis,
An magis adverſis ſtaret Romana propago?
Scilicet adverſis.

Et poteſt Chriſtiani hominis foetus eſſe; cum & alii ex eorum numero Sibyllas, Theognidem alioſque auctores ſcriptorum ſuorum credi voluerint. OPITIUS. Vide & Barth. lib. XII. Adverſar. XX. col. 709. DAUMIUS. quod ſupra in Scal. not. legimus: *Corporis exigua* &c. perperam repetitum videtur e Diſt. IX. Lib. II. *Corporis exigui vires* &c. Lege: *Corporis auxilium medico committe fideli*. Ceterum Collationes noſtrae numero quatuor Vet. Reg. Vet. Chart. Membr. Voſſ. & Leid. tert. ad hunc Libri Titulum & Praefationem nil monent; adeo ut, quantum ad Praefationem attinet, illa inde exſulare, & non ab Auctore noſtro, ſed ab alio quodam profecta, vel, ſi malis, ad calcem demum horum librorum, alieno certe loco, rejecta videatur. Ita ut oculos conferentium facile effugere potuerit. Nec novum hoc vel inauditum; Saepius namque fieri, ut hoc genus praefationum ad finem Codicis reperiatur, Cl. docet Cannegieterus ad Aviani Praefationem, ipſique in conferendis MSS. aliquoties ſumus experti. In fronte autem Leid. pr. legebatur *Incipit Epiſtola Catonis.* in Leid. Sec. *Incipiunt libri Catonis Philoſophi.* & poſt breviores ſententias in fronte libri I. habet: *Incipit liber primus Catonis Philoſophi.* Diſcrepant quoque Editt. antiquiores omnes. *Catonis Romani ſententiae morales diſtichae* praefert Edit. Aug. Vind. *Catonis diſticha moralia* Euchar. Chouet. & Gryph. *Diſticha moralia titulo Catonis inſcripta* Paris. *Diſticha moralia nomine Catonis inſcripta* Cord. quem titulum etiam Eruditiſſ. Jo. Gaſp. Hagenbuchius collationi ſuae Cod. Turicenſis, quam humaniſſime nobiſcum communicavit, praefixit. Dubitamus tamen, an is ex Cod. ipſo, an vero e Corderii hac Edit. quam aliquoties ad partes vocat, ſit deſumtus. *Diſticha Catonis Ethica* Tremon. *Catonis carmina* Florent. *Magni* Au-

Auſonii diſticha moralia, vel Cato Pulm. qui in margine ſcribit: *Diſtichorum moralium libri, nomine Catonis hactenus falſo inſcripti, auctoritate Joannis Baptiſtae Pii huc acceſſerunt: qui in ſuis adnotationibus in Epiſtolis ad Atticum Lib.* XIII. *Auſonii illos eſſe aſſerit.* Ceterum *Catonis praecepta moralia* & alio loco: *libellus elegantiſſimus, qui inſcribitur Cato de praeceptis vitae communis* Eraſm. anni 1515. Denique *Cato, ſive de Moribus Diſticha* Edidit Scriver. Recentiores vero Edit. omnes & in Patria noſtra ac maxime Lugduni Batavorum typis exaratae inſcribunt hoc modo: *Dionyſii Catonis Diſticha de Moribus ad Filium*. At noſtrum non putavimus haec altius inquirere, ſeu Doctorum Virorum diverſas diſcutere ſententias; Non ita pridem hanc ſibi comparavit Provinciam Cl. Cannegieterus. Quamque, ut poſtea ex ipſius Reſcriptis Boxhornio cognoſcere licuit, feliciter admodum adminiſtravit. Vid. Cap. v. His tamen, quos ibi citat, qui *Catonis* nomen hic non ſignificare Auctorem, ſed libri titulum exiſtimarunt, addi poteſt Scriverius ad Mart. Lib. IX. Epigr. LXI. p. 203. Waſſe ad Fragmenta Hiſtoric. poſt Sall. p. 195. Voſſius Lib. v. Inſtit. Orat. C. XII. in f. & qui ſententiam ſuam iterum repetit, Bronkh. ad Tibull. Lib. II. El. VI. ✝. I. Si alia exempla hujus denominationis ſive tituli praeter illa *Ciceronis Cato major*, *Ciceronis Laelius* & *Varronis Cato* ſive *de liberis inſtituendis* deſideras, ſimiliter *Materni* Tragoediam *Catonem* memorat Auctor de cauſſis corruptae Eloquentiae Init. Nec aliter de Apicii Libro judicat Ryckius in notis ad Tacit. p. 84. Quem inſcribendum cenſet: *Coelii Apicius* ſive *de re culinaria*. quae loca me Cl. atque Amiciſſimo *P. Burmanno* debere, libens profiteor. ab his tamen diſcedere videtur Gronovius ad Livium Lib. x. Cap. XIX. §. 5. ubi Auctorem moralium ſub nomine Catonis ad partes vocat. Necnon Pagan. Gaudent. Addit. Critico Cap. XVIII. & XIX. Voſſ. ad Vell. Paterc. Lib. II. Cap. XCVIII. & denique Eruditiſſ. Cort. ad Sall. Cat. Cap. XIX. §. I. Quidquid ſit, nil temere conſtituendum cenſemus, ſequimurque inſcriptionem, quam Scaliger ex Vetuſtiſſ. Boſii libris produxit. De Auctore autem Diſtichorum, ejuſque nominibus vide quae diſſerit Cl. Canneg. in Reſcript. Cap. I. II. & III. ARNTZENIUS.

DIONYSII CATONIS
DISTICHORUM
DE
MORIBUS AD FILIUM
LIB. I.

PRAEFATIO.

Cum animadverterem, quamplurimos homines errare graviter in via morum, ſuc-

Cum animadverterem, quam plurimos homines errare graviter in via morum,] Haec omnia male reddidit Planudes. Via non eſt hic ὁδὸς ſimpliciter, ſed informatio, ὑποτύπωσις, μέθοδος, formula. Itaque peſſime vertit παρατρέπεσθαι τῆς ὁδοῦ. SCALIGER. *Via morum* modum, rationem, atque methodum innuit. Auguſtinus Enchiridio ad Laurent. c. XVII. col. 156. *Nonnullis errare profuit aliquando, ſed in via pedum, non in* via morum. Terent. Heaut Act. I. Sc. I. ℣. 49. *ſed vi & via pervulgata patrum.* Id. Eun. Act. II. Sc. II. ℣. 16. *Hoc novum eſt aucupium. Ego adeo hanc primus inveni* viam. Ovid. XVI. Epiſt. Her. ℣. 145.

- - *Difficilem culpae ſuſpicor*
eſſe viam.

Cic pro Caelio: *Quare nobis da* viam, *rationemque defenſionis.* Vide Barth. p. 38. ad Gratium, & pag. 107. ad Claud. Mam. Lib. I. c. I. pag. 249. nec non lib. II. Adverſar. cap. XVII. col. 85. Bulaeum ad Val. Flacc. p. 5. Kokert. Indice Terentiano in *via.* Sic *iter.* Juvenal. Sat. VII. ℣. 172. Vitae *diverſum* iter *ingredietur.* Auſon. Edyll. XV. ℣. I. *Quod* vitae *ſectabor* iter. Cic. Lib. XV. ad Famil. V. *Vale & nos dilige, & inſtituto* itinere *ſecuritatem, diligentiamque ſociis & Reipub. praeſta.* id eſt, *modo.* Plin. Lib. IV. Epiſt. IX. *Quod* iter *defenſionis ingrederer?* Non abſimili modo *feneſtra* pro *modo,* vel *occaſione.* Terent. Act. III. Heaut. Sc. I. ℣. 72. *Quantam* feneſtram *ad nequitiem patefeceris.* DAUMIUS. Ita habent vulgatae Editt. *τὸ homines* ab alia manu adſcriptum erat in Leid. pr. qui codex ſequentia etiam tranſponit *in via morum errare.* Cui adſtipulatur Coll. Hagenb. negle-

ΚΑΤΩΝΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥ ΓΝΩΜΑΙ ΠΑΡΑΙΝΕΤΙΚΑῚ ΔΙΣΤΟΙΧΟΙ, ΑΣ ΜΕΤΗΝΕΓΚΕΝ ΕΚ ΤΗΣ ΛΑΤΙΝΩΝ ΦΩΝΗΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΛΛΑΔΑ ΔΙΑΛΕΚΤΟΝ ΜΑΞΙΜΟΣ Ο ΠΛΑΝΟΥΔΗΣ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ἀναπολήσας ἐγὼ κατὰ νοῦν, ὡς πλεῖστοι δὴ τῶν ἀνθρώπων τῆς τῶν ἠθῶν ὁδοῦ παραιρέπονται·

JOSEPH. SCALIGER.

Ἐπιστήσας πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων, ὡς περὶ τὴν ἠθῶν ἔφοδον δεινῶς σφάλλονται, ἀντιλαμβάνεσθαι

glecto τῷ homines, & omiſſa eadem voce, non multa aliter Paris. *Quam plur. graviter err. in v. m.* Et ſane vox illa citra diſpendium abeſſe poteſt. Sic fere Nepos in Praef. *Non dubito fore* pleroſque, *Attice &c.* adde Virgil. Lib. III. Æn. ℣. 106. & alibi non raro. Verum non opus eſt plura hic congerere exempla; omnem enim hanc Praefationem non a Dionyſio noſtro, ſed ab alio profectam opinamur, quod, ut ſuis locis videbimus, de reliquis etiam horum Librorum Praefationibus adfirmare non admodum haeſitamus. Hinc literis, quas *curſivas* adpellant, easdem diſtinctionis cauſſa inprimi curavimus. Sane ſi ſcopum ſcribendique rationem noſtri Dionyſii ſatis perſpectam habuiſſet, quisquis ille ſit Prooemiorum Auctor, non ſuccurrendum & conſulendum cenſeret opinioni plurimorum hominum, ſed ſolius filii, cujus cauſſa ſapientiſſimus Pater ſcribere ſusceperat; unde eſt, quod tantum non in omnibus Diſtichis dicat *Tu*, *Tibi*, *Te*, Vid. quae dicenda erunt infr. Lib. I. Diſt. IX. & Praef. Libr. III. ℣. I. Conſule quoque Eruditiſſ. Cannegiet. Reſcript. Cap. XXVIII. Ceterum *adverterem* pro *animadverterem* Coll. Hagenb. *Quam pluri-*

ſuccurrendum & conſulendum opinioni eorum fore exiſtimavi; maxime, ut glorioſe viverent, &

rimos homines graviter in via erra- re morum exhibet Coll. Voſſ. atque ordinem verborum itidem turbant Editt. Antiquiores, prae ſe ferentes *q. p. h. graviter errare in v. m.* Sed nihil mutat Scriverius ARNTZEN.

Succurrendum & conſulendum opinioni eorum fore exiſtimavi;] Quae haec *opinio* ſit, fateor nos primo intuitu aſſequi non poſſe. Nec, cum arctius conſideramus, quicquam, cur opinioni ei conſulere velit, quam, quae ſit, non dixit unquam, videmus. Veriſimilis noſtra conjectura eſt, quae eis conſulere velle autumat, qui non ſponte aut voluntarie, ſed coacti & inviti errare videntur. Quare exiſtimabam porro ſcribendum: *Plurimos homines gravate errare in via morum*, vel *graviter* in eum ſenſum pro *gravatim* exponendum. Sic *graviter* eſt *difficulter*. Plinius Valerianus Lib. I. cap. XII. *Item ad ſurdos & qui graviter audiunt, &c.* Ut prudentiſſimus ſenex, talis enim haud dubio fuit, iis medicari velit, qui cupiunt mores bonos ſequi ab iiſque inviti ſeorſum recedunt. BARTHIUS lib. XXIV. Adverſ. cap. IV. col. 1178. Et Adverſ. Lib. CXXI. cap. XII. Phaedrus Fab. Lib. II. Praefat. verſ. 2.

Nec aliud quicquam per fabellas quaeritur,
Quam corrigatur error ut mortalium.

Opinio hic pro *exiſtimatione* ſive *fama* ponitur. Et eo ſequentia verba ducunt, capitque ita vetus Catonis Commentator. Publius Syrus: *Bona* opinio *hominum tutior pecunia eſt.* Caeſar lib. II. de Bell. Gall. cap. XXIV. *Quorum inter Gallos virtutis* opinio *eſt ſingularis.* Sueton. Aug. cap. LXVII. *Coſmum ſervum graviſſime de ſe* opinantem, *non ultra quam compedibus coërcuit.* Quintilian. X. Orat. Inſtit. cap. V. *Quod accidiſſe etiam Porcio Latroni, qui primus clari nominis Profeſſor fuit, traditur: Ut, quum ei ſummam in ſcholis* opinionem *obtinenti cauſa in foro eſſet oranda, impenſe petierit, uti ſubſellia in baſilicam transferrentur.* Jul. Capitolinus Gordiano Juniore, p. 234. Ed. Caſaub. *In ſtudiis graviſſimae* opinionis *fuit, forma conſpicuus, memoriae ſingularis, bonitatis inſignis.* Ambroſ. ad Virg. corruptam, cap. VI. *Quos pater tuus pro tua ſuſtinuit* opinione *labores, requirentes ſingulos, ſingulos aſtringentes, ut ad auctorem infamiae veniremus.* Alcimus Avitus Epiſt. XXXV. pag. 87. *Tribuat Chriſtus, ut exultando atque impenſius laudando in hac cura magiſterio tuo, ſimul tibi & Italia medicinae* opinionem, *& Gallia pueri debeat ſanitatem.* Bruno Aſtenſis Hom. in decoll. S. Joh. f. 194. Edit. Pariſinae, Euſebio Emiſſeno tributae, a. *Cujus* opinionis *beatus Joannes Baptiſta fuerit, & quam ſanctus ab*

PLAN. συλληπτέον τε εἶναι, καὶ γνώμην συνεισακτέον
ὤηθην δεῖν ταῖς σφῶν ὑπολήψεσιν, ἵν' ὅτι μάλιστα

SCAL. σθαι αὐτῶν, καὶ προνοεῖσθαι τῆς δόξης αὐτῶν
προὔργου ἐποιησάμην, ἵνα ὅτι μάλιστα καὶ σὺν εὐ-
δο-

ab omnibus habebatur, *ſatis manifeſte his verbis declaratur.* Aem. Probus ſive Corn. Nepos Alcibiade c. VII. *Itaque huic maxime putamus malo fuiſſe nimiam* opinionem *ingenii atque virtutis.* Sic ſaepe apud Juſtinum. Alia exempla habes apud Falcandum de Sicil. Calam. f. 651. 668. Lupum Ferrar. Epiſt. XXI. p. 28. a. apud quem & *opinantiſſima liberalitas*, Epiſt. XXII. p. 30. a. Dudon. Sanquintin. f. 135. Amedeum Lauſ. Hom. II. p. 28. & vide Alciatum VIII. Parerg. XII. Savaronem ad Sidonii Epiſt. p. 29. & 424. Bongarſ. ad Lib. XXIII. Juſtini. p. 61. Caſaub. ad Suet. Aug. cap. LI. p. 230. & ad Neron. cap. LIII. p. 512. Edit. Boecl. Salmaſ. p. 39. ad Tertull. de Pallio, & apud Schild. ad Sueton. Aug. cap. LI. pag. 190. Barth. Lib. XVII. Adv. cap. VI. col. 945. Lib. XX. cap. XVII. col. 997. & alibi. Meurſium ad Aemothum. p. 96. Buchner. Auctario ad Fabrum. f. 1039. Pareum Lex. Crit. p. 858. Rivinum ad Epiſt. Hildeberti Cenom. p. 16. Ceterum τὸ *fore* in melioribus Codicibus non haberi, affirmat Badius Comment. in hunc locum. DAUMIUS. Clariſſimus Daumius, Badium commentario in hunc locum affirmare, monet, τὸ *fore* in melioribus codicibus non haberi. Tantum tamen abeſt, ut vulgata editionum lectio, τὸ *fore* prae ſe ferentium, repudianda; ut potius ſumme defendenda eſſe videatur, cum Optimi quique Latinitatis Auctores ita loquantur: id quod contra Vallam, Latine ceteroquin doctiſſimum, Alexander ab Alexandro & Franciſcus Sanctius jam pridem demonſtrarunt, ille quidem Genial. lib. I. cap. VII. nomine ejus diſſimulato; hic autem in Minerva, ſive de cauſſis Latinae linguae lib. I. cap. XIV. & lib. III. cap. X. expreſſo. *Conſulendum* autem opinioni eorum, id eſt, *providendum*, *proſpiciendum*. Unde & ſubinde cum his verbis conjunctum reperias. Cic. lib. I. in Verr. fere ſub. finem: *Cui loco, per Deos immortales, Judices*, conſulite & providete. Idem lib. III. epiſt. II. Famil. *Ut quibuscunque rebus potes*, (*potes autem plurimis*) proſpicias & conſulas *rationibus meis*. *Conſulere* igitur *Opinioni*, non ſonat ei ſuadere, ut vulgo fere creditur, ſed ejus rationem habere. WACHIUS. *Succurrendum eorum opinioni & conſulendum* Coll. Voſſ. Nec multum abeunt Leid. pr. & ſec. nec non

Et honorem contingerent. Nunc te, Fili cariſſime, docebo, quo pacto morem animi tui componas.

non Coll. Hagenb. ob oculos nobis ponentes *ſucc. op. eor. & conſ. fore exiſtimavi.* Quibus pro parte, τοῦ *fore* tamen omiſſo, adſtipulantur Editt. Pariſ. & Florent. Deinde diſcrepant hic etiam Editt. multae, *ſucc. & conſ. eor. op. f. exiſt.* Euchar. Trem. Eraſm. Gryph. Cruc. & Pulm. quarum ultima in margine tranſponit verba: *opinioni eorum.* Aliter iterum Chouet. *ſ. & c. eor. op. eſſe exiſtimavi.* At Succ. *& conſ. opin. eorum exiſtimavi*, neglecto *fore* Cord. Longiſſime autem abit Scriverius: *ſuccurr. errori & conſulendum opinioni eorum exiſtimavi. Opinionem* recte per *exiſtimationem* & *famam* expoſuit Cl. Daumius, cujus ſignificationis plura exempla collegit Tennul. ad Frontin. Lib. I. Cap. I. §. 58. adde Bongarſ. ad Juſt. Lib. XXIII. Cap. II. §. I. Inſpice ejusdem Libri Cap. I. §. 12. & Bernecc. ad eumdem Lib. XXV. cap. II. §. 7. ARNTZEN.

Et honorem contingerent.] *& contingerent honorem* Leid. pr. Sic fere Horat. licet in alia re:

Qui ſtudet optatam curſu contingere *metam.* ARNTZ.

Nunc te, Fili chariſſime, docebo,] παιδαρίων ἕνεκα monendum, quintum hic caſum non in orationis fronte, id quod raro admodum fieri ſolet; ſed fere poſt unam atque alteram dictionis vocem, & quidem proxime poſt pronomen collocari, quod ſane Optimis Scriptoribus eſt quaſi proprium. Cic. lib. V. Epiſt. XVII. ad Fam. *Ego te*, P. Sexti, *& primis temporibus illis, quibus in invidiam abſens & in crimen vocabare, defendi.* Salluſt. B. Jugurth. cap. X. *Parvum ego te, Jugurtha, amiſſo patre, ſine ſpe, ſine opibus in regnum accepi.* WACHIUS. *Monebo* loco τοῦ *docebo* eſt in Coll. Voſſ. & Leid. ſec. Utrumque ſatis recte dici, patet ex iis, quae ad Phaedri Prol. Lib. I. notat Cl. Burmann.

Et quod prudenti vitam conſilio monet.

Facit huc etiam locus Terentii Heaut. Act. II. Sc. III. ℣. 20. *Qui harum mores cantabat mihi*, monuiſſe *fruſtra.* Adelph. Act. V. Sc. IX. ℣. 6. Docui, monui, *bene praecepi ſemper.* Porro omiſſa adſpiratione *cariſſime* ſcribit Edit. Pulm. Vid. quae infra dicam Lib. I. Diſt. XXIX. *Kariſſime* Coll. Hagenb. perperam, quae tamen aliis locis fere omnibus hanc vocem per *c* ſine adſpiratione ſcriptam exhibet. *Hinc te Fili &c.* edidit Scriverius; qua vero hoc fecerit auctoritate, antiqua ut utamur formula, non liquet. ARNTZ.

Quo pacto morem animi tui componas.] In ordinem redigas, & legibus rationis compeſcas mentem. *Mos* deſignat *legem.* Horatius:

Mos & *fas maculoſum edomuit nefas.*

Et *mos* ſingulari numero idem, quod

PLAN. σὺν εὐδοξίᾳ τε βιώσαιεν, καὶ τιμῆς ἐπιτύχοιεν. Δεῦρο τοίνυν σε, φίλτατε υἱὲ, διδάξω τρόπον

SCAL. δοξίᾳ διάγοιεν, καὶ τιμῆς ἐπιτύχοιεν. Νῦν γε φίλτατον τέκνον, διδάξω σὲ, ὃν τρόπον δεῖ σὲ τὰ

quod *mores* plurali. Simillime Hieronymus in vita Joannis Monachi, modo ſit Hieronymus: *Neque ut vitia & paſſiones reſecent ex anima ſua*, moremque componant. Petronius:

- - - - - - - morem
Frugalitatis lege callet exacta.

Hoc eſt, *legem*. Salluſtius Jugurtha: *Nihil vi, nihil ſeceſſione opus eſt, ſuomet* more *praecipites eant*. Hoc eſt, ſuis *moribus*. *Mores* Catoni noſtro *virtutes* ipſaemet ſunt, Libro I. Carm. XXXVIII.

Maxima enim morum *ſemper patientia virtus.*

Componere, ut expoſuimus, uſurpat Seneca ad Helviam cap. XVI. *Qui rationi ceſſit, in perpetuum* componitur. Hoc eſt, quietum ſe ſubmovet a turbis rerum exterarum, BARTH. l. XXIV. c. IV. col. 1171. Quem vide & pag. 41. ad Ceirin Virg. & pag. 111. ad Aen. Gazaeum. Item ad Papinium, lib. I. Silv. IV. ✱. 38. p. 118. ad III. Silv. IV. ✱. 88. pag. 346. Pithoeum ad Collat. LL. Moſ. & Rom. Tit. VI. p. 91. Plin. Lib. V. Epiſt. XVIII. *Neque enim dubito eſſe amoeniſſimam, in qua ſe* compoſuerat *homo felicior ante quam feliciſſimus fieret*. De Villa loquens. Papin. Stat. II. Silv. II. ✱. 71.

Expers curarum, atque animum virtute quieta
Compoſitus.

Ad quem vide Barth. p. 208. & ad Claudian. Conſul. Mallii ✱. 113. p. 219. Baſilius Epiſc. in Admonitionibus, p. 208. *Proferantur ex te perfectorum virorum virtutes, ut ad eorum ſpeculum vitam tuam* moreſque componas. Apud Livium *diſſidentes mores*, non bene caſtigavit Nic. Loënſis Lib. VII. Epiphyll. XVII. pag. 555. Capitolinus Marco: Mores *mulierum* compoſuit *diffluentes*. Confer. Barth. ad Claud. II. Ed. p. 608. Boët. Lib. I. Conſ. Philoſ. Metr. IV. ✱. I.

Quiſquis compoſito *ſerenus aevo*
Fatum ſub pedibus dedit ſuperbum.

Bapt. Fiaera Lib. II. de Deo Homine, ✱. 203.

Compoſiti *ſurgunt* mores, *nil jam niſi ſanctum*
Audent, nec praeceptorem ſpes agnita fallit.

Compoſita mentis apud Senecam Epiſt. II. Vide Fabri Theſ. a Buchnero auctum pag. 1118. qui haec Catonis ita explicat: *Componas*, id eſt, *bene ordines atque ad honeſtatis & rectae rationis legem diſponas*. Mirus eſt hu-

mus. Igitur mea praecepta ita legito, ut intelligas; legere enim & non intelligere, negligere eſt.

jus verbi uſus apud S. Valerianum Cemel. in Homiliis, pag. 39. 45. 120. 128. 130. 171. 187. 201. 219. 220. 223. 224. DAUMIUS. *Componam* Leid. pr. male. *mores tui animi componas* Editt. Aug. Vind. Paris. Chouet. Florent. & Scriver. *Mores* numero multitudinis habent quoque Editt. Euchar. Trem. Pulm. Eraſm. Boill. Gryph. Cord. & Cruc. Attamen nil mutandum, tacentibus potiſſimum Codd. MSS. vid. quae infra erunt dicenda Lib. I. Diſt. XII. ARNTZ.

Igitur mea praecepta ita legito, ut intelligas;] Τὸ *ita* omittit Edit. Aug. Vind. *igitur praecepta mea ita l. ut intellegas* Leid. ſec. & Coll. Hagenb. Transponunt verba *praecepta mea* Editt. Chouet. & Florent. *Praecepta m. ita legas* exhibent Editt. Euchar. Trem. & Pulm. quae ultima tamen receptam lectionem in margine ſervat. Inſigniter autem a vulgata lectione deflectit Scriverius: *jugiter mea praecepta legas, ut intelligas.* ARNTZ.

Legere enim & non intelligere,] Quae in iſtis brevibus ſententiolis bene aut tolerabiliter a Planude converſa ſunt, ea nos ſollicitare noluimus; ut haec, quae alioqui Graece reddere operoſum erat, per ἀναγνῶναι, γνῶναι, καταγνῶναι ſatis feliciter reddita ſunt. Quod alioquin nos docuiſſet Magnus Baſilius in Epiſtola ad Julianum Apoſtatam. ἃ ἀνέγνως, οὐκ ἔγνως. εἰ γὰρ ἔγνως, οὐκ ἂν κατέγνως. Legebamus ſuperioribus annis hanc Epiſtolam Arabice converſam in veteri manuſcripto. Sed paraphraſtes, quia Arabismus eum leporem conſequi non poteſt, haec verba prudenter omiſerat. SCALIGER. *Intellegere* Leid. pr. & ſec. nec non Coll. Hagenb. ſimilisque ſcriptura occurrit in Cod. MS. Florent. apud Livium Lib. V. cap. XI. §. 13. & alibi etiam in optimis libris; quare non ſine cauſſa eamdem in Salluſtio ſaepius admiſerunt Viri docti, vid. Cort. ad Sall. Jug. Cap. X. §. 4. & Cap. XXXI. §. 22. quod etiam in Terentio edendo ſecutus eſt Patriae ſuae decus Bentlejus: & ſic mox *neglegere* noſtri quoque exhibent Codd. *nec legere* Coll. Hagenb. pro quo Pulm. in margine *non legere.* vid. quae mox dicam adnotat. ſequenti. Huc autem faciunt Feſti verba: Neglegens, non legens, *neque electum habens, quid debeat facere.* Vid. Dausq. Orthogr. Part. ſec. p. 210. adde Cl. Drakenborch. ad Liv. II. Cap. XI. §. 4. & Cap. XLVIII. §. 7. ARNTZEN.

Negligere eſt.] id eſt, *non legere.* Pulmannus notat quaedam Exemplaria habere, *non legere eſt.* D. Roberi de Sorbona de con-

PLAN. τινὰ τὰ τοῦ σοῦ νοὸς ἤδη κοσμήσεις, οὕτω δ' οὖν ἀναλέγε τάσδε τὰς ἐμὰς ἐντολὰς, ὥςε καὶ συνιέναι αὐτῶν. Τὸ γάρ τοι ἀναγινώσκειν, καὶ μὴ γινώσκειν, καταγινώσκειν ἐςίν.

SCAL. τὰ τῆς ψυχῆς σοῦ ἤδη ῥυθμίζειν. Τὰς γοῦν ἐντολάς μου οὕτως ἀνάγνωθι, ὥςε καὶ συνιέναι αὐτῶν τὸ γάρ τοι ἀναγινώσκειν, καὶ μὴ γινώσκειν, καταγινώσκειν ἐςίν.

conſcientia. T. XIII. Bibl. Patr. Col. f. 383. *Quid proſunt haec lecta & intellecta, niſi te ipſum legas & intelligas? Legere enim, & non intelligere, eſt negligere.* Sedul. Lib. II. ℣. 83. de Herode;

Quid furis Herodes? Chriſtum ſermone fateris,
Et ſenſu jugulare cupis, legèmque legendo
Negligis, & *regi regum tua regna minaris.*

Prima Scaligerana, nuper a Tanaq. Fabro edita p. 65. *Legere & non intelligere, nec legere eſt.* Sic apud Catonem legendum, non autem ut vulgo *negligere eſt.* Error manavit ex veteri ſcriptura non intellecta: G. enim pro C. & contra ſcribebant ſaepe librarii, & ex duobus verbis unum faciebant. DAUMIUS. *neclegere* vel *nec legere* antiquatum nimium cenſet, numquam mihi ſine honore nominandus, Cl. Drakenborchius ad Liv. Lib. III. Cap. LVI. §. 7. quam ut Livium deceat, aut ejus aevo convenire poſſit.

Nec rationem video, cur noſtro, vel potius hujus Praefationis fartinatori, haec antiquata obtruderentur. Pro his tamen nonnulla dediſſe videtur Cl. Joan. Gaſparus Hagenbuchius in Τεσσαρακ. *Tur.* p. 483. ℣s. 19. Sed idem Vir Eruditiſſimus Literis ſuis, humaniſſime, cum Collationem Turic. Cod. transmitteret, perſcriptis, haec inſeruit: *De* nec legere *pro edito* negligere *brevi monebo; ſi qui ſint, qui velint*, nec legere *Codicis* τοῦ negligere *poſthabere:, me iis non valde eſſe refragaturum: Quia in eodem Cod.* & intellegere *per* e *in antepenultima* & nec lecta *per* c *ante liquidam ſcripta reperiuntur. Quomodo in metrico lapide Romano, quem a Ficoronio cum J. Alb. Fabricio communicatum Herm. Sam. Reimarus edidit*, NEC LEGE *pro* NEGLIGE *dactylus occurrit, pro quo Muratorius poſtea Nov. Theſ.* 1414. 9. *lin. antepen. conjunctim* NECLEGE *edidit.* ARNTZ.

I.

Itaque Deo ſupplica.

II.

Parentes ama.

III.

Cognatos cole.

IV.

Magiſtrum metue.

V.

I. *Itaque Deo ſupplica.*] Θεῷ εὔχου. Et Theognis, Θεοῖς εὔχου, ὧν ἐστὶ μέγα κράτος. Peſſime Planudes, Θεῷ λάτρευε. Quantum haec differant εὔχεσθαι, καὶ λατρεύειν, non indiget demonſtratione. Ab hoc autem praecepto omnis paraenetica poëſis incipit, ut Pythagorea, & Phocylidis. Primum quoque hoc fuiſſe omnium praeceptorum, quibus Chiron Achillem puerum informiavit, teſtatur Pindarus Pythico ſexto. Ad quem locum Scholiaſtes vetuſtiſſimus dicit, poëma quoddam Χείρωνος ὑποθῆκας ob vetuſtatem Heſiodo attributum fuiſſe, quod a cultu Deorum incipiebat: ejusque principium hoc fuiſſe: Εὖ νῦν τοι τάδ' ἕκαστα μεταλλᾷ θεοῖς αἰειγενέτῃσι. Sed hae ſunt ſcopae diſſolutae. Ita concipienda a typographo fuerant,

Εὖ νῦν τοι τάδ' ἕκαστα μετάλλα . . .
. . . θεοῖς αἰειγενέτῃσι.

Quae nullo negotio ex verbis eruditi Scholiaſtae ita integrantur:

Εὖ νῦν τοι τάδ' ἕκαστα μετάλλα Πηλέος υἱέ.
Εὔχου μὲν πρώτιστα θεοῖς αἰειγενέτῃσι. SCALIGER.

Prima pietas eſt in Deum. Proxima in parentes. Tertia in reliquos cognatos. Supplicamus Deo ſacrificiis. Amamus parentes, dum obſervamus & obſequimur. Colimus cognatos officiis & conſuetudine vitae. ERASM. Sic fere Pythagoras, ſive is alius fuerit, aurea carmina exorditur:

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα Θεοὺς νόμῳ ὡς διάκειται,
Τίμα. . . . . .
Τούς τε γονεῖς τίμα, τούς τ' ἄγχιστ' ἐκγεγαῶτας.
Primum Deos immortales, ut lege ſancitum eſt,
Cole. . . . . .
Et honora Parentes, & propinquitate tibi junctos.

niſi quod in dicto Catonis noſtri πολυθεΐα ſit omiſſa, quam & alii Scriptores οἱ ἔξω interdum omiſerunt. WACHIUS. In brevioribus his Sententiis ſecuti ſumus Doctiſſ. Wachii Editionem, a qua, quantum ad Sententiarum ordinem attinet, nihil recedit Editio Amſtel. anno 1646. apud Janſſonium edita. Hunc autem ordinem ideo ſervandum exiſtimavimus, quod Graecae harum Sententiarum ver-

I. P. Καὶ δῆτα θεῷ λάτρευε.

S. Θεῷ εὔχου.

II. P. & S. Γονέας ἀγάπα.

III. P. Τοὺς προσήκοντας τίμα.

S. Τοὺς συγγενεῖς τίμα.

IV. P. & S. Τὸν καθηγητὴν δέδιθι.

V.

verſiones, ut in hac quoque Edit. videre eſt, Lectoribus haud aliter exhibentur. Cum ceteroquin omnes, quotquot fuerunt harum Sententiarum Editores, quisque pro ingenio & captu ſuo, earumdem ordinem invertere atque transponere non dubitarunt. In tribus autem Codd. MSS. (reliqui hic tacent collationes) non ſolum in ordine, quod magno opere non miramur, ſed in ipſa Sententiarum lectione haud raro occurrit varietas. *Itaque Deo ſupplici.* Leid. pr. *In primis Deo ſupplica.* Editt. Chouet. Cord. ut & Pulm. in margine. Scriverius vero τὸ *itaque* praecedenti Praefationi adnectit. Mihi vero vox ea ab eodem homine, qui Praefationem nobis conſarcinavit, profecta videtur. Et ſi MSS. adderent, non diſpliceret lectio Editt. Chouet. & Cord. *In primis Deo ſupplica.* Quomodo Pythagorae aurea quoque incipiunt Carmina. *Deus* autem quo ſenſu hic capi debeat, infra dixi Lib. I. Diſt. I. & III. Diis porro ſupplicaſſe veteres, quis neſcit? immo Numinum benivolentiam mereri eos credebant, qui, licet innocentes eſſent, veniam tamen, tamquam peccaſſent, ac pacem peterent. qua de re vid. Eruditiſſ. Taubm. ad Virg. lib. I. Aeneid. ℣. 517. Ceterum in Codice Turicenſi, cujus variantes Cl. Hagenbuchius enotavit, numeri brevium horum Praeceptorum deſunt, & inter ſe una ſerie ſcripta cohaerent. Ceterum conſule Reſcripta Cann. Cap. XXVI. ARNTZ.

II. *Parentes ama.*] hic nihil mutant Codd. vel Editt. Eleganter autem & recte hic uſurpatur verbum *amare*, vid. quae diximus infr. Lib. I. Diſt. XI. ARNTZ.

III. *Cognatos cole.*] Recte dixit Eraſmus ad num. I. *colimus cognatos officiis & conſuetudine vitae.* Itaque huc facit locus Ciceronis de Amicit. cap. VIII. *Vim hoc quidem eſt adferre. quid enim refert, qua me rogatione cogatis? cogitis certe. ſtudiis enim generorum, praeſertim in re bona, cum difficile eſt, tum ne aequum quidem obſiſtere.* ARNTZ.

IV. *Magiſtrum metue.*] Olim dabatur ingenuis pueris Paedagogus, quem vererentur. Hunc Magiſtrum vocat. Et animadver-

V.

Datum ſerva.

VI.

Foro pare.

VII.

verte verborum proprietatem: Deo ſupplicandum eſt, Parentes amandi, Cognati colendi, Magiſter metuendus, quippe ſervus plerumque juxta veterum conſuetudinem. ERASM. hanc demum ſententiam Leid. pr. collocat numero XVI. Ordinem quoque mutat Coll. Hagenb. Sed eam, ut dixi, transpoſitionem nihil moramur, cum, quot fuerint ſcribae ſeu editores, quisque ingenium ſuum ſecutus videtur. Naturalem tamen harum Sententiarum ordinem praeſcripſit Eruditiſſ. Cann. Reſcript. Boxh. Cap. XXVI. Bene autem dicitur *metue Magiſtrum non time*. *Metuimus* enim eos, qui nos amant, *timemes* etiam inimicos. Terent. Andr. Act. V. Sc. IV. ℣. 15. *Ni* metuam *Patrem*, *habeo pro illa re illum quod moneam probe*. Phorm. Act. I. ſc. II. ℣. 68. *Et* metuebat *abſentem Patrem*. ubi vide Donat. Et hinc verba *amare* & *metuere* conjungit Plaut. Poen. Act. I. Sc. II. ℣. 70. *Deos quoque Aedepol* & amo & metuo. ubi vid. Eruditiſſ. Taubm. Terent. Heaut. Act. V. Sc. II. ℣. 6. *Nec, pol, iſtae* metuunt *Deos: neque has reſpicere Deos opinor*. Huc ſpectat etiam locus ejusdem Terent. Andr. Act. I. Sc. I. ℣. 27. *Dum aetas*, metus, Magiſter *prohibebant?* Hoc itaque Auctor vult non timendos, ſed metuendos; id eſt, decenti reverentia & honore proſequendos Magiſtros, quos ideo Graecorum pueri vel diſcipuli ἡμετέρους vocabant, ut obſervat Ampliſſ. Cuper. lib. II. Obſerv. cap. VIII. p. 202. Vide Reſcripta Cann. Cap. IX. ARNTZ.

V. *Datum ſerva.*] Τὸ δοθὲν τήρει. Quod ex amici liberalitate perceperis, ſerva ſedulo, ut ſit pignus & monimentum tui in eum grati animi: ne, ſi donum contempſeris, & ipſum quoque, qui dedit, contemnere videaris. Planudes depoſitum intellexit. Τὸ πιστευθέν σοι τήρει. Quum tamen nihil magis a natura fidei commiſſi alienum ſit, quam datum videri. SCALIGER. Quod tuae creditum eſt fidei, id ſerva veluti depoſitum. ERASM. Diſſentiunt Eraſmus & Scaliger. utriusque tamen expoſitio admitti poſſe videtur. vid. Auctorem Collationis Moſaicarum & Rom. Legum Titul. X. de Depoſito. §. VII. qui ex Paulli Libro II. Sentent. De depoſito ſcribit: *Depoſitum eſt quaſi diu poſitum. Servandum eſt, quod ad breve tempus cuſtodiendum* datur. quam ſanctum autem Veteribus Rom. fuerit depoſitum, docent ibi Pith. & Schulting. vid. num. 31. Ceterum hoc praeceptum exſulat

V. P. Τὸ πιϛευθέν σοι τήρει.

S. Τὸ δοθὲν τήρει.

VI. P. Σαυτὸν τῷ βουλευτηρίῳ δεξιὸν πάρεχε.

S. Τοῖς ἀγοραίοις νόμοις ἕπου.

VII.

ſulat e Cod. Turicenſ. ARNTZ.

VI. *Foro pare.*] Ita meliores ſcripti, & Pithoeana editio omnium optima: ex qua propagata eſt in aliis ridicula illa lectio, *Foro te para*: quam ſequitur Planudes. Sed legendum *Foro pare*: id eſt, ſecundum annonam fori utere commercio; aut ſecundum campſorum & trapezitarum inſtitutam negotiationem ita rem tuam gere, & illis legibus pare. Hoc enim eſt *parere foro*: & qui ſecundum illas leges negotiantur, dicuntur *uti foro*. vid. Donat. in Phormionem. SCALIGER. *Foro te para*, id eſt, his artibus te exerceas, ut poſſis in foro verſari, hoc eſt in cauſſis agendis. Nam hic erat olim primus gradus ad honores ſummos. Legi in quibusdam vetuſtiſſimis codicibus: *Foro pare*, id eſt, accommoda te rebus praeſentibus, quemadmodum dicimus, *uti foro*. cum hoc interpretamento conſentit Graecus Planudes, neque dubium eſt, quin haec ſit germana lectio. ERASM. Ita habet quoque Coll. Voſſ. & Pulm. in marg. ut & Edit. Pariſ. *Foro para* Leid. pr. & Sec. nec non Coll. Hagenb. *Foro te para* Aug. Vind. Eraſm. Gryph. Boill. Cord. Cruc. & Euchar. qui tamen & Cord. in margine receptam ſimul agnoſcunt lectionem. *Pare foro* Flor. Scriverius denique duo hic conjungit praecepta *Foro te parans, cum bonis ambula.* Quid ſit *foro parere*, ſatis oſtendit Scaliger. Adde, ſi tanti ſit, Weſterh. ad Terent. Phorm. Act. I. Sc. II. ℣. 29. Hinc etiam locutio illa *tentare forum*, id eſt, exhibere merces, ut videamus, quanti vendere poſſimus, quod fiebat exhibito ſpecimine rerum venalium. Vid. quae latius diſſerit Elegans obſervationum obſervator, Ampliſſ. Cuper. lib. III. cap. XX. p. 355. *Foro te para* legendum jubet Cl. Cannegieterus reſcriptis Boxhorn. cap. XXVII. adſtipulantibus, ut vidimus, quibusdam libris, nec ab Eraſmi expoſitione diſcedit. Aſt omnia alia hic ſentit Malſcius in praefatione, quam Editioni ſuae praefixit: *Illud*, Foro pare, *non utique innuit, quod plerique interpretes volebant; quaſi tempori ſerviendum mereretur: ſed ut magiſtratibus, in foro judicia exercentibus, eorumque juſſis pareatur, non inde provocatio ad Caeſarem temere fieret.* Sta. Papae, quanti eſt ſapere! hujus locutionis, hoc ſcilicet ſenſu, exemplum deſidero. ARNTZEN.

VII.

VII.

Cum bonis ambula.

VIII.

Antequam voceris ad conſilium, ne acceſſeris.

IX.

Mundus eſto.

X.

Saluta libenter.

XI.

Majori cede.

XII.

VII. *Cum bonis Ambula.*] Cum optimis habeto conſuetudinem. Nam primum talem te judicabunt, cum qualibus conſpexerint te conſuetudinem agere: deinde bonorum convictu redderis melior. ERASM. Id eſt, *converſare*, uti Vir Summus Boxhornius in Quaeſtionibus ſuis Romanis exponit. An autem paulo Vetuſtiores ita loquantur, utique dubites. Eſt his idem, uti notum, quod ire. In quibusdam editionibus, nomen Doctiſſimi Opitii prae ſe ferentibus, illud Imperatoris Adriani: *ambulare per popinas* huc trahitur, ſed quod ἀπροσδιόνυσον eſſe videtur. Antiquo tamen Sacrarum literarum interpreti τὸ *ambulare* in iſta notione non eſt infrequens, uti ex 1 Sam. cap. XXV. 15. Proverb. cap. XIII. 20. & pluribus aliis locis videre eſt. WACHIUS. Eruditiſſimum Boxhornium *ambulare* hic per *converſari* poſt alios exponentem non audiendum cenſeo: capiendum autem hoc verbum trito & vulgari ſenſu, optimis omnibus Scriptoribus uſitato; quid enim utilius ſapiens Pater dilecto filio commendaret, quam ut bonis & probis adoleſcentibus, ſi quando *ambulare*, id eſt, *ſpatiatum ire*, vel *otioſe vagari* cuperet, ſeſe adſociaret, quod hodie etiam ab honeſtis parentibus fieri amat, fieri fas eſt. Vide, quae plena hic manu contulit Cl. Cannegieterus Reſcript. Boxhorn. Cap. VII. ARNTZEN.

VIII. *Antequam voceris ad conſilium, ne acceſſeris.*] Non reperiuntur verba *ne acceſſeris* in Leid. pr. quae tamen manus poſterior adſcripſerat. Non etiam voces *ad conſilium* comparent in Coll. Voſſ. Hagenb. & Leid. ſec. *Ad conſilium ne acceſſeris, antequam voceris* inverſo verborum ordine eſt in Aug. Vind. Tremon. Euchar. Florent. Pariſ. Scriv. Eraſm. Gryph. & Pulm. qui tamen in margine receptam lectionem ſervat. Operae erit conſuluiſſe Cl. Canneg. Reſcript. Boxhorn. Cap. XXVII. ARNTZ.

IX.

VII. P. & S. Ἀγαθοῖς ὁμίλει.

VIII. P. & S. Μὴ πρότερον εἰς βουλὴν παρέλθῃς, πρὶν ἂν κληθείης.

IX. P. & S. Καθάριος ἴσθι.

X. P. Ἀσμένως ἀσπάζου.

S. Ἀσπαστικὸς ἴσθι.

XI. P. Τῷ μείζονι ὑπεξίστασο.

S. Τῷ κρείττονι ὑπεξίστασο.

XII.

IX. *Mundus eſto.*] exſulat hoc a Leid. pr. ARNTZ.

X. *Saluta libenter.*] Salutare namque non tantum apud nos, ſed & in antiquis civitatibus, ut quaeque optime morata, ita diligentiſſime obſervabatur. Audi Ciceron. de Senect. Cap. XVIII. *Haec enim ipſa ſunt honorabilia, quae videntur levia atque communia, ſalutari, appeti, decedi, aſſurgi &c.* Nec tantum enim haec accipienda putem de ſalutationibus ſibi invicem in publico occurrentium, vid. de hoc ritu Serv. & Emmen. ad Virg. Lib. I. Aeneid. ℣. 408. &, qui integram de eo diſſertationem conſcripſit J. Claudium: ſed etiam de ſollemnibus iis ſalutationibus, cum tenuioris fortunae homines hora diei prima & ſecunda ſalutandi cauſſa Superiores adire ſolebant. Quare Martial. Lib. IV. Epigr. VIII. ℣. I.

Prima ſalutantes atque altera continet hora.

plura collegit Eruditiſſ. Cortius ad Salluſt. Catil. Cap. XXXVIII. §. I. hac autem laudabili conſuetudine abutebantur ambitioſi homines, qui propter honores, adhibito etiam nomenclatore, prenſabant plebem. Sall. in Jugurth. Cap. IV. §. 3. *Certe, quibus maxima induſtria videtur*, ſalutare plebem, *& conviviis gratiam quaerere.* Ubi plura collegit Cort. Denique pulcrum hoc praeceptum omiſit ſcriba Cod. Turicenſ. ARNTZ.

XI. *Majori cede*] Id eſt, noli certare cum potentioribus. ERASM. Vere enim Aſcraeus Lib. I. Ἐργ. canit:

Ἄφρων δ' ὅς κ' ἐθέλοι πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν·
Νίκης τε στέρεται, πρὸς τ' αἴσχεσιν ἄλγεα πάσχει.

Imprudens autem, quicunque voluerit potentioribus contendere:
Quippe victoria privatur, & praeter convicia dolores patitur.

Quod ἐπιμύθιον, fabulae de accipitre & luſcinia additum, Heſiodo

XII.

Minori parce.

XIII.

Rem tuam cuſtodi.

XIV.

Verecundiam ſerva.

XV.

Diligentiam adhibe.

XVI.

ſiodo utique eſt tribuendum. Unde verſus Graecos, alterum quidem praecedentem, alterum vulgo ſequentem *ἐπιμύθιον* trajectione laborare, & alio ordine locandos eſſe, bene & erute Johannes Georgius Graevius, decus illud & ornamentum Academiae Ultrajectinae, in exquiſitiſſimis lectionibus ſuis Heſiodeis p. 28. & 29. pridem animadvertit. WACHIUS. *Majori concede* eſt in Leid. utroque Coll. Voſſ. & Hagenb. *Cede locum Majori* Edit. Florent. ſed nil mutandum. *Majori cedere*, ut recte expoſuit Eraſm. eſt non tantum vincere, ſed ne certare quidem & contendere nolle cum potentioribus, qua fere ratione Phaedr. dixit *cedere invidiae* Lib. III. Fab. IX. ℣. 4.

Et cedo invidiae, *dum modo abſolvar cinis.*

ubi vid. Cl. Burm. comm. maj. & ad Quinct. Decl. VI. Cap. XVI. Et ſic *cedere fortunae, potenti*, dixit Auctor noſter infra Lib. IV. Diſt. XXXIX.

Cede *locum laeſus* fortunae, cede potenti.

Ubi vide, quae notamus. Immo *cedere*, ut ait Serv. ad Virg. II. Aeneid. ℣. 704. *proprie dicitur is, qui contra ſententiam ſuam alteri conſentit.* & Donatus ibidem: *cedo, ſcilicet potioribus*. Flor. Lib. I. Cap. XIV. §. 2. *Quo tempore, quis ceſſiſſe hoſtem mirabitur? quum alter conſulum filium ſuum, quia contra imperium pugnaverat, occiderit?* ubi videndus etiam Cl. Duker. Egeſippus de Bello Judaic. Lib. I. Cap. X. Ceſſit *itaque Demetrius* ei, *quem bello vicerat, videns illum, adfluentibus paullatim Hebraeis, jam pugnae idoneum, ſeſe cum paucis relictum.* vid. inſuper ejusdem Libri Cap. XXXII. Uti autem hoc Dionyſii loco in Leidenſi utroque & Coll. Voſſ. perperam legitur: *Majori concede.* Similiter peccatur apud eumdem Egeſipp. Lib. I. Cap. XII. in f. *Mulier aegre licet, oranti tamen* filio conceſſit, &c. ubi recte Cod. Leid. & alius Cl. Havercampi, qui nunc eſt Erud. P. Burmanni legunt *filio ceſſit*. recte.

Non

XII. P. Τοῦ ἥττονος φεῖσαι.

S. Τοῦ ὑποδεεστέρου φείδου.

XIII. P. Τὰ ὑπάρχοντα φρούρει.

S. Τὰ ὑπάρχοντα τήρει.

XIV. P. & S. Τὴν αἰδῶ φύλαττε.

XV. P. Τῇ ἀκριβείᾳ πρόσεχε.

S. Ἐπιμέλειαν πάρεχε.

XVI.

Non tamen repugnarem valde, ſi quis τὸ *cedere* pro *decedere*, ſimplex pro compoſito, quod Auctori noſtro non infrequens, accipiendum putaverit. Et tum *incedere* vel *decedere* abſque dubio dictum erit ex more Romanorum, apud quos minor Magiſtratus, majori obviam factus, honoris & venerationis cauſſa, de via decedebat, quo certe Cicero reſpicit de Senect. Cap. XVIII. atque hoc *via decedere* dixit Suet. in Vit. Tiber. Cap. XXXI. Et Ner. Cap. IV. ARNTZENIUS.

XII. *Minori parce.*] non conſpicitur in Leid. utroque, Coll. Hagenb. nec Editt. Aug. Vind. Trem. nec Pariſ. ARNTZ.

XIII. *Rem tuam cuſtodi.*] Ne profundas temere facultates tuas, ne vel turpiter egeas, vel turpius rem pares. ERASM.

XIV. *Verecundiam ſerva.*] Id eſt ſerva te incontaminatum ac purum ab inquinamentis libidinum. *Caſtum* enim *verecundum* dicitur. Eſt autem aetatis flos his periculis obnoxius. ERASM. non obvium fuit in Leid. ſec. nec Cod. Turicenſ. Neſcio autem, an mentem perceperit Eraſmus, qui ait: *Serva te incontaminatum ac purum ab inquinamentis libidinum &c.* Non quidem negamus, commodo ſic ſatis ſenſu haec ita exponi poſſe, quomodo Terent. dicit Phorm. Act. V. Sc. VIII. ℣. 34. *Jam tum erat ſenex, ſenectus ſi verecundos facit.* Verum, ni fallor, haec potius Sententia explicabitur ex elogio Senecae, quo is juvenem ornat Ep. XI. *Ubi ſe collegit, verecundiam, bonum in adoleſcente ſignum, vix potuit excutere: adeo illi ex alto ſuffuſus eſt rubor.* ubi Lipſius adſcripſit Symmachi locum: *Quorum mens honeſta eſt, eorum inbecilla frons eſt.* ARNTZENIUS.

XV. *Diligentiam adhibe.*] Non comparet in Leid. ſec. nec magis in Turic. Cod. vid. quae fundimus infra Lib. II. Diſt. XX. tria hic iterum praecepta conjungit Scriverius: *diligentiam adhibe: libros lege: quod legeris memento.* ARNTZ.

XVI.

Libros lege.

XVII.

Quae legeris, memento.

XVIII.

Familiam cura.

XIX.

Blandus eſto.

XX.

Iraſci ab re noli.

XXI.

Neminem irriſeris.

XXII.

XVI. *Libros lege.*] Nam ex his cito diſcitur, quod longo vitae uſu vix aſſequi queas. ERASM. *lege libros.* Edit. Florent. Non minus ſane eleganter quam vere Plinius Major gaudebat dicere: *Nullum eſſe librum tam malum, ut non aliqua parte prodeſſet.* Deque eodem Plinio ipſius nepos Lib. III. Ep. V. refert: *Aeſtate, ſi quid otii, jacebat in ſole: liber legebatur: adnotabat excerpebatque; nihil enim legit, quod non excerperet.* Et mox in calce Epiſtolae: *Confido tamen, haec quoque tibi non minus grata, quam ipſos libros futura: quae te non tantum ad legendos eos, verum etiam ad ſimile aliquid elaborandum, poſſunt aemulationis ſtimulis excitare.* ARNTZENIUS.

XVII. *Quae legeris memento.*] *quod legeris memento.* Edit. Aug. Vind. Chouet. Scriver. Gryph. Boill. & Cord. *Quos l. m.* Trem. Euchar. Cruc. & Pulm. Codd. autem MSS. & reliquae Editt. receptam lectionem non repudiant. Solus Cod. Turicenſ. totum hoc praeceptum omiſit. ARNTZEN.

XVIII. *Familiam cura.*] non tantum ut victum, & reliqua ad vitam ſuſtentandam neceſſaria, procures, ſed & ut in domo tua quisque munere ſuo, quantum fieri poſſit, rite fungatur, utque omnia cum cura in rationes referas. Vid. Cl. Duker. ad Flor. Lib. I. Cap. VII. §. 3. ARNTZEN.

XIX. *Blandus eſto.*] Id eſt, comis in congreſſu. ERASM. non male Eraſmus: *id eſt, comis in congreſſu.* Pulmanni & Cord. Editio in margine habent *affabilis eſto.* Sed mutarunt hoc, qui exiſtimabant, τὸ *blandus* ſemper dici ſenſu malo, qua de ſignificatione agimus infra Lib. I. Diſt. XXVII. Attamen eamdem hanc vocem hoc etiam ſenſu, quo auctor utitur, ab aliis etiam

XVI. P. Τὰς βίβλους διέρχου.
S. Τὰς βίβλους ἀνάγνωθι.

XVII. P. & S. Τῶν ἀνεγνωσμένων μέμνησο.

XVIII. P. Τῆς οἰκίας ἐπιμελοῦ.
S. Τῆς ἰδίας οἰκίας προστάτει.

XIX. P. Ἤπιος ἔσο.
S. Αἱμύλιος ἴσθι.

XX. P. & S. Μὴ ὀργίζου ἀναιτίως.

XXI. P. Μηδένα κατακρίνῃς.
S. Μηδένα χλεύαζε.

XXII.

etiam uſurpari, non eſt, quod dubites. Immo *affabilis* & *blandus*, non tamen ſine differentia, conjungit Nepos Alcibiad. Cap. I. §. 3, Hoc ſenſu de Imperatore Helvio Pertinace apud Aurelium Victorem Epit. Cap. XVIII. §. 5. Blandus *magis, quam beneficus, unde eum graeco nomine* χρηστολόγον *appellavere. Numquam injuria accepta ad ulciſcendum ductus. Amabat ſimplicitatem, communem ſe adfatu, convivio, inceſſu praebebat.* adde Juſt. Lib. XXII. Cap. VIII. §. 5. Ciceron. de Petitione Conſul. Cap. XI. & ad Atticum Lib. XII. Ep. III. *Blandum* itaque Latini dicunt & bono & malo ſeuſu. Graeci autem pro diverſo ſenſu diverſo utuntur vocabulo. vid. Caſaubon. ad Theophraſti Charact. Cap. II. περὶ κολακείας. p. 108. & ad Cap. V. περὶ ἀρεσκείας. p. 151, & ſeqq. & alibi non raro. ARNTZEN.

XX. *Iraſci ab re noli.*] Ne ſis moroſus. Nam omnino non commoveri ſtipitis eſt potius, quam hominis. ERASM. Sic recte, non ut in plerisque editionibus perperam habetur, & a multis hodie ſcribitur: *abs re.* Numquam enim Veteres praepoſitione *abs*, niſi ſequente C. Q. G. aut T. uſi ſunt, uti hac de re Docti Viri, rigidique Latinitatis ſatellites pridem monuerunt. WACHIUS. Tu vide Priſcian. inter Gramm. Putſcii pag. 994. l. 4. & Chariſ. ibid. p. 209. in m. Ceterum *iraſcere ob rem noli* Leid. ſec. & Coll. Hagenb. *iraſci abs r. n.* Edit. Trem. & Boill. Exſulat a Florent. ſed reliqui Codd. & Editt. recepta lectione gaudent. ipſa Sententia recte exponitur e Senecae Lib. I. de Ira. ARNTZ.

XXI. *Neminem irriſeris.*] Eſt ete-

XXII.

Mutuum dato.

XXIII.

Cui des videto.

XXIV.

In judicium adeſto.

XXV.

Ad Praetorium ſtato.

XXVI.

etenim argumentum arrogantis ſtultitiae. vel, *miſerum ne irriſeris.* ſic enim quidam Codd. habent. hoc eſt, animi vitia rideri mirentur, calamitas miſericordiam meretur potius, quam naſum. ERASM. ita Leid. pr. & Coll. Voſſ. multaeque Editt. *Miſerum ne irriſeris.* Aug. Vind. & Pulm. in marg. Tum *neminem irriſeris.* vel, *miſerum ne irriſeris. Sic enim quidam Codd. habent.* Eraſm. Cruc. & Gryph. & illud: *miſerum noli irridere*, quod in hac Edit. Num. XLII. legitur, omittunt. *neminem riſeris* Coll. Hagenb. ARNTZEN.

XXII. *Mutuum dato.*] *mutuum da* Leid. pr. ſec. Coll. Voſſ. Hagenb. & Pariſ. *da mutuum* Edit. Flor. *mutuum dato; cui des videto.* una ſerie jungit Scriver. Euchar. & Pulm. Adi Reſcript. Cl. Cann. Cap. XXVI. ARNTZ.

XXIII. *Cui des videto.*] Eſt quidem aliquando danda pecunia mutuo, ſed non quibuslibet, ſed reddituris bona fide, ſed dignis officio, denique iis, quibus non graveris & dono dare. ERASM. Nil mutant hic Codd. vel Editt. Caute autem hoc commendat filio prudentiſſimus Pater; iidem enim, qui jure Romano mutuo dare non poſſunt, mutuam pecuniam accipiendo non obligantur. l. 59. ff. de Oblig. & Act. l. 41. ff. de Condict. indeb. Fieri praeterea poſſet, ut male fidus mutuatarius exceptionem inſtitueret de non numerata pecunia. Non itaque inmerito dicit Auctor: *cui des, videto.* Caute autem quomodo mutuo detur, res nota eſt. vid. Hopp. ad Inſtit. Lib. III. de Literarum Obligat. ARNTZ.

XXIV. *In judicio adeſto.*] Adſunt Advocati, & id olim erat officium praecipuum in amicos, adeſſe in judiciis. ERASM. Sic Leid. pr. & Coll. Hagenb. *In judicium adeſto* Leid. ſec. Et Coll. Voſſ. quibus adſtipulatur Edit. Amſtel. ann. 1646. quare id in textum recipiendum putavi. Vid. quae diximus infra Lib. I. Diſt. XIX. *Juditio adeſto* Edit. Aug. Vind. *judicio adeſto* exhibent Editt. reliquae Trem. Pariſ. Euchar. Chouet. Florent. Eraſm. Gryph. Cord. Cruc. Pulm. & Scriver. Haec autem Sententia, ut videtur, explican-

XXII. P. Δάνειον ϖάρεχε.

S. Δάνειον ἐπίδοθι.

XXIII. P. Σκόπει δ' οὖν, τίνι ϖαρέχεις.

S. Ὅτῳ ἐπιδῷς σκόπει.

XXIV. P. Εἰς δίκην ϖροκληθεὶς πάριθι.

S. Εἰς τὴν δίκην ἀπάντα.

XXV. P. Τῷ πραιτωρίῳ ἐμφιλοχώρει.

S. Τῷ πραιτωρίῳ ἐμφάνισον ἑαυτόν.

XXVI.

panda etiam eſt ex conſuetudine Romanorum, quorum Juvenes, qui togam puram ſeu virilem ſumſerant, non tantum frequenter judiciis aderant, ſed inſuper ſibi aliquem ſummae auctoritatis Oratorem eligebant, quem potiſſimum in judiciis audire & ubique comitari ſolebant. Certe hoc eſt, quod Laelius ait apud Cic. de Amic. Cap. I. *Ego autem a Patre ita eram deductus ad Scaevolam, ut quoad poſſem & liceret a Senis latere numquam diſcederem.* Et ne quid dubites, ſic Juveni, qui Oratorem ſibi aliquem deligat, quem ſequatur, quem imitetur, *judiciis* ut *interſit* quam plurimis, & ſit certaminis, cui deſtinatur, frequens ſpectator, totidem fere verbis ſuadet Quinctil. Lib. x. Inſtit. Orat. Cap. v. Vides? quod Noſter dicit *In Judicium adeſſe*, vel ut quidam habent libri, *judicio adeſſe* in eadem re, de eadem perſona *judiciis intereſſe* nuncupat ille. Quare, aliasque etiam ob rationes, quas mox dicam, ab expoſitione Eraſmi diſcedere nobis viſum fuit. Vide quae erudite diſſerit Cl. Otto ad Inſtit. Lib. I. de Curat. §. 2. Teſtes tamen & Advocati, neque enim hoc diffiteor, reis etiam *adeſſe* dicuntur. vide Terent. in Phorm. Act. II. Sc. I. ℣. 83. ibique Donat. eumdem iterum ad Terent. Andr. Prol. ℣. 24. & Nobiliſſ. Heinſ. ad Ovid. Remed. Amor. ℣. 663. Verum, cum dicit Dionyſius *in judicium* vel *judicio adeſto*, potius ſuadere videtur, ut filius audiendi cauſſa judiciis intereſſet; quam monere, ut ipſe cauſſas ageret, quod ſequentibus *ad Praetorium Stato* velle videtur. ubi vide. Quid? Si dicamus, *τὰ in judicium adeſto* tantum referenda eſſe ad diſceptationes forenſes, tam audiendas quam agendas, quae in Urbe fiebant; *ad Praetorium ſtato* autem ad eas, quae habebantur in Provinciis. ARNTZ.

XXV. *Ad Praetorium ſtato.*]

XXVI.

Convivare raro.

XXVII.

Quod ſatis eſt, dormi.

XXVIII.

Jusjurandum ſerva.

XXIX.

Multa enim diſcuntur in agendis cauſis. ERASM. Haec Sententia poſſet videri abeſſe a Leid. pr. exſulat certe e Cod. Turicenſi. Praeterea vero nil mutant MSS. vel Editt. Solus Scriverius, rabulas, ut videtur, non amans forenſes, de quibus Heinſius ad Petron. Cap. I. p. 2. hic aliquid inmutavit, deditque: *ad Praetorium ſtans, conviciari cave.* Qua auctoritate divinare difficile eſt. *Praetorium* proprie quid ſit, neſcit hodie nemo. *Praetorium* autem paullatim deinceps etiam dicta eſt manſio & habitatio Praeſidis, qui Provinciae praeerat, & non in caſtris ſed in urbe habitabat, ubi ſimul jus dicebatur & cauſſae agebantur, quod ſi pluribus agerem, ſoli, credo, lumen inferrem. Vid. Euang. Joh. Cap. XVIII. comm. 33. Εἰσῆλθεν οὖν εἰς τὸ πραιτώριον πάλιν ὁ Πιλάτος, καὶ ἐφώνησε τὸν Ἰησοῦν, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; Porro conſtat inter omnes, *Praetorium* eam ob cauſſam pro *Auditorio* Judicum uſurpari. l. 4. Cod. de Operibus Publicis. Praetoria Judicum *&* *domus publicas oportet publico juri atque uſui [ſemper] vindicari.* Videnda ſunt etiam, quae notat Stewechius ad Veget. Lib. III. Cap. VIII. p. 178. ac Briſſ. Lex. Jurid. v. *Praetorium.* Et hinc eleganter adhibet verbum *ſtato.* *Ad praetorium ſtato.* proprie enim Cauſſarum Oratores ac Patroni *ſtare* dicuntur, cum cauſſas innocentium agunt in judicio ac fortiter tuentur. Phaedr. Lib. III. Fab. X. ℣. 37.

- - - - ſtant *Patroni fortiter*
Cauſſam tuentes innocentis feminae.

Ubi Cl. Burm. adnotat locum Horat. I. Sat. IX. ℣. 38.

- - - - *Diſpeream ſi*
Aut valeo ſtare, *aut novi civilia jura.*

ubi vid. Torrent. Gron. ad Phaedr. Lib. V. Fab. V. ℣. 2. & Diſpontinii collectanea ad Phaedr. voce *Stare.* adde Weſt. ad Ter. Phorm. Act. II. Sc. I. ℣. 39. Contra vero *ſedere* erat Judicum Salluſt. Catil. Cap. LIII. §. I. *Poſtquam Cato* adſedit: *&c.* vid. Summum Burmann. Doctosque commentatores ceteros ad Petron. Cap. XIV. & Cl. Cortium ad Sall. Catil. Cap. XXXI. §. 7. Integrum denique caput de honore ſedendi, Magiſtratibus ac Judicibus conceſſo, concinnavit Cl. Otto de Juriſp. Symb. Exerc. II. Cap. XVII. Cum itaque

XXVI. P. & S. Σπανάκις συμποσίαζε.
XXVII. P. & S. Τὸ ἀποχρῶν κάθευδε.
XXVIII. P. & S. Ὅρκον τήρει.

XXIX.

que dicit Dionyſius *in Judicium adeſto* & ad *Praetorium ſtato*. ſuadere filio videtur, ut prius Judiciorum ſedulus eſſet auditor, iisque frequenter intereſſet, atque ita rerum forenſium uſum ſibi compararet; deinde autem ipſe *ad Praetorium ſtaret* cauſſasque innocentium fortiter tueretur; non enim ſoli puero, ſed & adoleſcenti, immo quae viro aliquando conducerent, praecepta praeſcribit. Niſi forſan magis placeat diſtinctio, quam inter haec duo fieri poſſe, modo Sententia XXIV. oſtendimus. Scio, ab hac expoſitione nonnihil deflectere Amiciſſimum Cannegieterum, quem vide Reſcript. Boxh. Cap. XXVII. Cave autem, in J. Caſp. Malſcii ſententiam deſcendas, cum ait: *Itaque recte admonuit Dionyſius iſte filium ſuum, ut ad Praetorium ſtaret, id eſt, tamquam in ſupremo judicio modeſte, reverenter ac civiliter ſe gereret.* Quae nobis explicatio tantundem huc facere videtur, quantum pictura ad ollam. ARNTZEN.

XXVI. *Convivare raro.*] Saepius vocare ad convivium, exhaurit ſubſtantiam, ſaepius ire ad convivium ſordidum eſt. At rarius id facere humanitatis eſt. ERASM. V. Baſil. Fabrum de diſciplina Scholaſtica pag. 62. DAUMIUS. Sic habent Editt. Aug. Vind. Trem. Pariſ. Euchar. Chouet. Pulm. aliae. *Conviva raro* Leid. pr. & ſec. *Convivia raro* Coll. Voſſ. *raro convivare* transpoſitis vocabulis Edit. Flor. Sed omiſit Scriverius. Huc ſpectant verba Chremetis apud Terent. Heaut. Act. I. Sc. II. ℣. 29. *Nam Parentum injuriae uniusmodi ſunt ferme: paullo qui eſt homo tolerabilis. ſcortari crebro nolunt; nolunt crebro convivarier.* ARNTZ.

XXVII. *Quod ſatis eſt, dormi.*] Hoc eſt, non ad voluptatem, ſed neceſſitatem naturae. ERASM. Nil mutant hic libri noſtri. Morbos autem & mala in corpore humano gigni, ſi quis parce nimis dormiat, res nota eſt & experientia docet. Rationes vero, ſi cuja tantopere interſit, & noſcere deſideret, a Medicorum filiis petendas cenſeo. At quae cauſſa ſit, cur Auctor ſomno ſe dedere filio diſſuadeat, monuimus infr. Lib. I. Diſt. II. ARNTZEN.

XXVIII. *Jusjurandum ſerva.*] Ita perpetuo Plautus, Terentius, Cicero, Nepos, aliique Veteres loquuntur: *jusjurandum ſervare, negligere, dare.* Contra ea nemo eorum ſic loquitur, ut vulgo Barbari dicunt: *ſervare, negligere, dare juramentum.* Unde & recte vox *juramenti*, Summis Viris Criticis ut minus La-

XXIX.

Vino te tempera.

XXX.

Pugna pro Patria.

XXXI.

Nihil temere credideris.

XXXII.

tina pridem eſt exploſa. WACHIUS. Conſpirant hic inter ſe Codd. MSS. atque Editt. Ratio hujus moniti adparet ex loco Corn. Nepotis Ageſilao Cap. II. §. 5. *Id etſi ſentiebat Laco, tamen jusjurandum ſervabat, multumque in eo ſe conſequi dicebat, quod Tiſſaphernes perjurio ſuo & homines ſuis rebus abalienaret & Deos ſibi iratos redderet.* & quae ſequuntur. Et ideo ſummus jurisjurandi praeſes & princeps tutela, ſummum Gentilium Numen, Jupiter ſtatuitur. Vid. Barth. ad Sil. Ital. Lib. II. ℣. 513. aliosque V. D. ad Lib. I. ℣. 9. Latine autem & recte Auctor *jusjurandum* dicit; τὸ *juramentum* enim cadentis non ſolum latinitatis eſt, ſed Theologorum in primis & vix Hieronymi & Sulpitii Severi. Vid. ſi tanti, ſit, Cellar. de Latin. med. & inf. aetat. voce *juramentum*. Attamen ad analogiam linguae formatum eſſe vocabulum nemo negaverit. Vid. Vorſt. ad Sulpit. Severum Hiſt. Sacr. Lib. I. Cap. VIII. §. 2. ARNTZ.

XXIX. *Vino te tempera*] Joculariter Planudes: οἴνῳ σεαυτὸν κεράννυε: & ſimiliter infra: τὴν ὀργιλότητα κίρνα. Quod non ſolum ridiculum, ſed & menti Auctoris contrarium: qui hoc praecepto jubet ab ebrietate & temulentia abſtinere. At κεράννυσθαι οἴνῳ, & κεράννυσθαι οἴνου, infimorum temporum Graeciſmo eſt inebriari. Theocritus Idyllio X. . . . . ἐν πίθῳ ἀντλεῖς. Scholium: ἀφθόνων, φησὶ, καὶ πλουσίων ἀπόλαυσις τῶν πραγμάτων. ὁ γὰρ οἴνου κεραννύμενος, πρὸς ἀφροδίσια ἐκκαίεται. ubi οἴνου κεραννύμενος, temulentus. SCALIGER. ſic habent Coll. Voſſ. Editionesque Aug. Vind. Trem. Pariſ. Euchar. Chouet. Flor. Pulm. & Scriver. *Vino tempera* Leid. pr. & Coll. Hagenb. ut & Edit. Pariſ. in Marg. abeſt autem a Leid. Sec. Haec etiam admonitio profecta eſt ex ratione veterum, qui ebrietatem & temulentiam diligentiſſime ſemper cavendam cenſuere. Quod Barneſius docet ad dulciſſimum Anacreont. p. 572. & 917. Ideoque vinum aqua miſcere ſoliti fuere, unde notiſſimae formulae, nullis non dictae, *miſce puer*, aliaeque. Vid. Cerd. ad Virg. I. Aeneid. ℣. 729. Plura, quae huc trahi poſſent, prudens praetereo. ARNTZ.

XXX. *Pugna pro Patria.*] Pugnandum eſt non pro quavis re, ſed pro defenſione Patriae. Nam Ca-

XXIX. P. Οἴνῳ σεαυτὸν κεράννυε.
S. Οἰνοφλυγίας ἀπέχου.

XXX. P. Μάχου ὑπὲρ Πατρίδος.
S. Τῆς Πατρίδος ὑπερμάχου.

XXXI. P. Μηδὲν προπετέστερον πίστευε.
S. Μηδὲν προπετῶς πίστευε.

XXXII.

Carum more mercede pugnare turpiſſimum eſt, & plus quam gladiatorium. ERASM. ſic eſt in Leid. pr. nec non Coll. Voſſ. atque Editt. omnibus. Recte autem & pie hanc Sententiam filio ſuo inculcat pater; veteres certe credebant Patriae nos vitam debere. Juſt. Lib. XVIII. Cap. VI. §. 4. *Tunc a Regina caſtigati, ſi pro ſalute Patriae aſperiorem vitam recuſarent, cui etiam ipſa vita, ſi res exigat, debeatur.* Ubi vid. V. D. Egeſipp. de Excid. Hieroſ. Lib. IV. Cap. VII. *Nunc oportet pro libertate occumbere; praeſtat enim pro Patria mori.* Idem Egeſipp. Lib. V. Cap. XXVII. Ubi perperam in Editionibus, tantum non omnibus: *Quanto igitur melius* Patriae *inpendere, quod Patriae debeas, & neceſſitatem commutare gloria?* Ubi Codd. noſtri duo Haverc. nimirum & Caſſel. recte omnino exhibent: *Quanto igitur melius* naturae *inpendere* &c. cui emendationi Doctiſſ. Gualteri Cod. adſtipulatur. Et hinc decorum habebatur pro Patria mortem oppetere. Horat. Lib. III Od. II. ℣. 13.

Dulce & decorum eſt pro Patria mori.

Ubi vid. Erud. Torrent. Ovid, Ep. III. Heroid. ℣. 105.

Perque trium fortes animas, mea numina, fratrum,
Qui bene pro Patria, cum Patriaque jacent.

Talis mors *pulcherrima* dicitur apud Florum Lib. IV. Cap. I. §. 12. *Catilina longe a ſuis inter hoſtium cadavera repertus eſt;* pulcherrima morte, *ſi pro Patria ſic concidiſſet.* Immo iis, qui pro Patria perierant, beatas in Coelo ſedes eſſe decretas Veterum erat opinio. Uti demonſtrat Eruditiſſ. Taubm. ad Virg. Lib. I. Aeneid. ℣. 93. Inde etiam eſt, quod ſcelus putabant poſt Patriae interitum vivere, vel de vivendo cogitare. Vid. Donat. ad Virg. II. Aeneid. ℣. 642. Peculiaris autem lectio eſt in Edit. Flor. *Pugna pro Patria, pugna pro ſecunda Patria, pugna pro tertia Patria.* Quod explicent illi, quibus ad id animus eſt & talia docent. ARNTZ.

XXXI. *Nihil temere credideris.*] Egregium profecto monitum, quod ſi plures bene obſer-

XXXII.

Tu te conſule.

XXXIII.

Meretricem fuge.

XXXIV.

Literas diſce.

XXXV.

Nihil mentire.

XXXVI.

ſervarent, non tam turpiter, ut ſaepius fieri ſolet, ſeſe darent. Nam ſecundum πολυθρύλλητον: *Qui facile credit, facile decipitur:* huc quoque pertinet illud Siculi Epicharmi: Μέμνασ' ἀπιστεῖν, ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν. *Memento non credere, artus hi ſunt mentium.* Quod Tullius in Lib. de Pet. Conſul. ita interpretatur; *Nervi atque artus ſapientiae ſunt non temere credere.* Qui & dicti ejus alibi meminit; ut Lib. I. Epiſt. XIX. & XX. ad Atticum, nec non in Graecis Polybius Lib. XVII. Hiſt. Cap. XXX. & Lucianus in Hermot. uti ad Epiſt. XIX. Lib. I. Cic. ad Atticum Victorius & Corradus obſervant. Proinde non immerito τὴν ἀπιστίαν laudant & commendant Τραγικώτατος Euripides, & Oratorum Graecorum facile Princeps Demoſthenes, ille quidem in Hel. v. 1634. hic Phil. II. p. m. 67. WACHIUS. Sic ſcribit Leid. Sec. & Coll. Voſſ. *nil tem. cr.* Leid. pr. atque Editt. fere omnes. Vide quae diximus infra Lib. I. Diſt. VIII. Eleganter autem *ſtulta credulitas* audit apud Phaedr. Lib. II. Fab. I. ꝟ. 29. Et quantum ea concinnet mali idem docet Lib. III. Fab. X. ARNTZ.

XXXII. *Tuto conſule.*] Hanc lectionem & multi codices retinent, & Planudes ſequitur. Sed ſcriptorum melior pars habet, *Tu te conſule.* Graece id eſt: βουλὴν ἀνατίθου ἑαυτῷ, προσανατίθεσθαι ἑαυτῷ βουλὴν, δίδου ἑαυτῷ βουλήν. Prius apud ſe deliberare, quam rem aggredi. Pythagoraei:

Πρᾶσσε δὲ ταῦθ' ἅ σε μὴ βλάψῃ· λόγισαι δὲ πρὸ ἔργου.

Ne facias nocitura tibi: ſed conſule tu te.

Idem & clarius Phocylides:

Βουλεύου δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὰ πέληται.

SCALIGER. A te ipſo pete conſilium, qui te tuaque optime noſti. Aut *tuto conſule*, id eſt, cave a conſiliis periculoſis, tua conſilia ſequere. Nam duplex eſt lectio. ERASM. Sed & hic inter aurea Pythagorae Carmina verſus eſt XXVII. DAUMIUS. *Tuto conſule* Leid. pr. & Sec. nec non Edit. Flor. *Tuto conſule* Aug. Vind. & Pariſ. Utrumque agnoſcit Trem. Euchar. Chouet. Eraſm. Gryph. & Scriver. *tute* Pulm. in textu. *tuto* vero in Marg. *tu te c.* & *tuto conſ.* Edit. Cruc. *tu te conſule* eſt quoque in

XXXII. P. Ἀσφαλῶς βȣλεύȣ. Vel.
Βȣλὴν ἀνατίθȣ ἑαωτῷ.
S. Συμβȣλεύȣ σαυτῷ.
XXXIII. P. & S. Ἑταίρας φεῦγε.
XXXIV. P. Γράμματα μελετᾷν θέλε.
S. Γράμματα μάνθανε.
XXXV. P. Μὴ ψεύδεσθαι βȣ́λȣ.
S. Μὴ ψεύδȣ.

XXXVI.

in Coll. Voſſ. & Hagenb. quare id in textum recepimus. ARNTZEN.

XXXIII. *Meretricem fuge.*] nil mutat hic Leid. Sec. nec mutant quidquam Editt. Aug. Vind. Trem. Euchar. Pariſ. Chouet. Pulm. Auſon. totam Sententiam omiſit Cod. Turic. *Meretrices fuge* eſt in Edit. Florent. vid. quae inf. erunt dicenda Lib. I. Diſt. XII. *Fuge meretricem* Leid. pr. Hanc autem ſi ſciviſſet & ſecutus eſſet Sententiam Clinia Terentianus, non miſere ipſum ſaepius querentem audiviſſemus Heaut. Act. II. Sc. III. ℣. 15. *O Jupiter! ubinam eſt fides? dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci conlocupletaſti te, Antiphila: & me in his deſeruiſti malis. propter quam in ſumma infamia ſum & meo patri minus obſequens: cujus nunc pudet me & miſeret. qui harum mores cantabat mihi; monuiſſe fruſtra; neque potuiſſe umquam ab hac me expellere. quod tamen nunc faciam, &c.* ARNTZENIUS.

XXXIV. *Literas diſce.*] iſtae etenim, Cicerone teſte, *juventutem alunt, ſenectutem oblectant*, hoc ſenſu *literae ſtudiorum* dixit Aul. Gell. Lib. XIII. Noct. Attic. Cap. IX. *Tullius Tiro, M. Ciceronis alumnus & libertus, adjutorque in* literis ſtudiorum *ejus fuit.* Juſt. Lib. II. Cap. VI. §. 6. Literae *certe ac facundia & hic civilis ordo diſciplinae veluti templum Athenas habent.* Cic. de Sen. Cap. V. ubi de Q. F. Maximo: *Multae etiam, ut in homine Romano*, literae. Obſervandum autem eſt, Romanos eo tempore, quo vixit Fabius, magis rei militari quam ſtudiis atque eruditioni operam dediſſe; quocirca Cicero ait, *ut in homine Romano.* Ceterum exſulat haec Sententia e Cod. Turic. quem Cl. Hagenb. contulit cum Edit. *Diſce literas* eſt in Florent. *litteras diſce* Pulm. vid. infr. Lib. III. Diſt. I. de Orthographia autem hujus vocis vid. Dausq. in Orth. eadem voce. ARNTZENIUS.

XXXV. *Nihil mentire.*] Eſt enim

XXXVI.

Bonis benefacito.

XXXVII.

Maledicus ne eſto.

XXXVIII.

Exiſtimationem retine.

XXXIX.

Aequum judica.

XL.

enim τὸ ψεύδεσθαι, ut Themiſtius Ἐυφραδὴς Orat. IV. ait, ἄισχιστον; & homine mendace nihil profecto turpius, nihil pejus fieri poteſt, qui ejusmodi pretium ob mendacia ferre ſolet, ut, etiamſi verba dicat vera, tamen ei non credatur. WACHIUS. *Nec quicquam mentiare.* Edit. Aug. Vind. *nil mentire debes.* Trem. Euchar. Chouet. aliae. *nihil mentiaris* Pariſ. *nil mentire.* Edit. Flor. & Boill. *nil mentiri velis.* Cord. *nil mentiri debes.* Eraſm. Gryph. & Cruc. in Cod. denique Turicenſi fruſtra hoc Praeceptum quaeſiveris. ARNTZENIUS.

XXXVI. *Bonis bene facito.*] Beneficia non ſunt conferenda niſi in bonos, alioqui pereunt. ERASM. ita Leid. pr. & Coll. Voſſ. atque omnes fere Editt. *Bono benefacito* Leid. Sec. Coll. Hagenb. & Edit. Pariſ. Vid. quae notavimus infr. Lib. I. Diſt. XI. Quod ſi feceris, non dubitabis mecum adſeverare, Matrem Deum, ſeu Cybelen, quae vitam omnium animantium ſuſtinet eodem ſenſu eamdemque ob cauſſam *Bonam Deam* nuncupari. vid. Cup. Obſervat. p. 189. non repugno autem, ſi quis exiſtimet, τὸ *bonus* hic latiori ſenſu, reſpectu omnium ſive plurimarum virtutum, ſumendum eſſe, & tum Boxhornii de hoc Auctore Sententiae vehementer adverſatur. ARNTZENIUS.

XXXVII. *Maledicus ne eſto.*] Nil quidquam mutant hic libri noſtri. Tanto autem odio maledicos proſequebantur antiqui, ut canibus eos compararent ſaevaque eorum murmura riderent. vid. Horat. Epod. VI. ARNTZ.

XXXVIII. *Exiſtimationem retine.*] *Exiſtimationem* pro *opinione* Planudes accepit, quod ejus interpretatio arguit: τὴν ὑπόνοιαν ἔπεχε. Id eſt, ut puto, aſſenſionem tuam cohibe, ut Pyrrhonii facere ſolebant, neque eam temere accommodaveris. Sed fallitur. *Exiſtimationem*, ut mediocriter docti ſciunt, vulgus noſtrum vocat *reputationem.* Eam Graeci nullo idoneo verbo exprimere poſſunt. Nos eo, quod proxime ab ea notione abeſt, ἐπιτιμίᾳ, quia melius comminiſci non poſſumus, contenti erimus. *Exiſtimationem* re-

XXXVI. P. Τοὺς ἀγαθοὺς ἀγαθὸν ποίει.
S. Τοὺς ἀγαθοὺς εὖ ποιοῦ.

XXXVII. P. Κακολογίας ἀφίςασο.
S. Κακήγορος μὴ ἴσθι.

XXXVIII. P. Τὴν ὑπόνοιαν ἔπεχε.
S. Τὴν ἐπιτιμίαν κράτει.

XXXIX. P. & S. Τὰ δίκαια κρίνε.

XL.

retinere eſt, quod alibi dicitur *bonam famam ſervare*.

Si famam ſervare cupis, dum vivis, boneſtam.

Graeci in eam ſententiam dicunt φυλάσσειν τρόπου καλοκαγαθίαν. Demetrius Phalereus attribuit Soloni hanc Sententiam φύλασσε τρόπου καλοκαγαθίαν ὅρκου πιςοτέραν. Quae profecto eſt ea ipſa, de qua nunc agimus. Nam ἐκ τῆς καλοκαγαθίας naſcitur illa, quae hic dicitur *exiſtimatio*. Et in Sententiis Thaletis, κτῆσαι καλοκαγαθίαν, non tantum probitatem, ſed etiam exiſtimationem ſignificat. SCALIGER. Bonam famam tuere, ne perdas; perit enim facile, at non facile ſarcitur. ERASM. *Exiſtimatio bona* apud Platonem, Lucianum, Nazianzenum, Cic. III. de Finibus, εὐδοξία eſt. DAUMIUS. Congruunt hic inter ſe Editt. & Codd. ſcripti. τὸ *Exiſtimatio* autem hoc ſenſu apud optimos linguae Latinae Auctores ſaepius obvium eſt. Nepos Ageſilao Cap. IV. §. 3. *Ageſilaus opulentiſſimo regno praepoſuit bonam* exiſtimationem &c. Idem in Attic. Cap. XV. §. 2. *Numquam ſuſcepti negotii eum pertaeſum eſt, ſuam enim* exiſtimationem *in ea re agi putabat; qua nihil habebat carius*. ARNTZENIUS.

XXXIX. *Aequum judica.*] Id eſt, non ad lucrum aut ad gratiam, ſed ad regulam aequitatis. ERASM. τὸ *aequum* hic dicitur ut in l. 21. D. de re judicata: *quod & id* aequum *eſſe videtur. Sed alio jure utimur, ut & Neratius ſcribit.* Adeoque *aequum* ſeu *aequitas ſtricto*, id eſt, *ſummo juri* opponitur. Sic apud Terent. Heaut. Act. IV. Sc. I. ℣. 29. *Quid cum illis agas, qui neque* jus, *neque* bonum, *atque* aequum *ſciunt*? & in l. 2. §. 5. ff. de aqua & aq. pl. arc. *ſummum* enim *jus ſumma ſaepe eſt injuria*, ut ſcribit Terent. Conſule Viros Cl. numquam ſine honore mihi nominandos C. A. Dukerum ad Flor. Lib. I. Cap. XXII. & H. Cannegieterum Reſcript. Boxhorn. Cap. XXVII. ARNTZ.

XL.

XL.

Parentes patientia vince.

XLI.

Beneficii accepti memor eſto.

XLII.

Miſerum noli irridere.

XLIII.

Conſultus eſto.

XLIV.

Utere virtute.

XLV.

Iracundiam tempera.

XLVI.

XL. *Parentes patientia vince.*] Ferendi ſunt parentes etiam iniquiores. ERASM. Sic ſcriptum inveni in Coll. Voſſ. & Editt. Trem. Euchar. Pariſ. Chouet. Florent. Pulm. & Scriver. *Parentem patienter vince* Leid. pr. Sec. & Coll. Hagenb. *Parentes patienter vince* edidit Wachius. & ſic in Boill. Terent. Heaut. Act. I. Sc. II. ℣. 27. *Fortaſſe aliquantum iniquior erat praeter eſus lubidinem. pateretur: nam quem ferret, ſi Parentem non ferret ſuum?* &c. ARNTZ.

XLI. *Beneficii accepti memor eſto.*] Nam dati pulchrum eſt obliviſci. Accepti meminiſſe decet. ERASM. *Ben. acc. eſto memor* Leid. Sec. *Accepti b. m. e.* Edit. Florent. vide quae diximus infr. Lib. I. Diſt. XV. ARNTZ.

XLII. *Miſerum noli irridere.*] Chilonis: τῷ δυστυχοῦντι μὴ ἐπιγέλα. SCALIGER. Vid. ad Sent. XXI. ERASM. In Chilonis quoque fuiſſe praeceptis: ἀτυχοῦντι μὴ ἐπιγελᾷν, *adverſis rebus proſtratum non irridendum,* Diogenes Laërtius in ejus vita p. m. 43. auctor eſt. WACHIUS. Sic Leid. pr. & Coll. Voſſ. nec non Editt. Florent. Scriver. & aliae. *m. n. ridere* Leid. Sec. Coll. Hagenb. & Edit. Pariſ. *miſerum ne irriſeris* Aug. Vind. Euch. & paucae aliae. *miſerum ne contempſeris* Chouet. ARNTZ.

XLIII. *Conſultus eſto.*] Planudes σύμβουλος ἴσθι, peſſime. Conſultus eſt, quem vulgo diſcretum vocamus. ἔμφρων Graecorum non male huic notioni reſpondet: ſed in quo Graeci egeſtatem ſuam fateantur neceſſe eſt. SCALIGER. Id eſt, calleas ſcientiam & morem juris, ut poſſis amicis opitulari. ERASM. Sic habent Codd. noſtri

XL. P. Τοὺς τεκόντας ὑπομονῇ νίκα.
S. Τοὺς τοκέας ὑπομονῇ νίκα.

XLI. P. Εὐποιΐας, ἧς ἔτυχες, μνημονεύειν.
S. Ἧς ἔτυχες εὐεργεσίας μνημόνευσον.

XLII. P. Δυσπραγοῦντα μὴ χλευάσῃς.
S. Τὸν ἄθλιον μὴ χλεύαζε.

XLIII. P. Σύμβουλος ἴσθι.
S. Ἔμφρων ἴσθι.

XLIV. P. & S. Ἀρετῇ χρῶ.

XLV. P. Τὴν ὀργιλότητα κίρνα.
S. Θυμοῦ κράτει.

XLVI.

ſtri atque Editt. omnes, excepto Cod. Turicenſi, a quo totum hoc praeceptum abeſt. *Conſultus* autem pro *Juriſconſulto* poni, quo ſenſu exponit Eraſm. non eſt, quod dubites. Horat. Lib. II. Ep. II. ℣. 159.

Quaedam, *ſi credas* conſultis, *mancipat uſus*.

Inſpice Canneg. Reſcript. Boxhorn. Cap. XXVII. ARNTZ.

XLIV. *Utere virtute.*] Theognis ---- ἀμφ' ἀρετὴν τρίβου. ---- SCALIGER. Non viribus neque dolo. ERASM. *Virtute utere* Leid. pr. & ſec. Et ſic Edit. Boill. nec aliter Coll. Hagenb. *utere tua virtute* Scriver. Verum pronomen hoc nulla alia agnoſcit Edit. *Virtus* hic notione minus uſitata adhibetur, idemque valet, quod *facultas*, *induſtria*, *potentia*, quo ſenſu Graeci δύναμιν potiſſimum dicere gaudent. Sulpit. Sever. Hiſt. Sacr. Lib. I. Cap. XIV. *Cunctantem poteſtate confirmat*, virtutem *ei ſignorum faciendorum impertiens.* Ubi vid. Vorſt. Qui ex Cicer. & aliis maxime idoneis linguae Latinae ſcriptoribus hanc ſignificationem adſerit. Quod pluribus agerem: ſed breves ſententias notis longioribus obruendas non puto. ARNTZENIUS.

XLV. *Iracundiam tempera.*] Eſt Chilonis: θυμοῦ κράτει. Phocylides χαλινοῦ δ' ἄγριον ὀργήν. Nam Planudeum τὴν ὀργιλότητα κίρνα, jamdudum traduximus. SCALIGER. Ante monuit, non eſſe iraſcendum ſine cauſa. Nunc admonet, juſtam etiam iram moderandam eſſe. ERASM. *Iracundiam tempera ac rege* Leid.

 pr.

XLVI.

Trocho lude.

XLVII.

Aleam fuge.

XLVIII.

Nihil arbitrio virium feceris.

XLIX.

pr. *vel rege* Leid. ſec. *Iracundiam temporale rege* Coll. Hagenb. pro quo vir Cl. conjecit legendum: *Iracundiam tempera. Te rege.* aut *iracundiam tempera vel rege.* quod cum Leid. 2. convenit. Sed verba ea *ac rege, vel rege* ex Gloſſa videntur nata. Simile fere Graecorum praeceptum

Ζήσεις βίον κράτιϛον, ἂν θυμοῦ κρατῇς.

Iracundia autem differt ab ira, eſtque levis animi atque infirmi vitium, ita dictum, quod iram incendat, vid. Popm. de differ. verb. v. *iracundus.* ARNTZENIUS.

XLVI. *Trocho lude.*] Maturirinus Corderius Gallicus interpres: *Trochus, c'eſt à dire, trompe, ou ſabot, ou toupie, Trochus*, id eſt *turbo.* Planudes, Vetus interpres Graecus: *σφαίραις ἄθυρε*: *Pilis lude:* Utrumque male. Tam pilae luſus, a trochi luſu differt, quam pila & trochus: hoc eſt, quam globus & circulus. *Trochus* erat circulus aereus magnus, cui annuli multi inſerti erant, ut eorum ſtrepitu obvii trochis cederent de via. Hunc luſum pueri Batavi quotidie per plateas experiuntur circulo ligneo, quo vietores dolia ſirpant. Multum igitur differunt, *σφαίραις ἀθύρειν, καὶ τροχῷ παίζειν.* SCALIGER. Trochus convenit pueris. ERASM. Vide Rigalt. pag. 23. ad Artemidorum. Hieron. Mercutial. Lib. III. de arte Gymnaſt. Cap. VIII. p. 166. Turneb. XXVII. Adv. Cap. XXXIII. Cerdam ad VII. Aen. p. 65. Chabot. ad Horat. III. Od. XXIV. DAUMIUS. Abeſt haec Sententia a Cod. Turicenſi, pro qua, alieno tamen loco, (turbantur enim & commiſcentur hae Sententiae in Codd.) legitur, ſed barbare admodum: *minime ludica. Throcho lude* per adſpirationem exhibet Edit. Aug. Vind. *Lude trocho* inverſo verborum ordine Florent. *Trocho lude: aleas fuge.* conjunctim edidit Pulm. & poſtea Scriverius. Liceat autem mihi hic adſcribere Voſſii verba in Etymologico. „Cave *Trochum* cum *turbine* confundas. Nam *turbo* „ſive *turben*, graece *βέμβιξ.* „At *τροχὸς* eſt *circulus* ſive *rota*, quam pueri impulſu circumagebant. Monuit id jam „olim Calderinus ad Martialis „Apophoreta. Quare mirum, „tantum eſſe Paedagogorum „ſtuporem, ut hodie quoque „in

XLVI. P. Σφαίραις ἄθυρε.

S. Τροχῷ παῖζε.

XLVII. P. Κύβων ἀπέχε.

S. Κοτλισμοῦ ἀπέχε.

XLVIII. P. Μηδὲν τῇ τῆς ἰσχύος κρίσει διαπράξῃ.

S. Μηδὲν τῇ τῆς ἰσχύος κωβείᾳ ἐπίτρεψον.

XLIX.

„ In Dionyſio Catone, cum „ praecipitur pueris, (*velim potius Dionyſii filio*,) ut trocho „ ludant, turbinem ſignificari „ velint. Atque id cauſſae eſt, „ cur nec hoc Heroem J. Scaligerum monere eos puduerit in ſuis ad Dionyſium notis." Auctores, qui de trocho egerunt plures diligentia Doctiſſ. Pitiſci collegit in Lexic. Antiq. Rom. Et recte is, Paedagogorum facile princeps, (vid. Ampliſſ. Caſp. Burmann. Traject. Erud. Pag. 269. in f.) inter trochum & turbinem diſtinguit. Adde tamen Torrent. ad Horat. Lib. III. Od. XXIV. ☧. 57. & Art. Poet. ☧. 380. Ceterum legenda ſunt, quae Boxhornio oppoſuit Cl. Cann. in Reſcript. Cap. XXVI. ARNTZ.

XLVII. *Aleas fuge.*] Luſum aleae fugiendum recte praecipit Cato, cum ab illo, ut Iſidorus Hiſpalenſis Lib. XVIII. Orig. Cap. LXIV. loquitur, fraus, mendacium atque perjurium nunquam abſit. Romanis quoque legibus aleam olim vetitam fuiſſe, Horat. Lib. III. Od. XXIV. Auctor eſt. WACHIUS. *Aleas fuge* omnes fere legunt Editt. *Aleam fuge* Leid. pr. ſec. & Coll. Hagenb. vide quae diximus infra Lib. I. Diſt. XII. Quare id in textum reduximus. *Aleas fuga* Edit. Trem. perperam. Alearum autem luſum infamem non tantum fuiſſe, id quod Sueton. docet in Claud. Cap. V. §. 3. *Ebrietatis & aleae quoque infamiam ſubiit.* Sed etiam legibus vetitum fuiſſe multis oſtendit Torrent. ad Horat. Lib. III. Od. XXIV. ☧. 58.

Seu malis vetita legibus alea.

adde, quae Paſcaſius Lib. I. de alea ſcribit. ARNTZ.

XLVIII. *Nihil arbitrio virium feceris.*] Non improbamus. Sed Latinitas poſtulabat *arbitrii*, non *arbitrio*. Itaque non mirum, ſi neque eleganter haec vertit Planudes, neque appoſite ad mentem Gnomologi. Cleobulus apud Demetrium: γλώττης κρατεῖν. Βίᾳ μηδὲν πράττειν. Pithoeana editio: *Nihil ex arbitrio virium feceris.* Quod non probo.

 Ar-

XLIX.

Minorem ne contemſeris.

L.

Aliena concupiſcere noli.

LI.

Conjugem ama.

LII.

Liberos erudi.

LIII.

Patere legem, quam ipſe tuleris.

LIV.

Arbitrium hic eſt *κυβεία*, quomodo vertimus. Si igitur arbitrio retinemus, ex hoc poteſt naſci ſententia: Male geritur, quicquid arbitrio virium geritur: quomodo Mimiambus: *Male geritur, quicquid geritur fortunae fide.* SCALIGER. Tyrannicum enim eſt, reſpicere quantum poſſis, non quantum liceat. ERASM. Sic Leid. pr. & Pariſ. *Nihil arbitrii virium feceris* Leid ſec. & Coll. Voſſ. nec non Hagenb. *Nil arbitrio v. f.* Florent. *Nihil ex arb. v. f.* addita praepoſitione Aug. Vind. Euchar. Trem. Chouet. Pulm. Franeq. Eraſm. Cord. Cruc. & Scriver. At Auctorem ſaepius eamdem omiſiſſe videbimus infra lib. III. Diſt. XVIII. ARNTZENIUS.

XLIX. *Minorem ne contemſeris.*] Ne faſtidias inferiorem te, quod eſt elati, non cordati. ERASM. *m. n. contempſeris* Leid. uterque, Coll. Voſſ. & Pariſ. Et ſic. infr. Lib. III. Diſt. XI. qua de Orthographia vide, quae Cellarius ſcribit p. m. de Orthogr. Lat. 22. & 23. Minus autem placet, quod habent Editt. Aug. Vind. Trem. Chouet. Florent. Euch. Eraſm. Cord. Cruc. Scriver. aliae: *Minorem te ne*, vel *non contempſeris*. *Minorem non contempſeris.* Coll. Hagenb. ARNTZENIUS.

L. *Aliena concupiſcere noli.*] Sic Leid. pr. Coll. Voſſ. Edittque Pariſ. Euchar. Trem. Chouet. Florent. Pulm. Franeq. Scriver. aliaeque. *Alienum noli concupiſci* Leid. ſec. & Coll. Hagenb. *Alienum noli concupiſcere* Boill. *Aliena noli concupiſcere* Aug. Vind. Sic Juſt. loquitur loco, quem laudamus infr. Lib. III. Diſt. XXII. *Haec continentia illis morum quoque Juſtitiam edidit, nihil* alienum concupiſcentibus. ARNTZENIUS.

LI. *Conjugem ama.*] Ut omnium fortunarum ſociam. ERASM. abeſt ab Aug. Vind. vid. ſup. Sent, II. ARNTZ.

LII.

XLIX. P. Τὸν ἐλάττω μὴ ἀποσκυβαλίσῃς.

S. Τὸν ὑποδεέστερόν σου μὴ ἐκφαύλιζε.

L. P. S. Ἀλλοτρίων μὴ ἐπιθύμει.

LI. P. Τὴν σύνοικον στέργε.

S. Τὴν γαμετὴν στέργε.

LII. P. Τὰ φίλτατα παίδευε.

S. Τὰ τέκνα παιδεύου.

LIII. P. Φέρε νόμον, ὃν αὐτὸς ἄλλοις ἐπέθηκας.

S. Νόμον ὑφίστασο, ὃν αὐτὸς ἔθηκας.

LIV.

LII. *Liberos erudi.*] Vertimus: τὰ τέκνα παιδεύου. quia parentum eſt παιδεύεσθαι. Paedagogorum παιδεύειν: ut patrisfamilias eſt οἰκοδομεῖσθαι: Architecti οἰκοδομεῖν. quam κυριολογίαν Attici religioſe obſervant. Latini hac in parte egeni ſunt, apud quos tam parens quam paedagogus dicitur erudire, docere. Juriſconſultus de legatis tertio: L. Stichus: *Stichus liber eſto: &, ut eum haeres artificium doceat, unde ſe tueri poſſit, peto.* ἵνα κληρονόμος μοῦ διδάσκηται αὐτὸν, non autem διδάσκῃ, quod proprium eſt paedagogi. SCALIGER.

LIII. *Patere legem, quam ipſe tuleris.*] Auſonius Pittaco tribuit:

Pareto legi, quiſque legem ſanxeris.

Demetrius Soloni: εὐθύνας ἑτέροις ἀξιῶν διδόναι καὶ αὐτος ὑπεχε. SCALIGER. Quam conditionem praeſcribis aliis, eadem utere ipſe in alios. ERASMUS. Receptam lectionem unanimi conſenſu defendunt Leid. pr. Coll. Voſſ. Editioneſque Aug. Vind. Pariſ. Fuch. Trem. Chouet. Pulm. aliae. Quare nos dicto audientes ſequamur. Addita una voce: *Patere legem, quam tu ipſe tuleris.* eſt in Edit. Florent. & Boill. *pati l. q. i. t.* Leid. ſec. & Coll. Hagenb. *pati legem*, ut *pati verum, aequum* & *juſtum* hic dictum putat Cl. Cannegieterus ad Avian. Fab. IV. ℣. 2. Et ſimilis fere locus Nemeſ. Buc. Ecl. 1. ℣. 35.

——— *Tu ruricolum diſcernere lites*
Adſueras, varias patiens *mulcendo* querelas.

Vellem itaque, monuiſſet Scriverius, quo ex Codice procuraverit nobis lectionem: *Pareto legi, quam ipſe tuleris.* ARNTZENIUS.

 LIV.

LIV.

Pauca in convivio loquere.

LV.

Illud ſtude agere, quod juſtum eſt.

LVI.

Libenter amorem ferto.

LIV. *Pauca in convivio loquere.*] Omnino eſt a Chilone ſapiente apud Demetrium, *πίνων μὴ πολλὰ λάλει*. SCALIG. Nihil hic mutant libri typis vel manu exarati. Tu lege Diſt. xx. Lib. III. & quae notamus infr. Lib. I. Diſt. x. ad verba: *Sermo datur cunctis*. ARNTZ.

LV. *Illud ſtude agere, quod juſtum eſt.*] Sententia haec exſulat e Cod. Turicenſi. Receptam lectionem ſequuntur Leid. pr. & ſec. ut & Coll. Voſſ. nec aliter Editt. Pariſ. Pulm. Franeq. Rejecto vero pronomine *illud* Florent. & omiſſo *τῷ agere* Euchar. Trem. Chouet. Eraſm. Gryph. Cord. *quod juſtum eſt age* Aug. Vind. ſed in omnia alia, nullam cernimus cauſſam, hic iterum abit Scriverius: *illud quod juſtum eſt, libenter ama*. Verum quia Cl. Canneg. nos admonuit, pluribus ſe de hac ſententia in Diſſert. acturum, equum quaſi mutare & ad ſequens praeceptum tranſilire placet. Jam vid. ejuſdem Reſcript. Boxh. Cap. XXVII. ARNTZ.

LVI. *Libenter ferto amorem.*] *Ἀσπασίως φιλίαν φέρε.* quae nemo Graece intelligens intelligat. Atqui Gnomologus praecipit non reluctandum eſſe amori, ſed ita cedendum, ut gubernator vento. Graeci aptiſſime *συμπεριφέρεσθαί τινι*. Gallice, *ſe comporter avec quelqu'un.* Oppianus Chriam ex hac ſententia formavit Halieutico quarto.

- - - *ὁ δ' ὄλβιος, ὅς κεν ἔρωτας,*
Εὐκραεῖ κομέῃ τε καὶ ἐν στέρνοισι φυλάσσῃ.

Et Soph.

Ἔρωτι μὲν γὰρ ὅστις ἀντανίσταται,
Πύκτης ὅπως ἐς χεῖρας, οὐ καλῶς φρονεῖ. SCALIGER.

Odium omnibus modis fugiendum eſt. Amor amplectendus, etiam, ſi quis parum dignus eſt, qui redametur, tamen amari te patere. ERASMUS. Eamdem hanc lectionem habent Leidd. Codd. & Editt. nonnullae, ut Cord. & Cruc. reliquae tranſponunt verba: *am. l. f. Amorem ferto* Coll. Hagenb. Scriverius non agnoſcit. Quae vero de hoc praecepto jactet Doctiſſ. Boxhornius, in ipſius diſſertatione, ſi libet, vide. Ut meam hic interponam ſententiam, putem *τὸ ferto* poni pro compoſito *referto*, ut ſolet Auctor nonnumquam. Vid. ſup. ad Sentent. XI. & alibi. fateor quidem, *ferre* pro *referre* rarius inveniri; ſed cur minus licet Auctori ita loqui, quam aliis, qui hoc verbum uſurpant pro *auferre* & *adferre*. vid. Serv. ad Virg. I. Aeneid.

LIV. **P.** Βραχέα ἐν συμποσίῳ λάλει.
S. Ὀλίγα ἐν συμποσίῳ λάλει.

LV. P. Ὁ δίκαιον ποίει.
S. Ὅ, τι δίκαιόν ἐστι, ποίησον.

LVI. P. Ἀσπασίως φιλίαν φέρε.
S. Τὸν ἔρωτα εὖ διένεγκε.

neid. ✝. 59. eumdemque ibidem ✝. 463. & 605. At vero! *εὕρηκα.* Nonne ſic dicimus *acceptum ferre* pro *referre*? vid. Valer. Max. Lib. II. Cap. VII. ex. ext. II. *Quem pugnae acceptum* ferre *dubitaſſent.* ubi Vorſt. vide, aliosque Viros doctos. Adde loca ſequentia, quae me doctiſſ. Guſt. Freder. Pelſio debere, libens profiteor. Senecae Epiſt. LXXVIII. Init. *Philoſophiae* acceptum fero, *quod ſurrexi, quod convalui.* Plinii Lib. II. Hiſt. Nat. Cap. VII. *Huic* (Fortunae) *omnia expenſa, huic omnia* feruntur accepta. Conferantur haec cum Vorſtii nota ad Val. Maximum, modo laud. Plinii Junioris Lib. II. Epiſt. IV. *Ad quod ne te verbis magis, quam rebus horter, quidquid mihi pater tuus debuit*, acceptum *tibi* ferri *jubeo.* ubi alii Codd. *fieri jubebo.* Et ſic Gron. ad Gell. Lib. IV. Cap. XVIII. pro *accepta ferri* ex Cod. Veneto putat emendandum *accepta fieri*; quia norat Gellius, Scriptores, quos ille in ſcribendo ſectabatur, *acceptum referre*, quam *ferre* dicere maluiſſe. ſruſtra. Vid. Ol. Borrich. in Cogit. de L. L. AEtatibus. pag. 270. Ceterum *ferre* ſive *referre amorem*, eodem modo dicitur ac *referre gratiam* apud Cicer. pro Plancio Cap. XXVIII. *Gratiam autem, & qui* refert, *habet: & qui habet, in eo ipſo, quod habet*, refert. & Lib. IV. Fam. Ep. III. *a me vero ſic diligitur, ut tibi uni concedam, praeterea nemini, mihi ab eo* gratia refertur. Hoc autem Dionyſii praeceptum convenit cum verbis Ciceronis Lib. I. de Off. cap. XV. *De benevolentia autem, quam quiſque habeat erga nos, primum illud eſt in officio, ut ei plurimum tribuamus, a quo plurimum diligimur.* Quid? ſi ſequamur lectionem, quae eſt in nonnullis libris, *Amorem libenter ferto.* ac dicamus, pro τοῦ *ferto* olim ſcriptum fuiſſe *referto*, ſed obſorptam eſſe priorem ſyllabam a duabus poſterioribus literis vocabuli praecedentis *libenter*, quae, ſi tranſponantur, eam praepoſitionem efficiunt; quam regulam in emaculandis libris obſervant elegantis ingenii acutiſſimi Critici. idemque, ut nunc video, cenſuit optimus Canneg. reſcriptis Boxhorn. Cap. XXVII. in f. ARNTZ.

PRAEFATIO,

CARMINE GRAECO REDDITA

A

JOSEPHO SCALIGERO.

Φρασάμενος πλείστους ἀνθρώπων, ὡς περὶ θέσμους
'Ηθῶν πλάζονται, προνοεῖσθαι τῶν δὲ μάλιστα
Ἄξιον ᾠϊσάμην, καὶ λήματος ἀντιλαβέσθαι.
Ὄφρα καλῶς ζώωσι, καὶ εὐκλεὲς εὖχος ἄρωνται.
Δεῦρ' ἄγε τέκνον ἐμοὶ κεχαρισμένον, ὥς σε διδάξω,
Πῶς δεῖ ῥυθμίζοντα τεοῦ νοὸς ἤθεα κοσμεῖν.
Τάς δ' οὖν ἐντολίας ἀνάγνωθι, γνῶθί τ' ἀναγνούς.
Ὧν γὰρ ἀνέγνω τίς, μὴ δ' ἔγνω, πάγχυ κατέγνω.
Καὶ δὴ ἄκουσον ἐμοῦ. Θεῷ εὔχου. Στέργε τοκῆας.
Τοὺς πηοὺς τίμα. Τὸν ὑφηγητὴν πεφόβησο.
Τήρησον τὸ δοθέν. Νομίμοις ἀγορᾶς ὑποτάσσου.
Τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδρῶν, καὶ τοῖς φρονίμοισιν ὁμίλει.
Εἰς τὴν συμβούλων ἄγυριν μὴ ἀκλητὶ παρελθεῖν.
Κοσμιότητος ἔχου καθαρῶς. Ἀσπαστικὸς ἴσθι.
Εἶξον ἀρειοτέροισιν. Ἀφαυροτέρων πεφίδησο.
Κτήματα σοῦ τηρεῖν. Αἰδῶ ἐπὶ πᾶσι φυλάττειν.
Τημελίην ἄσκει. Βιβλίων ὅτι πλεῖστα διέρχου.
Πάντα δ' ἐνὶ μνήμῃ ταμιεύειν, ὧν κεν ἀναγνῷς.
Τῶν ἰδίων προνοεῖν. Πρᾴως πάντεσσιν ὁμιλεῖν.

Μὴ

Μὴ νεμεσᾷν ἀλόγως. Χλευάζειν μηδενὸς ἔργον.
Χρῆσον μὲν τὸ δάνειον, ὅτῳ χρήσεις δὲ, λογίζου.
Εἴς γε δίκην πάριθι, τῷ βήματι δ' ἐμφάνισόν σε.
Μὴ πολύδειπνος ἔμεν, μὴ συχνάκις εἰλαπινάζειν.
Εὖ δὲ τὸ μέτρον σοῦ. Τὰ ἔνορκα δίκαια φύλαττε.
Οἰνόφλυξ μὴ γίγνου. Ἀμύνασθαι περὶ πάτρης.
Μὴ προπετῶς πίστευσον. Ἀεὶ βουλὴν δὸς ἑαυτῷ.
Μαχλάδα πόρνην φεῦγε. Διδάσκου γράμματα πολ-
λά.
Μὴ γλώσσης ψεύδοιο χαριζόμενος παρεοῦσι.
Τοὺς ἀγαθοὺς εὖ ἔρδε. Κακηγορίης ἀπέχεσθαι.
Τὸ τρόπου εὔσχημον τήρει. Τὰ δίκαια δίκαζε.
Καρτερίῃ γονέας νίκα. Μέμνησο παθὼν εὖ.
Δυστυχέας μὴ σκῶπτε. Γενοῦ σύννους τε καὶ ἔμφρων.
Ἀμφ' ἀρετὴν τρίβοιο. Χαλινοῦ μήνιος ὁρμήν.
Μούνῳ ἄθυρε τροχῷ. Κυβείαν πᾶσαν ἀλεύου.
Ἰσχύϊ μηδὲν ἐπίτρεπ'. Ἐλάσσονα μὴ ἀθέριζε.
Ἀλλοτρίων κτεάνων μή σε φρένας ἵμερος ἔλθοι.
Τὴν γαμετὴν σὴν ἀμφαγάπαζε. Τὰ τέκνα διδάσκου.
Ὃν θέσο θεσμὸν, ἔνεγκε. Λάλει παρὰ δαιτὶ βρά-
χιστα.
Τοῦθ' ἔρδειν, ὅ δίκαιον ἔφυ. Τὸν ἔρωτα φέρειν εὖ.

DIONYSII CATONIS
DISTICHA
DE
MORIBUS AD FILIUM.
LIBER I.

DIST. I.

Si Deus eſt animus, nobis ut carmina dicunt,
Hic tibi praecipue ſit pura mente colendus.

II.

I. *Si Deus eſt animus*,] Planudes: εἰ ὁ Θεὸς νόος ἐστί. Sed articulus in nomine Dei otioſus eſt: quanquam ſcio, quosdam ſcriptores uſurpare. Sed cum delectu faciendum. SCALIGER. Vulgus exiſtimabat, Deum placari victimis pecudum, rebuſque corporeis. Verum cum Deus ipſe ſit animus, hoc eſt, mens, non corpus, & conſentaneum ſit ſimile gaudere ſimili, nimirum potiſſimum colendus eſt puritate mentis. Nulla gratior pietas Divis, quam ſi vitam illorum imiteris, hoc eſt, tolerantiam, manſuetudinem, caſtimoniam. atqui haec animi ſunt, Deus eſt animus. Fac quantum potes, a corpore te abducas, & ad illum, quantum potes, accedas, & gratiſſimum immolaris ſacrificium. (*Pura mente*) nam vulgus lotis manibus, ac pedibus ad ſacrum accedebat. Tu mentem purga: hujus ſordes Deum offendunt, qui videt ea, quae ſunt in animo, non in corpore. (*Si Deus*) Si hic non dubitantis eſt, ſed ratiocinantis. (*Ut carmina*) nam Virg. Aeneid. VI. Deum ſpiritum & mentem vocat. (*Praecipue*) ut intelligas, non damnari cultum corporalem, ſed hunc tamen, nempe animi, eſſe Deo gratiſſimum. ERASM. Et fortaſſe Auctor dicere voluit: Quia Deus pura mens eſt, mente etiam pura colendus eſt. Illud ejuſmodi diſticho incluſerim:

Quod ſi pura Deus mens eſt, ut carmina dicunt,
Ille tibi pura mente colendus erit.

OPITIUS. Vide Barth. ad Claudian. pr. edit. pag. 243. & ſec. edit. pag. 115. & 95. Epiphan. adv. Haereſ. Lib. III. T. II.

hae-

DIONYSII CATONIS
DISTICHA,
GRAECE EXPRESSA A
MAX. PLANUDE ET *J. SCALIGERO.*

LIBER I.

DIST. I.

P. Εἰ ὁ Θεὸς νόος ἔσθ᾽, ὡς τῶν λογίων πυθόμεσθα,
Καὶ καθαρῷ νοῒ τόνδε σέϐυ περιώσια πάντων.

S. Εἰ Θεός ἐςι νοῦς, ὡς θέσφατα φησὶ παλαιῶν,
Καὶ σὺ μάλ᾽ ἐνδυκέως καθαρῷ νοῒ τόνδε σέϐιζε. Vel.
Τόνδε μάλιςα νόῳ καθαρῷ μέμνησο σεϐίζειν.

P,

haereſi LXXVII. n. IV. ἐπειδή τισι τοῦτο ἔδειξε (*f.* ἔδοξε) νῦν καλεῖν Θεόν. fol. 1028. edit. Petav. Confer Hier. Wolf. in Lib. II. Offic. Cic. pag. 436. Minut. Felicem fol. 12. & ad eum Elmenhorſt. fol. 27. Henricum Boëthium de Religione Ethnica fol. 24. DAUMIUS. *Si* idem eſt, quod *quia*, *quandoquidem*. Nec enim Cato dubitat, an animus ſit Deus: Sed, quia animus eſt Deus, vult, ut is pura mente colatur. Qua quidem notione voculam *ſi* optimi Scriptores non raro uſurpant. Sic Phaed. LXXVI. 6. *Deinde ſi pulchre vides, quam non conveniens aurum ſit vitae meae, reſpondeas clementer, quem fructum capis hoc ex labore?* Alia hujus notionis exempla apud Turſellinum in utiliſſimo de part. *L. L.* libello, cap. CLXVIII. reperias. Pari modo Ebraeis אם pro כי ponitur, Gen. cap. XXV. 22. אם כן למה זה אנכי *Si ita ſit, quorſum tandem vivo?* id eſt, *quandoquidem.* Sacros quoque Novi Foederis Scriptores εἰ pro ἐπεὶ uſurpare legas, ut Joh. XIII. 32. Item I. Cor. XI. 6. & alibi paſſim. WACHIUS. Nil mutant hic Codd. noſtri manu vel typis exarati. Excepta edit. Florent. quae diſtinctionem tranſponit,

Si Deus eſt animus nobis, ut &c.

Ubi

Uti olim conjecit quoque Jo. Fidlerus. Vid. infra *Notarum Append.* & quae nos infra nota ſequenti. Iis autem, quae docti commentatores dederunt ad Phaedr. l. cit. adde Terent. Andr. Act. I. Sc. V. ℣. 57. Si *te in germani fratris dilexi loco.* Heaut. Prol. ℣. 8. Si *numquam avare pretium ſtatui arti meae.* Servium ad Virg. Lib. I. Georg. ℣. 7. Elegantiſſ. Broukhuſ. ad Propert. Lib. III. Eleg. XXIII. ℣. 19. & denique Cl. Drakenb. ad Livium, Lib. IV. cap. III. §. 9. ARNTZENIUS.

Deus eſt animus, nobis &c.] Vulgo haec verba ita exponi ſolent, ac ſi Cato docere voluiſſet, Deum eſſe mentem. Quam ſententiam quoque Interpretes Graeci, Planudes, & Scaliger, ut ex verſionibus eorum intelligere licet, ſequuntur. Cum tamen plane & perſpicue ita convertere potuiſſent: εἰ νόος ἐςὶ Θεός. Verum recte & erudite obſervat Vir Ampliſſimus, omnique elegantis doctrinae genere politiſſimus Gisbertus Cuperus, in ſuo Obſervationum Lib. II. cap. XVII. illam expoſitionem huc non quadrare, cum non veriſimile eſſe videatur, id Catonem docere voluiſſe, quod notum eſſet omnibus, ſaltem doctis; & contra ea egregie demonſtrat ex Scriptis Veterum, mentem ipſis Deam eſſe, atque hoc quoque Catonem velle, totumque ejus de moribus carmen eo tendere, ut animum excolendum eſſe oſtendat, ejuſque rei rationem reddere, quod Deus ſit. WACHIUS. Hunc Cuperi locum in margine Editionis ſuae notaverat quoque Amicus noſter, & ſequentia adjecerat. „ Eſt ex „ Platone νοῦς ἀνθρώπινος θεός. „ Quam ſententiam refert Fa- „ bius Planciades ſeu Fulgen- „ tius de contin. Virg. p. 144. „ ubi vid. Munckeri notas. „ Menander apud Plutarchum „ ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ὁ θεός. Et in „ eamdem rem apud eumdem „ Heraclitus ἦθος ἀνθρώπῳ δαί- „ μων. *Mores hominis Deus.* Vid. „ Davis. ad Cicer. Lib. I. „ Tuſc. Quaeſt. Cap. XXVI. n. „ 6. diſtingue autem in hoc „ verſu:

Si Deus eſt animus nobis, ut carmina dicunt.

„ Et per *carmina* intellige „ Philoſophorum ſententias, „ vid. Heinſ. ad Heſiod. p. 206." Haec ille. Ejus diſtinctioni: *Si Deus eſt animus nobis, ut c. d.* adſtipulatur Edit. Florent. reliquis tamen Codd. & typis exaratis nihil mutantibus. Quod ſi hanc Alciati, Fidleri, Cuperi aliorumque ſequamur ſententiam, nulla profecto eſt vis argumenti, quod hinc deſumſit doctiſſ. Boxhornius, qui in diſſert. ſua ſtatuit, *haec verba expreſſa ſine dubio ex verbis Servatoris noſtri:* Πνεῦμα ὁ θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτῷ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. Sed pronior ſum in ſententiam illorum, qui haec ſimpliciter ita explicant. Quoniam Deus eſt animus, ideoque animo & mente praecipue colendus. adſtipulatur Cl. Canneg. in Reſcript. Box-

Boxhorn. Cap. VIII. & Barth. in Epiſt. Daumii notae inſerta, quam nuper edidit Cl. Menckenius in Miſcell. Lipſ. Vol. VIII. Part. II. Ep. XXII. Nec tamen haec noſtra interpretatio quidquam juvat Boxhornium; ipſi etenim veteres *Deum* ſaepius numero ſingulari, quamquam etiam inviti, expreſſerunt. Sic Ovid. Lib. XV. Metam. ℣. 69. de Pythagora,

Et rerum cauſſas, & quid natura, docebat:
Quid Deus: *unde nives: quae fulminis eſſet origo.*

Horat. Lib. III. Od. XXIX. ℣. 29.

Prudens futuri temporis exitum
Caliginoſa nocte premit Deus.

Adde Daviſ. ad Minut. Felicem Octav. p. 109. Barth. ad Stat. Lib. I. Silv. IV. ℣. 8. eumdem ad Lib. V. Silv. III. ℣. 211. Lib. V. Thebaid. ℣. 542. & tandem Cl. Burmann. ad Ovid. Lib. III. Art. Amat. ℣. 103. Praeterquam quod Auctor noſter ex Stoicorum ſententia, ut notum ex Epicteti Enchirid. & aliis, unum tantum Deum ſtatuiſſe videtur. Unde mox Diſt. III. ait,

Proximus ille Deo, *qui ſcit ratione tacere.*

Priorem tamen expoſitionem, quam Cuperus aliique ſecuti ſunt, ita interpretatur Crucius quidam, qui haec etiam diſticha poſt Eraſmum edidit: „ Poteſt etiam hujus Diſtichi praeter ſenſum, quem tradit Eraſmus, & hic ſenſus eſſe: Quoniam animus noſter Deus eſt, id eſt, plane divinus, ut carmina Poëtarum teſtantur, hic „ ergo nobis ſemper excolendus, ac decorandus pura mente, id eſt, ut ſit vitiis purus & ſcientia & virtutibus ornatus." Quid alii velint, neſcio; mihi haec nimium contorta videntur. Idem fere eſt, ac ſi quis diceret, animus vel Deus eſt colendus animo vel Deo. Conſule Cl. Cannegieterum, erudite de ſenſu hujus Diſtichi diſputantem, in Reſcript. Boxh. Cap. VIII. ARNTZ.

Ut carmina dicunt,] Antiquiſſimorum Poëtarum ac Doctorum ſapientiae: Orphei imprimis, cujus divinos in hanc rem verſus apud Juſtinum Martyrem legas, ſerm. paraenetico ad Graecos. Et inter noſtros Virgilii.

Principio coelum ac terras, camposque liquenteis,
Lucentemque globum Lunae, Titaniaque aſtra,
Spiritus intus alit: totamque infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Vide Lactant. Inſtit. Lib. I. Cap. V. OPITIUS. Sententias, in quibus de moribus, de Deo, de virtute agebant, quae ad hanc παιδείαν ſpectabant, ᾄσματα καὶ ᾀδόμενα dixerunt. Unde & Thaletis & aliorum fere omnium ᾄσματα a Laërtio citantur: quae & *carmina* veteribus Latinis dicta ſunt, &c. Hinc illud apud Dionyſium Catonem:

Si Deus eſt animus, nobis ut carmina *dicunt.*

carmina, id eſt, *dicta Philoſophorum.* Cauſa eſt, quia dicta

illa

illa brevia, quibus ſententias ſuas, de Deo, deque reliquis includebant, *ᾀδόμενα* dicebant id eſt, *carmina*. Sic *ᾀδόμενον* Thaletis illud exſtat:

Οὔτι τὰ πολλὰ ἔπη φρονίμην ἀπεφήνατο δόξαν.

Chilonis:

Ἐν λιθίναις ἀκόναις χρυσὸς ἐξετάζεται.

Hodieque, quod & ipſum hactenus a nemine obſervatum puto, *ᾀδόμενα* ſive *ᾄσματα* habemus, in libello illo, qui a moribus nunc *Cato* inſcribitur. Primo enim in *ᾀδομένοις* de Deo agebatur, quod & ſecutus eſt ille, qui, ut propoſiti ſui rationem occulte redderet, citat continuo *τὰ ᾀδόμενα*, additque, *nobis ut Carmina dicunt*, id eſt, *ὥσπερ ἐν τοῖς ᾀδομένοις τῶν φιλοσόφων τῶν πάλαι γράφεται.* Atque haec cauſa eſt, quare breves ſententias praemittat: ut, *Aleam fuge*, & ſimilia. In prioribus enim illis filium ſuum inſtruit, ſicut in Hypothecis Heſiodi alumnum ſuum Chiron, &c. HEINSIUS Cap. VI. Introduct. in Heſiod. pag. 206. Edit. in 8. *Carmina* dicebantur ſententiae breves ad morum & vitae inſtitutionem pertinentes, quae vulgo diſcebantur, & recitabantur, etſi verſibus non conſtabant, ut fuit Catonis Carmen de Moribus, & Appii Caeci Carmen, a Pythagoraeorum inſtitutis abhorrens: quod Panaetius, Stoicus Philoſophus, quadam ad Q. Tuberonem epiſtola valde laudavit. Auſon. Popma ad Salluſt. pag. 396. Idem videndus ad Catonis fragmenta pag. 164. edit. Lugd. Bat. 1598. qui Auſonio haec diſticha tribuit. Sed deinde mutavit in Franckeranâ Anni 1620. pag. 198. ubi Dionyſio Catoni aſſcribit. Vide & Poſtill. Melanchton. editam a Peucero, Part. II. pag. 632. & 759. DAUMIUS. *Carmina* ait Nobiliſſ. Heinſ. ſunt *dicta Philoſophorum, quibus ſententias ſuas de Deo, deque reliquis includebant.* Sic fere *carmina* dicuntur quoque conceptis verbis compoſitae orationes ſive precationes. Plinius Paneg. Cap. III. §. 5. *Gratioremque exiſtimari, qui delubris eorum puram caſtamque mentem, quam qui meditatum* carmen *intulerit.* ubi plura Cellar. Fraterque noſter dilectiſſ. J. Arntz. Latius etiam vox *carmen* hac ſignificatione ſumitur, & notat ſollemnia quaedam verba, licet in rebus divinis locum non habeant, ut ſaepiſſime apud Livium, ſic Lib. III. Cap. LXIV. *Recitabatque rogationis* carmen, *&c.* Vid. Briſſon. de Form. pag. 137. Waſſe ad Fragm. Hiſtor. poſt Sall. p. 195. & Cl. Drakenb. ad Liv. Lib. I. Cap. XXVI. §. 6. atque hoc ſenſu graeca quoque ſumi vocabula *μέλος*, *ὕμνος*, *ᾠδὴ* Ampliſſ. oſtendit Cuperus in Obſerv. Lib. II. Cap. X. p. 219. & ſeqq. Plura notat Conſultiſſ. Heinecc. in Hiſtoria Juris Lib. I. Cap. II. §. 29. Attamen, quidquid ſit, per *carmina* cum Opitio intelligo potius Poëtarum, quam Philoſophorum de Diis praecepta, vocemque ſuo & proprio ſenſu capio;

pio; notum etenim eſt, Poëtas olim & fere ſolos, Deorum naturam tradidiſſe & Theologiam, & huic expoſitioni, ut nunc video, adſtipulatur Cannegieterus in Reſcrip. Boxh. Cap. IX. ARNTZEN.

Hic tibi praecipue] Planudes περιώσια πάντων. Quaſi Gnomologus intellexerit, Deum ſupra omnia colendum: quod eſt ineptiſſimum. Neque hoc voluit Auctor: ſed quia Deus mens eſt, mente colendum eſſe: quae eſt omnino Domini noſtri Servatoris ſententia πνεῦμα ὁ θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. Itaque Planudi impoſuit commutatio vocum animi & mentis, quae pro eodem poſuit Auctor, quum, meo judicio, clarius ita dixiſſet:

> *Si Deus eſt animus, nobis ut carmina dicunt;*
> *Ergo animi pura tibi ſit quoque mente colendus.*

Sed monoſtichi erat ſententia, non diſtichi:

> *Si Deus eſt animus, animi ſit mente colendus.*
> Εἰ Θεός ἐςι νόος, καὶ τῷ νοΐ τόνδε σέβιζε.

Mens animi Plauto & Catullo, pro animo, aut pro mente. SCALIGER. Non puris ſolum manibus, quod ſacrificantes tam anxie obſervabant. Neque id Pagani ſolum, de quibus Porphyrius Lib. XI. περὶ ἀποχῆς ſcribit, nonnullos de animi purificatione parum ſollicitos, exiſtimaſſe tamen, non modo veſtes purgandas eſſe, ſed & totum corpus purificandum, cum ſacrificium offerendum eſt: verum etiam Chriſtiani, quos ad omnem orationem aquam ſumſiſſe, cum totius quoque corporis lavacro, ex Tertulliano annotat Deſid. Heraldus, digreſſion. XI. Lib. I. Optime vero Porphyrius lib. eod. ait, puritate animae Deum maxime gaudere, velut ad ejus cognationem genitae. Neque male Plinius Paneg. ad Trajanum: *Animadverto enim, etiam Deos ipſos non tam accuratis adorantium precibus, quam innocentia & ſanctitate laetari: gratioremque exiſtimari, qui delubris eorum puram caſtamque mentem, quam qui meditatum carmen intulerit.* Poſſet hic & *pura* intelligi pro *ſola*, ut illud Tertulliani ad Scapulam: *Sacrificamus, quomodo praecipit Deus, pura mente.* Ubi vide V. C. Nic. Rigaltium, amicum noſtrum. Sed obſtat illud *praecipue*. Placet itaque interpretatio vulgaris. OPITIUS. *Pura mente*, ſeu *nitidis ſenſibus*, quod ait Claudianus, ad quem vide Barth. pag. 156. ſec. edit. & confer pag. 626. Quem & adi Lib. LV. Adverſ. Cap. V. col. 2593. & Lib. LX. Cap. X. col. 2980. Juſtin. Göbler. ad Baſil. Magni Homil. πρὸς νέους ſive de inſtit. Stud. ratione pag. III. Weitz. de Sever. Endeleich. ✝. 119. pag. 36. Joh. Henr. Urſinum. Symb. Theolog. Cap. CLXXIV. pag. 282. Legantur hic Theophilus ad Autolycum fol. 70. Porphyrius Lib. II. περὶ ἀποχῆς pag. 185. edit. Fogerlaci,

II.

Plus vigila ſemper, nec ſomno deditus eſto;
Nam diuturna quies vitiis alimenta miniſtrat.

III.

relaei, & 233. Idem ſub nomine Malchi Vita Pithagorae, pag. 29. Jamblichus, Lib. I. de vit. Pythag. cap. 16. Hierocles pag. 25. 289. & ſeqq. Plato paſſim, Plotinus &c. DAUMIUS. Hinc, addicentibus tamen MSS. aliiſque optimae notae ſcriptoribus, Ovidium emendare adgreſſus eſt Heinſ. Lib. II. Amor. Eleg. VIII. ℣. 19.

Tu Dea, tu jubeas animi perjuria puri
Carpathium tepidos per mare ferre notos.

Cum antea legeretur *animi perjuria* noſtri. Cicer. de Natur. Deorum. Cap. XXVIII. *Cultus autem Deorum eſt optumus, idemque caſtiſſimus atque ſanctiſſimus pleniſſimuſque pietatis, ut eos ſemper pura, integra, incorrupta & mente & voce veneremur.* Quae etiam Plinii fuit ſententia loco modo laudato. ubi vidend. Arntzenius. Eodem fere ſenſu *manus purae*, id eſt, non tantum a ſordibus & illuvie, ſed & a caede & ſanguine liberae apud Plaut. Amph. Act. V. Sc. I. ℣. 41. ubi vid. Taubm. Ovid. Lib. IX. Metam. ℣. 703.

- - - Puraſque *ad ſidera ſupplex*
Creſſa manus *tollens.*

Conſcientia pura dixit Egeſipp. Lib. I. Bell. Jud. Cap. XXXVIII. *Adſtipulabatur* purae conſcientiae *agendi jus & dicendi peritia.* ubi illud *agendi jus* ſuſpectum eſt. forte legendum *agendi vis.* Pro *praecipue* legebatur *praecipuae* per *ae* in Leid. ſec. & translata diphthongo *precipuae* in Cod. Turic. quomodo ſaepe aberrarunt indocti librarii, potiſſimum temporibus, quibus barbaries invaluit, quando ſcilicet inter notas literarum ſatis diſtinguere neſciebat hoc hominum genus. vid. Celeb. Drakenb. ad Liv. Lib. II. Cap. XIV. §. 4. adde Pierium ad Virgil. Lib. I. Aeneid. ℣. 617. Ceterum in Cod. Turic. nulli exſtant Diſtich. nec Librorum numeri. denique conſule reſcripta Canneg. Cap. X. ARNTZ.

II. *Plus vigila ſemper, nec &c.*] Senſus : cum vita vigilia ſit, juxta Plinium, cavendum eſt, ne maximam vitae partem ſomno perdamus, praeſertim cum e ſomnolentia vitia multa naſcantur, & corporis & animi. ERASM. Laudat Paratus Serm. III. in Epiſtolam I. Adventus pag. 3. Meginfredus vulgo Mefret. parte Aeſtivali Serm. XXI. qui & crebro Catonis noſtri teſtimoniis utitur. DAUMIUS. Sic exhibent Leid. pr. & ſec. Collat. Voſſ. & libri typis exarati antiquiſſimi, Aug. Vind. Euch. Tremon. Pulmann. Pariſ. Flor. Franeq. & Scriver. adeo

II.

P. Ἀγρύπνει τὸ πλέον, μηδ' ὕπνοις ἔκδολος ἔσσο·
Μακρὸν γάρ τ' ἀνάπαυμα τροφὴν παθέεσσι χο-
ρηγεῖ.

S. Τὸ πλέον ἀγρύπνει, μὴ ἀμέτρως δ' ἴσθι φίλυπνος,
Ἡ μακρὴ γ' ἀνάπαυλα τροφὴν παθέεσσι χορηγεῖ.

III.

adeo ut hoc in textum recipete non dubitaverim, cum ante peſſime in vulgatis ederetur *ne ſomno* &c. Sed vocabula haec *nec* & *ne* ſaepius perperam commutata fuiſſe infra dicam. Lib. I. Diſt. XVII. Porro obſervanda vis in voce *deditus*; non ſomnum diſſuadet; quod enim caret alterna requie, durabile non eſt, ſed diuturnam quietem, quae ſanitati & ingenio multum eſt damnoſa. *Dedere* autem intemperantium eſt. Terent. Andr. Act. I. Sc. I. ✝. 36. Hecyr. Act. III. Sc. I. ✝. 14. *Habebam alibi animum amori* deditum. Salluſt. in vita Catil. Cap. II. §. 8. *Sed multi mortales dediti ventri ac* ſomno, *indocti, incultique vitam, ſicuti peregrinantes, tranſegere.* Aurel. Vict. Epit. Cap. XXXIII. §. 1. *Gallienus quidem in loco Cornelii filii ſui Salonianum alterum filium ſubrogavit, amori diverſo pellicum* deditus &c. alibique haud raro. Dicitur tamen etiam de eo, qui in re licita, laudabili, diligentiſſime verſatur, vid. eumdem Aurelium Victorem Epitom Cap. X. §. 2. & alibi paſſim. ARNTZENIUS.

Vitiis alimenta miniſtrat.] Gul. Brit. Lib. XII. Phil. ✝. 362.

Ne vitiis alimenta quies diuturna miniſtret.

DAUMIUS. Quid *vitium* proprie ſignificet & quomodo a morbo, atque aegrotatione differat, optime licet intelligere ex Leg. I. §. 77. Digeſtor. de Aedil. Edict. Vitiumque *a morbo multum differre, ut puta, ſi quis balbus ſit; nam hunc vitioſum magis eſſe quam morboſum.* Cicer. Lib. IV. Tuſcul. Quaeſt. Cap. XIII. *Quomodo autem in corpore morbus aegrotatio & vitium, ſic in animo. Morbum adpellant totius corporis corruptionem: aegrotationem morbum cum inbecillitate:* vitium *cum partes corporis inter ſe diſſident.* Celſo Lib. VII. Cap. VII. & denique Popm. de Differentiis Verborum in voce *morbus.* Sed nos in Eraſmi expoſitione adquieſcendum cenſemus. ARNTZENIUS.

D III.

III.

Virtutem primam eſſe puta compeſcere linguam:
Proximus ille Deo eſt, qui ſcit ratione tacere.

IV.

III. *Virtutem primam eſſe puta*, &c.] Planudes *puto.* Impoſuit illi vitioſus codex. Nam ſententiae concipiuntur imperative, non prima perſona. Totum Diſtichon videtur eſſe a Pindaro, Nemeaco quinto

ὔτοι ἅπασα κερδίων
φαίνοισα πρόσωπον ἀλάθει' ἀ-
τρεκής.
καὶ τὸ σιγᾷν πολλάκις ἐςὶ σοφώ-
τατον ἀνθρώπων νοῆσαι.

SCALIG. (*Prima*) id eſt, ſumma maximaque virtus eſt moderari linguam, ne quid temere loquaris. Deus enim, qui ſapientiſſimus eſt, raro loquitur, & non niſi neceſſaria, cum nihil non videat, nihil non intelligat. Itaque proximus eſt Deo, qui ſapienter & animi judicio novit tacere. ERASMUS. Ovid. Epiſt. IV. Her. ỿ. 36.

Jam mihi prima *Dea eſt, arcu praeſignis adunco,*
Delia &c.

& ỿ. 117. Horat. I. Sat. VI. ỿ. 83.

Qui primus *virtutis honos.*

id eſt, quae prima virtus. Guicc. Hor. Recreat. p. m. 391. & ſeqq. DAUMIUS. *Virtutem primam*, id eſt, *primariam*, *praecipuam*. *Primum* enim, ut notum, non tantum id, qua Graecis, qua Latinis, ſonat, quod loco & tempore anteit, ſed etiam quod excellentia & dignitate alios ſui generis excellit. Sic apud Horat. Lib. I. Epiſt. I. *Sapientia prima.* Apud Juſt. Lib. II. Cap. IX. *Laus prima.* Apud Vict. ỿ. 320. Car. de Maccab. *Dulcedo prima.* Id quod cum non intelligeret Andreas Rivinus, voci *prima* perperam ſubſtituit *mira*, eaque de cauſſa Summo Viro Thomae Reineſio merito notatus, uti ex Epiſt. ejus XLVI. ad Doctiſſimum Daumium patet. WACHIUS. Horat. Lib. I. Ep. I. ỿ. 41.

Virtus eſt vitium fugere, & ſapientia prima
Stultitia caruiſſe.

Terent. Heaut. Act. V. ſc. II. ỿ. 10. *ubi te vidi animo eſſe omiſſo, & , ſuavia in praeſentia quae eſſent*, prima *habere.* Adelph. Act. V. Sc. I. ỿ. 4. adi Cortium ad Sall. Catil. Cap. XXXVI. n. 4. adde Serv. ad Virg. Lib. I. Aeneid. ỿ. 24. eumdem Lib. II. Aeneid. ỿ. 636. Lucan Lib. IX. ỿ. 240. & quae praeterea dedit J. Arntzenius, Frater conjunctiſſimus ad Aurel. Victor. Orig. Gent. Rom. Cap. I. §. 4. Unde forſan, ſaltem aliquo colore, defendi poſſet locus Ovid. Lib. II. Art. Amat. ỿ. 603.

Eximia *eſt virtus praeſtare ſilentia rebus.*

Merito tamen & nonnullis Codicibus adprobata praefertur lectio:

Exi-

III.

P. Πρωτίστην ἀρετῶν οἶμαι τὸ γλῶσσαν ἐπίσχειν·
'Εγγύθι δ' ὄντα θεοῦ, τὸν σὺν λόγῳ εἰδότα σιγᾷν.

S. Πρώτην τῶν ἀρετῶν ἡγοῦ τὴν γλῶσσαν ἐπισχεῖν·
"Αγχι θεοῦ γὰρ ἐκεῖνος, ὃς οἶδεν καίρια σιγᾷν. Vel:
Τῶν ἀρετῶν πρώτην ἡγοῦ τὴν γλώσσαν ἐπισχεῖν·
'Αγγίθεος φῶς ἐστὶν, ὃ σιγᾷν καίρια εἰδώς.

IV.

Exigua *eſt virtus*. &c. - - - Quod etiam defendit Fruter. Lib. I. Veriſ. Cap. XIII. Mox *puto* pro *puta* exhibent Leid. pr. ſec. Coll. Voſſ. & Hagenb. quemadmodum in margine Edit. Florent. & Pariſ. hodie exſtat *alii puto*. Et ſic, aberrante deceptus codice, vertit Planudes. Male; nam, ut recte Scaliger, omnes ſententiae concipiuntur imperative, quem vide. ARNTZEN.

Compeſcere linguam:] ἀντὶ τοῦ *continere*, *cobibere*; translatio a paſtoribus, pecus iisdem paſcuis continentibus, ducta. Unde & *paſcere linguam*, idem olim in ſacrificiis ſonuiſſe quidam ex Feſto docere conati ſunt. Verum pridem eſt, cum ὁ πάνυ Salmaſius in mirando illo Exercitationum Plinianarum opere pag. 73. apud Feſtum non *paſcere linguam*, quod ineptum, ſed *parcere* legendum eſſe monuit. Ovidius pro eo dicit *tenere linguam* Lib. II. Triſt. ℣. 445.

> *Nec fuit opprobrio celebraſſe Lycorida Gallo*,
> *Sed* linguam *nimio non* tenuiſſe *mero*.

Tenere ora quoque invenias apud Virgilium Lib. II. Aeneid. ℣. 1.

> *Conticuere omnes intentique* ora tenebant.

Ad quae verba Maronis Servius annotat, ſenſum eſſe hunc: *immobiles vultus tenebant*; cui ſententiae & Johannes Vorſtius ὁ μακαρίτης in libro ſuo de Latinitate falſo ſuſpecta pag. 86. & 87. adſtipulatur, addubitans illud, an recte dicatur *ora tenere* pro *tacere*. Verum non eſt, quod quis de hac ῥήσεως ſignificatione dubitet, ſiquidem & Lucanum ea uſum eſſe obſervo Lib. IV. Pharſaliae ℣. 169. dum ita canit:

> *Poſtquam ſpatio languentia nullo*
> *Mutua conſpicuos habuerunt lumina vultus*,
> *Et fratres*, *natoſque ſuos videre*, *Patreſque*;
> *Deprenſum eſt civile nefas*. Tenuere *parumper*
> Ora *metu*: *tantum nutu*, *motoque ſalutant*

D 2 *Enſe*

Enſe ſuos. - - -

WACHIUS. Non quidem intercedo, quin haec Lucani phraſis hanc expoſitionem ferre poſſit, non minus ſane quam Virgilii illa Lib. II. Aeneid. ℣. 1. Sed utraque loca οὐδὲν πρὸς ἔπος facere exiſtimo, cum dubium in iis ſuperſit, & *ora tenere* aeque, immo rectius, teſte Servio, exponeretur per *inmobiles vultus tenere.* Quo ſenſu etiam expono, refragante tamen Philargyrio, locum Virg. Lib. IV. Georg. ℣. 483. ubi de Cerbero, cum Orpheus ad inferos deſcendiſſet:

> - tenuitque *inhians tria Cerberus* ora.

id eſt, *tacuit*, ait ille. Sed non perſuadet. *Ora* tamen *tenere* recte dicitur *pudor*, cum quis prae pudore loqui non poſſit. Ovid. Lib. IX. Metam. ℣. 514.

> - - *Vel, ſi pudor* ora tenebit,
> *Littera celatos arcana fatebitur ignes.*

Quod ſi *ora tenere* pro *tacere* latine dicatur, oppoſitum ejus erit *ora ſolvere.* Ovid. Lib. IX. Metam. ℣. 426.

> - - - *donec ſua Jupiter* ora
> Solvit. *&c.*

Adde, quae collegit Cerd. ad Virg. Lib. IV. Georg. ℣. 452. ARNTZEN.

Proximus ille Deo eſt &c.] Utitur hoc verſu Elipantus Toletan. Epiſcop. ad Albin. Epiſtola pag. 924. operum Alchwini: *Si iſta tibi parva non ſufficiunt, nec multa proderunt.*

Proximus ille Deo eſt, qui ſcit ratione tacere.

Cic. pro Ligario: *Homines ad* Deos *nulla re* propius *accedunt, quam ſalutem hominibus dando.* Idem, pro Marcello: *Animum vincere, iracundiam cobibere*, &c. *Haec qui faciat, non ego eum cum ſummis viris comparo, ſed* ſimillimum Deo *judico.* Juſtinus Lib. VIII. Cap. II. *Itaque* Diis proximus *habetur, per quem Deorum majeſtas vindicata ſit.* Claudian. Paneg. Mall. Theodor. ℣. 226.

> - - Dis proximus *ille eſt,*
> *Quem ratio, non ira, movet.* &c.

Ad quem Barthius pag. 163. ſec. Edit: *Non poteſt humana felicitas in majus extolli, quam cum divinae proxima collocatur. Hinc proverbium venit:* Dis proximus *de praeclaro viro.* &c. Vide reliqua. Idem Claud. III. Pan. Stil. ℣. 130.

> Proxime Dis *Conſul, tantae qui proſpicis Urbi.*

Ubi iterum Barthius, pag. 290. *Summa felicitas proximum perhiberi Deo*, &c. Sic ſe *Diis ſimillimum* jactat Apollonius, ſi is eſt, Thyanaeus, Epiſt. LII. Symmachus Lib. X. Epiſt. XXXII. *In rebus dubiis una eſt ſalubritatis via, ut divina quaeque vel* Deo proxima *conſulantur.* Vide multa apud eundem ad Rutil. Numat. pag. 36. Statii III. Theb. ℣. 155. pag. 719. & Lib. LVI. Adverſ. Cap. X. col. 2649. Claud. Minoem. ad Orat. pro Milone pag. 162. Juret. Miſcell. ad Lib. X. Symm. Epiſt. XXVII. pag. 274. qui & pag. 275. noſtri Catonis hoc laudavit. *Caſtus & ſanctus &* Diis

Diis ſimillimus *Princeps*. Plinius initio Paneg. Vide hic Renati Vallini notas ad Lib. I. Conſol. Philoſ. Boëthii pag. 24. Idem Plin. Lib. IX. Epiſt. XXVI. *Ideoque nequaquam par gubernatoris eſt virtus, quum placido & cum turbato mari vehitur: tunc admirante nullo illaudatus, inglorius ſubit portum: at quum ſtridunt funes, curvatur arbor, gubernacula gemunt, tunc ille clarus, & Diis maris proximus.* Vide & finem hujus Epiſtolae. Hantvillenſis Architrenio:

Proxima Diis *virtus, nec fama cognita morum.*

Poteſtas Diis proxima, Hier. Vida Hymno Petri ℣. 2. Par eſt, quod dicitur *Deo propinquus*, quem feliciſſimum perhibere voluerint. Euagrius: *Homines tum demum meliores efficiuntur, cum* ad Deum appropinquant. Lib. de VIII. Vitiis, Gennadio interprete. Barth. XLV. Adv. Cap. IV. col. 2061. Plautus Act. V. Pſeud. Scen. I. ℣. 13. Deis Proximum *eſſe arbitror*. Boëth. IV. Conſ. Phil. VI. *Eſt alius cunctis virtutibus abſolutus, ſanctuſque, ac* Deo proximus. Sic & *Deus ſum*, de ſumma felicitate dicitur. Terent. Hec. Act. V. Scen. IV. 3. Vid. Eraſm. Chil. I. Cent. V. Ad. XCIX. Seber. pag. 162. ad Theognid. Neander pag. 182. ad eundem. Graevius ad Heſiod. pag. 38. Salomon. Epiſc. (Waldramo adſcribit Goldaſtus ad Paraenet. pag. 121.) ad Dadon. ℣. 10.

Crebrius id libuit verſus concludere vinclo,
Ut quod mortales aptat jungitque Tonanti,
Alterutrum ſociet ſincero foedere noſmet.

Bern. Geyſtenſis Lib. I. Palponiſtae ℣. 259: Diis *eſt* aequalis, *& naturae ſpecialis*. Ita *coelo proximum* dixit Anſelmus Cantuar. de Mundi Contemptu. ℣. 95.

Hic eſt & ſapiens, & coelo proximus.

Eöbanus Heſſus Lib. I. Silvar. VI. ℣. 34.

Nos coelo *vates* proxima turba *ſumus*.

Sideribus proximae dotes. Opitius Dedic. Veſuvii. *Coelo vicinus*. Sedulius Lib. II. Paſchalis Operis, Cap. X. *Quos ſanctum vitae ſimplicis inſtitutum, ſuperba nimis humilitate conſpicuos*, coelo *faceret jam* vicinos. Horat. Lib. I. Epiſt. XVII. ℣. 33.

Res gerere, & captos oſtendere civibus hoſtes,
Attingit ſolium Jovis, *& coeleſtia tentat.*

Manilius de Roma Lib. IV. ℣. 694. (Scal. edit. 592.)

Italia in ſumma, quam rerum maxima Roma
Impoſuit terris; coeloque adjungitur *ipſa*.

Ad eam faciem Statius Lib. VI. Theb. ℣. 15.

Et nunc eximii regum, quibus Argos alumnis
Connexum coelo.

Ideo *connexum*, quod multa in ejus Regibus Deorum cognatio. Barth. ad Lib. V. Theb. ℣. 25. pag. 21. & ad VI. Theb. pag. 349. Idem Statius de mu-

ris Lib. IV. Theb. ℣. 358.

Jam feſſum ſenis nudant latus, & fide ſacra
Aequatos coelo, *ſurdum atque ignobile, muros*
Firmat opus.

Contra *de Coelo detrahere.* Cic. II. Philipp. CLXXX. b. *Collegam quidem* de coelo detraxiſti, id eſt, de ſumma gloria, in ſummam invidiam conjeciſti. *Coelo dignus*, Lactantius. Vid. Mich. Thomaſii notas ad Lib. II. ult. *Par Deo*, Catullo carm. LII. I. quem Sappho ἶσον θεοῖσιν dixerat. Claudian. IV. Conſ. Hon. ℣. 277.

- - *Sola* Deos aequat *clementia* nobis.

Bernh. Geyſtenſis Lib. II. Palponiſtae, ℣. 134.

Aequatur coelo, *quod ei victoria cedit.*

DAUMIUS *proximus ille Deo*, omiſſo τῷ *eſt*, Eraſm. Gryph. Cruc. aliaeque. Ceterum haec Dionyſii verba, ſi ulla alia, magnifica admodum. Sane vox *proximus* grande ſonat, ut vel ex iis adparet, quae magno numero ex Barthii ad Claudian. aliorumque notis laudat Daumius, quibus adde Juſt. Lib. VIII. Cap. II. §. 7. *Dignum itaque, qui* Diis proximus *haberetur.* & Lib. XII. Cap. V. §. 3. Vellej. Paterc. Lib. II. Cap. XXXV. *Homo virtuti ſimillimus & per omnia ingenio Diis quam hominibus* propior. ubi vid. V. D. & Markland. ad Stat. Lib. V. Silv. II. ℣. 166. nec non J. Arntzen. ad Plin. Pan. Prooem. Simili fere ratione canis ſe *proximum humanis menſis* jactat apud Avian. Fab. XXXVII. ℣. 8.

Proximus humanis *ducor poſt otia* menſis.

& dignitate *Regi proximus*, paſſimque alia, ap. Juſt. Lib. XII. Cap. V. *Proximus Deo* autem dicitur hoc loco ἀντὶ τοῦ *proximus divinitati*, ſeu uni Stoicorum Deo, vid. quae diximus ſupr. Diſt. I. hujus Libri. Huic itaque Deo proximum ſtatuit hominem, qui ratione utitur in tacendo. Quemadmodum ceteri Gentiles, Deorum multitudinem colentes, aut ſaltem ex vulgi conſuetudine loquentes, non unum Deum nominabant eadem Sententia uſuri, ſed plures, immo omnes, ut fere ex loco Juſtini modo laudato, Velleji aliorumque adparet, adde tamen Claudian. a Daumio jam laudatum in Conſul. Mallii ℣. 226.

- - Dis proximus *ille eſt,*
Quem ratio non ira movet. - - -

Suet. in Auguſt. Cap. XXXII. Ceterum notatu dignum eſt, quod rationis uſus *Deo proximus* habetur, ut monuit me Cl. Cannegieterus, qui hoc etiam confirmavit Epigrammate in Catal. Pithaei pag. 3.

Auro quid melius? Jaſpis. Quid Jaſpide? Senſus.
Quid Senſu? Ratio. Quid Ratione? Deus.

Nec aliter Pallas *Jovi proximus* cenſetur apud Horat. L. I. Od. XII. ℣. 19.

Proximus illi *tamen occupavit*
Pallas *honores.*

ARNTZEN.

Qui ſcit ratione tacere.] Ratione tacere, καίριον σιγᾷν vertimus.

mus. Ut *λέγειν τὰ καίρια* Aeſchylo. Sed & *καιρίαν σιγὴν* dixit vetus Poëta:

Ὃ καὶ γέροντι καὶ νέῳ τιμὴν φέρει,
Ἡ γλῶσσα σιγὴν καιρίαν κεκτημένη.

SCALIGER. Quem ratio movet, ut taceat. Vide multa apud Rittershuſium, ad p. 13. Porphyrii Malchi, p. m. 55. & 58. Leonh. Fioravanto Lib. II. Speculi Mundi Cap. I. pag. 237. Iſlebium Adag. Germ. pag. 105. Rhythmicus Cato:

Nil melius vere, quam cum ratione tacere.

Scit tacere, id eſt, *tacet.* Claudian. Lib. I. Rapt. Proſ. ỽ. 168.

Scit *nivibus* ſervare *fidem.* - - -

id eſt, *ſervat.* De Aetna. DAUMIUS. Sic infra Lib. IV. Diſt. XXII.

Non metuit mortem, *qui* ſcit contemnere *vitam.*

Scit tacere autem non ſimpliciter pro *tacet* poni videtur, ut putat Daum. Sed potius verba illa ad ſublimitatem ſententiae, cui quam maxime inſerviunt, facere exiſtimem. ARNTZEN.

Ratione tacere.] id eſt, cum ratione, prudenter. Videtur enim ſextus aliquando caſus vicem adverbii praeſtare. Infra:

Utilitas opibus praeponi tempore *debet.*

Tempore, *in tempore*. Plura annotavit Eruditiſſimus Vir Auguſtus Buchnerus noſter ad Hymnum Venantii de Reſurrectione Domini, pag. 48. OPITIUS. Quibus ſequentia exempla adjice. Cic. Lib. II. Offic. p. 41. b. *Sed ut pecuniae quaerendae non ſolum ratio eſt, ſed etiam collocandae, quae perpetuos ſumtus ſuppeditat, nec ſolum neceſſarios, ſed etiam liberales: ſic gloria quaerenda & collocanda* ratione *eſt.* Juvenal. Sat. X. ỽ. 4.

- - - *Quid enim* ratione *timemus,*
Aut cupimus? - - -

Plinius Junior Lib. IX. Epiſt. VII. annotante itidem Buchnero: *AEdificare te ſcribis, bene eſt. Inveni patrocinium, aedifico enim jam* ratione, *quia tecum.* Venant. Fortunatus Lib. IX. Carm. II. ỽ. 88.

Quod nemo immutat vel ratione *ferat.*

Horat. Serm. I. Sat. V. ỽ. 47.

Hinc muli Capuae clitellas tempore *ponunt.*

id eſt, *tempori*, *tempeſtive*, *in tempore*. Vid. Gaſp. Scioppii Annot. in Gramm. Philoſoph. pag. 94. Cic. Offic. Lib. III. pag. 63. b. *Ad caenam* tempore *venit.* Et alibi. Ovid. IV. Heroid. ỽ. 109.

Tempore *abeſt*, *aberitque diu Neptunius heros.*

In tempore & *oportune* abeſt. Nic. Heinſ. ad eum, pag. 27. Petronius, pag. 74. Ed. Salaſ. *Forſitan*, *dum omnia concupiſco*, *voluptatem* tempore *conſumpſi*, *non invenio*, *quod feci.* Rutilius Lupus Lib. I. de fig ſent. pag. I. *Quod beneficium* tempore, *& cupienti datur*, *gratum eſt*, &c. Phaedrus Lib. IV. ſub fin. pag. 240. Rigaltii:

Qui ſint requires, *apparebunt* tempore.

Virgil. Lib. VII. Aeneid. ỽ. 116.

Conſilio *hanc omnes animiſque volentibus urbem*

IV.

Sperne repugnando tibi tu contrarius eſſe;
Conveniet nulli, qui ſecum diſſidet ipſe.

V.

Aſſerimur.
id eſt, *conſulto* ac *ſponte*. Salluſt. Bell. Jugurth. cap. XIII. *Urbes partim vi, alias* voluntate *imperio ſuo adjungit.* id eſt, *voluntarie* aut *ultro.* Ita & Livius. Vid. Gronovii notas ad Lib. v. pag. 70. Ovid. Lib. III. Triſt. El. IV. ℣. 41.

Nunc quoque ſummotum ſtudio *defendis amicum.*

id eſt, *ſtudioſe*. Terent. Prolog. I. Hecyrae. ℣. 4. *Ita populus* ſtudio *ſtupidus in funambulo animum occuparat.* Horat. Lib. I. Serm. IV. ℣. 79.

--- *Hoc* ſtudio *pravus facis.*

Terentius Phorm. Act. I. Scen. II. ℣. 65. --- *ſi uxorem velit, lege id licere facere : ſin aliter, negat. lege.* id eſt, *legitime.* Id. IV. Andr. VI. (al. v.) ℣. 4. *Ejus morte ea ad me* lege *redierunt bona.* Plin. Jun. Lib. IV. Epiſt. XV. *Si quid omnino, hoc certe* judicio *facio.* id eſt, *judicioſe.* Ovid. Lib. I. Met. ℣. 336.

--- *cava buccina ſumitur illi*
Tortilis, *in latum quae* turbine *creſcit ab imo.*

id eſt, *turbinatim.* Gunterus Lib. III. Ligur. ℣. 375.

Si modo pace *venis.* - -

id eſt, *pacifice*, ut Rittershuſius ad eum explicat, pag. 69. & apud Plautum Prol. Amphitr. ℣. 32. Sic capit Val. Acidalius, & Mich. Piccartus Lib. pericul. ſingulari Cap. III. pag. 14. Quod *per pacem* idem Plautus ibid. Act. I. Sc. I. ℣. 232. *Obſecro ut* per pacem *liceat te alloqui.* & Horatius *cum pace* dicit, Lib. III. Od. XXIX. ℣. 33.

--- *Caetera fluminis*
Ritu feruntur, nunc medio alveo
Cum pace *delabentis Etruſcum*
In mare, &c.

id eſt, *leniter*, *pacatè.* Ad quem modum *cum vitio*, pro *vitioſe*, Auſonius dixit, Epigr. CXXX. ℣. 1. de Auxilio Grammatico:

Emendata poteſt quaenam vox eſſe Magiſtri,
Nomen qui proprium cum vitio *loquitur?*

Sic *cum fide*, id eſt, *fideliter.* Cic. pro Sexto Roſcio: Cum fide *defendere. Cum cura* Salluſt. Jug. Cap. LIV. *Socios* cum cura *reficit. Cum contumelia*, id eſt, *contumślioſe.* Cic. II. Phil. *Quid eſt dictum a me* cum contumelia? *Cum ratione.* Terentius. Act. I. Eunuch. Sc. I. 16. *Incerta haec ſi tu poſtules ratione certa facere, nihilo plus agas, quam ſi des operam, ut* cum ratione *inſanias. Cum ſilentio* Terent. Eunuch. Prolog. ℣. 44. Plin. Paneg. Cap. LXXXIII. & Camerarius fab. de ſilentio amnium uſurparunt pro *ſilenter. Silentio* autem abſolute Salluſtius Jugurth. Cap. CVI. *Dein prima vigilia*

IV.

P. Μὴ ἀντιμάχυ σαυτῷ, μὴ σαυτῷ ἐναντίος εἴης·
Ὃς γὰρ ἑαυτῷ μὴ συμφωνεῖ, πῶς ἑτέροισιν.

S. Ῥήμασιν ἀντιλόγοις μὴ ἐναντίος ἴσθι σεαυτῷ·
Οὐδενὶ συμφωνήσει, ὃς οὐ συμφωνεῖ ἑαυτῷ.

V.

gilia ſilentio *egredi jubet.* & Cicero de Clar. Orat. Item Sueton. Claudio Cap. XII. Sic Graeci σιγῆ, εἰρήνη &c. Vide Taubm. ad Plaut. Amph. Prol. ℣. 32. pag. 11. edit. Grut. Fruſtra igitur latinitatem hanc culpant Friſchlinus, Cap. II. de ratione inſtituendi pueros, & ex eo Alſtedius in Grammatica. Adi omnino Mart. Cruſii Antiſtrigil. ad Friſchlini Strig. Grammat. pag. 255. & ſeqq. Nec non Tſcherning. ad Proverb. Alis pag. 477. DAUMIUS.

IV. *Sperne repugnando*] Qui ſecum ipſe pugnat, nec ſibi conſtat, hic cum aliis convenire non poteſt. Hoc eſt, qui moribus eſt inaequalibus, nec ullo certo vitae inſtituto, non eſt aptus ad aliorum conſuedinem. ERASMUS. Vide Vallam. Lib. III. Eleg. Cap. XXIII. *Sperne*, id eſt, *noli*. Vid. Gronov. Lib. IV. de Pecunia Vet. Cap. XI. pag. 724. DAUMIUS. *Spernere pugnando* Leid. pr. *Spernere rę pugnando* Coll. Hagenb. malo dormitantium librariorum errore. pejus adhuc in eod. Cod. Turic. a Cl. Hagenb. cum editis collato, hic verſus concipitur infra, ubi perperam repetitur Lib. II. Diſt. VII.

Noli *repugnando tibi tu contrarius eſſe;*

τὸ *Sperne* hic genuinum eſſe, nemo humanior negabit; *noli* etiam peccat contra legipediam. & τὸ *ſpernere* optimis omnibus uſitatiſſimum. Obſervanda autem eſt elegantiſſima geminatio *tibi tu*, Poëtis optimae notae admodum familiaris. Ovid. Ep. II. Her. ℣. 1.

Hoſpita, Demophoon, tua te, Rhodopeïa Phyllis,
Ultra promiſſum tempus abeſſe queror.

Tibull. Lib. I. Eleg. I. ℣. 3.

Me mea *paupertas vitae traducat inerti,*
Dum meus aſſiduo luceat igne focus:

Ubi vid. eſt Broukh. adde Virg. Lib. VIII. vſ. 131. Terent. Andr. Act. III. Sc. V. ℣. 3. *Servon' fortunas* meas me *commiſiſſe futili.* Adelph. Act. IV. Sc. IV. ℣. 6. *Soſtrata credit*, mihi me *Pſaltriam hanc emiſſe.* Ibid. Act. V. Sc. IX. ℣. 23. *Si quidem porro, Micio*, tu tuum *officium facies.* & ita paſſim. Nec tantum Poëtae, ſed & Hiſtorici & Oratores ſic loquuntur.

 Juſt.

Juſt. Lib. xi. Cap. xii. §. iv. *Sed Alexander* ſua ſibi *dari reſcripſit.* Cicer. de Senect. Cap. xi. *tamen* me *lectulus oblectaret* meus. Cicer. Lib. ix. Fam. Ep. iii. *Valde id, credo, laborandum eſt, ne, cum omnes in omni genere & ſcelerum & flagitiorum volutentur,* noſtra nobiſcum, *aut inter nos ceſſatio vituperetur.* Flor. Lib. ii. Cap. vi. §. 12. *Quum ſe ignibus prius oleoque foviſſent (horribile dictu) homines a meridie & ſole venientes* noſtra nos *hieme vicerunt.* Aliaque exempla, quae referre mora eſt. Denique ipſe Auctor ſic ſaepius infra Lib. i. D. xiv. & xix. Lib. ii. D. xxi. alibi. Plura collegit Frater dilectiſſimus Joannes Arntzenius ad Plin. Paneg. Cap. li. §. 2. ARNTZENIUS.

Conveniet nulli, qui ſecum diſſidet ipſe.] Scribendum ex ratione oppoſitionis, *ipſo.* Qui ipſo a ſe diſſidet, nulli conveniet. BARTHIUS, Lib. xxiv. Adverſ. Cap. iv. col. 1178. Horat. Arte, ℣. 102.

> - - *Si vis me flere, dolendum eſt*
> *Primum* ipſi tibi.

Sueton. Galba. Cap. xiv. *His diverſo vitiorum genere graſſantibus, adeo ſe abutendum permiſit & tradidit, ut vix* ſibi ipſi *conſtaret.* Henricus Samarienſis, vulgo Pauper dictus:

> *Nulli conveniet*, ſibi *qui contrarius* ipſi
> *Exſtat, ut unde calor prodiit, inde gelet.*

Ex vulgata tamen lectione citat etiam Gerſon, T. i Serm. coram Papa Benedicto habito: Et Hiëremias Paduanus Epitoma Sapientiae, parte v. Lib. i, Rubr. iv. fol. 119. Sic hujus libri Diſt. xvii. vſ. 2. *Conſcius* ipſe ſibi. Diſt. xxvii. Te ipſe *coërce.* & Lib. iii. initio: *ſed* te *neglexeris* ipſe. *Qui ipſe* emphaſin habet, quam & Aſcenſius agnoſcit. Cic. pro Murena: *Niſi eum*, qui ipſe *miſer eſſet.* Id. ad Atticum Lib. viii. Epiſt. xxiii. *Nec me Conſules movent*, qui ipſi *pluma aut folio facilius moventur.* Id. Laelio: Ipſe *enim ſe* quiſque *diligit.* Ib. *ita fit, ut aſſentatoribus patefaciat aures ſuas maxime*, qui ipſe *ſibi aſſentetur & ſe maxime ipſe delectat.* id. ii. Philipp. *Tam autem eras excors, ut tota in oratione* tecum ipſe *pugnares.* Colum. Lib. i. *Quemadmodum ſapientis eſt, fortuitos caſus magno animo ſuſtinere: Ita amentis eſt* ipſum ſibi *malam facere fortunam.* Publius Mimis: *Negat* ſibi ipſe, *qui, quod difficile eſt, petit.* Ovid. Lib. v. Triſt. El. vi. ℣. 35.

> Ipſa ſibi *diſcors, tamquam mandetur ab illis.*

Cicero τὸ *ipſe*, ſaepius ſolet ponere, quam obliquos, ait H. Wolfius ad Iſocrat. fol. 561. & fol. 90. qui omnino adeundus, ut & ſatis de hoc prolixe diſſerens R. Goclenius Lib. ii. Probl. Gramm. Cap. lxxviii. & Analect. Latin. Ling. pag. 395. Vid. & Jo. Rivium Caſtigat. ad Epiſt. Fam. Cic. pag. 737. edit. Baſil. 1540. Ad rem Rad. Ardens. Homil. cix. in Euangelia pag. 379. a: *Quod impatientia turbet pacem, ex hoc*

op.

apparet. Quia qui ſe ipſum *pati non poteſt, alios pati non poterit. Et qui ſibi diſcors eſt, nemini concors erit.* DAUMIUS. *Ipſe,* eleganter pro *ipſo.* Caſpar. Barthius Vir Doctiſſimus ex ratione oppoſitionis ſcribendum eſſe exiſtimat *ipſo.* Verum non erat, cur ita ſcribendum cenſeret, cum hoc loquendi genus, ab uſu vulgi fere remotum, perelegans ſit, quod Cato noſter ſaepius uſurpavit; idque imitatione Antiquiorum. Terent. Prol. Adelph. *De* ſe ipſe *judicio erit.* Cic. Lib. II. Epiſt. IV. ad Atticum: *Neque mihi unquam veniat in mentem Craſſo invidere, neque poenitere, quod a* me ipſe *non deſciverim.* Sen. Epiſt. XLII. *Haec ergo* tecum ipſe *verſa.* Idem Epiſt. LXXII. *Si* ſe ipſe *contentus eſt.* & Epiſt. LXXVIII. *Bonas partes* tecum ipſe *tracta.* Alia & multis partibus plura elegantis hujus locutionis exempla vide apud Horatium Turſellinum Lib. de Part. L. L. Cap. LXXXI. Franciſcum Sylvium in Cent. I. Progymnaſm. Cap. LXXVIII. Thomam Bangium in Obſervat. Philolog. pag. 955. Philippum Pareum Comment. de Part. L. L. pag. 93. & Chriſtophorum Arnoldum Ornat. L. L. pag. 13. Confer quoque de hoc loquendi genere Summos Viros, Johannem Fredericum Gronovium, & Johannem Georgium Graevium, illum quidem ad Senecam pag. 249. hunc autem ad Cic. Epiſt ad Famil. pag. 128. T. I. & pag. 161. T. II. nec non & ad Juſt. Lib. XIII. Cap. VI. WACHIUS.

Ipſo Almelovenius quoque legendum conjecerat. Sed ſine cauſſa; praeterquam enim, quod Auctor noſter ſic ſaepius loquitur, obſervari velim, ipſum fere Ciceronem ſemper ſic locutum: *me ipſe, mihi ipſe, a me ipſe* &c. quod dudum egit Rivius ad Cicer. Lib. VII. Famil. Ep. I. Sic de Senect. Cap. XXIII. *Non quod aequo animo ferrem: ſed* me ipſe *conſolabar.* de Amic. Cap. V. *Ego vero non gravarer, ſi* mihi ipſe *confiderem.* Adde Gron. ad Phaedr. Lib. IV. Fab. XVIII. ℣. 2. Graev. ad Juſtin. Lib. XII. Cap. VIII. §. 15. Gronov. ad eumdem Lib. XIII. Cap. I. §. 5. Cort. ad Sall. Catil. Cap. XX. §. 6. Cl. Drakenb. ad Liv. Lib. II. Cap. XIX. §. 4. & Cl. Duker. ad Flor. Lib. III. Cap. XVIII. §. 7. Graev. ad Cic. L. III. Fam. Ep. IV. Ceterum ad marginem exemplaris ſui Vir Doctus adſcripſerat: *Convenietne ulli?* per interrogationem. Sed ubi tacent Codd. nil mutandum exiſtimo, potiſſimum ſi ſenſus clarus & apertus. Perperam quoque *deſidet* pro *diſſidet* legitur in Leid. pr. & Edit. Boill. de qua commutatione praepoſitionum *dis* & *de* in compoſitis abunde actum eſt infra hoc Libr. Diſt. XXVI. Denique vero mentem hujus Diſtichi pulcre exprimit Cicer. de Amicit. Cap. XXV. *Nam cum amicitiae vis ſit in eo, ut unus quaſi animus fiat ex pluribus: qui id fieri poterit, ſi ne in uno quidem quoque unus animus erit, idemque ſemper, ſed varius, commu-*

V.

Si vitam inſpicias, hominum ſi denique mores;
Cum culpant alios, nemo ſine crimine vivit.

VI.

mutabilis, multiplex. ARNTZENIUS.

V. *Si vitam inſpicias hominum,* &c.] Vid. Buchnerum ad Plinii Epiſt xxii. Lib. viii. pag. 179. DAUMIUS. *Vix video,* ait Doctiſſ. Boxhorn. in Diſſ. *quid ſibi velit ſententia & conſtructio omnino eſt inepta.* Sed numquam haec ipſi excidiſſent, ſi ſatis reſpexiſſet locum Phaedr. Lib. iii. Prol. ℣. 50.

Verum ipſam vitam & mores hominum *oſtendere.*

Et Livii in Praef. Lib. i. §. 9. *At illa mibi pro ſe quiſque acriter intendat animum*, quae vita, qui mores *fuerint*. Terentii quoque in Adelph. Act. iv. Sc. vii. ℣. 40. O *Jupiter! hanccine* vitam! *hoſcine* mores! Unde Auctor noſter haec ſua ſumſiſſe videri poteſt. Τὸ *vita* autem ſumendum pro *hominibus, qui cum maxime vivunt*, pro *ſeculo praeſenti.* vid. quae notavit Celeb. Burmann. ad Phaedr. Lib. i. prol. ℣. 4. Edit. maj. ubi ſatis exemplorum. Quem locum olim, cum hac de re ad me ſcriberet, mihi ſuppeditavit Cl. Cannegieterus. Hanc autem elegantem ſane locutionem a Graecis mutuati ſunt Romani, qui, quantum ejus fieri potuit, Graecorum flores in hortulos detulerunt ſuos. vid. quae notavit Eruditiſſ. Hemſterh. ad Lucian. Dial. Fab. v. pag. 71.

Quod vero Auctor *vitam* & *mores* dicit, id Cicero aliique *tempora* & *mores* adpellare ſolent. Lib. ii. Famil. Ep. v. *Adflictam & oppreſſam miſeris* temporibus *ac perditis* moribus *&c.* ubi plura notat Manut. Eodem plane ſenſu *ſeculum* pro *hominibus ſeculo quodam viventibus* ſaepius occurrit. vid. Terent. Eun. Act. ii. Sc. ii. ℣. 15. *Olim iſti fuit generi quondam quaeſtus apud* ſeclum *prius.* Nullus itaque non videt, male olim in vulgatis & antiquiſſ. Editt. diſtinctionem poſitam fuiſſe, quam in textu emendari curavimus. Rationem loquendi & phraſin, licet alio ſenſu, habes fere apud Terent. Adelph. Act. iii. Sc. iii. ℣. 60. *Denique* inſpicere *tamquam in ſpeculum*, in vitas *omnium jubeo.* Nec aliter Horat. Lib. i. Ep. ii. ℣. 20.

--- *Multorum providus urbes*
Et mores hominum inſpexit. ---

Ceterum τὸ *denique* elegantis hoc loco ſignificationis eſt & uſus non vulgaris pro *ut paucis dicam, ut breviter, ut verbo dicam.* Cicer. Lib. ii. Fam. Ep. vi. *Ego omnia mea ſtudia, omnem operam, curam, induſtriam, cogitationem, mentem* denique *omnem in Milonis conſulatu fixi,* &c. Terent. Hecyr. Act. iii. Sc.

V.

P. Ἣν μερόπων ἐπίδῃς βίον, ἠδὲ καὶ ἤθεα τῶνδε,
Οὐδέν' ἀναίτιον εἴσῃ, κἂν μέμφοιντό περ ἄλλους.

S. Ἥν πολ' ἐς ἀνθρώπων ἐπίδῃς βίον, ἤθεα τ' αὐτῶν·
Κἢν αὐτοὶ μωμῶντ' ἄλλους, τῶν δ' οὔτις ἄμωμος.

VI.

Sc. iv. ℣. 10. Denique *Hercle auſugerim potius.* Cicer. Lib. x. Ep. Famil. x. *Is enim denique bonos mihi videri ſolet.* Ubi vid. Eruditiſſ. Graevium. & Cl. Duker. ad Flor. Prooem. Lib. ii. in f. ARNTZEN.

Quum culpent alios,] Ita Planudes, & quaedam Editiones. Pithoeana, *culpes.* Quod non ſequimur. SCALIGER. Lectio vetuſtiſſimarum Editionum vera eſt: *Cum culpent alios.* Omnes enim eo morbo tenentur, ut nihil non alieni culpent atque ſtrictiſſime examinent, ſuos ad naevos prorſus caeci. Eam lectionem, optime fecit, cum ſecutus eſt Planudes. BARTHIUS. Lib. xxiv. Adverſ. Cap. iv. col. 1179. Exprimit & eam Pulmannus. Bernardus de Improb. Vitiorum. C. 1.

Quam plures aliena notant, ſua crimina nunquam.

Novus Cato:

Tunc alios culpa, cum tu fueris ſine culpa.

DAUMIUS. *Cum culpent* exhibet quoque Vet. Chart. cui adſtipulantur Editt. ſeqq. Aug. Vind. Euch. Pariſ. Pulm. Trem. Franeq. Eraſm. Gryph. Cruc. & quaedam poſteriores. *culpant* erat in pr. & ſec. Leid. nec non Collat. Voſſ. & Hagenb. dum reliquae Editt. & MSS. Codd. *cum culpas* vel *cum culpes* ſervant, ut & Pulm. in Marg. Unde Vir Doctus olim conjecerat *quid culpas?* per interrogationem. Sed acceptior longe eſt conjectura, quam, quâ eſt erga bonas literas humanitate, nobiſcum communicavit Cl. Canneg. ita legens: *Cum culpant omnes*, ut τὸ *omnes* primus ſit caſus, & venuſte ea vox opponatur τῷ *nemo*, qua elegantiâ hic Auctor inter alia commendabilis eſt. Cum vero nondum obſervaverim, facile haec vocabula ab amanuenſibus commutari, ſine auctoritate Codicum nihil innovare ſum auſus. *Ne culpes alios* edidit Scriver. qua auctoritate neſcio. Ceterum conſule Canneg. Reſcripta Boxh. Cap. xxix. ARNTZEN.

Nemo ſine crimine vivit.] Petronius, pag. 922. *Nemo noſtrum non peccat, homines ſumus non Dii.* Ad quem locum vide quae notat, nomine G. Erhardi, Goldaſtus, pag. 639. 640. Plin. Panegyr: *Adbuc nemo extitit, cujus virtutes nullo vitiorum*

VI.

Quae nocitura tenes, quamvis ſint cara, relinque;
Utilitas opibus praeponi tempore debet.

VII.

Conſtans & lenis, ut res expoſtulat, eſto;
Temporibus mores ſapiens ſine crimine mutat.

VIII.

rum confinio laederentur. Petrus de Riga ἀνέκδοτος Part. I. Aurorae, Exodo. ℣. 541.

Qui ſunt lux mundi, non ſunt tamen hi ſine fumo:
Nam ſine peccato vivere nullus habet.

Et incertus alius:

Quamvis cuncta notes, quae luſtrat regna Boötes,
Non reperire potes, quem ſine labe notes.

Vid. Zehn. II. Cent. Adag. Sacr. II. DAUMIUS. Egregie huc facit ſententia Simonidis, quam Stobaeus ei ſermone CCLI. Edit. Geſn. tribuit: πάμπαν δ' ἄμωμος οὔτις. *nullus plane ſine vitio vivit.* Et bene quoque Catullus Carm. XXII. pag. 38. Edit. Graev. *Suus*, inquit, *cuique attributus eſt error.* WACHIUS.

VI. *Quae nocitura tenes*, &c.] Aliquoties expedit in loco res chariſſimas abjicere, ſi periculum adferant, velut gemmas & aurum, quo vita ſit in tuto: aut voluptates, quo valetudini conſulamus. Non enim voluptates ſpectari debent, ſed utilitas. ERASMUS. Omnes hoc loco Editt. & MSS. Codd. conſpirant. Cuncta etiam plana & aperta. Sola vox *tempore* aliquam ſtudioſae juventuti difficultatem movere poſſet. Sed idem eſt ac *tempeſtive*, *opportune*, *data occaſione.* Horat. Lib. I. Saturn. V. ℣. 47.

Hinc muli Capuae clitellas tempore ponunt.

Ubi vid. Eruditiſſ. Torrent. Ovid. Ep. IV. Heroid. ℣. 109.

Tempore *abeſt aberitque diu Neptunius Heros;*

adi inluſtr. Heinſ. Plaut. Moſtell. Act. I. Sc. IV. ℣. 2. Alibi plene dicit Terent. *in tempore.* Phorm. Act. II. Sc. IV. ℣. 24. Heaut. Act. II. Sc. III. ℣. 123. Andr. Act. IV. Sc. IV. 19. ubi Donat. In tempore, *id eſt, opportune: nos ſine praepoſitione dicimus tempore & tempori.* Flor. Lib. III. Cap. III. §. 14. *Dulcedine vini mitigatos Marius* in tempore *adgreſſus eſt.* Adde Liv. Lib. XXX. Cap. X. §. 21. Plura vid. ap. Manut. ad Cic. Famil. Lib. VII. Ep. XVIII. Scheffer. & Celeb. Burmann. ad Phaedr. Lib. IV. Fab. XXV. ℣. 33. & Cl. Drakenb. ad Liv. Lib. VIII. Cap. VII. §. 5. Lib. IX. Cap. XXIII. §. 15. & Lib. XI. Cap. V. §. 8. ARNTZEN.

VII. *Conſtans & lenis,*] Pro tempore licet alios atque alios mores ſumere, ut modo gravis

ſis,

VI.

P. Εἰ βλαβερὸν κατέχεις τὶ, καὶ εἰ φίλον ἔπλετο, ῥίψον·
Δεῖ γὰρ προκρίνειν τόγε συμφέρον ἔσθ᾽ ὅτε πλούτου.

S. Κτησάμενος βλαβορόν τι, καὶ εἰ φίλον ἐστὶ, παραιτοῦ·
Ἔσθ᾽ ὅτε δεῖ πλούτοιο τὰ σύμφορα πρόσθεν ἑλέσθαι.

VII.

P. Εμβριθὴς ἔσο καὶ πραΰς, ὥσγε τὰ πράγματ᾽ ἀπαιτεῖ·
Πρὸς γὰρ τοὺς καιροὺς ὁ σοφὸς μεταβάλλετ᾽ ἀμέμπτως.

S. Ὡς λόγος αἱρῆται, σεμνὸς γενοῦ, ἠδὲ προσηνής·
Ἐν καιρῷ σοφὸς ἦθος ἀνεγκλήτως μεταβάλλει.

VIII.

ſis, modo lenis, hoc eſt, placidus ac remiſſus, pro re, proque loco: Vide num legendum ſit *levis*, pro *lenis*, quod magis reſpondet ad *conſtans*, ut ſit ſenſus: Aliquando perſiſtendum in ſententia, aliquando mutandum conſilium pro tempore. Porro verſus conſtabit, ſi legas: *Conſtans & levis, ut res cumque expoſtulat, eſto.* Neque dubitem affirmare hanc germanam eſſe lectionem; tametſi Planudes priorem ſequitur ſententiam, quippe qui vertit in hunc modum. *Severus eſto ac placidus, prout res poſtulant.* ERASM. *Conſtans* denotat *pertinacem & propoſiti tenacem*: Ut apud Ovid. de Fortuna:

Et tantum conſtans *in levitate ſua eſt.*

Et Boëthium Lib. II. de Conſol: *Servavit circa ſe propriam in ipſa mutabilitate* conſtantiam. BARTHIUS Lib. XXIV. Adverſ. Cap. IV. col. 1179. Quem vide. & Lib. III. Adverſ. Cap. XIV. col. 136. & Lib. LI. Cap. V. col. 2385. Eraſmus, & Goldaſtus ad Columban. pag. 118. legunt *levis*, ut & Aſcenſius. Sed expoſitioni ejus Syllabae modulus repugnat, niſi *levis*, *lubricus* capiatur, λεῖος. *Conſtans* eſt *pertinax ac rigidus*; vide Gerard. Voſſium pag. 105. ad Vell. Paterc. DAUMIUS. Nihil iterum mutant Codd. vel Editt. Elegans autem hoc Diſticho notanda oppoſitio inter τὸ *conſtans* & *lenis*, quemadmodum ſimilis fere eſt apud Rutil. Itin. inter *conſtantem* & *mitem*

tem Lib. I. ℣. 589.

Conſtantemque *ſibi pariter*, mitemque *fuiſſe*
Inſinuant natis, qui meminere, ſenes.

Ubi vid. Cl. Burmann. Ceterum ii, qui cum Eraſmo *levis* pro *lenis* malint, conjecturam ſuam quodammodo ſtabilire poſſent loco Ciceronis de Amic. Cap. xxv. *Concio, quae ex inperitiſſimis conſtat, tamen judicare ſolet, quid interſit inter popularem, id eſt, adſentatorem & levem Civem, & inter* conſtantem *& gravem.* Praeterea notum ſatis eſt, verba *levis* & *lenis* ſaepiſſime in MSS. commutari, vid. quae notavit Paſſerat. ad Tibull. Lib. I. El. VII. Cl. Drak. ad Liv. Lib. II. Cap. II. §. 10. & Cap. LXIV. §. 3. & ad Lib. VI. Cap. XIX. §. 3. Palmer. & Bernecc. ad Salluſt. Jugurth. Cap. LXXXIX. §. 4. Sic *leniter* & *leviter* ap. Flor. Lib. III. Cap. XIX. §. 1. & apud Liv. Lib. VII. Cap. XXXI. §. 10. Sed ut, quod ſentio dicam, vix cauſſam video, cur vox *lenis* adeo Eraſmum offenderit, ut turbato verborum ordine vellet: *Conſtans & levis, ut res cumque* &c. nullis potiſſimum adjutus MSS. *Lenis* enim dicitur, qui facile precibus alterius ſe flecti patitur, adeoque recte opponitur *pertinaci, propoſitique tenaci.* Ovid. Lib. II. Art. Amat. ℣. 309.

Ut fuerit torva violentior illa Meduſa,
Fiet Amatori lenis *& aequa ſuo.*

Lib. II. Amor. El. III. ℣. 21. ſane *levitas* vitio vertitur, dum contra *lenitas* laudatur. vid. Serv. ad Virg. Lib. I. AEneid. ℣. 151. Unde *levitatis crimen* infra occurrit Lib. IV. Diſt. XXV. ARNTZEN.

Ceu res expoſtulat, eſto.] De vi & ſignificatione τοῦ *expoſtulare* Vid. Barthium Lib. XVI. Adverſ. Cap. XXXIII. col. 856. & Lib. XXIX. Cap. IV. col. 1357. & Cap. XII. col. 1398. DAUMIUS. Quaedam Editiones prae ſe ferunt: *ut res expoſtulat, eſto.* Verum ne ſine cauſſa ultimam in *lenis* ſyllabam inciſi beneficio producere ſit neceſſe, lectio, quae in antiquis & pleriſque editionibus habetur, omnino retinenda eſſe videtur, maxime cum *ceu*, uti notum, Poëtis non ſit infrequens. Ceterum Doctiſſimus Daumius, quod ad τὸ *expoſtulat* attinet, Lectorem ad Barthii Adverſaria relegat. Neſcio tamen, an illa ſignificatio verbi *expoſtulare*, qua de Barthius in libris Adverſariorum mentionem facit, hic attendenda ſit. Potius dixerim, Catonem noſtrum metri cauſſa *expoſtulat* pro *poſtulat* poſuiſſe, uti Diſt. V. Lib. II. canit. Saepe enim probatiſſimi Scriptores, in primis Poëtae, junctis verbis pro ſimplicibus utuntur. Ita Virgilio Lib. I. Georg. v. 437. *ſol exoriens*, nihil aliud eſt quam *oriens*. Horatio de Art. Poët. vſ. 50. *exaudita verba*, quam *audita*. WACHIUS. *Ceu res* &c. edidit quoque Celeb. Burmann. ad Rutil. loc. laud. ex Editione forte Cl. Opitii vel Wachii. Vellem

lem autem, ut Wachius monuiſſet, quaenam iſtae antiquae & pleraeque ſint Editiones, in quibus *ceu res* exaratum exiſtet. Sane omnes MSS. Codd. quibus Coll. Hagenb. adſtipulatur, & Editt. noſtrae, excepta Wachii illa & paucis in Germania editis, in diverſa abeunt & prae ſe ferunt: *ut res.* Sic. Aug. Vind. Euch. Pariſ. Pulm. Tremon. Fran. Chouet. Scriver. aliaeque. Sola autem Edit. Flor. *cum tempus poſtulat*, quod aliunde repetitum. Aliter iterum in Marg. Edit. Pulm. *ſicut res expoſtulat*, cui adſtipulantur Editt. Cord. & Cruc. ita ut rationem non videam, quare omnium MSS. optimarumque Editionum lectio, *ut res expoſtulat*, rejiciatur, praeſertim cum caeſura Auctori noſtro haudquaquam inuſitata & optimae notae Poëtis minime ſit infrequens. Rem ipſam ſpiſſa exemplorum nube Daumius & Wachius infra docent Lib. I. Diſt. XXVI. Ipſos quoque librarios, cum ad caeſuram non attenderent, ſaepius erraſſe, docent Lambin. & Graev. ad Cicer. de Senect. Cap. I. Nobiliſſ. Heinſ. ad Ovid. Lib. I. Met. ỷ. 114. & II. Metam. ỷ. 297. *ut res expoſtulat*, edidit etiam Voſſ. Lib. II. ad Vell. Paterc. Cap. XCVIII. qui ibidem addit: *de quo loco brevi pluribus ad Ethnicum Gnomologum illum agemus. Nam toto errant Coelo, qui Chriſtianum fuiſſe arbitrantur.* Fruſtra nunc haec promiſſa deſideramus. *Ceu* tamen particula hoc ſenſu, ut monet Wachius, ſaepiſſime adhibetur. Vid. Ovid. Lib. IX. Metam. ỷ. 78. & Sil. Ital. Lib. I. vſ. 313. Denique nihil eſt, quod pro corrupta hac lectione vel potius conjectura quidam Jo. Caſp. Malſchius in praefat. Edit. Francof. 1713. contulit; neque enim is eſt, ut gloriari videtur, qui primus hanc nobis dedit conjecturam. ARNTZEN.

Temporibus mores &c.] Franc. Petrarcha Eclog. VIII. vſ. 12.

Propoſitum mutat ſapiens, ſed ſtultus inhaeret.

Celeſtina Auct. V. pag. 108. *El propoſito muda el ſabio, el necio perſevera.* Barthius vertit pag. 94. *Sapientis eſt, ut res cadit, propoſitum mutare, ſtulti perſiſtere in ſtulte capta ſententia* Vid. Guicciard. Hor. Recreat. pag. 63. Barth. ad Pornoboſcod. pag. 371. *Tempus* notat *occaſionem.* Sic praecedente diſticho:

Utilitas opibus praeponi tempore *debet.*

Vide infra ad Diſt. VI. Lib. II. Et Barthium ad verſ. 336. Ceiris Virg. pag. 107. DAUMIUS. Mox *mutet* pro *mutat* erat in Leid. pr. *vivit* Boill. Plane ſine ſenſu. τὸ *Temporibus* autem, quod tertio caſu hoc loco accipi velim, non tam notat *occaſionem*, ut vult Daum. ſed eleganti admodum ſignificatione, ipſique Ciceroni adamata, adhibetur, indicatque *ſtatus* & *rerum mutationes.* Quare *vim temporum* & *varietatem rerum* conjungit Tull. Lib. II. Famil. Ep. VII. *Profecto vides quanta* vis *in*

VIII.

Nil temere uxori de ſervis crede querenti;
Saepe etenim mulier, quem conjux diligit, odit.

IX.

Rep. temporum *ſit*, *quanta* varietas rerum, *quam incerti exitus*, *quam flexibiles hominum voluntates*: &c. Orat. in Vatin. Cap. I. *Etenim debuiſti*, *Vatini*, *etiamſi falſo veniſſes in ſuſpicionem P. Sextio*, *tamen mihi ignoſcere*, *ſi in tanto hominis de me optime meriti periculo*, *&* tempori *ejus*, *& voluntati parere voluiſſem.* Ubi Vid. Paſſer. & Lib. I. Famil. Ep. IX. *Habui non* temporum *ſolum rationem meorum*, *ſed etiam naturae.* Ubi conſulendus Paull. Manutius. Ad mentem Diſtichi facit locus Cic. Lib. IV. Fam. Ep. IX. *Primum tempori cedere*, *id eſt*, *neceſſitati parere*, *ſemper ſapientis eſt habitum*; ARNTZENIUS.

VIII. *De ſervis crede* &c.] Quod dicitur de ſervis uxori non eſſe credendum, ſcite a Juvenale docetur Sat. VI. ℣. 218. BARTH. Lib. XXIV. Adverſ. Cap. IV. col. 1179. Verba Juvenalis haec ſunt:

Pone crucem ſervo, meruit quo crimine ſervus
Supplicium? quis teſtis adeſt? qui detulit? audi,
Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa eſt.
O! demens, ita ſervus homo eſt! nil fecerit eſto.
Hoc volo, ſic jubeo, ſit pro ratione voluntas.

Mox *nihil* pro *nil* erat in Leid. ſec. de cujus vocis varia ſcriptura vid. quae collegit Dauſquius in Orthogr. voce *nihil* pag. 211. ARNTZEN.

Saepe etenim mulier.] Mulier hic non ſimpliciter τὸ θῆλυ, ſed ἡ γαμετή. Juriſconſultus D. de legat. tertio L. 93. §. 2. *Semproniae* mulieri *meae.* Ita idiotiſmus Italorum, Hiſpanorum, Aquitanorum, Tectoſagum, Provincialium. Inepte Planudes a maſculino ad neutrum tranſiit.

- - - *quod conjux diligit.* SCALIGER. Ita & Germanorum. OPITIUS. *Mulier*, id eſt, *uxor.* Unde Joſephus Scaliger ὁ πάνυ vertit σύλλεκτρος, quae, interpretante diligentiſſimo Viro, Henrico Stephano, in ſuo Graecae linguae Theſauro, conſortem thalami ſonat, ut Naſo loquitur. Videtur autem illa vocis ſignificatio facta eſſe exemplo graecae, utpote quae ſic Graecis uſurpari ſolet, uti ex Lib. I. Cap. VIII. Herodoti, aliorumque Graecorum ſcriptis intelligere licet. Quo in genere Graecos Latini ſunt imitati, Plautus, Horatius, aliique. Sed de his & id genus aliis, in quibus Latini Graecos ſunt imitati, ſi Deus vitam conceſſerit, in Spicilegio Hellenolexiae Vechnerianae dedita opera agemus. WACHIUS. Vid. Diſpontinii in Phaedr. collectanea voce *mulier.* Terent. Hecyr,

cyr,

VIII.

P. Μεμφομένης ἀλόχȣ δȣ́λȣς, προπετῶς μὴ ἀκούσῃς·
Πολλάκι γὰρ τὸ πόσις φιλέει, ςυγέει παϱάκοιτις.

S. Μεμφομένῃ δȣ́λȣς μὴ ἄγαν πίςευε δάμαρτι·
Πολλάκις ἡ σύλλεκτρος, ὃν ἀνὴρ φίλατο, μισεῖ.

IX.

cyr. Act. ii. Sc. i. ℣. 17. *Tu, inquam*, mulier, *quae, me omnino lapidem, non hominem putas.* &c. Et ſic pejore ſenſu paſſim in Terent. quod alibi quoque obſervat Cuper. in Obſervat. Vellem autem, Wachius haec ſua de Spicilegio Hellen. Vechner. promiſſa praeſtitiſſet. ARNTZ.

Quem Conjux diligit.] *Conjugis* vocabulum frequenter quidem de muliere; ſed aliquando de viro etiam uſurpatur. Virg. Lib. iii. Aeneid.

Heus qui te caſus dejectam conjuge *tanto*
Excipit? - - -

Quare *expers conjugis*, apud Prudentium Hymno Natalitio, eſt *expers viri*, ſive *maris inſcia*, ut Prudentius alibi loquitur; vel *virum neſciens*, ut Sedulius. Excellentiſſ. Buchnerus ad d. H. Prudentii pag. xxi. Ovidius Heroid. Epiſt. vi. ℣. 100.

- - - *titulo* conjugis *uxor obeſt.*

Inſcriptio Romae in aedibus Cardin. Creſcentii viſa Jac. Sirmondo: *D. M. PETRO'NIA. VE'RE'CVNDA. (') NAE'VIO'. MO'SCHO. con'iugi. DVL'CIS'SI'MO.* Et ibidem in D. Mariae in via enotata P. Servio: *D. M. N. FAVSTAE. QVINTAE. coniugi. INCOMPARABILI. C. FABRICIVS. SERPICAMUS. F. I.* Non una vice quoque in Gruterianis habetur: *COIVX. COIVGI*, uti & apud Publ. Porphyrium Optatianum Carm. xiv. ℣. 5. Vide Manutii Orthographiam. In alia, *MARITO. OPTIMO. coniugi. DVLCISSIMO.* Sidon. Lib. xxi. Epiſt. viii.

Occaſu celeri feroque raptam
Natis quinque, patrique, conjugique,
Hoc flentis patriae manus locarunt
Matronam Philimatiam ſepulcro.

DAUMIUS. *Conjunx* per *n* eſt in Leid. tert. & editis antiquiſſimis Aug. Vind. Euchar. Pariſ. Tremon. Chouet. Franeq. Eraſm. Gryph. Boill. Cord. Cruc. & aliis, infra quoque Lib. iv. Diſt. xvii. quam ſcribendi rationem recte diverſae ſaeculorum conſuetudini tribuit Cl. Canneg. ad Avian. Fab. i. ℣. 8. Quare in inſcriptionibus nil frequentius quam *conjunx* pro *conjux*. Et ſane ſi analogiam ſpectemus, ſcribendum eſt *conjunx* per *n*, quae litera euphoniae cauſſa tollitur, ut fiat *conjux*. Vid. ſis Bedam in

IX.

Cumque mones aliquem, nec ſe velit ille moneri;
Si tibi ſit carus, noli deſiſtere coeptis.

X.

Orthogr. inter Gramm. Putſchii pag. 1332. Praeterea, ut hoc in tranſitu moneam, *cojux* pro *conjux* vel *conjunx* non raro etiam reperiri docebunt Manut. & Dauſq. in Orthogr. voce *conjux*. Immo *conjugs* veteres ſcripſiſſe, cum *x*. litera nondum erat cognita, auctor eſt idem Dauſq. in Orthogr. pag. 28. ARNTZEN.

IX. *Quumque mones aliquem*,] Quidam codices, *Quando mones*. Sed Latine non intelligunt, qui haec mutarunt. Quaedam voces ſunt, ut Grammatici loquuntur, & praepoſitivae & poſtpoſitivae: ut praepoſitivum ποτέ. Sic τὶς, & τις. Latinis *Quandoque*. *Illud ſpero quandoque facturum*, poſtpoſitivum. *Quandoque bonus dormitat Homerus*, praepoſitivum. *Quumque* eodem modo ſignificat ποτὲ & πότε. *Quumque mones aliquem*, praepoſitivum, τὸ πότε.

--- *Mihi cunque ſalve rite vocanti.*

Χαῖρέ μοι πότε ἐπικαλοῦντι.

Planudes, εἰ σὺ παραινεῖς μέν τινι. Atqui nuſpiam verbum παραινεῖν minus habet locum, quam hic. Παραινεῖν eſt ad aliquid hortari. Hic contra intelligendum eſt dehortationem a re: quod Graece dicitur νουθετεῖν. Quod eſt verbis caſtigare. Catullus dixit.

Quare monendus es mihi, bone Egnati.

Νουθετητικός εἰ, non autem παραινετικός. Παραινέσεις praecepta affirmativa vocant Magiſtri Hebraei, νουθετήσεις autem negativa. Phocylidis poëſin νουθετικὴν potius quam παραινετικὴν veteres Critici inſcripſerunt: quia longe plura negativa ſunt praecepta quam affirmativa, quae ibi pauciſſima ſunt. SCALIGER. Non ſatis eſt leviter admonere peccantem amicum. Urgendus eſt, inſiſtendum, ut vel improbitate vincas, ſi quid erit, quod ad famam illius aut ſalutem pertineat. ERASM. Alii: *Si moneas*, ut Pulmannus annotavit. Forte: *Quum moneas*. Sed vulgata Lectio eſt apud Jac. Magnum Sophologio Lib. IV. Cap. IX. pag. 32. a. DAUMIUS. Quid diſcriminis ſit inter τὸ *monere* & *admonere* aliquem, quae vulgo juniores ſaepius confundere ſolent, Auſonius Popma Lib. III. de differentiis verb. pag. 163. & Obertus Giſanius in Obſervationibus L. L. pag. 14. ſatis accurate docent. WACHIUS. *Cumque* ſcribitur quoque in MSS. noſtris omnibus, quibus adcedunt Coll. Hagenb. & Editiones non paucae, Euchar. Pariſ. Pulm. Tremon. Chouet. Florent. Boill. Cruc. *Cunque* Eraſm. & Gryph. *Quumque* Aug. Vind. Sed hanc ſcripturae varietatem non multum diſ-

IX.

P. Εἰ σὺ παραινεῖς μέν τινι, κεῖνος δ' οὐκ ἐπακούει·
Καί μιν ἀνὲς τὰ μάλιστα φιλῇς, μὴ ἀφίστασο τοὔργου.

S. Ἤν τινα νουθετέῃς, ὁ δ' ἐφετμέων οὐκ ἐπακούῃ·
Εἰ μάλα μιν κραδίῃ φιλέεις, μὴ λῆγε μὲν οἰνῆς.

X.

differre infra docui Diſt. xxviii. hujus Libri. *Si moneas* ſolus Cord. *Quando* vero quibus Codd. invenerit Scaliger, neſcio, in nullo certe meorum legitur. Sequitur hoc Scriverius in Edit. ſua auctoritate forte Cod. Scal. Hoc autem qui factum fuerit, fateor, me ignorare; ipſe etenim Scriverius ad Mart. Epigr. lxi. p. 203. vulgatum *quumque* tuetur, exponens id per *quum.* Hanc autem perverſam Codd. nonnullorum lectionem pulcra, ſi Dis placet, ratione defendit Malſchius in ſua Praef. *Manifeſta*, inquit, *ratione, cum neque uſquam alibi duo invicem Diſticha connexuerit noſter, & in fine teſtetur, ſeſe binos junxiſſe, non quaternos.* Quibus, credo, ſine rei literariae detrimento carere facile poſſemus. Alii autem Editores, qui τὸ *Cumque* hic itidem ferre non poterant de ſuo, ut ſunt liberales, dederunt *Si moneas*, quod hodie etiam occupat Marg. Edit. Pulm. Tentavimus & ipſi aliquando *Quiſque mones* &c. id eſt, *quicunque*, vid. Zitzm. & Celeb. Burmann. ad Rutil. Itin. Lib. i. ✝. 276. Canneg. ad Avian. Fab. ix. ✝. 3. Arntzen. ad Aurel. Victor. Caeſar. Cap. xxxiii. §. 29. & Cort. ad Sall. Catil. Cap. xxviii. §. 4. Sed cum Auctor noſter nuſquam ita loquatur, ut ad quoſcumque, ſed tantum ad filium ſermonem ſuum dirigat, unde eſt, quod tantum non in omnibus diſtichis dicat *tu*, *tibi*, *te*, &c. ſtatim hoc, ut male natum abjecimus & τὸ *Cumque* cum Eruditiſſ. Torrent. ad Horat. Lib. i. Od. xxxii. ✝. 15. expoſuimus per *quandocumque*, ubi tamen illud Angliae decus Bentlejus, *quia nemo, quod ſciat, ex omni, qua late patet, latinitate ſimile exemplum proferre potuit pro* cumque *ſuppoſuit* cuique:

- - *mihi* cuique *ſalve*
Rite vocanti.

Sed quid de hac conjectura, vel, ſi ita vis, emendatione habendum ſit, Eruditis dijudicandum relinquo. Interim Scaligerum ſequor, dum meliora fuerim edoctus. ARNTZ.

Nec ſe velit ille moneri:] Pro *nec velit ille moneri.* Τὸ *ſe* videtur πλεονάζειν. Nepos Cornelius. xv. iv. 5. *A quo cumquaeſiſſet, quo* ſe *duci vellet.* Virg. Eclog. iii. ✝. 65.

Et fugit ad ſalices, & ſe *cupitante videri,*

 Quod

X.

Contra verboſos noli contendere verbis;
Sermo datur cunctis, animi ſapientia paucis.

XI.

Dilige ſic alios, ut ſis tibi carus amicus:
Sic bonus eſto bonis, ne te mala damna ſequantur.

XII.

Quod ſi quis tamen cum ſummo Viro Gerhardo Johanne Voſſio Lib. VII. Cap. LVIII. de Arte Grammat. plene ita dici ſtatuere malit, quod alias per ellipſin fere omitti ſolet, non magnopere repugnaverim. WACHIUS. Ita Leid. pr. ſec. Coll. Voſſ. & Hagenb. cum omnes fere libri typis exarati loco τοῦ *ille* habeant *ipſe*. Τὸ *ſe* exulat a Leid. tert. forte quia librarius videret hoc loco πλεονάζειν. Mox *ſi* pro *ſit* in Leid. pr. male. monſtrum autem lectionis eſt in Vet. Reg. *Nec te velis ille moneri.* & in altero hujus Diſtichi membro *ceptis* pro *coeptis* Coll. Hagenb. ARNTZ.

X. *Contra verboſos* &c.] *Contra verboſum* Leid. pr. *contra verboſus* Coll. Hagenb. & mox *animis* pro *animi* in Leid. pr. & ſec. nec non Coll. Voſſ. perperam. Vid. quae diximus infra Lib. IV. Diſt. XVIII. *Verboſi* autem homines ſunt nimium loquaces, qui adfectant potius verboſam prudentiae ſimulationem, quam dominam illam rerum ſapientiam, uti Cicero loquitur pro Murena Cap. XIV. Contra hos ait Auctor noli *verbis* contendere. An itaque *ſapientia*? at eam nec uſu, nec ratione habent cognitam. Quid ſi pro τοῦ *verbis* reponas *verus*? hoc ſenſu, tametſi vera dicas veramque cauſſam habeas, cave certes de ea cum homine verboſo & multiloquo, nam obtuſo eſt ingenio, nec ulla eſt ei animi ſapientia; quare te non intelliget. Hac ſignificatione vox *verus* pro *veridico* apud Scriptores ſaepius occurrit. Sic Terent. Andr. Act. II. Sc. V. vſ. 12. *ſum* Verus! &c. ubi vid. Donat. Conſule etiam Cl. Burmann. ad Ovid. Epiſt. XVIII. Heroid. ℣. 119. voces autem *verum* & *verbum* per reliquos etiam caſus paſſim a librariis fuiſſe permutatas, docet Broukhuſ. ad Prop. Lib. I. Eleg. VIII. vſ. 22. Lib. III. Eleg. XXIII. ℣. 12. & Celeb. Burm. ad Ovid. locum modo laud. Sed nemini haec obtrudo. *Contendere verbis* Auctor etiam inf. dixit Lib. II. Diſt. XI. Haec antea adnotaram; jam autem hujus fere poenitet conjecturae. *Verbis contendere* idem eſt quod *altercari*, *altercatione contendere*. Livius Lib. X. Cap. XIX. §. 5. *Ibi orationes longiores habitae in eamdem ferme ſententiam, in quam inter paucos certatum verbis fuerat.* Ubi Summus

X.

P. Μὴ ἀνθίστασο μηδ' ἐρίδαινε λάλοις ἀδολέσχαις·
Ὅτ'ι λόγος δέδοται πᾶσι, ξύνεσις δ' ὀλιγίστοις.

S. Μὴ συνέριζε λόγῳ τοῖς ἀνδράσιν ἀκριτομύθοις·
Πᾶσι λόγος δέδοται, σοφίη δὲ φρενῶν ὀλίγοισι.

Vel: Σὺν τοῖς λαβραγόρησι λόγῳ μὴ δηριαᾶσθαι·
Πᾶσι λόγος δέδοται, παύροις δέ τε μέτρα σοφίης.

XI.

P. Ὡς ἑτέρους φίλει ὡς καὶ σαυτῷ φίλτατος εἶναι·
Ὡς καλοῖς καλὸς ἴσθ', ὡς μή βλαβερόν τί σοι ἥξειν.

S. Ὡς ἄλλους φιλέειν, ὡς καὶ φίλος εἶναι ἑαυτῷ·
Ὡς χρηστοῖς ἔσο χρηστὸς, ὅπως, βλάβος οὐδὲν ἐπίσπῃς.

XII.

mus videndus eſt Gron. Similiter fere *verbis rogare* eſt apud Egeſipp. Lib. 1. Excid Hieroſ. Cap. xxx. *Deſpiciens Herodes tam triſte facinus ac miſerabile, paterna perſtrictus neceſſitudine, arcebat manu, &* verbis rogabat, *ut parceret liberis* &c. ubi noſtri Codd. MSS. habent: *Adſpiciens Herodes.* ARNTZEN.

Sermo datur cunctis &c.] Vir Doctus quidam ad marginem libri adleverat. *Sermo datur multis,* &c. Sed minus recte. Scio equidem *multos* ſeu *οἱ πολλοὶ* apud Graecos dici eos, qui ceteroquin Latinis *vulgus, ſtupidi* audiunt. Vid. Barth. inf. Lib. 1. Diſt. xiii. & Weſterhov. ad Terent. Prol. Eunuch. ✡. 2. Sed *τὸ cunctis* hic unice placet; melius enim hoc loco ea vox *τῷ paucis* opponitur. Hoc ut adpareat, monendus eſt Lector, *ſermonem* notare hoc loco humilium hominum de re vili confabulationem, ut recte exponit Scholiaſtes Horat. Lib. 1. Sat. 1. in initio, his verbis: Sermo *autem eſt oratio humilis & depreſſa,* &c. Jam talis ſermo non *multis* ſed *cunctis* datur, neque *τοῖς πολλοῖς,* id eſt, hominibus vulgaribus tantum, ſed & divitibus, immo iis, qui honoribus ſunt praediti, atque ut paucis dicam, omnibus. *Paucis* vero animi ſapientia eſt tributa, quibus ſcilicet de meliore luto Titan finxit praecordia. Hoc itaque Auctor dicit: *Animi ſapientia,* id eſt, *rerum intelligentia* eſt *paucis* data, tametſi omnibus & *cunctis ſermo* contigit. ARNTZEN.

XI. *Dilige ſic alios,* &c.] Sic ami-

amicis utere, ut ipſe tibi ſis proximus. Sic aliis benefac, ne tibi ipſi noceas. In priori verſu eſt venuſta redditio ſimilium in *Dilige & amicus:* in ſecundo contrariorum, *Bonis & mala.* ERASMUS. Richardus Judex Venuſinus Lib. de pertractatione Nuptiar. Cap. XXVIII.

Plus alios quam ſe, quis, niſi ſtultus, amat?

DAUMIUS. Recte hic Eraſmus obſervat venuſtiſſimam iterum ἀντίθεσιν, ita *alios dilige,* ut ſis *amicus tibi. Diligere* enim, quod lippis & tonſoribus notum, levius eſt quam *amare.* Egit hoc Weſterhov. ad Terent. Eunuch. Act. I. Sc. II. ℣. 16. Neque hic deſerit nos Popma de verbor. different. voc. *amo & diligo.* Adde tamen Manut. ad Cicer. Lib. IX. Famil. Ep. XIV. pag. 18. ita ut Auctor eleganter dicat, ita *alios dilige*, ut ſis *amicus tibi.* Quae fere ſententia eſt M. Tullii in tertia Tuſculana Cap. XXIX. *Praeclarum illud eſt, &, ſi quaeris, rectum quoque & verum, ut eos, qui nobis cariſſimi eſſe debeant, aeque ac noſmet ipſos amemus: at vero plus: fieri nullo modo poteſt, ne optandum quidem eſt in amicitia, ut me ille plus quam ſe, ego illum plus quam me. Perturbatio vitae, ſi ita ſit, atque officiorum omnium conſequatur.* Cujus opinionem confirmat Menand. in Sentent.

Φιλεῖ δ' ἑαυτοῦ πλεῖον οὐδεὶς οὐδένα.

Adeo ut verum illud verbum ſit: *proximus ſum egomet mihi.* Adde Diſt. XL. hujus Libri. Ceterum de terminis & modis adjungendae & colendae amicitiae, ſcitu non indigna praeſcribit Hierocles ad Aurea Carm. Pythag. pag. 76. & ſeqq. Jamblich. in vita Pythag. Cap. XXII. & denique Ciceronis Laelius de Amicitia. ARNTZ.

Ut ſis tibi carus amicus:] Vir Erudit. ad marginem libri adſcripſerat, *forte*: *Dilige ſic alios, ut ſis tibi carus, amicos.* ut *carus* abſolute notet *amicum*, Lib. I. Diſt. XXXV.

His etenim rebus conjungit gratia caros.

Sed, praeterquam quod ſic omnis, quam modo dixi, perit elegantia, nondum ſatis perſpicio, quinam hoc loco eſſent *alii amici*; ſic enim τὸ *alii* plane friget, quod ſi uſquam alibi, ſane in Gnomographo vitioſiſſimum eſt. *Carus amicus* autem eodem modo dicitur, ut *infeſtus inimicus* apud Salluſt. in Catil. Cap. XIX. §. I. *Quod eum* infeſtum inimicum *Cn. Pompejo cognoverat.* ubi ſimiliter turbas dederunt Scripti & Editi libri. Vid. ſis, Erud. Cort. *Cari* dicuntur *amici* apud Horat. Lib. IV. Od. IX. ℣. 51.

Non ille pro caris amicis
Aut Patria timidus perire.

ARNTZENIUS.

Sic bonus eſto bonis, &c.] Martialis, libro undique ſuſcepto (Scriptor media barbarie ſuppoſititius)

Ne noceas tibi, ſic aliis prodeſſe memento.

Seneca tamen Epiſt. XLVIII. *Non poteſt quiſquam beatè degere, qui*

tantum intuetur, qui omnia litates ſuas convertit : alteri oportet, ſi vis tibi vivere. um ultimam in *eſto* ſylla- contra nonnullos, qui ttenderunt diverſam La- & Graecae Proſodiae in is ſyllabis rationem eſſe, uerunt Ovidius IV. Triſt. ſ. 72. Juvenalis Sat. VIII. R. Feſt. Avienus Arat. v. Auſon. Profeſſ. II. vſ. 6. yl. XV. vſ. 42. Prudent. Hym. VI. vſ. 139. Ha- vſ. 969. (Sic idem in Ad- Cath. VII. vſ. 3.) Paulin. XXXVI. vſ. 39. & VIII. Nat. vſ. 233. Fortunatus, Lib. ap. XIX. vſ. 7. Theodulf. ian. ad Aigulfum, vſ. 49. Modoinum. vſ. 53. Al- Epiſt. XXXI. Edit. Quer- I. Hilar. de Maccab. vſ. Bern. Morlan. Lib. II. & Lib. III. 275. Petrus ſis Praefat. de Sacram. 4. Ganfredus Vineſauf, de Statu Curiae Rom. 3. Boccacius Eclog. X. 56. Martialis nomine ὁ-ἰμαῖος Scriptor, lauda- ieremiae Paduano, libro ue ſuſcepto, Cap. VI. *erius cenſor, cenſor & eſto us.*

s forte Godfridus Winto- s eſt, qui vixit A. 1107. e Baleo, Cent. II. Cap. ol. 168. & ex eo, Joan- ſeo, pag. 192. 193. ſcri- igrammata Satyrica. Quo- initium : *Undique ſuſce- ui miſcuit.* Recentiorum rum infinitum numerum roducemus. DAUMIUS.

Eſt pro *eſto* excudit Editio Florent. manifeſto operarum errore. Horum autem verborum haec eſt ſententia, ſic *bonus* eſto bonis, ne ipſe tibi ſis *malus*; &, ut eleganti, quam vides, oppoſitioni, inſerviret, cum *bonus* dixerat, *malum* adpoſuit; immo vox haec plane vacaret, niſi ob ἀντίθετον, uti ſane debet, pulcra judicetur; alioquin ſuffeciſſet aut *mala* aut *damna* dixiſſe, uti ap. Terent. Andr. Act. I. Sc. I. vſ. 116. *Quid facias illi, qui dederit* damnum *aut* malum. Plaut. Trucul. Act. II. Sc. I. vſ. 17. *Quemquam hominem attigerit profecto aut* malum *aut* damnum *dari.* Atque haec cauſſa eſt, cur Vir doctus ad marginem Editionis, quae Lugduni Bat. ap Wishof. uſui Scholaſtico ad priorem noſtram Edit. concinnata eſt, emendandum conjecerit:

Sic bonus eſto bonis, ne te male *damna ſequantur.*

Id eſt, *infeliciter* ait ille, atque addit : *nam quorſum mala damna? num quia & bona?* & e loco, a nobis jam antea laudato, oſtendit, Terentium diſtinguere inter *mala* & *damna*, conjectura minime inepta; ſed Codd. abnuunt, atque omnes Editt. *Bonus* autem eſt *largus*, *liberalis*, nec tam dicitur hic ratione virtutum omnium, quam liberalitatis & beneficentiae, ut inf. quoque Lib. I. Diſt. XXV.

Quod praeſtare potes, ne bis promiſeris ulli;
*Ne ſis ventoſus, dum vis bo*nus *eſſe videri.*

Virgil. Lib. I. Aeneid. vſ. 195.

XII.

Rumorem fuge, ne incipias novus auctor haberi;
Nam nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe locutum.

XIII.

-- *Et ſocios partitur in omnes*
Vina, bonus *quae deinde cadis onerarat Aceſtes.*

Ubi vid. eſt Servius. Plaut. Poenul. Act. v. Sc. iv. vſ. 46. bonus bonis *benefeceris.* Et hoc ſenſu *Copia* dicitur *bona* apud Ovid. Lib. ix. Met. vſ. 88.

-- *Diveſque meo* bona *Copia cornu.*

Hoc fere ſenſu *bonus* & *malus* opponuntur inter ſe apud Terent. Phorm. Act. v. Sc. i. vſ. 1. & 2. *Noſtrapte culpa facimus, ut* malos *expediat eſſe, dum nimium dici nos* bonos *ſtudemus & benignos.* Ceterum poſt *ne* in Cod. Turicenſi raſura eſt unius Literae (forte *τȣ̃ c* ait Cl. Hagenb.) quod non valde diſplicet, certe commodum reddit ſenſum:

Dilige ſic alios, ut ſis tibi carus amicus:
Sic bonus eſto bonis: nec *te mala damna ſequantur.*

pro *damna* idem Codex habet *dampna*, & *dampnatus* pro *damnatus* infra Lib. ii. D. xiv. Sed hoc perverſae ſcribendi rationi tribuendum. *Damnum* denique quid ſit, docet Quinctil. Declam. cccxx. *Ego porro damnum exiſtimo eſſe amiſſionem eorum, quae habueris.* Videnda etiam ſunt quae notavit Donat. ad Terent. locum modo laud. ARNTZEN.

XII. *Rumores fuge,*] Nihil inconcinnius Graecis Planudis excogitari poteſt. SCALIGER. Ne quid in vulgus ſparſeris, propterea quod rumor ſaepe numero in ejus caput recidit, a quo profectus eſt. Si rumor nihil habet periculi, tamen nihil nocet ſiluiſſe: Si quid habet, nocet loquutum eſſe. ERASM. Vide Langlaeum Lib. viii. Otii Semeſtr. Cap. xi. & ex eo Taubm. ad Plautum, pag. 1109. Sec. Edit. Freher. Lib. iii. de Infamia Cap. ii. n. 4. pag. 256. Idem Lib. ii. de Exiſtimatione, Cap. ix. n. 16. pag. 223: *Eſt profecto tectus, ſed peſtilens detrahendi modus* (referre audita) *per hoc enim muſſandi genus fama, ut ille ait, vires acquirit eundo.* Pamphilus Cap. xiii. vſ. 9.

Ex minimo creſcit, ſed non cito fama quieſcit:
Quamvis mentitur, creſcit eundo tamen.

Ovid. Lib. xii. Metam. vſ. 57.

--- *Menſuraque ficti*
Creſcit, & auditis aliquid novus *adjicit* auctor.

Richard. de Buri Philobiblio, Cap. ix. pag. 464: *Quieſcit ibidem jam calamus omnis ſcribae, nec librorum generatio propagatur ulterius; nec eſt qui* incipiat novus auctor haberi. Mantuan. Ecl. x. 255.

Propterea certe nova paſcua

quae-

XII.

P. Θρύλλους φεῦγε νέος μὴ μυθοπλάστης δόξης·
Οὐδένα μὲν σιγὴ, τὸ δ' ἐναντίον ἤκαχε πολλούς.

S. Φεῦγε νέους θρύλλους, μὴ καινοτόμος τὶς ἀκούσῃς·
Οὐδένα γ' ἡ σιγὴ, τὸ λαλῆσαι δ' ἤκαχε πολλούς.

Vel. Οὐδενὶ γὰρ σιγὴ βλαβερὸν. Λαλέων δὲ βέβλαπται.

XII.

quaeris, *& omnes*
Fingis inauditos, *& vis* novus autor haberi.

DAUMIUS. *Rumorem fuge*, (ſic etenim, de quo mox dicam, edi curavimus) non tam notat *rumorem non ſparge*, quam *rumorem non audi*, unde ſtatim ſubjicit: *ne incipias novus auctor haberi*, id eſt, ne auditis poſtea, cum ipſe, quae audiveris, aliis referas, aliquid videaris adjeciſſe; quod qui re vera facit, proprie *novus auctor* dicitur. Hoc luce meridiana clarius intelligitur ex loco Ovid. quem Daum. jam citavit

- - - *Menſuraque ficti*
Creſcit, & *auditis aliquid* novus *adjicit* auctor.

Cujus conſilii & moniti ratio in altero verſu redditur: *nam nulli tacuiſſe nocet* &c. Porro *rumorem* numero ſing. pro *rumores* erat in Vet. Chart. Coll. Voſſ. & Leid. ſec. *rumore* in Vet. Reg. Qui error eſt vel ex properantia Librariorum, qui ſaepe notam illam (-), qua litera *m* deſignari ſolebat, omittere ſoliti fuerunt, id quod nemo, qui ſcit verſare Codd. negabit; vel etiam quod ea litera *m* liquidius forte ſit pronunciata ab eo, qui verbis praeiret. vid. Celeb. Drakenb. ad Liv. Lib. I. Cap. XIX. §. 7. Ex compendiis autem ſcribendi infinitos eſſe errores natos docuerunt Scheffer. ad Juſt. Lib. IX. Cap. VIII. §. 4. Broukhuſ. ad Propert. Lib. I. Eleg. III. vſ. 16. & nuperrime Cl. Canneg. Diſſert. de Aetate ac Stil. Avian. pag. 305. & ſeqq. Quidquid ſit, *rumorem* praeferendum cenſeo, licet Editt. pleraeque a quatuor Codd. MSS. diſſentiant; nam ut dudum viderunt Viri Docti, ſaepe magis Poëticum eſt uti numero ſingulari quam plurali, quod tamen tum demum verum eſt, ſi plus ſignificet ille numerus, quam pluralis. Vid. Nobiliſſ. Heinſ. & Celeberr. Burmann. ad Ovid. Lib. I. Heroid. Ep. I. vſ. 24. adde Broukh. ad Prop. Lib. I. El. II. vſ. 3. Lib. I. El. XI. vſ. 9. Lib. II. El. IV. vſ. 21. Et alibi, locis bene multis. Praeterea hanc vocem numero ſingulari ſaepius extulerunt optimi Poëtae. Ovid. Ep. XVI. Heroid. vſ. 139.

Ma-

Magna quidem de te rumor praeconia fecit.

& Lib. III. Triſt. El. XIII. vſ. 43.

Quiſquis is eſt, memori rumorem voce referre,
Et fieri famae parſque graduſque poteſt.

adde Flor. Lib. III. Cap. III. §. 20. Huc facit quoque opinio Veterum, qui ſibi perſuadebant, Famam facilius mala quam bona nunciare. Ovid. Lib. IX. Metam. vſ. 137.

- - Cum Fama loquax praeceſſit ad aures,
Deïanira tuas, quae veris addere falſa
Gaudet & e minimo ſua per mendacia creſcit.

Juſtin. Lib. XIV. Cap. I. §. 2. *Ne fama aut rem in majus extolleret, aut militum animos.* &c. Elegantiſſimam quoque ejuſdem deſcriptionem habes apud Virg. Lib. IV. Aeneid. vſ. 174.

Fama, malum qua non aliud velocius ullum,
Mobilitate viget, vireſque adquirit eundo,

Adde Donat. ad Terent. Andr. Act. V. Sc. VI. vſ. 3. Carrion ad Valer. Flacc. Lib. II. vſ. 116. & Celeb. Burm. ad Ovid. Lib. XII. Metam. vſ. 57. Sed haec in inmenſum abirent. Non taedet autem adſcribere Amici mei conjecturam:

Rumoris, fuge, ne incipias novus auctor haberi;

Hac conſtructione: fuge, ne incipias haberi novus auctor rumoris. Sed non adſtipulantur Codd. MSS. vel Editt. Et tamen Gallulus ſim! quod nunc addo, ſi ſatis perſpicere poſſim, cur haec conjectura minus, quam recepta jam lectio, conveniret rationi, quam mox reddit Dionyſius: *Nam nulli tacuiſſe nocet* &c. Sed hic meus, non vitio creati Cenſoris, ſtupor eſt. ARNTZ.

Ne incipias novus auctor haberi;] Ita omnino legendum, non autem, uti in pleriſque omnibus Editionibus, atque adeo in ipſa ultima Cl. Daumii reperitur, *autor*. Quod quidem vulgo in levi habetur, ſed in gratiam τῶν πυδαρίων tamen indicandum. Lectio igitur *auctor*, multis partibus melior, & vocis origini magis convenientior eſſe videtur, ut pridem diligentiſſimi Latinae linguae Obſervatores demonſtrarunt. WACHIUS. Pro *ne* habet *nec* Leid. ſec. quae voces, ut jam antea dictum eſt, ſaepius commutantur, vid. quae infra dicam hoc Lib. Diſt. XVII. *Incipias haberi* autem fere ſimilis locutio, ut *coepit redire* pro *rediit* ſimilibuſque, qualia praecipue apud Phaedrum, Petronium, Florum, Curtium frequentiſſima ſunt. Sed facile pauca quaedam addimus exempla. Phaedr. Lib. I. Fab. III. vſ. 10.

Redire *moerens* coepit *ad proprium genus.*

& Lib. III. Fab. XIX. vſ. 7. Sic Curt. dixit *coepit percontari* Lib. III. Cap. II. §. 10. Similia reperiuntur apud Cicer. Famil. Lib. VII. Ep. V. in m. Florum Lib. II. Cap. VI. in f. Juſtin. Lib. II. Cap. VII. §. 11. & alibi. Terent. Andr. Act. V. Sc. I. vſ. 2. Plura habent Viri Eru-

Eruditi ad Petron. Satyr. Cap. VII. Eadem fere ratione dixit Rutil. Itin. Lib. I. v. 475.

Subjectas villae vacat adſpectare *ſalinas.*

Ceterum *actor* non *auctor* exhibent Leid. tert. Vet. Reg. & Vet. Chart. quibus adſtipulantur Editt. numero bene multae, inter eas nitidiſſima illa, quae prodiit Hagae Comit. 1700. Haec tamen neminem debent movere; *auctor* etenim non *actor* hoc loco ſcribendum eſſe ſatis oſtendit locus Ovidii, a Daumio jam notatus:

- *Et auditis aliquid* novus *adjicit* auctor.

Lucan. Lib. I. Pharſ. vſ. 485.

- *Nulloque* auctore *malorum,*
Quae finxere, timent. &c.

Ubi hae voces itidem permutantur in MSS. quod ſaepiſſime ab indocto hoc hominum genere, amanuenſibus puto, factum eſſe deprehendas. Vid. Inluſtriſſimum. Heinſ. ad Ovid. Lib. I. Heroid. vſ. 95. Magnum Burmann. ad eumdem Lib. III. Met vſ. 18. Torrent. & Caſaub. ad Sueton. Caeſar. Cap. V. Cort. ad Sall. Jug. Cap. I. §. 4. Cl. Drakenb. ad Liv. Lib. I. Cap. XXVI. §. 5. Lib. II. Cap. XXI. §. 4. & Cap. XXXI. §. 9. Sic *actam* & *auctam* apud eumdem Livium Lib. IV. Cap. LXVI. §. 9. Eodem modo *actus* & *auctus* apud Sil. Ital. Lib. XVII. vſ, 490. ubi vid. Eruditos Interpretes. *auctor* totidem literis habet Coll. Hagenb. ARNTZENIUS.

Nam nulli tacuiſſe nocet,] Simonidis Apophthegma, Σιμωνίδης ἔλεγε, μηδέποτε αὐτῷ μεταμελῆσαι σιγήσαντι, φθεγξαμένῳ δὲ πολλάκις. Planudes obſcure, το ἐναντίον poſuit, quum ſine ullo negotio potuiſſet τὸ λαλῆσαι δ', ut nos; niſi mavis, οὐδεὶς σιγήσας, ὁ λαλήσας δὲ σφόδρ' ἀάσθη. SCALIGER. Huic ſententiae fere congruit illud Xenocratis reſponſum, *qui*, Val. Max. Lib. VII. Cap. II. referente, *cum maledico ſermoni quorundam ſummo ſilentio intereſſet, uno ex bis quaerente, cur ſolus ita linguam ſuam cobiberet: Quia dixiſſe me, inquit, aliquando poenituit, tacuiſſe nunquam.* Plutarchus tamen libello, qui inſcribitur ὑγιεινὰ παραγγέλματα ſeu praecepta de tuenda ſanitate p. m. 125. & Stobaeus Serm. CXXVI. Edit. Geſn. illud Simonidi attribuunt. De cetero hoc dictum ἁπλῶς & per omnia non eſt verum, cum non minus tacendo, quam loquendo quis peccare poſſit, uti fuſe & accurate in Synopſi Philoſophiae ſuae Moralis Edit. nov. pag. 261. 262. & 263. rem hanc perſequitur acutiſſimus Philoſophus Antonius Itterus, qui dignus omnino, qui videatur. WACHIUS. Menander,

Ἡ γλῶσσα πολλῶν ἐστιν αἰτία κακῶν.

Ceterum, nihil in his mutant Codd. MSS. ſeu libri typis exarati: Cl. tamen J. Fr. Reitzius, quondam Collega conjunctiſſimus, in Ambiguis p. 550. voce *ſilentium*, lapſu, ut puto, memoriae edidit: Non unquam *tacuiſſe nocet* &c. idque in-

XIII.

Spem tibi promiſſi certam promittere noli;
Rara fides ideo eſt, quia multi multa loquuntur.

XIV.

interpretari nos jubet: *vix umquam, raro.* Obſecutus ſententiae, ni fallor, Wachii, monentis, hoc Catonis dictum ἁπλῶς non eſſe verum, cum non minus tacendo, quam loquendo quis peccare poſſit. ARNTZENIUS.

Nocet eſſe locutum.] ex ſententia Nobiliſſ. Heinſii, quam proponit ad Ovid. Ep. XIV. Heroid. vſ. 64. Si per libros liceret hic emendandum eſſet: *nocet eſſe* locuto. In primis cum modo dixerat: *Nam* nulli *tacuiſſe nocet.* Sed, tacentibus libris, nil quidquam temere tentandum. Viri Eruditiſſ. dudum hujus conſtructionis exempla protulerunt ex optimis Poëtis & aliis, vid. Celeb. Oudendorpium ad Caeſarem Lib. III. Bell. Civ. Cap. I. & Fratrem Optimum J. Arntz. ad Plinii Pan. Cap. XLIV. §. 6. ARNTZ.

XIII. *Spem tibi promiſſi certam promittere noli.*] Ita habet Editio Pithoeana. Quam lectionem ad verbum Graece expreſſimus. Diſerte monet, rem promiſſam non ſtatim pro certa habendam; quod multi multa loquantur, & multa polliceantur, quae praeſtaturi non ſunt. Vulgata lectio, quam Planudes ſequitur, ita habet:

Rem tibi promiſſam certo promittere noli.

Quam plane reddere poſſumus,

Ἀσφαλέως μὴ ὑφίςασθαι, ὅ τι τις σοι ὑπίςῃ.

Planudea hiulca ſunt. Praeterea τὸ καθυπισχέσθαι, quo utitur, invenuſtiſſimum & obſcuriſſimum. SCALIGER. Noli certo promittere cuiquam, alieni promiſſi fiducia. Quod in te ſitum eſt, id praeſtare potes. Et vulgus hominum, ad pollicendum facillimum, in praeſtando ſaepe fallit. ERASMUS. Vulgatam ſequuntur Editt. fere omnes & legunt: *Rem tibi promiſſam certo* &c. Sic Aug. Vind. Euchar. Pariſ. Pulm. Tremon. Franeq. Chouet. Florent. Eraſm. Boill. Gryph. Cord. Cruc. & Scriver. exceptis illis, quae cum Scaligeri verſione & notis in dias luminis auras prodierunt, quae pleraeque vel Amſtelredami, vel Lugduni in Batavis ſunt excuſae. Corrupta etiam eſt lectio plurimorum MSS. Codicum. Leid. tert. Vet. Reg. & Chart. exhibent: *Rem tibi promiſſam certam promittere noli.* Propius tamen accedunt, Codd. ſeqq. qui ſaltem verae lectionis ſervant veſtigia, *Spem tibi promiſſam certam.* Leid. pr. Membr. Voſſ. & Cod. Turic. in quo tamen τὸ *am* in *promiſſam* ex *i* factum videri, adnotat adcuratiſſ. Hagenbuchius. *Spem tibi promiſſam certam.* Leid. ſec. dum ſola Coll. Voſſ. cum Pithoeana Edi-

XIII.

P. Στεῦτο τί σοι τὶς, μὴ σὺ τόδ᾽ αὖ ἑτέρῳ καθυπόσχῃ.
Ἡ πίστις σπανία γὰρ, πλείστων πλεῖστα λεγόντων.
S. Ἐλπίδ᾽ ἀπαγγελίης μὴ ἑτοίμην αὐτίκα ἡγοῦ·
Ἡ πίστις σπανίη γ᾽, ὅτι πολλοὶ πολλὰ λαλοῦσι.
Vel: Ἐλπίδ᾽ ὑποσχεσίης μὴ νητρεκῆ ἔμμεναι οἴε.

XIV.

Editione congruit. Quare hanc lectionem, quam & Eraſmus ſequi videtur, in textum recepimus. *Spem certam* Horat. etiam dixit carm. Saecul. vſ. 75.

Spem *bonam* certamque *domum reporto.*

Spem promittere eâdem hic fere ratione dicitur, ut *ſpem emere* apud Terent. Adelph. Act. II. Sc. II. vſ. II. Spem *pretio non* emo. Preterea notum ſatis eſt, vocabula *ſpes* & *res* haud raro in MSS. commutari. Vid. quae notavit Inluſt. Heinſ. & Celeb. Burm. ad Ovid. Lib. III. Metam. vſ. 417. ita *ſpei* pro *rei* Livio reſtituit Gronovius ad Lib. V. Cap. XII. §. 4. *Spes* proprie de futuro, *res* de praeſenti dicitur ſtatu. vid. Cl. Cort. ad Salluſt. Jug. Cap. XX. §. 12. ARNTZENIUS.

Rara fides ideo eſt,] Phaedrus Lib. III. Fab. XLVIII.

Vulgare amici nomen, ſed rara *eſt* fides.

OPITIUS. Senec. Hercule OEtaeo, Act. II. vſ. 600.

Nunc quoque caſum quemcumque times,
Fidas comites accipe fatis.
Nam rara fides, *ubi jam melior*
Fortuna ruit.

Horat Lib. I. Od. XXXV. vſ. 21.

Te Spes, *&* *albo* rara Fides *colit*
Velata panno, &c.

Ubi *Fides* Dea eſt, hoc loco pro re ponitur. Atque hoc ſenſu *rara prudentia* infra dicitur Lib. IV. Diſt. XXVII.

Rara *datur longo* prudentia *temporis uſu.*

Quomodo autem Cl. Cannegieterus hunc verſum ex Horatii loco laudato reſtituendum exiſtimaverit, operae erit videre in ejus Reſcript. Boxhorn. Cap. IX. nimirum:

Rara fides comes eſt, *quia multi multa loquuntur.*

Vellem, libri addicerent; nam uti *fides* hic *rara comes ſpei* diceretur, ſimiliter *ſpes* & *fides comites fortunae* finguntur ab Horat. Et in loco Senecae modo laud. Mulieres Calidoniae, Deïanirae ſortem deflentes, ſe fidas Deïanirae comites obferunt, licet rara ſit fides, ubi Fortuna ruat. Ceterum *τὸ eſt* exulat ab Editt. pleriſque, ut Aug. Vind. Euchar. Pulm. Tremon. Chouet. Florent. & vulgatis fere omnibus.

XIV.

Quum te aliquis laudat, judex tuus eſſe memento:
Plus aliis de te, quam tu tibi credere noli.

XV.

bus. Servat tamen Pariſ. Cord. Cruc. & Scriver. Recte etiam additur in omnibus noſtris MSS. Sic τὸ *eſt* ſaepius lapſu librariorum omiſſum vel additum reperias. vid. Pier. ad Virg. Lib. II. Aeneid. vſ. 646. Lib. III. Aeneid. vſ. 4. & recte omittitur Lib. XII. Aeneid. vſ. 669. Quam emendationem confirmat quoque collatio, quae penes me eſt. Hujus autem erroris cauſſa haec reddi poteſt, quod vocem hanc unica litera, addito tamen ſigno quodam, hoc modo *ē* ſcribere ſolebant. Vid. Erudit. Marklandum ad Statii Lib. I. Sylv. II. vſ. 183. Denique obſervetur elegans ſane ἀντίθεσις, quae eſt in vocibus iis *rara* & *multa*. ARNTZ.

Quia multi multa loquuntur.] Proverbii vicem habet: & cum Germanico optime convenit. Plerumque vulgus ait deditum rumoribus ſaltim fabulis capi, ideoque fidem eſſe raram. Hallucinantur, qui ſecus iſta exponunt. *Multi* alioquin Latinis *ſtolidi* ſunt, ut notant Viri Docti ad Plautum, BARTH. Adverſ. Lib. XXIV. Cap. IV. col. 1179. & Lib. XXVI. Cap. I. col. 1256. Cum incongruum ſermonem minuſque attendi merentem dicturi ſumus, *multorum eſſe hominum* dictitamus. Clemens Lib. VII. Recognit: *Cum multi multa dicerent, nec aliquid rati nobis eluceſceret, tam immenſum pelagus perſcrutantibus, pro multo tamen affectu pater, quem erga ſuos gerebat, paſcebatur variis ſpebus.* Dionyſius Cato:

Spem tibi promiſſi certam promittere noli;
Rara fides ideo eſt, quia multi multa loquuntur.

Hoc eſt, effraenata & inconſulta lingua eſt vulgi, nec meminerunt plerique hodie homines, quid promittant, quid negent. BARTH. Lib. XLV. Adverſ. Cap. V. col. 2063. DAUMIUS. Adi etiam eumdem Barth. Lib. VI. Adverſ. Cap. XIV. *Loquuntur*, id eſt *pollicentur*, & *jactant*: eſtque ſollemne magniloquentiae verbum. Avian. Fab. II. vſ. 1.

Pennatis avibus quondam teſtudo locuta *eſt*.

Ubi vid. Cl. Canneg. qui in hac re nobis otium fecit. Dehinc monendum, *locuntur* ſcribi in Leid. pr. ſec. & Coll. Hagenb. quod genus ſcribendi *c* pro *qu* paſſim non tantum in Codd. vetuſtis, ſed & antiquis monumentis & inſcriptionibus uſitatiſſimum fuit, de quo vide Eruditiſſ. Canneg. in Diſſ. de Stilo Avian. Cap. XX. quibus adde, quae Gudius notavit ad Phaedr. Lib. III. Fab. XII. vſ. 6. & Dauſquej. in Orthogr. Part. II. pag. 259. Sic quoque veteres vice verſa *q* vel *qu* ſcripſiſſe,

XIV.

P. Εἴ τε τις αἰνείη σε, δικαστὴς ἴσθι σεαυτοῦ,
Μηδ' ἑτέροις πείθε πλέον ἢ σαυτῷ περὶ σαυτοῦ.

S. Ἤν τις σ' αἰνέσσειε, σὺ γίγνε σεῖο δικαστής·
Μὴ πίστευ ἄλλοις περὶ σοῦ πλέον, ἢ σεαυτῷ.

XV.

pſiſſe, ubi ceteroquin litera c uſitatior eſt, docere poteſt vox *qui* pro *cui*, exempla vid. ad Avian. Praef. pag. 2. & apud Wieling. in Lection. Juris Civ. Lib. II. Cap. IX. p. 129. Arntz. ad Plin. Paneg. Cap. IV. §. 1. Apud Scalig. de Cauſſ. L. L. Lib. I. Cap. XXIV. Et in Corporis Gruteriani indice, *quae ad rem Gramm. pertinent.* Sic *qui* pro *cui* in duodecim exſtat MSS. ap. Liv. Lib. II. Cap. XXXIII. §. 8. ubj vid. Gebh. Alia habet Cl. Drakenb. ad eumdem Lib. IX. Cap. XXXIV. §. 14. & ad Sil. Ital. Lib. XII. ꝟ. 379. Eadem etiam literarum commutatio eſt in vocibus *cotidianus* & *quotidianus*, vid. Celeb. Duker. ad Flor. Lib. I. Cap. XI. §. 11. Drakenb. ad Liv. Lib. XXIX. Cap. V. in *anticum* & *antiquum* vid. Pier. ad Virg. Lib. III. Aen. ꝟ. 15. in *cur* & *quur*, ut alibi ad Propert. docet Broukh. Idem forte dicendum de vocabulis, *cum*, *qum* & *quum*, licet me non fugiat, quid de his Quinct. & ad eum Regius ſcribant, vid. quae diximus infr. ad Diſt. XXVIII. huj. Lib. Ceterum de vulgari verbo iſto, *multi multa* conſulendus eſt Cl. Canneg. in Reſcript. Boxh. Cap. IX. ARNTZEN.

XIV. *Quum te aliquis* &c.] *Qum quis te* Aug. Vind. *Cum quis te* Trem. & Eraſm. *Cum te quis* Chouet. Florent. Gryph. & Pulm. ubi tamen in Marg. idem Pulmann. notat. *Quum te aliquis. Quum te quis* Leid. ſec. Sed recepta lectio ſollicitanda non eſt, cum voces *quis*, *aliquis*, *ecquis* paſſim in Codd. commutentur, quod vitium ex compendio ſcripturae ortum videtur. ARNTZEN.

Plus aliis de te &c.] Utitur hoc Catonis Nicol. Lira introductoriis verſibus in Biblia. Laudat etiam & alludit Rad. Ardens Homil. III. Adv. XVI. a. *Et ad hoc inducitur, ut plus aliis de ſe credat, quam ſibi, cum ſcriptum ſit:*

Plus aliis de te, quam tu ti[illegible]
credere noli.

Id Homil. XL. Dom. III. Quadrag. pag. 136. b. *Sed nos fratres, ut detractores, ita & adulatores fortiter contemnamus, & plus nobis, quam aliis de nobis, credamus, & ſemper de peccatis noſtris timeamus.* Vid. & Hom. CXII. pag. 393. a. Caſſian. Praefat. in Libros de Incarn. Dom. *Malo enim de me ipſo tibi, quam mihi, credere*, &c. AEn. Silvius Epiſt.

XV.

Officium alterius multis narrare memento,
Atque, aliis quum tu benefeceris ipſe, ſileto.

XVI.

Epiſt. XLV. fol. 530. *Sed credo plus aliis, quam tibi, de te.* Goldaſt. ad Columban. pag. 123. Ex IV. Vett. Codd. & Schobingeri ſchedis legit: *plus alio de te, q. t. t. c. n.* quem vid. Columbanus, ſive Alcuinus, Monoſtichis, ỽ. 84.

Quod tibi vis fieri, hoc alio praeſtare memento.

Caniſius tamen & Delrio, qui Aldhelmo haec Monoſticha adſcribit, legunt: *alii.* Hic tamen Monoſtich. LXXVIII. edidit:

Quod tibi non optes, alio ne feceris ulli.

Ubi Goldaſtus & Caniſius *alii* Ediderunt. S. Valtrianus Cemel. Homil. XIV. pag. 154. *Quod tibi non vis, alio ne facias.* Vid. Stewech. ad Apul. Lib. VIII. pag. 832. & ad Arnob. pag. 400. DAUMIUS. Obſervanda mox elegantia eſt in geminatione illa *tibi tu*, qua de egimus ad Diſt. IV. huj. Lib. Ceterum Diſtichon hoc, ipſiuſque ſententia ex Horatio deſumta videtur. Lib. I. Ep. XVI. ỽ. 18.

Tu recte vivis, ſi curas eſſe, quod audis.
Jactamus jam pridem omnis te Roma beatum:
Sed vereor, ne cui de te plus quam tibi credas;

ARNTZENIUS.

XV. *Officium,*] Πολέεσσιν, ἀντὶ τοῦ πολλοῖς, imperite Planudes ſine adjuncto uſurpat. Nam abſolute aliquis ἀπὸ τῆς πόλεως deduxerit. Vix eſt, ut peritus Helleniſmi, ſi Latina non viderit, aliter interpretaturus ſit. Sententiam hanc Auſonius lepidiſſimo Diſticho comprehendit, & Chiloni attribuit:

Tu bene ſi quid facies, non meminiſſe fas eſt.
Quae benefacta accipies, perpetuo memento.

Sed Graeci claudunt rotundiſſime proverbiali Jambico. χάριν λαβὼν μέμνησο, καὶ δοὺς ἐπιλάθου. SCALIGER. *Officium*, id eſt, *beneficium.* Saepius ita & Antiquiores hoc verbum ea notione uſurpant, & in illis Cicero cum primis, qui in ſuo de Amicitia Libro, ſententiam hujus Diſtichi egregie expreſſit; Officia, inquiens, *meminiſſe debet is, in quem collata ſunt, non commemorare, qui contulit.* WACHIUS. Locus hic Ciceronis exſtat in Laelio Cap. XIX. Quo ſenſu hac voce Neſſus utitur ad Herculem apud Ovid. Lib. IX. Metam. ỽ. 109.

Officioque *meo ripa ſiſtetur in illa*
Haec, ait, Alcida. - - -

Plura infra vid. Lib. IV. Diſt. XLII. Sed in re leviori diutius non moramur. Τὸ *memento*, quod mox ſequitur, hic grati animi memoriam adſignificare pote-

XV.

P. Εὐποιΐην ἑτέροιο διεξέρχευ πολέεσσιν·
Εὖ δὲ σὺ ποίησας ἕτερον, σιγῇ τόδε κεῦθε.

S. Τὴν εὐεργεσίην ἄλλων ἐνὶ πλείοσι θρύλλει·
Ἢν δέ τι τοὺς ἄλλους εὖ ἕρδῃς, κεῦθε σιωπῇ.

XVI.

poterit, ut inf. quoque, Diſt. xx.

Accipito placide, plene & laudare memento.

Et ſic *memor gratum* denotat, unde *memorem & gratum* conjungit Terent. Adelph. Act. II. Sc. II. ℣. 43. *Scio, te non uſum eſſe antebac amicitia mea:* Memorem *me dices eſſe* & gratum. Ubi videndus noviſſ. Editor. Cl. Trotz. de Memor. Propag. Cap. I. p. 4. & Gudius ad Phaedr. Lib. IV. Fab. XXIV. ℣. 13. Hinc etiam *meminiſſe* dicitur is, qui gratus eſt, ut in loco illo Ciceron. de Amic. Cap. XIX. modo ad partes vocato. & *inmemor*, qui pro accepto beneficio grates non agit. Ovid. Lib. X. Metam. ℣. 682.

--- *Nec grates* inmemor *egit,*
Nec mihi tura dedit.

Inde quoque Terent. Andr. Act. I. Sc. I. ℣. 13. *Quod babui ſummum pretium, perſolvi tibi.* SO. in memoria habeo. Ceterum ad mentem hujus Diſtich. pertinet locus Horat. Lib. IV. Od. VIII. ℣. 21.

Si chartae ſileant, quod bene feceris,
Mercedem tuleris.

& Martial. Lib. V. Epigr. LII. ℣. 3.

Incipio quoties alicui tua dona referre,
Protinus exclamat: dixerat ipſe mihi.

Et mox ℣. 7.

Crede mihi, quamvis ingentia, Poſtume, dona
Auctoris pereunt garrulitate ſui.

Sall. Bell. Catil. Cap. IX. *Sua ab aliis benefacta laudari, quam ipſe aliorum narrare malebat.* Terent. Act. I. Sc. I. ℣. 16. *Nam iſtbaec commemoratio quaſi exprobratio eſt inmemoris beneficii.* Adde, quae ad hunc Terent. locum Vir Doctus nuper Urſino & Graevio ad Cicer. de Amic. Cap. XIX. ſublegit, qualia & plura flagitia ſervant Acta Eruditorum Lipſienſium, Menſ. Jun. ann. 1726. ARNTZEN.

Atque aliis cuum tu benefeceris, ipſe ſileto.] Τὸ *ipſe* plebejum eſt in hac quidem ſcriptura. At ego auctor ſim vetuſtiſſimae editionis Florentinae, quae & Romanam illam alias principem anticipavit, auctoritate reponendum:

Atque aliis quantum *benefeceris ipſe, ſileto.*

Stat tamen a vulgata Planudes. BARTH. Lib. Adverſ. col. 1179. Doctiſſ. Almelovenius ad marginem Exemplar. ſui hanc Bar-

thii

XVI.

Multorum quum facta ſenex & dicta recenſes,
Fac tibi ſuccurrant, juvenis quae ſeceris ipſe.

XVII.

thii Sententiam hoc modo notarat: *Sic Planudes: lege, atque aliis quantum benefeceris ipſe, ſileto. Ex Vetuſtiſſ. Edit. Florent. quae Romanam alias principem antecedit.* Cui emendationi calculum adjicit Scriver. in ſua Edit. Attamen minus nobis placet, licet ultro concedamus, *quam tu* facillime commutari potuiſſe in *quantum* vid. quae diximus ſupr. ad Diſt. XII. Ratio eſt, primo, quod nec Codd. MSS. nec Editt. noſtrae huic lectioni adſurgant. *Si tu forte aliis b. i. s.* Leid. pr. *Atque cum aliis b. i. s.* Leid. ſec. Utraque vero lectio corrupta eſt. Reliqui Codd. vel ſaltem collationes, typiſque expreſſae Editt. nihil mutant. Quod ad confirmandam receptam a nobis lectionem haud parum confert. Sola tamen Edit. Aug. Vind. ita ſcribit & diſtinguit. *Atque aliis qum tu benefeceris, ipſe, ſileto.* certe vitioſe. Ut autem recte ibi diſtinguatur, delenda erit interpunctio ante *τὸ ipſe*, quemadmodum nos edi curavimus. Secundo loco ideo minus adridet Barthii ex Edit. Florent. ementatio, quod ipſe Auctor noſter pronomina haec *tu ipſe* ſaepius conjungere ſoleat. Unum dabimus pro multis Lib. I. Diſt. XXX.

Quae culpare ſoles ea tu ne ſeceris ipſe.

Quod eleganter facit ad emphaſin. Terent. Hecyr. Act. V. Sc. II. ℣. 18. *An, quia non* tute ipſe *dudum audiſti, de hac re animus meus ut ſit, Laches?* qualem pleonaſmum amant in primis Comici, ut Plaut. & Terent. infinitis locis abunde teſtantur. vid. etiam Cic. de Amic. Cap. VII. *Qui illis aeque, ac* tu ipſe, *gauderet.* Serv. ad Virg. II. Aeneid. ℣. 667. hoc itaque Auctor dicit: *Alterius narra beneficium, ſed ſileto, quum tu ipſe benefeceris aliis.* Vis utique in his eſt, *alii narrent*, ſed *tu ipſe ſileto.* ARNTZENIUS.

XVI. *Multorum*, &c.] Hic in Planudeanis ſtrenuo Oedipo opus eſt. Et magna me inceſſit admiratio hominis hallucinantis. Ne minimum quidem odoratus eſt, quid vellet Auctor. Ut taceam λέξιν βαρβαρίζουσαν ἢ ἀνελλήνιστον. SCALIGER. Senes, qui multa viderunt & audierunt, multorum dicta factaque ſolent referre: ſed curandum eſt, ut ita nos geramus in juventute, ut in ſenectute ſuccurrat nobis, non ſolum quid alii recte dixerint, aut fecerint, verum etiam quid nos ipſi. ERASM. *Recenſes* hoc loco non eſt *narras* aut *repetis*, ut Planudes & Scaliger, aliique enarratores ſcripſerunt; ſed a *cenſendo* ſeu judicando ductum. Senes enim mi-

XVI.

P. Ἔργα λόγους τε διηγήσῃ πολλῶν περὶ γῆρας·
Τοῖά δε γοῦν, νέος ὤν, ἔρδ', ὄφρ' ἀλέγῃς τὰ σὰ τῆμος.

S. Πολλὰ γέρων πολλῶν μεμνημένος ἔργα λόγους τε,
Ἐνδυκέως μέμνησο, τάπερ νέος * ὤν ποτ' ἔοργας.

* Vel. αὐτὸς ἔπραξας.

XVII.

mirum in modum juniorum vitiis cenſendis & notandis ſunt ingenioſi. Ergo ait vitio iſti ita ſenibus indulgendum, ut memores maneant geſtorum a ſe ipſis annis viridioribus. Haec niſi ſententia eſt, (non autem erit gnaris antiquitatis alia,) omnino non vulgaris, ſed plane inepta eſt. Poteſt enim tam vitioſae laudis monitor eſſe, quam ſibi ſenes alioqui facile indulgent, quam meriti praeconii. Quod ab alio tamen exſpectandum. BARTH. Lib. XXIV. Adverſ. Cap. IV. col. 1179. *Recenſes* hoc loco a *cenſendo* ſeu judicando, non a narrando aut repetendo ductum exiſtimat Nobiliſſimus Barthius. Nos, antequam hanc ejus ſententiam vidimus, Planudis & Scaligeri interpretationem ſequuti ſumus. OPITIUS. Omnes Codices tam calamo exarati, quam typis expreſſi receptam ſervant lectionem. *Reprendes* pro *recenſes* conjiciebat Doctiſſ. Almelov. qua tamen ipſius conjectura, quamvis non multum a ductu literarum recedat, facile carere poſſumus; Nam notiſſimum, puto, eſſe, verba compoſita pro ſimplicibus frequenter admodum ab omnium temporum Scriptoribus non ineleganter adhiberi, cujus rei infinita exempla adnotari poſſent, cum Cicer. Sueton. Nepos aliique paſſim ita loqui amant. Sic Juſt. Lib. II. Cap. VI. §. 20. *Ibi in turba obſiſtentium a milite, quem falce aſtu* convulneraverat, *interficitur*. Prop. Lib. I. Eleg. IV. ✝. 27.

--- *maneat ſic ſemper* adoro.

Ubi compoſitum *adorare* pro ſimplici *orare* ſaepius alibi occurrere contra H. Valeſium optime docuit Janus Broukh. *deputare* pro ſimplici *putare* dicitur apud Cicer. de Senect. Cap. VIII. In primis tamen, quod hoc loco notari velim, τὸ *re* in compoſitione abundat. Terent. Andr. Act. III. Sc. II. ✝. 28. *Id ego jam nunc tibi* renuncio &c. ubi Donat. *Re ſyllaba apud veteres interdum abundat: unde modo* renuncio *pro* nuncio. *&* *Cicero* renunciatur *mibi*. Juſt. Lib. II. Cap. X. §. 21. *Diis patriae ultoribus poenas* repetentibus. & Lib. IX. *Cujus ſororem nuper, expulſa Alexandri Matre Olympiade, propter ſtupri ſuſpicionem*

nem in matrimonium receperat. Cum tamen Philippus Attali ſororem antea uxorem non habuerat. Idem Lib. ix. Cap. iv. §. 7. Lib. xi. Cap. x. §. 4. & Cicero, qui Lib. ii. ad Att. Ep. xxii. princ. utitur phraſi *in amicitiam accipere*, Epiſt. tamen xx. de eadem receptione atque eodem homine verba faciens, dicit: *Numeſtium ex literis tuis, ſtudioſe ſcriptis, libenter in amicitiam* recepi. Flor. Lib. iii. Cap. ix. §. 1. *Aderat fatum inſularum: igitur & Cypros* recepta *ſine bello.* Egeſippus Lib. ii. de Bello. Judaic. Cap. ix. paullo poſt medicum: *Quis tot gentium Populos numero* recenſeat. ubi ſolus ex meis Cod. Hav. incaſſum legit: *numero cenſeat.* Videatur etiam Phaedr. Lib. i. Fab. xii. ℣. 3. & Lib. iii. Fab. vii. ℣. 5. eodem Lib. Fab. xiv. ℣. 2. Pluribus vid. Principem Grammaticorum Serv. ad Virgil. Lib. iii. AEn. ℣. 333. Sagaciſſimum Dukerum ad Flor. Lib. ii. Cap. xv. §. 12. in primis autem ad Lib. iii. Cap. xi. §. 11. & Cortium ad Sall. Jugurth. Cap. iv. §. 9. adeo ut dicendum ſit, hanc praepoſitionem veteres pro lubitu verbis addidiſſe vel detraxiſſe; & hinc ſaepe adverbia *rurſus* vel *iterum* verbis cum *re* compoſitis ambiguitatis vitandae gratia addiderunt, quod dudum monuerunt lexicographi; ſic quoque ap. Terent. Adelph. Act. iv. Sc. i. ℣. 9. *Prius nox oppreſſiſſet illic, quam huc* reverti *poſſet* iterum. ubi vid. Weſterh. & Parei lexic. Plaut. adde alium locum in Eunuch. Act. iv. Scen. ii. ℣. 6. Redeo rurſum, *male vero me habens.* Phorm. Act. v. Sc. vii. ℣. 29. *Atque illud mihi argentum* rurſum *jube* reſcribi *Phormio*; Juſtin. Lib. xiv. Cap. iii. §. 8. *Ab ipſa miſſione* rurſus *in novam militiam inmenſaque bella* revocavit. & Sueton. Caeſar. Cap. xx. Sed quid in hiſce operam ludimus? dudum certe hac in re nobis otium fecit Eruditiſſ. Drakenb. ad Liv. Lib. ix. Cap. xxvii. §. 1. Cl. Duker. ad Flor. Lib. i. Cap. iii. §. 9. Caſaub. ad Suet. in Caeſare Cap. xi. Adde Cl. Canneg. ad Avian. Fab. xviii. ℣. 4. & Burmann. ad Nemeſian. Cyneget. ℣. 197. Non dubitandum tamen, quin praep. *re* ſignificationem verbi ſimplicis nonnumquam fortius intendat, & reddat verbum, quaſi frequentativum. vid. Cl. Burmann. ad Phaedr. Lib. iv. Fab. xvii. ℣. 26. Edit. noviſſ. *Recenſere* itaque recte Auctor noſter pro ſimplici *cenſere* dixit; de cujus verbi ſignificatione, qua hoc loco ſumi debet, & ex Cenſu Romano, & ex iis, quae Bernecc. & Gronov. ad Juſtin. Lib. ix. Cap. ii. §. 9. notarunt, nota ſatis ſunt omnia. Si quis tamen cum Planude, Scaligero & Eraſmo, τὸ *recenſere* per verbum *narrare*, *repetere* vel *animo ſecum reputare* exponere maluerit, non quidem magno opere repugnarim; hoc tamen conſtat, energiam ſententiae tum longe eſſe infirmiorem; non ſolum enim ſenes ſolent *narrare*, ſed etiam

re-

re, & acriter ſaepe re-
ıdere facinora ſuorum.
lus de Art. Poët. ✝.

ficilis, *querulus*, *laudator*
mporis acti
uero, *Cenſor caſtigatorque*
inorum.
nian El. 1. in Catal. Pi-
. 429.
dat praeteritos, *praeſentes*
ſpicit annos.
lum ejus rei habemus a-
erent. Heaut. Act. 1. Sc.
58. Ubi difficilis Mene-
: *Ego iſtuc aetatis non a-*
peram dabam, *ſed in A-*
nc abii. &c. Quamvis vi-
hoc non tam ſenectutis,
morum habendum ſit,
Catone Majore de Sene-
ap. xviii. Non poſſum
non, quin Lectorem
admoneam, aliquid ſca-
mea quidem ſententia,
τῶν multorum, quid, ſi
legamus? Sed nihil e-
nſtituo. Neque enim iis
ſeri velim, qui, nullos
i artiſve limites adnoſ-
, & Codicum MSS. le-
negligentes, conjectu-
iae ſimilibus Scriptorum
ſatis confirmari exiſti-
nimium indulgent, no-
novos fere & antea in-
os Scriptores procurant.
TZEN.

tibi ſuccurrant,] Vide
erum ad Lib. ix. Plinii
xii. pag. 200. DAU-
. Id eſt, *ſuccurrant ti-*
fac enim eleganter hic
; ut alias apud no-
ſaepe. Quem pleonaſ-
mum amarunt etiam Plautus, Terentius, Cicero, Nepos, aliique maxime idonei Latinae linguae Auctores. Diſertiſſimus Buchnerus in ſuo de commutata ratione dicendi libello pag. 323. id loquendi genus *μακρολογίαν* & *productionem* vocat. Ceterum & hoc *παιδαρίων ἕνεκα* monendum, voculam *ut* per ellipſin quoque eſſe omiſſam, quae interdum addi ſolet, uti videre eſt ex Tullii Lib. xiv. Epiſt. xxiv. ad Famil: *Valetudinem tuam fac* ut *cures.* WACHIUS. Nihil hic mutant Codices vel Editiones. *Succurrant*, id eſt, *in mentem veniant.* Cic. Lib. xvi. Famil. Ep. xxi. *Deinde illud etiam mihi* ſuccurrebat, *grave eſſe*, *me de judicio patris judicare.* Idem Lib. xi. Ep. 1. adde Serv. ad Virg. Lib. ii. AEneid. ✝. 317. ARNTZEN.

Juvenis quae feceris ipſe.] Huc omnino pertinere videntur, quae Plutarchus diſputat Lib. *περὶ παίδων ἀγωγῆς*, ſeu de liberorum educatione, p. m. 13. *οὐδὲ γὰρ ἂν πάλιν*, inquiens, *τοὺς πατέρας ἔγωγε ἀξιῶ, τελέως σκληροὺς, καὶ τραχεῖς εἶναι τὴν φύσιν, ἀλλὰ πολλαχοῦ καὶ συγχωρῆσαί τινα τῷ νεωτέρῳ τῶν ἁμαρτημάτων καὶ ἑαυτοὺς ἀναμιμνήσκειν ὅτι ἐγένοντο νέοι.* Quae verba Xylander ita vertit: *Nam & Parentes viciſſim ego nolim uſque quaque duro eſſe & aſpero ingenio, ſed ſaepe numero eos quorundam peccatorum gratiam facere adoleſcentibus, ſibique ipſis ſuam adoleſcentiam revocare in memoriam.* WACHIUS.

XVII.

Ne cures, ſi quis tacito ſermone loquatur;
Conſcius ipſe ſibi de ſe putat omnia dici.

XVIII.

Quum fueris felix, quae ſunt adverſa caveto:
Non eodem curſu reſpondent ultima primis.

XIX.

XVII. *Ne cures* &c.] *Nec cures* Coll. Voſſ. & Leid. ſec. male; non enim ſolet Auctor Diſticha conjungere. Praeterea ſollemnis hic eſt amanuenſium error. vid. Gronov. ad Juſtin. Lib. XXXVIII. Cap. IV. §. 2. Jacob. Gronov. ad Livium Lib. II. Cap. XVI. §. 9. Cl. Drakenb. ad eumdem Lib. IV. Cap. III. §. 2. Celeberr. Burmann. ad Ovid. Lib. I. Art. ℣. 343. & ad Lib. III. Amor. El. VI. ℣. 63. Nec aliter *ne quidem* & *nec quidem* in veteribus libris commutari docuit Cl. Duker. ad Flor. Lib. II. Cap. III. §. 4. & Lib. II. Cap. V. §. 3. quibus adde Eruditiſſ. Bentl. ad Horat. Lib. II. Sat. III. ℣. 262. & Cl. Drakenborch. ad Liv. Lib. III. Cap. XLVIII. §. 7. Immo has eaſdem turbas in eodem hoc Auctore ſaepius dederunt properantes librarii, quod jam plus ſemel monere memini. Ceterum *tacito ſermone loqui* hic eſt *ſubpreſſa*, *non clara voce loqui*, quod Cicero, Livius aliique dicunt *capita conferre*. *Murmurare* vocat Oroſ. Lib. I. Cap. VI. *quamquam quod de temporibus Chriſtiani rari*, & *hoc in angulis* murmurent, &c. Eodem ſenſu *tacito ſuſurro vota concipere* dixit Lucan. Lib. V. Pharſal. ℣. 104.

> - - *Haud illic* tacito *male* vota ſuſurro
> Concipiunt.

Ubi Scholiaſtes notat: *Unde bene dicit ſuſurro, quia orantes non aperte orant, vel quia iniqua precaturus tacite ſuſurrabat.* Omnino aliter *tacita* dicuntur *ſuffragia*, quae ex lege tabellaria introducta ſunt. vid. Plin. Lib. III. Epiſt. XX. ARNTZEN.

Conſcius ipſe ſibi &c.] Freydanck, Proverbiis Cap. XXVII. ℣. 9.

> *Fur de re tacita, ſi quando loquuntur amici,*
> *Conſcius ipſe ſibi, de ſe putat omnia dici.*

DAUMIUS. Uſurpatur hic in malam partem; Terentius contra ea in bonam adhibet Eun. Act. I. Sc. II. ℣. 119: *Ego pol, quae mihi ſum conſcia, hoc certo ſcio, neque me finxiſſe falſi quidquam, neque meo cordi eſſe quemquam cariorem hoc Phaedria.* Ceterum male hunc verſum ex Auſonio citat Rudolphus Goclenius Lib. II. Probl. Grammat. pag. 135. Quem errorem etiam errarunt Baptiſta

Pius

XVII.

P. Μὴ μελέτω σοι εἴ τινι τὶς κρύφα κοινολογῆται·
Πᾶς γὰρ ὑπαίτιος ὢν, ἁυτοῦ πέρι πάνθ' ὑφορᾶται.
S. Τοῦ κρυφίως μή σοι μελέτω τινὶ κοινολογοῦντος·
Πᾶν ὑφορᾶ καθ' ἑαυτοῦ, ὃς αὐτῷ φαῦλα σύνοιδε.

XVIII.

P. Εὖ πράττων σύγε, καὶ τἀναντία πάντα φυλάσσου·
Οὐ γὰρ ἀεὶ τάγε λοίσθια τοῖς προτέροισι συνᾴδει.
S. Ἐν ταῖς εὐτυχίαις τὰ τύχης ἑτερόῤῥοπ' ἄλευε·
Οὐχὶ τὰ λοίσθι' ἀεὶ τοῖς πρώτοις ἐστὶ συνῳδά.

XIX.

Pius & Guilhelmus Canterus, qui perperam carmina Catonis noſtri Auſonio adſcripſerunt, unde & Cl. Gerhardo Johanni Voſſio Inſtitut. Orat. Lib. v. Cap. xiii. pag. 412. eo nomine recte notati ſunt. WACHIUS. Recte hic Wachius notat, *conſcium* κατ' ἐξοχὴν dici in malam partem. *Conſcius* nempe *flagitii* aut *facinoris*. Sic Salluſt. Catil. Cap. xiv. §. 3. *poſtremo omnes, quos flagitium, egeſtas*, conſcius animus *exagitabat*. Ubi vid. Cl. Cortium & quos ille citat. Adde tamen locum Terent. Phorm. Act. i. Sc. iii. ℣. 4. *Rogitas? qui tam audacis facinoris mihi* conſcius *ſis*? Non poſſum autem non, quin huc adducam notiſſima ſed & utiliſſima Horatii verba. Lib. i. Epiſt. i. ℣. 60.

--- Hic murus aëneus
eſto,
Nil conſcire ſibi, nulla pallescere culpa.

Namque ex praeceptis Stoicorum mens recti conſcia bonis eſt pro praemio, etiamſi nulla ſint praemia.. Videatur Serv. ad Virg. Lib. i. Aeneid. ℣. 604. ARNTZENIUS.

XVIII. *Quum fueris felix,*] Infra Lib. iv. ℣. 26. DAUMIUS. *Qum* vel *Cum fueris* Editt. antiquiſſimae. vid. infr. Diſt. xxviii. *baveto* pro *caveto* Coll. Voſſ. *abeto* Veterr. Reg. perperam, quemadmodum *avere* & *babere* ſaepius commutantur, ut docet Cl. Graev. ad Flor. Lib. ii. Cap. xii. §. 5. & alibi. Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. Lib. xv. ℣. 373. & Lib. xvi. ℣. 209. Jac. Cujacius Lib. i. Obſ. & Emend. Cap. xv. Sane *B*. & *V*. ſaepius fuiſſe permutatas, nemo hodie ignorat. Vid. Cort. ad Sall. Catil. Cap. xxxv. §. 6. & Bongarſ. ad Juſt. Lib. xviii. Cap. iv. §. 5. Im-

XIX.

Quum dubia & fragilis ſit nobis vita tributa,
In mortem alterius ſpem tu tibi ponere noli.

XX.

mo has literas olim promiſcue uſitatas fuiſſe, ex inſcriptionibus & aliis docet Cl. Canneg. in Diſſ. de Stilo Aviani pag. 257. & ſeqq. Ceterum Boxhornius, qui data ſaepe opera in hunc Auctorem injurius eſt, tautologiam haec ſapere clamat. *Idem etenim*, ait, *dicitur Lib.* IV. *Diſt.* XXVI. Sed fallitur Vir Eruditus; hic enim unice docet *in proſperis adverſa eſſe cavenda:* In Diſticho vero modo ab eo allegato monet praeterea in *adverſis proſpera eſſe ſperanda.* Sed notari velim profecta haec eſſe ex diſciplina Stoicorum aliorumque, quorum ſectae admodum addictus fuit noſter, qui providendo & cavendo triſtes fortunae vices effugere conabantur. Hinc legimus apud Terentium in Phorm. Act. II. Sc. I. ✠. 10. *Quamobrem omnes, quum ſecundae res ſunt maxime, tum maxime meditandum ſecum oportet, quo pacto adverſam aerumnam ferant.* Ubi adſcripſit nonnulla Weſterh. Huc pertinet quoque illud Horat. Lib. II. Od. X. ✠. 13.

Sperat infeſtis, metuit ſecundis
Alteram ſortem bene praeparatum
Pectus. &c.

ARNTZENIUS.

Non eodem curſu &c.] Συνεκφώνησις, ut γραμματικῶν παῖδες loquuntur, nec Veteribus inuſitata. Virg. Lib. XII. Aeneid. ✠. 13.

Uno eodemque *tulit partu paribusque revinxit*
Serpentum ſpiris, ventoſaſque addidit alas.

Exempla bene multa vide in libello Erythraei de lic. & dilig. Carm. Virg. Editioni ejus praemiſſo, pag. 38. nec non in Mantiſſa Lucretiana ex collectaneis Oberti Gifanii, Editioni Danielis Parei annexa. WACHIUS. Malſcius monet in praefatione ſua: *Utroque modo legitur, non ſimili curſu; non eodem curſu: ſed illud ſuavius.* Illud autem quibus legerit Codicibus neſcio, non certe meis. Audi hominis verba paullo praecedentia: *Ceterum neque hoc diſſimulandum videtur, ſubaudiebar a me factum exiſtimari, quod in diſtichis Catonianis ſubinde deceſſerim ab lectione recepta, praeſertim nullis adjutus MSS. auctoritatibus, ſola conjectura ſuffultus.* Mira ſcilicet Viri modeſtia! Τὸ *eodem*, ut videtur, in dimetiendo verſu concoquere non potuit. Propert. Lib. II. Eleg. VII. ✠. 88.

Hoc eodem *ferro ſtillet uterque cruor.*

Et in multis aliis συνίζησις locum habet, vid. quae notarunt Viri docti ad Phaedr. Lib. I. Fab. III. ✠. 7. & Rittersh. ad

XIX.

P. Ἀμφιβόλȣ τε καὶ ἀδρανέος βίȣ ἄμμι δοθέντος,
Εἰν ἑτέρȣ θανάτῳ μὴ ἐλπίδα σὴν ποτε θείης.

S. Εἴγε μινυνθάδιος βίος ἐςὶ καὶ ἄςατος ἡμῶν,
Ἐν μόρῳ ἀλλοτρίῳ τὴν ἐλπίδα σου μὴ ἀναρτᾷν.

XX,

ad eumdem Lib. II. Fab. III. ✝. 1. adi etiam Burmann. ad Lib. II. Phaedr. Fab. IX. ✝. 4. ARNTZENIUS.

XIX. *In morte alterius*] Citat Salesber. Epiſt. CLXXI. pag. 276. Confer. cum Diſticho XIV. Lib. IV. DAUMIUS. *In mortem* Vet. Chart. Memb. Voſſ. Vet. Reg. Leid. ſec. & tert. Quare ex conſenſu plurimorum MSS. hanc lectionem in textum recepimus; nam, licet hoc ſit contra regulas Grammaticorum, purae tamen & nitidae latinitatis auctores hanc praepoſitionem vel cum quarto vel cum ſexto caſu hoc ſenſu promiſcue uſurpaſſe, facile mihi perſuaderi patior. Sic eſt apud Terent. Andr. Act. 1. Sc. 1. ✝. 102. In ignem *impoſita eſt.* Similiter *inponere in caput* & *in capite* ſatis latine dici docuerunt Viri Docti ad Liv. Lib. I. Cap. XVIII. §. 8. Edit. Drak. Et hodie ſatis notum eſt, praepotionem hanc haud ſemel cum quarto caſu occurrere, ubi ceteroquin ſecundum Grammaticorum dogmata, ſed ſaepe admodum lubrica, ſextus requireretur. Quod quemadmodum multis haud inuſitatum, ſic Juſtino valde in deliciis fuit, vid. quae Viri Docti notarunt ad Lib. III. Cap. I. §. 1. Id. Lib. VII. Cap. VI. §. 11. *Qui ſororem Olympiadis Troada* in matrimonium *habebat.* & Lib. XVII. Cap. II. §. 4. Curt. Lib. III. Cap. V. §. 10. *Quippe Darium quinto die* in Ciliciam *fore nunciabatur.* Ubi alia notat Piticſ. adde Lib. IV. Cap. II. §. 4. Similiter *eſſe in poteſtatem*, *in honorem* Plaut. Liv. Ovid. Sueton. aliique dixerunt, uti dudum notavit Gronov. ad A. Gell. Noct. Attic. Lib. I. Cap. VIII. n. 43. Contra eadem haec praepoſitio cum caſu ſexto ſaepiſſime in optimis Scriptoribus obvia eſt, ubi dura Grammaticorum dogmata quartum requirunt. *Venire in poteſtate* dixit Liv. Lib. VII. Cap. XL. §. 1. ubi vid. Drakenb. & iterum Lib. IX. Cap. XXIV. §. 3. *Venire in conſpectu* apud eumdem Drakenb. ad Liv. Lib. XXXV. Cap. XXVII. §. 4. *in Coelo recepta*, *in parte tori recepta* apud Burmann. ad Ovid. Lib. II. Met. ✝. 529. Sed taedet plura notare. Si cui haec parum ſufficiant, inſpiciat, quae de hac re Viri Eruditiſſimi notarunt. Cl. Burmann. ad Phaedr. Lib. V. Fab. I. ✝. 15. idem ad Vellej.

XX.

Exiguum munus quum dat tibi pauper amicus,
Accipito placide, plene & laudare memento.

XXI.

Vellej. Paterc. Lib. I. Cap. III. Cl. Drakenb. ad Liv. Lib. I. Cap. XXVI. §. II. Cl. Duker. ad Flor. Lib. III. Cap. XX. §. 8. alibi. Cl. Cortius ad Sall. Catil. Cap. XLII. Cl. Canneg. in Diſſ. de ſtilo Avian. Cap. XIX. Voſſ. de Art. Grammat. Lib. VII. Cap. LXVII. Hoppius ad Inſtit. Lib. I. Tit. XIII. §. I. Linac. de Emend. Struct. Lat. Sermon. Lib. VI. p. m. 531. & denique Frater conjunctiſſ. ad Aurel. Victor. V. Ill. Cap. VI. §. 9. aliiſque locis. Recte autem hoc inter Helleniſmos referunt; pariter enim Graecos & in primis Atticos εἰς pro ἐν uſurpaſſe, & diſcrimen, quod Grammatici inter utraque eſſe conſtituerunt, neglexiſſe abunde Viri Docti docuerunt, vid. Majum in Obſerv. Lib. II. Cap. XIII. & Clariſſ. Drakenb. ad Liv. Lib. II. Cap. XIV. §. 4. Adde quae notavit Eruditiſſ. Oudendorpius ad Frontin. Lib. I. Cap. V. n. 104. alia etiam exempla reperiuntur, ſi bene memini, in Vechneri Hellenolexia. *Nobis ſit vita* tranſpoſitis vocibus habet Edit. Pariſ. *Sit nobis via tributa* perperam Boill. ARNTZEN.

XX. *Exiguum munus*] Et hic quoque βαρβαρίζει. δῶρον ἐγγυαλίξαι, ἀντὶ τῦ δωρήσασθαι. Certe ego poſſum donare librum Sempronio, & tradere Maevio, qui Sempronio ferat. Quantum differunt! SCALIG. Munera ſunt aeſtimanda non ſuo pretio, ſed animo donantis. Ita legimus, ſummos principes aquam manu cava hauſtam, & malum oblatum, ſumma cum alacritate, perinde ut maximum munus accepiſſe. (*Accipito placide*) alacri vultu, ut oſtendas tibi gratum eſſe. (*Et plene*) id eſt, non maligne, ſed candide, ut prae te feras, pro exiguo munere te multum debere. ERASMUS.

Quum dat &c.] *Quum det* Vet. Chart. & Membr. Voſſ. reliqui autem Codd. & Editt. vetuſtae pro recepta lectione unanimi pugnant conſenſu. Ceterum *pauper* hoc loco dici videtur, qui medius eſt inter egenum ac divitem, cui, cum nihil eſt, nihil deſit tamen, quo ſenſu vocabula *pauper* & *paupertas* apud Scriptores paſſim occurrere multis non ago, utpote quod larga exemplorum copia docuit Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. Lib. I. Punic. ỷ. 604.

- - - - *Caſtaque beatos*
Paupertate *patres*.

& ſic ſaepiſſime loquitur Horatius. Bis una eademque Oda, quae eſt XXIX. Lib. III.

Plerumque gratae divitibus vices,
Mundaeque parvo ſub lare pauperum

Cenae

XX.

P. Εἴ σοι δῶρα πένης φίλος εὐτελῆ ἐγγυαλίξοι,
Δέχνυσό τ' ἀσπασίως, κἀκείνῳ δὴ χάριν ἴσχειν.

S. Εἴ τι σοι ἀκτέανος φίλος εὐτελὲς ὤπασε δῶρον,
Δέχνυσαι εὐμενέως καὶ ἐπαίνεσον εὔφρονι θυμῷ.

Vel. Δέχνυσθ' εὐμενέως &c.

XXI.

Cenae - - -
Et ibid. ℣. 53. ubi de Fortuna:
- - - - *Si celeres quatit*
Pennas; reſigno quae dedit, & mea
Virtute me involvo, probamque
Pauperiem *ſine dote quaero.*

Hinc *paupertas* & *parſimonia* junguntur apud Liv. in Praef. §. 11. *Nec ubi tantus ac tam diu paupertati ac parſimoniae bonos fuerit.* ARNTZENIUS.

Accipito placide, plene & laudare memento.] Scribe, *plene at.* placide cape, at plene lauda. Captavit alliterationem vocum. BARTH. col. 1180. Ita Philiſtion, ſeu Philemon potius, in commiſſione cum Menandro:

Ἅπαν διδόμενον δῶρον, εἰ καὶ μικρὸν ᾖ,
Μέγιστόν ἐστι μετ' εὐνοίας διδόμενον.
Quodcunque munus, quamlibet id exile ſit,
Animo benigno ſi datur, ſit maximum.

Interprete Rutgerſio. OPIT. Utitur hoc Diſticho Paulus Geneander Lib. III. Epiſt. Eob. Heſſi a Camerario editarum, O. 8. b. DAUMIUS. Particula & exulat a Membr. Voſſ. Veterr. Reg. Coll. Voſſ. & Leid. pr. & ſec. nec non Cod. Turic. quemadmodum ſaepius feſtinantes nimium, unique lucro inhiantes librarii eamdem temere omittere ſoliti fuerunt. vid. Cl. Burmann. ad Phaedr. Edit. nov. Lib. IV. Fab. IV. ℣. 44. & alibi. adde Pier. ad Virgil. Lib. I. Aeneid. ℣. 562. & Lib. III. Aeneid. ℣. 6. Quare hoc loco auctoritate unius Codicis Vet. Chart. & Editt. omnium (niſi quod quaedam, inter quas illa Scriver. verborum ordinem invertentes & *plene* exhibent) particulam & ſervandam exiſtimavi, pro qua ſententia rationem dictionis ſatis militare putem. *At* pro & cum Barth. legendum ad marg. exemplaris notarat doctiſſ. Almelov. Sed invitis libris atque membranis vetuſtis nil facile innovandum. Voculas tamen has aliquoties commutari, nemo inficias ibit, & ſi quis uſum MSS. habeat, centies expertus eſt, vid. Cl. Burmann. ad Ovid. Lib. VI. Faſt. ℣. 86. Drakenb. ad Liv. Lib. IV. Cap. XLVIII. §. 5. Ceterum

XXI.

Infantem nudum quum te Natura crearit,
Paupertatis onus patienter ferre memento.

XXII.

terum *placide accipere* idem fere eſt, quod Ovid. ait Lib. II. Faſt. ℣. 27.

- *Et* placido *paullum mea munera* vultu
Reſpice.

In phraſi vero *plene laudare* imitari videtur Horat. Lib. II. Ep. II. ℣. 10.

Multa fidem promiſſa levant, ubi plenius *aequo*
Laudat *venales qui vult extrudere merces.*

Pleniore ore aliquid laudare dixit Cicer. Lib. I. de Offic. Cap. XVIII. Quod Galli a Latinis mutuati ſunt & ad rivulos deduxerunt ſuos *louer a pleine bouche*. vid. Vorſt. de Latin. falſ. ſuſpect. Cap. IV. pag. 31. *Plene noviſſe* eſt apud Egeſippum Lib. II. Bell. Jud. Cap. II. *Niſi, comperto eo, Caeſar ad ſe eum perduci ocius per Geladum quemdam, qui Alexandrum* plene noverat, *praecepiſſet.* Ubi pro *Geladum* Collatio Gronoviana, quae penes me eſt, ſcribit *Celadum*, atque ita in genuina hac lectione Codici Gualteriano adſtipulatur. Neque aliter adject. *plenus* cum ſubſtantivis jungitur. *Plena dignitas* apud Flor. Lib. IV. Cap. IV. §. 2. *Ipſe* plenae *ex commilitio Caeſaris* dignitatis. *Plene* autem his ſimilibuſque locutionibus eſt *perfecte, ut nihil deſideretur*, quare Cicero Lib. I. de Orat. Cap. LIV. duo haec vocabula *plene* & *perfecte* conjungit: Perfecte pleneque *eruditus*. & Lib. I. de Offic. Cap. XV. *Cum* perfectis *hominibus* pleneque *ſapientibus*. ARNTZENIUS.

XXI. *Infantem nudum* &c.] Nihil laudabile in Planudeanis. Rurſus βαρβαρίζει, quum φόρτον ἀείρειν, quod eſt onus tollere, ponit pro tolerare, quae eſt ἀκυρολογία non ferenda. Diſcrimen tollendi & tolerandi pulchre nos docet Heſiodus in verbis φέρειν καὶ ἀεῖραι.

--- κῦφη μὲν ἀεῖραι
Ῥεῖα μάλ', ἀργαλέη δὲ φέρειν,
χαλεπὴ δ' ἀποθέσθαι.

SCALIGER. Diſtichon hoc non adnoſcunt Vet. Reg. Coll. Voſſ. nec Leid. ſec. Cum tamen reliqui Codd. Editioneſque ad unam omnes idem ſervent, nulla ſane eſt cauſſa, cur ejiceretur, praeterquam quod & genio Auctoris adcommodatiſſimum videtur. Quidquid ſit, hoc certe contra Boxhorn. dicere non vereor, prius Diſtichi membrum originem ſuam & ortum paganiſmo debere, quod probo verbis Ciceron. in Paradox. I. Cap. IV. *Tu, cum tibi ſive Deus, ſive Mater, ut ita dicam, rerum omnium*, Natura, *dederit animum, quo nihil eſt praeſtantius, neque divinius: Sic te ipſe abjicies atque proſternes, ut nihil inter te atque quadru-*

XXI.

P. Γυμνὸν ἐπεί σε φύσις (μήτηρ) βρέφος ἔπλασεν, ὦ τὰν
Μνώεό μοι ϖενίης κρατερώτατα φόρτον ἀείρειν.

S. Εἴ σε τεκοῦσα φύσις γυμνὸν βρέφος ἦγε φόως δε,
Τῆς ἀχρημοσύνης ἄχθος φέρε καρτεροθύμως.

XXII.

drupedem aliquem putes intereſſe. Idem Caton. Maj. Cap. II. *In hoc ſumus ſapientes, quod* Naturam *optimam ducem, tanquam Deum ſequimur.* Et ad mentem Diſtichi ait Plin. Prooem. Lib. VII. Hiſt. Nat. *Hominem tantum* nudum *& in nuda humo natali die abjicit ad ploratum* &c. Porro *creavit* ἀντὶ τοῦ *crearit* invenimus in Membr. Voſſ. & Leid. tert. quod etiam typis expreſſerunt Editt. multae, ut Florent. Aug. Vind. Tremon. Eraſm. Boill. Scriver. aliaeque. Nil tamen mutandum eſſe cenſeo, nullam aliam ob cauſſam, quam quod ſequens verſus in conſtructione praecedat, adeoque hic eidem recte ſubjungatur. Vid. quae de hoc verſu Eruditiſſ. Canneg. diſſerit in Reſcript. Boxhorn. Cap. VIII. XII. & XXXIII. ARNTZEN.

Paupertatis onus &c.] *Paupertatis onus* graviſſimum eſſe, teſtatur ille, qui ſcripſit,

> Οὐδὲν πενίας βαρύτερόν ἐστι φορτίον.

Onus paupertatis autem non ſine elegantia dixit. Sic Terent. Phormion. Act. I. Sc. II. ℣. 44. Paupertas *mihi* onus *viſum eſt & miſerum & grave.* Ubi vid. quae notantur. Adde Ciceron. Tuſcul. Lib. III. Cap. LVI. *Ut de paupertate nonnunquam, cujus* onus *diſputando levamus, docentes, quam parva & quam pauca ſint, quae natura deſideret.* Simili ratione *onus ſenectutis* eſt in Caton. Maj. de Senect. Cap. I. *Hoc enim* onere, *quod mihi commune tecum eſt, aut jam urgentis aut certe advenientis* ſenectutis, *& te & me ipſum levari volo.* Per *paupertatem* vero non tantum hoc loco mediocrem fortunam, ut praecedenti Diſticho, ſed etiam egeſtatem intelligendam exiſtimo; non ſolum etenim *paupertatem*, ſed & *onus paupertatis*, quod τῷ *nudus* in altero verſu reſpondet, patienter ferendum docet. Quo ſenſu *onus* & *miſeriam* conjungit Salluſt. Catil. Cap. X. §. 2. *Divitiae, optandae aliis*, oneri miſeriaeque *fuerunt.* Ubi vid. quae notavit Eruditiſſ. Cort. & hinc in loco Terent. modo laudato: *Paupertas* onus *miſerum & grave.* Cum autem Auctor onus paupertatis *patienter* ferendum doceat, non abs re erit locus Horat. Lib. IV. Od. IX. ℣. 46.

> - - - - - *Rectius occupat*
> *Nomen beati, qui deorum*
> *Muneribus ſapienter uti,*

Du-

XXII.

Ne timeas illam, quae vitae eſt ultima finis;
Qui mortem metuit, quod vivit, perdit id ipſum.

XXIII.

Duramque callet pauperiem pati.

Ovid. Lib. VIII. Metam. verſ. 633.

- - - *paupertatemque fatendo*
Effecere levem, nec iniqua mente ferendam.

Nam, ut fere cum Terentio loquar, paupertas erit perinde, ut illius animus, qui uti ſcit, ei bona: qui non utitur recte, mala. ARNTZEN.

XXII. *Ne timeas illam* &c.] Qui mortem timet, non ſolum non effugit mortem, ſed inſuper hoc ipſum vitae, quod datur, perdit. Nam anxie vivere, non eſt vivere. ERASM. Eadem prorſus mens Diſtichi III. Lib. II. infra. OPITIUS. *Ne timeas illa, quae vita* corrupte Cod. Turicenſ. Diſtichon hoc cum alio Lib. IV. Diſt. XXII. conferens *ταυτολογίαν* clamat Boxhorn. ſed fallitur mea ſententia Vir Doctiſſimus. Iſtic enim non ſimpliciter, ut hoc loco, mortem contemnendam eſſe ſuadet, ſed inſuper:

Non metuit mortem, qui ſcit contemnere vitam.

Quid de hac re Veteres ſtatuerint, ibi videbimus. Fateor tamen, ne quid diſſimulem, eamdem hujus Diſtichi mentem eſſe cum Diſticho Lib. II. tertio. Uti recte Eraſmus & Opitius viderunt. Quid autem de eo habendum ſit, infra dicam loc. laud. Ceterum de hoc Diſtich. conſule Reſcript. Boxhorn. Cap. XXII. ARNTZ.

Quae vitae eſt ultima finis;] Haec Paganorum de morte ſententia erat. Quo alludit Crinagoras. Anthol. Cent. III. tit. *Εἰς θάνατον καὶ εἰς θανόντας.*

Μὴ εἴποις θάνατον βιοτῆς ὅρον.

Ne dixeris mortem vitae finem. OPITIUS. Vide Goldaſt. ad Petron. pag. 654. DAUMIUS. Hoc hemiſtichium, ut & quoſdam alios verſus non videntur ſatis perpendiſſe illi, qui Auctorem noſtrum Chriſtianum fuiſſe exiſtimarunt, cum haec Paganorum de morte fuerit ſententia. Ceterum *τὸ finis* Catoni noſtro genere foemineo uſurpatur, ut & aliis Poëtis paſſim, in primis autem Lucretio. WACHIUS. *Vitae finem* pro *morte* dicit noſter, ut verbis male ominatis abſtineat, quod diligentiſſime ſemper veteres, ne cogerentur *δυσφημεῖν*, uti me quondam commonuit Cl. Canneg. obſervarunt. Pluribus hoc agit. Muret. ad Cic. Orat. IV. in Catil. Cap. II. ad verba: *Si quid obtigerit.* & pro Lege Manil. Cap. XX. *Si quid de eo factum eſſet.* Cerd. ad Virg. Lib. IV. Aeneid. ✝. 653. & Titius ad Nemeſ. Ecl. I. ✝. II. Nec ſane novum eſt loquendi ge-

XXII.

P. Μὴ τρομέειν θάνατον, βιοτῆς πέρας ὕστατον ὄντα·
Ὃς γὰρ τόνδε δέδοικε καὶ ὃ ζῇ πᾶν ἀποβάλλει.
S. Μὴ τρέσσῃς τὴν κῆρα βίου πέρας ἔσχατον οὖσαν·
Ὅστις κῆρα δέδοικε, καὶ ὃ ζῇ τοῦτ᾽ ἀποβάλλει.

XXIII.

genus. Sic Sueton. Caeſar. Cap. LXXXVII. *Et pridie quam occideretur, in ſermone nato ſuper coenam apud M. Lepidum, quis nam eſſet* finis vitae *commodiſſimus* &c. Sic quoque Proſper Aquitanus, quem tamen juniorem hoc Auctore exiſtimo, dixit in Sentent. CIX. ỷ. 18.

Nos tamen occaſum noſtrum obſervare deceret,
Et finem vitae *quemque videre ſuae.*

Egeſippus de Urbis Hieroſolymitanae Excidio Lib. I. Cap. ult. in f. *Quod aberat ducentis ſtadiis ab eo loco, in quo* finem vitae *invenit.* Idem Lib. II. Cap. XIII. *Nec tamen is* finis vitae *Hyrcano, qui poteſtatis fuit.* Oroſius Lib. VII. Cap. XIX. *Sed continuo .... a Pupieno interfectus & perſecutionis &* vitae finem *fecit.* Non alia ratione *vivendi finis* pro *morte* dixit Cicero de Senect. Cap. XX. *Sed* vivendi finis *eſt optimus* &c. Et *τὸ finis* abſolute pro *morte* dixit idem Proſper Aquitanus n. L. ỷ. 4.

Cuncta bonis proſunt, quos & mors ipſa beatos
Efficit, ut ſumant praemia principium.
Ille igitur finis *malus eſt, quem poena ſequetur,*
Et qui perpetui porta doloris erit.

Egeſipp. Lib. I. de Exc. Urb. Hieroſ. Cap. ult. in f. *Hunc* finem *habuit Herodes.* eod. Lib. Cap. XL. *Et ideo eos in juvene ſpem ſuam conſtituere oportere, non in decrepito ſene, cui ipſa natura* finem *acceleraret.* Ad hanc autem loquendi rationem *fine* pro *funere*, quia in Cod. Ryck. legebatur *fune*, emendari poſſe credidit Graev. ad Flor. Lib. III. Cap. XVIII. §. 12. Ut autem *finis* abſolute pro *morte*, ſic *finiri* pro *mori* eſt apud Juſt. Lib. XXVII. Cap. III. §. 12. *Seleucus quoque iiſdem ferme diebus ....* finitur. Ubi Berneccerus nil ambigit, ſcribendum eſſe *finit*, ad imitationem Graecorum *τελευτᾷ* per ellypſin nominus *βίον*. Vid. Boſ. in Ell. Gr. voce *τελευτᾶν.* adde AElian. Lib. II. Var. Hiſt. Cap. XVII. & Bernecc. ad Anacr. ỷ. 358. Certe *vitam finire* plene dixit Juſt. Lib. X. Cap. III. §. 7. Sed recte contra Bernecc. vulgatum defendunt Graevius & alii. Adde locis, ab iis laudatis, Plin. Lib. I. Ep. XXII. Similiter Urbs per metaphoram dicitur *finita*, quae deleta eſt;

G de

XXIII.

Si tibi pro meritis nemo reſpondet amicus,
Incuſare Deum noli: ſed te ipſe coerce.

XXIV.

de urbibus enim veteres tamquam de hominibus loquebantur. Flor. Lib. II. Cap. XV. §. I. *Quippe eo tandem Carthago finita eſt.* Adde Juſt. Lib. XVI. Cap. II. §. 3. Plinium Lib. III. Hiſt. Nat. Cap. V. Et ad hanc fere rationem loquendi dicebant *exitum vitae* pro *morte.* & *exire* abſolute pro *mori.* Conſule adcuratiſſimum Cort. ad Sall. Catil. Cap. LV. §. 6. Cum autem *mortem ultimam finem* vocat, reſpexit Horatii locum Lib. I. Ep. XVI. ✠. 79.

- - - *mors* ultima linea *rerum.*

Ubi Torrent. *Latini lineam vocant, tam ubi curſus incipit, quam ubi definit.* Idem ſane de voce *finis* dicendum, Horat. Lib. I. Sat. I. ✠. 106.

Eſt modus in rebus ſunt certi denique fines.

Huc ſpectat quoque Juven. Satyr. X. ✠. 357.

Fortem poſce animum; mortis terrore carentem:
Qui ſpatium vitae extremum *inter munera ponat*
Naturae.

Et magis adpoſite: *finem vitae extremum* per periphraſin ſcripſit Liv. Lib. XXXVII. Cap. LIII. §. 8. *Eamque perpetua & conſtanti fide ad* extremum vitae finem *perduxit.* ubi Cl. Drak. notat: *extremum finem* dici, ut *extremos fines,* voce, licet alio ſenſu, de regionibus accepta. Recte autem Wachius obſervat, non tantum Catoni noſtro, ſed & reliquis Scriptoribus vocem *finis* genere etiam ſequiori uſurpari. Vid. Cl. Gron. & Drak. ad Livium Lib. IV. Cap. II. §. 4. Serv. & Pier. ad Virg. Lib. II. Aeneid. ✠. 555. Quod autem ad ipſam ſententiam attinet, eamdem certe habemus apud Ciceronem de ſenectute Cap. XX. *Sed hoc meditatum ab adoleſcentia debet eſſe, mortem ut negligamus; ſine qua meditatione tranquillo eſſe animo nemo poteſt.* Et paullo poſt: *Mortem igitur omnibus horis inpendentem timens, qui poterit animo conſiſtere.* Sic certe Auctor loquitur ex praeceptis Stoicorum, qui ſtatuebant, ſapientem ſine animi indignatione ulla ex hac vita decedere, quod multis egit Bos in Epiſt. ad Philipp. Cap. I. Comm. XXII. De Pythagoraeis idem refert Jamblich. in vita Pythagor. Lege hac de re etiam Dialog. Mort. Lucian. VII. & ride. Vitioſe autem in Leid. ſec. erat *quae vita.* ARNTZENIUS.

Qui mortem metuit,] Utitur hoc verſu Roderic. Zamor. II. Spec. Vitae hum. Cap. VII. DAUMIUS.

Quod vivit, perdit id ipſum.] Mire hic variant Codd. *dum vivit* Vet. Chart. & Leid. tert. per-

XXIII.

P. Εἴ σοι μηδεὶς εὖ τὶ παθὼν παρὰ σοῦ χάριν ἴσχει,
Μὴ σύγε μέμφεό μοι θεὸν, ἀλλὰ γὰρ ἄγχε σεαυτόν.
S. Εἴ τι παθὼν ἀπὸ σεῦ ἀγαθόν τις μὴ χάριν οἶδε,
Μὴ τούτου μέμφοιο θεὸν, σὲ δὲ τῖσον ἑαυτόν.
Id. Ἀντ’ εὐεργεσίης εἴ τίς σοι μὴ χάριν οἶδε,
Μὴ μέμφοιο θεὸν τούτοιο, κόλαζε δ’ ἑαυτόν.
Vel. Μὴ τούτου μέμφοιο θεὸν, σαυτὸν δὲ κόλαζε.

XXIV.

perdidit ipſum. Vet. Chart. & Coll. Voſſ. ſed recepta lectio loco ſuo non eſt movenda; duo etenim haec pronomina ſaepius conjunguntur. Vid. Terent Adelph. Act. IV. Sc. IV. ℣. 17. Eun. Act. V. Sc. II. ℣. 69. Τὸ *id* tamen delet Veterr. Reg. Qua in re ſaepius errarunt Librarii, vid. Faern. ad Terent. Heaut. Prol. ℣. 19. Cort. ad Sall. Jug. Cap. XCVI. §. 2. *quod vivit* exponendum eſt per praepoſitionem *ob*; is enim qui mortem metuit, teſte Cicerone, tranquillo animo eſſe non poteſt, qui autem animo tranquillo eſſe non poſſit, is nec officium nec ullum officii munus recte praeſtare poterit, quod tamen hominis eſt, dum vivat & in vivis ſuperſit. *Si* quis tamen *vivere* per *laetari*, ut ſaepe alibi, rectius hoc loco exponi putet, non magno opere repugno. De qua ſignificatione pluribus agit Doctiſſimus Barth. Lib. I. ad Rutil. Iter ℣. 328. res fere eodem recidit. ARNTZENIUS.

XXIII. *Si tibi promeritis* &c.] *Reſpondit* eſt in quatuor MSS. Codd. Coll. Voſſ. Vet. Reg. Leid. ſec & Cod. Turicenſ. quod ideo valere poſſet, quia verbum hoc, utpote tertiae conjugationis, etiam alibi reperitur, vid. quae Fajus quidam ad Manil. Lib. V. ℣. 737. ex lexicis notavit. Quamvis alii velint, Livii locum, quem ille citat, ut & Martial. corruptum eſſe, in quibus etiam Gronovius. Similiter tamen *reſpondit* pro vulgato *reſpondet* eſt in duobus Codd. MSS. Hav. & Caſſ. apud Egeſippum Lib. V. de Excid. Urbis Hieroſ. Cap. XXXI. *Quibus* reſpondit *Joannes* &c. At, ut verum fatear, *reſpondit* perfecto tempore melius ibi cum praecedentibus congruit. Sunt tamen alia verba tam tertiae quam ſecundae conjugationis. Ne multus ſim, vid. Serv. ad Virgil. Lib. IV. Aeneid. ℣. 409. & 567. *Reſpondere* autem eodem ſenſu hoc

XXIV.

Ne tibi quid deſit, quaeſitis utere parce:
Utque, quod eſt, ſerves, ſemper tibi deeſſe putato.

XXV.

loco adhibetur, ut apud Cicer. Lib. IV. ad Attic. Ep. III. *Quincti fratris tamen liberalitati pro facultatibus noſtris, ne omnino exhauſtus eſſet, illo recuſante, ſubſidiis amicorum* reſpondemus. Ep. ad Brutum I. *Nihil enim mihi minus hominis videtur, quam non* reſpondere *in amore iis, a quibus provocere.* Et ſic *reſpondere* eleganter dicuntur debitores, qui ad diem ſolvunt, uti Gron. ad Cic. L. L. docuit. Nec minus tamen eleganter citati in judicium *non reſpondere* dicuntur apud Phaedr. Lib. IV. Fab. XVII. ℣. 8. Dictorum autem horum omnium eadem eſt cauſſa, eademque elegantiſſima. Origo eſt a reſponſionibus in repromiſſionibus. *Repromittere* autem eſt *nuda pollicitatione cautioneque promittere.* hoc modo. *Spondes? ſpondeo. Promittis? promitto.* Vid. Taubmann. ad Plaut. Curcul. Act. V. Sc. III. ℣. 67. Quae repromiſſiones quia verbis fiebant, ideo *reſpondere* ſignificat *ad interrogata verba proferre.* Deinde quia verba haec adcommodata erant interrogationi, idcirco τὸ *reſpondere* ſignificat etiam *votis optatis convenire*, nec non *quod debetur retribuere*, *conſtituto tempore adeſſe*, ſimiliaque alia. Denique τὸ *nemo* adjective hoc loco uſurpari videtur pro nullus, ut ap. Terent. Adelph. Act. II, Sc. III. ℣. 5. *Fratrem homini nemini eſſe primarum artium magis principem.* Et ap. Plaut. Perſ. Act. II. Sc. II. ℣. 29. adde Non. Marcell. de propr. Sermon. Cap. II. pag. 575. Recte autem diſtinguitur inter haec vocabula: ut *nullus* ſit tam in re quam in perſona, *nemo* in perſona dicatur tantum, vid. Bedam Orthogr. p. 340. Plurima hujus locutionis exempla ex uno Livio collegit Cl. Drakenb. ad Liv. Lib. III. Cap. XII. §. 2. Si mavis tamen, τὸ *nemo*, ut *nullus*, pro *non* vel *nequaquam* poni, per me certe licet, quemadmodum in locutionibus illis *nullus dubito*, *nullus dixero*, *nullus fecero* apud Comicos paſſim obviis. Et ſic Ovid. Lib. XI. Met. ℣. 580.

> *Proque Viro*, *qui* nullus erat,
> *veniebat ad aras.*

Quomodo etiam interpretari quis poſſet locum Cicer. Lib. I. in Verr. Cap. I. in fine. *Percrebuit, pecunioſum hominem, quamvis ſit nocens,* neminem *poſſe damnari.* ARNTZEN.

Incuſare Deum noli:] Peſſime Edit. Florent. Inculpare *Deum noli*: Sane elegans & propria haec eſt verbi ſignificatio; *incuſare* enim proprie notat *ſuperiorem arguere*, uti hoc loco *incuſare Deum*. *Adcuſamus* autem *inferiorem* vel *parem*. Virg. Lib. I. Aeneid. ℣. 410.

> *Talibus incuſat* &c.

Ubi Serv. *redarguit*. incuſare *pro-*

XXIV.

P. Ὄφρα τι μὴ σπανίσῃς, σέο χρήμασι φειδομένως χρῶ·
Ὄφρα τὰ ὄντα δὲ τηρῇ, ἀεὶ σπανίσειν τὰ νόμιζε.
S. Ὄφρα μὴ ἐλλείπῃ τί σε, χρήμασι φειδομένως χρῶ,
Χ' ὡς τηρῇς τὰ ἐνόντα, λιπεῖν ἀεί τι νόμιζε.

XXV,

proprie eſt ſuperiorem arguere: *ut in Terent. pater ad filium: quid me* incuſas *Clitipho?* accuſare *vero vel* parem *vel* inferiorem: *ut in eodem ad maritum uxor: me miſeram, quae nunc quam ob cauſſam* accuſer, *neſcio. Et hoc proprietatis eſt; licet uſus male iſta corrumpat.* Adde Calphurn. ad Terent. Heaut. Act. v. Sc. II. ✠. 7. & amabilem Drak. ad Liv. Lib. IX. Cap. XI. §. 5. *illum* loco τοῦ *Deum* malo exemplo, nullis, quod ſciam, addicentibus Editt. vel Scriptis, edidit Scriver. *Deus* vero quid notet hoc loco, vid. ſupr. Lib. I. Diſt. I. ARNTZEN.

Sed te ipſe coerce.] Planudes - - - *ἄγχε σεαυτόν. ſtrangula te ipſum.* Quis hoc ferendum putet? SCALIGER. Vide dicta ad Diſt. IV. Lib. I. WACHIUS. *Tu ipſe* Leid. pr. & tert. male. *Coherce* per adſpirationem habet Edit. Aug. Vind. uti barbaris ſaeculis adſpirationem ſaepius vocabulis adjecerunt indocti librarii, vid. Cl. Canneg. ad Avian. Praef. pag. 9. hinc quoque factum videtur, ut ſaepius *aut* & *haud* in MSS. commutentur, vid. Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. Lib. I. ✠. 41. adde Salmaſ. ad Capitol. Anton. Philoſ. XXVIII. plura ad hanc rem pertinentia infra erunt dicenda Diſt. XXIX. ARNTZEN.

XXIV. *Quaeſitis utere parce:*] (*Utere parce*) id eſt, modice, non profuſe. (*Quaeſitis*) id eſt, partis. Et ut ſerves, quod habes, ſemper imaginare tibi deeſſe, ut ſemper aliquid addas. Sera autem (ut inquit Heſiodus) in fundo parſimonia eſt. ERASM. Pro *acquiſitis*. Cic. Parad. VI. *Quis hunc non putet confiteri, ſibi* quaeſito *opus eſſe?* Sic *quaerere* pro *acquirere* optimis quibusque Scriptoribus, in primis autem Juſtino eſt frequens. WACHIUS. Pro *quaeſitis* multi Codd. legunt *quod quaeris hoc*, ut Vet. Chart. Coll. Voſſ. Vet. Reg. Leid. ſec. & Cod. Turic. Sed nil muto; *quaeſitis* enim, ut apud alios multos, idem eſt ac *adquiſitis*, ut jam recte Wachius monuit. Adde Horat. Lib. I. Serm. I. ✠. 37. ubi de formica:

Non uſquam prorepit, & illis utitur ante,
Quaeſitis *ſapiens*,

Neque aliter Auctor noſter infra loquitur Lib. II. Diſt. XVII. Lib. III. Diſt. XXII. & Lib. IV. Diſt. XVI. ARNTZ.

XXV.

Quod praeſtare potes, ne bis promiſeris ulli:
Ne ſis ventoſus, dum vis bonus eſſe videri.

XXVI.

Utque, quod eſt, ſerves &c.] Τὸ *eſt* male exulat a Coll. Voſſ. & Vet. Chart. Qua in voce omittenda ſaepe numero peccaſſe librarios, notavimus ſupr. Diſt. XIII. Pro *quod* exhibet *quid* Edit. Flor. Quae voces ſaepius non tantum in Editis ſed & in vetuſtis Codd. permutantur, monente Pier. Valer. ad Virg. Lib. I. Aen. ℣. 76. Mox ſequens *tibi* non comparet in Vet. Reg. & Leid. ſec. quod ab indocto librario, qui verſum ad metrum exigere neſciebat, factum videtur. Sane duas priores ſyllabas verbi *deeſſe* optimi quique Poëtae numquam non contrahere ſoliti fuerunt. Juvenal. Satyr. VII. ℣. 69. Prop. Lib. IV. El. III. ℣. 3. Manil. Lib. III. ℣. 592. Plura hujus generis addere exempla nec lubet nec vacat. Cauſſa vero & origo, cur Poëtae alterum *e* elidant, haec eſſe videtur, quod ſimilis uſus eſt ſcribentium & loquentium, ut facile ex Inſcriptionibus adparet. Vid. Fabrett. Inſcript. pag. 169. in fine.

FRVCTVS. VITAE. TVAE. NON. DERVNT.

Sic *praerunt*, pro *praeërunt*, *praeſſe* pro *praeeſſe* aliquoties occurrit. Vid. Gruter. Corp. Inſcript. pag. 506. verſ. 31.

VBEI. IOVRE. DICENDO. PRAESSE. SOLENT.

Et alibi. ARNTZENIUS.

XXV. *Quod praeſtare potes, ne bis promiſeris ulli:*] Quod praeſtare poſſis, id iterum atque iterum promittere, jactantiae eſt, non humanitatis. Moleſta eſt verboſa promiſſio, moleſtior exprobratio. ERASM. Ὠκεῖαι χάριτες, γλυκερώτεραι. *Celeres gratiae dulciores*; ut eſt in Epigrammate Luciani Anthol. Cent. III. Tit. Εἰς Εὐχαρίστους ἢ Ἀχαρίστους. OPITIUS. Matthaeus Vindocinenſis Poëtria, Parte I. Cap. I. *Stipulationis noverca eſt dilatio.* Id. Parte II. Cap. III. & fine: *Pollicitum languet ulteriore mora.* DAUMIUS. Vere enim Auſonius Epigrammate LXXXI. quod ex Luciani Anthol. Graeco VII. convertit, canit:

Gratia, quae tarda eſt, ingrata eſt; gratia namque
Cum fieri properat, gratia grata magis.

WACHIUS. Elegantiſſime, ſi quid video, *praeſtare* & *promittere* opponuntur inter ſe; eodem modo Juſtin. de Philippo, Rege Macedonum Lib. IX. Cap. VIII. §. 8. *Blandus pariter & inſidioſus adloquio, qui plura* promitteret, *quam* praeſtaret. Cicer. in Brut. Cap. XVIII. *Vix videbar, quod* promiſeram praeſtare *poſſe*. Pro *praeſtare* perperam *preſtare* ſcriptum eſt in Cod.

XXV.

P. Πᾶν ὃ δύνῃ τοι δοῦναι, μήποτε δὶς καθυπόσχῃ·
Μήτι καλὸς δοκέειν ἐθέλων ἀνεμώλιος εἴης.

S. Ὅ, τι δύνῃ παραχρῆμα δόμεν, τόδε μὴ δὶς ὑπόσχου,
Μὴ κενόδοξος ἔῃς, ἐθέλων φιλότιμος ἀκούειν.

Cod. Turic. Ceterum τὸ *ulli* recte hoc loco adhibetur; obſervant enim Viri Docti, nec ſermonem hanc vocem inchoare, nec niſi in negatione, interrogatione vel ſubjunctione, fere adhiberi. Quod multis agit Linacer in Emend. Struct. Latin. Serm. Lib. III. p. m. 169. & ſic noſter infra hoc Lib. Diſt. XXIX.

--- *nec avarus noſceris*
ulli.

ARNTZENIUS.

Ne ſis Ventoſus,] *Ventoſus* dicitur is, cujus promiſſa pro ſpiſſo eveniunt, aut in ventum abeunt, qui multa promittit, & pauca praeſtat. Dionyſ. Cato in Diſtich.

Ne ſis ventoſus, dum vis urbanus haberi.

Item *vanus* & *mendax*. Oſeae Cap. IX. ℣. 7. *Virum ſpiritualem*, *hoc eſt* ventoſum. Loquitur autem de vanis Prophetis. Goldaſt. pag. 642. ad Petron. *Ventoſus* (praeter propriam ſignificationem, quae jacet apud Catull. Epithal. Pelei ℣. 59. Virgil. I. Georg. 206. Aen. VI. 335. &c. Horat. III. Od. IV. 46. Plin. II. Cap. XVIII. S. Adamannum vita Columbae, qui ait *ventoſa dies*, quam vocem male cenſet barbaram Joh. L. de la Cerda, & mille alios) apud Horatium, *mobilis* eſt, *inconſtans*. I. Epiſt. VIII. ℣. 11.

Quae nocuere ſequar, fugiam quae profore credam:
Romae Tibur amem ventoſus, *Tibure Romam.*

Idem Lib. I. Epiſt. XIX. ℣. 37.

Non ego ventoſae *plebis ſuffragia venor.*

Id. II. Epiſt. I. 77.

Quem tulit ad ſcenam ventoſo *gloria curru.*

Sat. X. Theb. 705.

Haec pietas, hic verus honos; ibi gloria tantum
Ventoſumque *decus*, *utilique in morte latentes.*

Alcimus Avitus Epiſt. IV. pag. 35: *Sed publicam vanitatem jactantis* ventoſi *tumoris exaggerans, quantum potuit, auditoribus venenatam diſputationem velut indeclinabilis virtutum ſervator indixit.* Apud Virgilium II. Aeneid. ℣. 708. *Ventoſa gloria*, eſt *inanis jactantia*, κενοδοξία. *Ventoſa lingua*, ibid. ℣. 390. Theodulph. Aurel. Paraen. ad Jud. ℣. 622.

Vel ne verboſus ventoſae *turbine linguae*
Obruat inceptam remque modumque rei.

XXVI.

Qui ſimulat verbis, nec corde eſt fidus, amicus,
Tu quoque fac ſimules, ſic ars deluditur arte.

XXVII.

Ventoſa gaudia famae, apud Stat. IV. Silv. IV. 50. *Ventoſae faſtigia famae.* Prudent. Hamart. 438. *Ventoſa & inſolens natio*, de Aegypto. Plin. Paneg. Cap. XXXI. *Ventoſum ingenium* Liv. XLII. *Ventoſa laus* apud Anshelmum Cantuar. Epiſc. de Contemptu Mundi. ℣. 35.

Quiſquis adulantum ventoſa laude *tumebat*,
Nunc hominum laudes aeſtimat eſſe nihil.

Et Hier. Vidam Hymn. D. Pelagiae Virg. vſ. 184. Apud Claudianum *ratio ventoſa favoris* eſt, IV. Pan. Stilic. ſive de bello Getico, vſ. 113. ad quem vide Barth. Sec. Edit. pag. 316. *Ventoſitas ſuperbiae*, Fortunat. I. 10. in Expoſitione Orat. Dom. pag. 236. Pacatus Paneg. *Auras omnes plauſuum publicorum* ventoſa popularitate *captantem.* *Ventus ambitionis*, Paulinus Epiſt. II. pag. 28. *Ventus favoris*, Rad. Ardens. Hom. CXII. pag. 391. b. Engelmodus ad Radbert. vſ. 122.

Ventoſi *nunquam blanditus folle* favoris.

Ventoſa Virgo, Superbia dicitur Prudentio Pſychom. 194. *Ambitio ventoſa*, eidem Hamart. vſ. 400. *Ventoſa loquendi gloria*, Sedul. Lib. II. vſ. 225. *Ventoſa verba*, apud Coripp. Lib. III. de Laud. Juſt. vſ. 317.

Quod tua ventoſis *inflata ſuperbia* verbis
Jactitat, ignavae mentis deformia nudat.

Conferendus Joh. Pineda ad ℣. 3. Cap. XVI. Jobi fol. 668. *Ventoſa imitatio* apud Arnob. Lib. VI. pag. 244. Edit. Herald. *Dubiorum fingere atque inſtituere ſimulacra; &, quod, eſſe non credas*, ventoſa imitatione *formare.* Bern. Geyſt. Lib. I. Palpon. 299. *Utpote* ventoſus, *ut inanis, ut ambitioſus. Ventoſe incedere*, Rad. Ardens Homil. XLVI. in Ramis palmar. pag. 155. b. DAUMIUS.

Dum vis bonus ipſe videri.] Bonus χρηστὸς, φιλότιμος. Quidam Codices,

--- *dum vis* urbanus *haberi.*

SCALIGER. Al. *dum vis* urbanus haberi. *Bonus* hic eſt χρηστός. Obſcure Planudes καλὸς, quo obſoleſcit ſententia, Scaliger. Edit. in altera: *Bonus* χρηστὸς, φιλότιμος. Quidam Codices: *Dum vis* urbanus *haberi.* DAUMIUS. *Dum vis* urbanus *haberi* invenimus quoque in Leid. pr. & ſec. quod ſequuntur Editt. haud. paucae Aug. Vind. Florent. Chouet. & Tremon. Eraſm. Boill. Gryph. Cord. Cruc. aliaeque recentiores. Sed, τὸ *bonus* rectius longe cum ſenſu Auctoris noſtri convenire, quovis pignore adfirmare audeo. Adeo ut opti-

me

XXVI.

P. Τὸν σαίνοντα λόγοις, μηδ' ὄντα φίλον κραδίηθεν
Καὶ σὺ δρᾶσον ὅμοια· τέχνη γὰρ τέχνην παίζει.

S. Τόν σοι πλαστὰ λαλοῦντα καὶ οὔ σοι κηρόθι πιστὸν,
Ἔμπαλι μιμοῦ καὶ σύ. Δόλῳ δόλος ὧδε κρατεῖται.

Id. Καὶ σὺ δρᾶσον ὁμοῖα. δόλος δ' ἐκράτησε δόλοιο,

Vel. - - - δόλος δὲ δόλοιο κρατήσαι.

XXVII.

me vertat *Scaliger* per χρηστὸς, unde *Chreſtologus*, id eſt, *verbis munificus*, dicitur Pertinax, quod ſcilicet plura promitteret, quam praeſtaret, teſte Capitol. in ejus vita Cap. XIII. uti alii jam notarunt. vid. quae diximus ſupr. Br. Sent. XIX. *Bonus* autem hoc loco optime reſpondet liberalitati non ſolum promittentis ſed & illius, qui promiſſa praeſtat, vid. quae de hac ſignificatione ſupra diximus Diſt. XI. Τὸ *ipſe* autem hoc loco ferre non poſſum, ideo quod plane friget, dum contra aliis locis, ſaepiſſime enim pronomen hoc ab Auctore adhibetur, ſententiam efficacem reddit. Quamobrem haec etiam mutarunt nonnulli, & pro *bonus ipſe* dederunt, vel potius e Diſt. XX. Lib. III. huc tranſtulerunt τὸ *urbanus*. Sed minus recte, ut jam vidimus. Quid ſi pro τῷ *ipſe*, quae Amici mei eſt conjectura, reponas *eſſe?* licet etenim noſtri Codd. nil mutent hoc loco, tamen facillime haec vocabula ob ductuum ſimilitudinem commutari potuerunt. Praeterquam, quod *eſſe videri* frequentiſſimum ipſi eſt Ciceroni & aliis. Adeo quidem, ut Quinctilianus alibi quoddam genus hominum rideat, qui ſe germanos Ciceronis jactabant, quod frequentata & ſolita fere Ciceroni Clauſula *eſſe videatur* periodos terminarent. Ceterum de hac Ciceronis elegantia conſule omnino Doctiſſ. Walchium de praeſtantia Ling. Lat. p. 210. ut autem Lectoribus conſtet, quam feliciter nobis plures, ſi ita occaſio ferat, Codd. & Conlationes comparemus, dicam, Cl. Hagenbuchium in ſuo Cod. totidem literis *eſſe videri* in hoc Dionyſii loco ſcriptum inveniſſe. Merito itaque amiciſſimo Canneg. de feliciſſima gratulor conjectura. Vide nunc Reſcripta Boxhorn. Cap. XXVII. ARNTZ.

XXVI. *Qui ſimulat* &c.] Erga eum, qui fuco utitur, tu item contra utere fuco, & juxta proverbium: Cretiza contra Cretenſem. Satius eſt nonnunquam retinere ſimulatum amicum, quam reddere aper-

 tum

tum inimicum; id enim fiet, ſi oſtenderis te ſentire fucum. ERASMUS. Ita & Proverbium jubet, ἀλωπεκίζειν πρὸς ἑτέραν ἀλώπεκα. Et ita Horatius monet:

Numquam te fallant animi
ſub vulpe latentes.

Hos homines a Graecis λαιθάργους & λαθροδήκτας ſive κρυφοδήκτας vocari ad Theophraſti Characteres Ethicos notat Caſaubonus pag. 104. OPITIUS. Sic omnes noſtrae Editiones & Codd. MSS. Scriver. τὸ *qui* expunxit & ejus loco ſubſtituit *quam*; qua autem auctoritate hoc fecerit, non facile dixerim, ſane noſtri Cod. nil mutant, nec quidquam erat mutandum. *Qui* etenim ſexto caſu accipi poteſt pro *qua*, ut ſaepe alibi. Terent. Hecyr. Act. IV. Sc. I. ℣. 40. Quicum *tot conſueſſet annos.* &c. ubi vid. Donat. vid. etiam Cl. Canneg. ad Avian. Fab. XXI. ℣. 1. *Qui* autem vel *qua* hoc loco notat *quatenus*, *qua ex parte*. Ovid. Lib. II. Metam. ℣. 105. Ep. XVI. Heroid. ℣. 255.

Qua *licet & poſſum, luctor celare furorem.*

Lib. IX. Metam. vſ. 457. ubi de Byblide,

Non ſoror, ut fratrem, nec qua *debebat, amavit.*

Et alibi ſaepius. Scio tamen antiquata haec Dionyſio noſtro minus convenire, quae forſan ratio eſt, cur Vir Doctus, ad marginem Editionis, quam Doctiſſ. atque Amiciſſ. Dreuxius, nunc Eraſmiani Lycei Gymnaſiarcha, quondam iſtius Scholae diſcipulis concinnavit, conjecerit:

Qui ſimulat verbis, nec corde eſt fidus; amicum
Huic *quoque fac ſimules* &c.

Licet autem conjecturae huic nec ſcripti nec typis editi adſtipulentur, digna tamen viſa eſt, quae hic quoque legeretur. Porro *Simulare verbis* eodem modo hic dicitur, ut apud Terent. Heaut. Act. IV. Sc. I. vſ. 23. *Non* ſimulare *mortem* verbis. Notanda etiam elegans ἀντίθεσις *ſimulans verbis* & *fidus corde.* Ut tanto elegantius τὸ *verbis* addatur & τῷ *cordi* opponatur. *Fidus* autem hic proprie dicitur *amicus*, quemadmodum *fidelis ſervus*. Cicer. in Lael. Cap. XV. *Quod Tarquinium dixiſſe ferunt tum exſulantem, ſe intellexiſſe, quos fidos amicos habuiſſet, quos infidos.* & Cap. XVIII. Virg. Lib. I. Aeneid. vſ. 113.

Unam, quae Lycios fidumque
vehebat Orontem.

Ubi haec Serv. *Fidelem: Utrumque nomen idem ſignificat, quamvis quidam velint*, fidum *amicum*, fidelem *ſervum dici.* Terent. Phorm. Act. I. Sc. II. vſ. 26. *Seni* fidelis *dum ſum, ſcapulas perdidi.* Ubi Donat. fidus *eſt amicus*: fidelis *ſervus.* Non negamus tamen, haec vocabula non tantum uſu, ſed & a Scriptoribus ipſis quandoque confundi. Plaut. Trin. Act. IV. Scen. IV. vſ. 4. *o Callicles! qualine amico mea commendavi bona! CALL. probo &* fideli *&* fide *& cum magna fide.* Patet tamen hinc, τὸ *fidus* plus adſigni-

ıre quam *fidelis*. Sed haec gum abirent. *Fidus corde* non ſine elegantia dixit :ns praepoſitionem *in*, ut l ſolent Poëtae. vid. E-lroukh. ad Prop. Lib. 1. xıv. vſ. 2. adde Vech-Iellenol. Lib. ıı. p. m. *e corde* Leid. pr. *non corde* tert. male. vid. quae di-ıpr. Diſt. xvıı. huj. Li-RNTZEN.

quoque fac ſimile.] Verſus ιώδης.

λόγοις ἀμείβου τὸν λόγοις πείθοντά σε.

IGER. Probo, quod in ıtina Editione invenio: *que fac ſimile*. Planudes: *δρᾶσον ὅμοιον*. *Simile* eſt ıium *ſimiliter*; uſurpante cerone. BARTH. col. & Adverſ. Lib. lviii. iii. col. 2794. & Schopp.). Lect. Epiſt. x. pag. 42. ıdus Anglus Poëtria no-ıp. ix.

: eſt aëqua, dolum referire
olore doloſum;
aput, unde fuit egreſſus,
bere regreſſum.

einefius legebat: *Referi-*, *atque dolonem in caput* Sed acutius, quam ve-*Dolore*, eſt *cum dolore*. upra ad Diſt. iii. Face-timi aevi, neſcio cujus cis, Cap. vii.

re fallentes in nulla lege
vetatur.
ndecet ut fallax corruat ar-
te ſua.

AIUS. Productio brevis e per caeſuram nec ve-inuſitata. Virgil. x. Aen. vſ. 805.

Omnis & agricola: Tuta la-
tet arce viator.

Ita Fabricius e Donato & Vett. Codd. legit. Ubi alii τὸ & inferciunt. V. Taubm. pag. 952. ad Virgil. Tibul. 1. El. vii. 61.

Te canit agricola, magna cum
venerit urbe.

Ovid. Lib. ii. Met. vſ. 771.

- - - At illa
Surgit humo pigra, ſemeſarum-
que reliquit
Corpora ſerpentum.

Ita quidem veteres, notante Berſmano. Heinſius *pigrâ*. Ovid. Lib. xiv. Epiſt. 1.

Mittit Hypermneſtra de tot mo-
do fratribus uni.

Idem Lib. 1. de Art. Am. vſ. 742.

Nomen amicitia, nomen ina-
ne fides.

Manil. iv. vſ. 478.

Et ſexta, & decima, & quae
ter quinta notatur.

Auſon. Parental. xxix. vſ. 1.

Aemilia vix nota mihi ſoror,
accipe queſtus.

Id. Epiſt. v. vſ. 37.

Rejciſſo diſce componere nomi-
ne verſum.

Maximianus, pro Cornel. Gallo, a Pomponio Gaurico venditatus, Eleg. 1. vſ. 95.

Nigra ſupercilia, frons libera,
lumina nigra.

Ita laudat Seb. Murrho Comm. in Lib. ii. Bap. Mantuani de Calamit. fol. 45. b. Prudent. Lib. 1. in Symmach. vſ. 73.

Hoſpite regnante, crudus ſtu-
por aurea finxit.

Quamquam hic poſitio Graecanica eſſe poſſit. Ibid. vſ. 92.

Ju-

Jura reſignaſſe, ſurſum revolantibus umbris.

Paulin. Nat. IV. Felic. vſ. 78.

- - - - - *Ille caduca*
Maluit, hic ſolida: Praeſentibus ille cohaeſit.

Id. Nat. IX. vſ. 156.

Exultet mea nunc anima, dicatque, quod olim
Sponſa canebat amans Domino.

Drepan. Florus Pſal. XXVI. 3.

Hoc tutore mea munitur denique vita.

Inepti & inſciti fuerunt, qui τὸ & inſultum iverunt. Longe plura exempla nos alibi. Vide Giſan. Collect. in Lucret. pag. 299, 462, 466. Pareum Indic. Lucret. Mantiſſa Heinſ. ad IX. Metamorph. vſ. 405. Gloner. Proſod. pag. 166. DAUMIUS. Laudat hunc Catonis verſum Adrianus Cocquius in Eth. ſua Sacra Lib. III. Cap. III. Ubi τὸ *ſimile* perperam in *ſimules* mutavit, deceptus ſine dubio ſyllabae modulo. Sed quis in Poëtarum ſcriptis adeo hoſpes eſt, cui lateat, ſyllabas per ſe breves, caeſurae beneficio fieri longas? exempla ubivis ſunt obvia, & bene multa in notis ſuis ad hunc Auctorem Doctiſſimus Daumius congeſſit. WACHIUS. *Fac ſimile* vulgus Editionum agnoſcit, & quinque Codd. MSS. quod ſi probandum cum Barth. & aliis, ſimile eſt illi conſilio Gnathonis apud Terent. Eunuch. Act. III. Sc. I. vſ. 55. *Denique par pari referto, quod eam mordeat.* Et Phaedr. Lib. I. Fab. XXVI. ℣. I.

Nulli nocendum; ſi quis vero laeſerit,
Multandum ſimili jure fabella admonet.

Quod quidem adeo probatum Ciceroni, ut in ſummis de Rep. cauſſis ad reprimendos amicos parum fidos, hoc conſilium fuerit ſecutus. vid. Lib. I. Famil. Ep. IX. Hinc de Jugurtha adnotat Flor. Lib. III. Cap. I. §. 2. *Et citra ſpem omnium fortuna ceſſit, ut Rex fraude praecipuus, fraude caperetur.* Quid? ſi legamus *ſimili*, una tantum mutata litera, atque hoc modo diſtinguamus?

Tu quoque fac; ſimili *ſic ars deluditur arte.*

ſic loquitur Egeſipp. Hiſt. Jud. Lib. I. Cap. I. *ne* ſimili arte *ipſi quoque deciperentur.* Eodem Libro Cap. XL. ſimili arte *nequiſſimis delatoribus occurrendum putavit.* Ellipſin autem *Tu quoque fac*, ſupple τοῦ *ſimules.** Nihilo ſecius magis probatur lectio ea, quam Scriverius, neſcio qua auctoritate, edidit: *Tu quoque fac ſimules.* Hoc ſenſu: ſi ille ſimulat, tu contra ſimula. Pro hac lectione ſtat quodammodo Membr. Voſſ. & Cod. Turic. exhibentes *fac ſimiles* & Edit. Flor. male tamen, *fac ſimile &.* Saepe enim verbum *ſimilare* pro *ſimulare* in MSS. Codd. occurrit, latinum tamen non eſſe contra Barthium jam alii docuerunt. Vid. Burm. ad Ovid. III. Met. vſ. 158. & ſic Codex Hav. Egeſippi, qui nunc eſt Cl. Petri Burm. Lib. I. Cap. XXVII. pro *diſſimulaſſe* legit *diſſimilaſſe*, perperam. Sed quod me movet

llud eſt, quod ſaepius Au-
verba ex priori in altero
bi membro repetere ſo-
quod ad vim & orationis
atem confert quam pluri-
, potiſſimum hoc loco,
is eadem elegantia, oc-
: : *Sic ars deluditur* arte.
inaudita haec eſt elegan-
optimi etiam Scriptores
rborum repetitiones, li-
lam in iis nulla ſaepe em-
reperiatur, admittunt,
. Lib. xiv. Cap. i. §. 9.
verſus in caſtra *eſſet*, *e-*
is totis caſtris *objectae inve-*
r. plura vid. in Miſcell.
tv. Jan. 1737. p. 22. Nec
a ideo condemnandae,
a re tamen peccarunt Vi-
eroquin Eruditiſſimi, uti
t Cl. Drakenb. ad Liv.
i. Cap. iii. §. 9. & Cap.
§. 2. Summus Gronov.
ndem Lib. iv. Cap. xli.
& Cl. Burmann. ad Vel-
aterc. Lib. i. Cap. ii. Me-
taque τὸ *ſimules* in textum
imus. ARNTZEN.

ars deluditur arte.] Planu-
ίχνη γδ τέχνῃ παίζει. Ne-
raecus homo haec intel-
t, neque a Graeco dictum
naverit. Eſt autem, ut
neſcit, proverbium: ἡ-
ι ἄλλον, παιστάλῳ τὸν πά-
ι. SCALIGER. *Diluditur*
habet Edit. Aug. Vind.
admodum ſic praepoſi-
s *dis* & *de* in compoſitis
entiſſime commutari adſo-
Vid. Viros Doct. ad O-
Lib. ii. Met. vſ. 560. ad
Caeſ. Cap. xi. Cap. xvii.
p. lxxix. Torrent. ibid. Cap. xliv. Doctos Interpretes ad Juſtin. Lib. xv. Cap. iv. §. 23. Lib. v. Cap. viii. §. 5. Nec non ad Phaedr. Lib. i. Fab. iv. vſ. 7. Cl. Burm. ad Rutil. Iter. Lib. i. vſ. 455. Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. Lib. xv. vſ. 187. & Lib. xvii. vſ. 164. Cl. Duker. ad Flor. Lib. iii. Cap. xvi. vſ. 6. Cl. Canneg. ad Avian. Fab. xv. vſ. 6. Sic *deſidet* ac *diſſidet*, vid. ſup. Diſt. iv. Hoc loco autem *deluditur* legendum videtur, quod probo verbis Terent. Andr. Act. iii. Sc. iv. vſ. 4. *Quod vulgus ſervorum ſolet, dolis ut me* deluderes. Et alibi. *Spes deluſa*, non *diluſa* eſt ap. Phaedr. Lib. iii. Fab. xviii. vſ. 15. *Ars* autem hoc loco eſt τέχνη, *fraus*, *aſtus*, *dolus*. Terent. Heaut. Act. ii. Sc. i. vſ. 14. *Habet bene ac pudice eductam, ignaram* artis *meretriciae.* Ubi vid. Boucl. Sic Ovid. xx. Heroïd. vſ. 47.

> *Si non proficiant* artes, *veniemus ad arma.*

Lib. ix. Met. vſ. 62.

> *Inferior virtute meas devertor ad* artes.

Virg. Lib. i. Aeneid. vſ. 657.

> *Ac Cytheraea novas* artes, *nova pectore verſat*
> *Conſilia* - -

Ubi Serv. *Veteres autem* artes *pro* dolis *ponebant. Et Terent. Heaut. Quemdam offendi ibi militem, ejus noctem orantem: haec* arte *tractabat Virum* &c. Adi etiam Doctiſſ. Jeſuitam de La Cerd. ad Virg. Lib. xi. Aeneid. vſ. 716. & Juſtin. Lib. ii. Cap. vi. §. 10. alibi. ARNTZ.

XXVII.

XXVII.

Noli homines blando nimium ſermone probare:
Fiſtula dulce canit, volucrem dum decipit auceps.

XXVIII.

XXVII. *Noli homines blando &c.*] Homines blando ſermone, τοὺς χρηστολόγους intelligit. Ut *Domus ſanie dapibusque cruentis.* Cicero *magna eloquentia.* Planudes ridicule, tanquam Auctor dixerit, Noli probare homines ex ſermone blando. Sed & τὸ μετέρχεσθαι, quo utitur, in quem ſenſum accipi poſſit, non video. SCALIGER. Semper ſuſpecta ſit tibi blandiloquentia, nec aeſtimes homines ex bonis dictis, ſed ex benefactis. Inſidiatur tibi quiſquis admodum blandus eſt. Memento, ſic capi & illici aves videlicet imitatione vocis. Et aſſentatione maxima pars hominum capitur, dum adulator ſeſe ad omnes affectus attemperat. ERASMUS. Elegantiſſime dicuntur *homines blando ſermone*, qui id ſtudent ut ſemper blandiantur. BARTHIUS. col. 1180. Recte. Sic habent etiam Leid. pr. & ſec. Coll. Voſſ. & Vet. Reg. in Vet. tamen Chart. & Leid. tert. idem error *homines blandos*, qui etiam in multis ſupereſt Editt. ut Euchar. Pulm. Tremon Franeq. Eraſm. Boill. Gryph. & nonnullis recentioribus, hodie occurrit. *Noli homines blandos nimio ſermone probare.* in Marg. habet Pulmann. quod minus placet; in aliis tamen, ut idem Pulm. monet, receptam a nobis reperit lectionem, a qua ne latum unguem diſcedendum puto, ut ſatis oſtendunt ea, quae Scaliger & Barth. adnotarunt; quomodo etiam, neſcio quo fato, feliciter Malſcius emendavit. *Blandos* autem & *homines blando ſermone* vocant Latini, qui benigne & comiter cum omnibus verſantur, veram tamen amicitiam cum nemine excolunt, quorum omnia falſa & fucata. Cic. de Amic. Cap. XXV. *Secerni autem* blandus amicus *a vero & internoſci tam poteſt adhibita diligentia, quam omnia fucata a ſinceris atque veris.* Hinc *blanda lingua* pro *fallaci* occurrit apud Ovid. Ep. XV. Heroid. ℣. 55.

> *Neu vos decipiant* blandae *mendacia* linguae.

Blandi doli apud Senec. Octav. Act. I. ℣. 158. *Blandus ſermo* dixit Auctor. Noſt. Lib. III. Diſt. V. Hoc ſenſu *blanditias* Cic. aliique ſcriptores ſaepius adhibent. Phaedr. Lib. I. Fab. XIX. ℣. I.

> *Habent inſidias hominis* blanditiae *mali.*

Sueton. Othon Cap. VII. & alibi. Ita ut elegans fuerit Imperatoris Anaſtaſii Symbolum: *Mellitum venenum* blanda oratio. τὸ *blandus* autem bono quoque ſenſu ſumi, non eſt, quod dubites. Vid. quae diximus ſupra Brevior. Sent. XIX. ARNTZEN.

Fiſtula dulce canit, &c.] Martial.

XXVII.

P. Μὴ σφόδρα μαλακοῖσι βροτοὺς ἐπέεσσι μετέρχου·
Ὅτλι καὶ ἰξευτὴς ὄρνιν ἀπατῶν γλυκὺ μέλπει.
S. Ἀνέρας αἱμυλίους καὶ χρηστολόγους μὴ ἔπαινει·
Ἡ σύριγξ λιγὺ μέλπει, ὅτ᾽ ἰξεὺς ὄρνεα θέλγει.
Id. Αἱμυλίους καὶ χρηστόλογους μὴ πάμπαν ἐπαίνει·
Σύριγξ ἡδέα μέλπει, ὅτ ὄρνεον ἐξαπατίσκει.

XXVIII.

tial. Lib. xiv. Diſt. ccxvi.

Non ſolum calamis, ſed cantu fallitur ales

Vide Salmaſium ad hunc Martialis locum in Exercitationibus Plinianis pag. 221. OPITIUS. Valerian. Cemel. Homil. vi. pag. 70. *Sic frequenter videmus blandis ſibilis aves decipi, & bebetes feras in laqueum mortis dulcedine vocis impelli.* Bern. Geyſtenſis Lib. i. Palponiſtae, ℣. 203.

Sicut avem modulans, ita ſtultum fallit adulans.

Vid. Salisb. qui Catonis hunc verſum laudat. iii. Policr. x. Roderic. Zamorenſ. Lib. ii. Spec. Vitae hum. Cap. iii. pag. 40. & Barth. Lib. cxlii. Adverſ. Cap. iv. & clxx. Cap. iii. Matth. Rader. ad Martialis Lib. xiv. Epigr. ccxviii. fol. 890. Joh. Henr. Urſin. Acerrae Philolog. Lib. iv. n. 58. pag. 351. Hieron. Wolff. ad Offic. Cic. p. m. 178. DAUMIUS. *Dulce*, id eſt, *dulciter.* Saepiſſime enim probatiſſimi L. L. Scriptores adjectiva neutra more Graecorum ἐπιρρηματικῶς ponunt. Sic. Catull. Epig. lxii. pag. 97. Edit. Graev. Dulce *rideat ad patrem.* Et Epig. lxiv. pag. 104. *Tibicen ubi canit Phryx curvo grave calamo.* Statius Lib. v. Thebaid. ℣. 48.

Dulce *loqui miſeris, vetereſque reducere queſtus.*

Alia & bene multa Auctorum loca in Hellenolexia ſua pag. 98. Daniel Vechnerus congeſſit, quem, ſi lubet, vide. WACH. *Cum decipit* Leid. ſec. Coll. Voſſ. Veterr. Reg. & Hagenb. verum nihil muto. *Cum* & *dum* ab indocta ſcribarum natione ſaepius commutari, jam adnotarunt Viri Celeberrimi Burmann. ad Phaedr. Lib. iii. Fab. x. n. 12. Drakenb. ad Livium Lib. i. Cap. xl. §. 1. Duker. ad. Flor. L. iii. Cap. xii. §. 10. Adde quae diximus infra Lib. ii. Diſt. iii. Ceterum, adjectivum neutrum pro adverbio poni hoc loco, recte obſervat Wachius. Hor. Lib. i. Od. xxii. vſ. 22.

Dulce *ridentem Lalagen amabo,*

Dulce

XXVIII.

Quum tibi ſint nati nec opes, tunc artibus illos
Inſtrue, quo poſſint inopem defendere vitam.

XXIX.

Dulce *loquentem.* Ubi vid. Torrent. Ovid. Epiſt. xvi. Heroid. vſ. 83.

Dulce *Venus riſit, nec te, Pari, munera tangant.*

Ubi vid. Micyll. idem Lib. ix. Metam. vſ. 660. Plaut. Poenul. Act. v. Sc. ii. vſ. 9. Adde Cl. Canneg. ad Avian. Fab. xxxi. vſ. 5. Nobiliſſ. Heinſ. in Adv. Lib. i. Cap. xvii. p. 179. & Linac. de Structur. Lat. Serm. Lib. iii. p. m. 99. Haec autem figura, ut adjectiva neutra pro adverbiis ponantur, magis Poëtis quam Oratoribus uſitata; adeo ut vix apud hos invenias. Vid. Serv. ad Virgil. Lib. i. Aeneid. vſ. 251. Probe autem notandum verbum *fallit;* fiſtulis enim aves apud veteres *falli* ſolitas, ſcribit ſummus Vir Claud. Salmaſius ad Plinian. Exerc. p. Edit. Traj. 156. Denique hic ille verſus eſt, quem Baldei inſidioſis blanditiis repoſuerunt Lugdunenſes in Batavis anno 1574. Saguntinorum & Numantinorum exempla eadem conſtantia, ſed feliciore exitu ſecuti. Vid. Flor. Lib. ii. Cap. vi. §. 3. & eodem Libro Cap. xviii. adde Meurſ. Athen. Bat. Lib. i. Cap. xxii. p. 52. qui haec in primis Lanoi & Licquii inſidiis repoſita ſcribit. ARNTZEN.

XXVIII. *Quum tibi* &c.] Artem, ut habet proverbium, non ſolum quaevis terra, ſed quaevis etiam alit fortuna. Unde certiſſimum viaticum eſt ars: quae quocunque terrarum venias, defendit ab egeſtate. ERASMUS. Weitz Epaminonda Thebano pag. 13. &c. DAUMIUS. *Cum tibi* Leid. ſec. Cruc. & Edit. Flor. quod non multum referre arbitror, ſaepiſſime autem Codd. noſtri atque Editt. in his vocibus variant, quod ſemel tantum monendum duxi. Non ignoro tamen, quid de his Quinctil. ſcribat Lib. i. Inſtit. Orat. Cap. vii. *Item cum, ſi tempus ſignificat, per* q: *ſi* comitem *per* c: *ſi vero* cauſſam *per* q *ac duas ſequentes* uu *ſcriberetur.* At mox addit. *Verum haec jam inter ineptias evanuerunt.* Plura ibi notavit Regius. Adde, quae Dauſq. habet Part. ii. voce *cum.* Vid. etiam quae ſup. diximus ad Diſt. xiii. Si tamen haec diſtinguenda, cum iis facio, qui *quum* vel *qum* pro adverbio temporis, *cum* pro praepoſitione ſcribunt, ne inconveniens oriatur, ſi forte adverbium & praepoſitio concurrant. Quod etiam Quinctiliano placuit. Vid. Cellar. in Orthogr. pag. 2241. *Si praepoſitio erit* cum *per* c. *ſcribendum; vel adverbium temporis aut cauſale per* q. Porro neminem debent

XXVIII.

P. Εἴ σοι τέκνα πενητεύοντι πέλει, τάδε τέχναις
Γυμνάζειν, βίον ὄφρα πένητα σχοῖεν ἀπῶσαι.

S. Ἢν σοι παῖδες ἔωσι, καὶ οὐκ ἄφενος, σὺ δὲ τούςδε
Παιδεύειν, ἵν' ἔχωσιν ἀκλήριον ἦμαρ ἀλαλκεῖν.

XXIX.

bent offendere vocabula *quam*, *tum*, ſeu ratio hujus dictionis, aliis certe non inuſitata. Manil. Lib. III. ℣. 168.

Haec tibi cum fuerint certo diſcrimine nota;
Tunc, *ſi forte dies naſcentem exceperit alma,*
A ſole ad lunam numerabis, &c.

Eod. Lib. V. 257. & alibi. Ex multis unum hoc addam e Terent. Phorm. Act. II. Sc. III. ℣. 2. *Neque Antipho alia* quum *occupatus eſſet ſollicitudine*, tum *hoc eſſe mihi objectum malum.* Adde tamen Phaedr. Lib. I. Fab. II. ℣. 6. *Artes* autem hoc loco ſignificant *quamcumque profeſſionem honeſtam.* Potiſſimum autem per *artes* intelligimus negotiationem, quemadmodum ſic dicimus *ars cretaria*, *ars lintearia*, *ars macellaria.* Vid. Gruter. Corp. Inſcript. p. DCXLVII. n. 5.

MEMORIAE. AETERNAE
MATTONI. RESTITUTI. AVIS
TRIBOCI. NEGOTIATORIS
ARTIS. MACELLARIAE. &c.

Et quae plura addi poſſent ex Gruteri Indice Inſcript. Cap. de Artib. Profeſſ. & Negotiationib. Merito itaque hic notamus locum Salluſt. in Catil. Cap. VIII. *Quia prudentiſſimus quiſque negotioſus maxume erat.* Adde, quae de hoc Diſticho commentatus eſt Doctiſſ. Canneg. Reſcript. Boxhorn. novo, ut nuper me monuit, Cap. XXXIII. Denique *ſi tibi* quaedam habent Editt. Aug. Vind. Pariſ. Trem. Pulm. Eraſm. Gryph. Cord. aliae. ARNTZ.

Quo poſſint inopem defendere vitam.] *Defendere*, eſt *arcere*, *prohibere*. Horat I. Od. XVII. Defendit *aeſtatem capellis.* Vide Scholiaſt. Cruquii, & Lambinum &c. ad h. l. Et ſic leges in Emmae Angl. Reginae Encomio inter Scriptores Normannicos Quercetani fol. 166. Vide, ne omnia exſcribamus, A. Gellium Lib. IX. Cap. I. Nonium Cap. IV. §. 113. Petr. Victorium Lib. XXX. Var. Lect. XI. Jan. Gulielm. III. Veriſ. XXV. Lipſium II. Var. Lect. XXII. Brantium ad Lib. I. Caeſar. de Bell. Gall. pag. 435. Alb. Gentil. Lect. Virg. Cap. XIV. pag. 129. Taubm. ad Virg. VII. Ecl. pag. 73. ad X. Aen. pag. 956. & ad Plauti Moſt. Act. IV. III. Barthium ad Cal-

XXIX.

Quod vile eſt, carum, quod carum, vile putato:
Sic tibi nec cupidus, nec avarus noſceris ulli.

XXX.

purn. pag. 353. Lib. xxix. Adverſ. xvii. col. 393. ad Claudian. ſec. Edit. pag. 375. 663. 977. 1338. & ad Stat. I. Theb. ℣. 409. pag. 141. ad iv. Th. ℣. 402. pag. 1059. ad ix. Theb. ℣. 318. pag. 985. Pareum Lex. Crit. pag. 321. Parrhaſium ad Claudian. fol. xi. b. Edit. vero Baſileenſis 1539. auctioris, pag. 58. Langium ad Cic. Cat. Major. pag. 433. Nic. Heinſ. ad v. Epiſt. Heroid. ℣. 16. pag. 33. & ad Claudian. iii. Pan. Stil. ℣. 171. pag. 549. ſec. Edit. DAUMIUS. *Defendere* ἀντὶ τῦ *depellere*, *prohibere*. Propria haec vocis eſt ſignificatio, vulgo fere neglecta, ad exemplum Graecae ἀμύνειν, quae & *propulſare* & *tueri* ſonat, facta, optimis quibuſque Scriptoribus uſurpata, ut in aliis Auctoribus, Clariſſimo Daumio citatis, etiam Daniel Vechnerus aliquot exemplis oſtendit: quibus illud Lucretii Lib. v. ℣. 1428. adjicio:

- - - *At nos nil laedit veſte carere*
Purpurea atque auro ſigniſque ingentibus apta:
Dum plebeja tamen ſit, quae defendere *poſſit.*

Item illud Val. Max. Lib. iii. Cap. viii. ext. I. *A quo adeſſe juſſi ſunt, ut alter crimen probaret, alter* defenderet. WACHIUS. Pro *quo* Vir Doctus in margine conjecerat *queis*, male. *quo* hoc loco eſt *quo negotio*, nec obſtat τὸ *artibus*; quis neſcit enim, ſaepe generalia eſſe relativa, nec ſubſtantivo praemiſſo convenire? Multa hujus locutionis exempla Cl. Burmann. congeſſit ad Phaedr. in commentario majore Lib. I. Fab. viii. ℣. 10. Conſulendi etiam ſunt illi, quos ibidem ad partes vocat. *Qui poſſint inopem* &c. edidit Scriverius. Qua vero auctoritate minime liquet. *quo poſſunt* Cod. Turic. ARNTZENIUS.

XXIX. *Quod vile eſt, carum, quod carum eſt*, &c.] Ἑλικτὰ κ' ὐδὲν ὑγιὲς Planudes. SCALIG. Quod vulgus magni facit, tu contemne, quod vulgus negligit, tu magni facito: ita fiet, ut nec tibi ſis parcus, audebis enim uti, quae non magni facis. Neque cuiquam videaris avarus, cum non expetes avide, neque ſervabis attente, quae cupiunt illi. Vulgus plurimi facit divitias, minimi facit probitatem & eruditionem; tu inverte aeſtimationem. Res autem cuique tales ſunt, qualis eſt de his opinio. Vulgus lautam putat rem, pavonem, aut rhombum, tu contra vilem rem putato, & puta rem eſſe lautiſſimam ovum gallinae recens, lactucam, pullum gallinaceum. Ita nec tibi videberis ſordidus, cum

XXIX.

ι τίμιον εὐτελὲς ὡς δὲ καὶ ἔμπαλιν οἴει·
ὖν φειδωλὸς δόξῃς, οὔτ' αὖ πλεονέκτης.
ὲς ἔντιμον, τὸ δὲ τίμιον εὐτελὲς ἡγοῦ·
οὐ φαίνοιο φιλάργυρος, οὐδὲ σὺ κίμβιξ.

XXX.

ıuta tuo judicio, expetes lautitias, es ſunt. ERASnum *eſt* exulat a :. Cod. Turic. & . noſtris omnibus, ationis contextu :iſtimavi, quam-s Editt. ſervent. m. & Boill. Nec laris eſt haec abıuenſes enim hac ıda vel omitten-äepe negligentes quae diximus ſup. :. recte etiam o-& Coll. Hagenb. que adſpiratione diverſa tamen a-ſſ. & optimae no-*barus* exhibentes. , potiſſimum dum ıitur; vocem *ca*ıam, non graecam cum Eruditiſſ. ı. voce *carus*. Eſt atio, quod ſcilicet pe ſyllabis adderecıeretur, prout conorum requireret, . diximus ad Diſt. ıuae Salmaſ. habet :. Cap. I. n. 18. Cap. Cellar. in Orthogr. *-us*, & pag. 5. Lit.

x. Dauſq. in Orthogr. Part. II. pag. 75. qui ait: *H. ignoravit Graecia major.* Ideoque ἀπὸ τῆς χάριτος non χάριτος derivat. Quidquid ſit, abſque adſpiratione ſcribendum eſſe hoc vocabulum, ſatis evincunt, Tituli, Inſcriptiones, Monumenta vetuſta. *Ville*, geminata *l* litera, perverſa ſeculi conſuetudine reperi in Leid. tert. *Utile putato* Edit. Trem. male. ARNTZENIUS.

Sic tibi nec cupidus, &c.] Sic dedimus ex conſtanti MSS. omnium lectione, eaque quin genuina ſit, ego quidem nullus dubito. Non ignoro tamen, quoſdam haec tentaſſe. Scriver. in Editione ſua *ſerio caſtigata*: *Sic tu nec cupidus*, nec habet aliter Edit. Franeq. anni 1660. Sed vereor, ne omnis hoc modo pereat elegantia. Minus tamen ferendum eſt, ſi ferri poſſet, quod Malſchius notat: *diu me torſit. Itaque ſcripſi*: *ſi mibi nec cupidus &c. manifeſto & acuto ſenſu.* Immo ſic ex temeraria conjectura manifeſtus error naſcitur. Τὸ *tibi* potius opponitur τῷ *ulli*. qua elegantia hic auctor nitet potiſſimum. Hoc ſatis apparet ex vi vocabulorum *cupidus*

XXX.

Quae culpare ſoles, ea tu ne feceris ipſe:
Turpe eſt doctori, cum culpa redarguit ipſum.

XXXI.

Quod juſtum eſt, petito, vel quod videatur honeſtum;
Nam ſtultum eſt petere, quod poſſit jure negari.

XXXII.

dus & *avarus*. Qua de multis egit, qui omnino hic legi debet, Eleg. Broukh. ad Tibull. Lib. I. El. I. ℣. 90. vid. tamen Cl. Duker. ad Flor. Lib. III. Cap. XI. §. 2. & Lib. IV. Cap. XII. §. 12. Cl. Canneg. ad Avian. Fab. XXII. verſ. 4. Si quis jam ad harum vocum ſignificationem acute attenderit, ſenſum hujus Diſtichi talem, &, ut videtur, non inelegantem percipiet. Tu, ſi carum putes, quod vile eſt, non tibi noſceris cupidus; id eſt, tu rebus tuis, quas caras putes, vilibus licet, contentus, aliena, licet etiam cariora ſint, animo tuo non adpetes. Aliena etenim adpetere, ut Broukh. docuit, proprie crimen cupidi eſt, non avari. Si vero vile putes, quod carum eſt, non ulli noſceris avarus; ſed contra cara illa, quae vilia putas, ubicumque opus ſit, honeſte abſumere audebis. Quod qui non faciunt, proprie *avari* dicuntur. Attamen ſi τὸ *tibi* offendat hoc loco, dicam elegantem eſſe Pleonaſmum, cujus rei exempla plurima in uno dantur Plauto, in quibus colligendis inſignis eſt diligentia Parei in Lexic. Crit. voc. *tibi*. vid. etiam Farn. ad Terent. Adelph. Act. V. Sc. VIII. ℣. 35. Serv. ad Virgil. Lib. V. Aen. ℣. 162. Scheffer. ad Phaedr. Lib. V. Fab. VIII. ℣. 2. Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. Lib. I. ℣. 46. & Duker. ad Flor. Lib. III. Cap. XII. §. 10. Notanda etiam elegantia in τῷ *ulli*. vid. quae ſup. diximus ad Diſt. XXV. Denique, quod monendum reſtat, male Editt. Trem. Eraſm. Gryph. & Cruc. *Sic tibi nec parcus, nec avarus habeberis ulli.* Uti editum eſt quoque in Edit. Pulmanni, qui in margine receptam notavit lectionem. ARNTZEN.

XXX. *Quae culpare ſoles*, &c.] *Quae culpare voles*, Edidit Scriver. forte ex MS. Boxhorniano. Sed nec Codd. nec. Editt. noſtras adſtipulantes habet. ARNTZENIUS.

Turpe eſt doctori &c.] Doctorem παιδοτρίβην vertit Planudes. Atqui nemo ſanus ita omnem doctorem vocaverit, ſed τὸν τῶν παλαιστῶν διδάσκαλον. Quare ridicula eſt interpretatio. SCALIGER. Adagia Arab. Cent. LXXVIII. *Non eſt ſapiens, qui negotium aliquod re-*

pro-

XXX.

P. Πᾶν ὅ σὺ μέμφεσθαι ἔθος ἴσχεις, μήποτε ῥέξῃς·
Παιδοτρίβῃσι γὰρ αἶσχος ἐλέγχεσθαι πταίοντας.
S. Μὴ ῥέξον τὶ τέων εἰθισμένος ἐσσὶ κακίζειν·
Αἰσχρὸν ὑφηγητῆ γ' ὅτ' ἐλέγχεται αὐτὸς ἁμαρτών.

XXXI.

P. Αἴτει ἀεὶ τὸ δίκαιον ὄν, ἢ τὸ δοκοῦν καλὸν εἶναι·
Ὡς ἀμαθὲς αἰτεῖν γὰρ, ὃν ἂν τὸ δίκαιον ἀπείπῃ.
S. Αἰτῆσαι τὸ δίκαιον ἐὸν, τό, τε καλῷ ἐοικός·
Αἰτίζειν δ' ἀμαθὲς, τό, τ' ἀνήνασθαι θέμις ἐστίν.

XXXII.

prebendit, *poſtea vero in id incidit*. Vide Pareum Elect. Plaut. pag. 104. Iſid. Peluſiot. Lib. v. Epiſt. CLX. & CLXXVI. Schott. It. 196. & 230. Volland. Loc. Comm. Lat. 302. Chriſt. Aul. Cent I. Diſt. LXXXVI.

Quae vitare jubes alios, ne feceris ipſe:
Turpe eſt, doctorem cum ſua culpa notat.

Nicol. Ruding. Piſovern. Lib. II. Eleg. Euang. Domin. IV. Trin.

Turpe eſt cenſori, ſi ſe non judicet ipſe:
Aut ſe, non alios, labe carere putet.

Lactant. Lib. III. Cap. XVI. *Qui docent tantum, nec faciunt ipſi, praeceptis ſuis detrahunt pondus. Quis enim obtemperet, cum videat, ipſos praeceptores, quae doceant, non obtemperare.* Male ex Horatio Catonis verſum hunc citat Freinsh. ad Curt. Lib. IV. Cap. XIV. n. 6. DAUMIUS. Mox *cum culpa* Leid. pr. ſec. & multae Editt. *Qum* Aug. Vind. vide, quae diximus paullo ante Epigr. XXVIII. *Doctori* autem hoc loco eſt *monitori*, *reprebenſori*, qua de ſignificatione agam alias. *redarguere* vero, ut obſervat Vir Doctus ad Doctiſſ. Dreuxii Editionem, notat *viciſſim arguere*, ſive *culpantem viciſſim culpare*, recte; ea enim eſt vis τοῦ *re* in compoſitione. licet etiam multa verba compoſita pro ſimplicibus uſurpentur, & τὸ *re* in compoſitione frequentiſſime abundet. vid. quae ſupra dixi Lib. I. Diſt. XVI. Denique optime Menedemus ex huj. Diſtich. praecepto ap. Terent. Act. I. Sc. I. ℣. 114. *Non convenit, qui illum ad laborem inpulerim, nunc me ipſum fugere.* ARNTZENIUS.

XXXI. *Quod juſtum eſt*, &c.]

Quod inhoneſtum eſt, a nemine petendum eſt. Nullus enim debet cuiquam in re turpi morem gerere. Aut ſic: Quod injuſtum eſt, id eſt, quod non debetur, jure negari poteſt. Ergo non a quovis petas, ſed ab eo, cujus officium eſt praeſtare, quod petis: neque quidvis, ſed quod cum honeſtate conjunctum eſt; Nam id petitur aliquando, & ab his, qui non debent. ERASMUS. Plaut. prol. Amphitr. verſ. 35.

Injuſta ab juſtis impetrare non decet:
Juſta autem ab injuſtis petere, inſipientia eſt:
Quippe illi iniqui jus ignorant, neque tenent.

Publius Mimis: *Negat ſibi ipſe, qui, quod difficile eſt, petit.* Ph. Gualterus Lib. VI. Alexandr. 125.

- - - - Repulſam
Ex merito patitur, qui poſtulat ulterius, quam
Promeruit.

DAUMIUS.

Vel quod videatur honeſtum;] Id eſt, *ſit honeſtum. Videri* enim non raro Latinis ſonat *eſſe*, ut δοκεῖν Graecis εἶναι. Juſt. Lib. XXXVI. Cap. II. *Nam & prodigiorum ſagaciſſimus erat, & ſomniorum primus intelligentiam condidit, nihilque divini juris humanique ei incognitum* videbatur. WACHIUS. Nihil hic mutant Codd. MSS. aut Editt. Juſtini loco adde Sulp. Sever. Lib. I. Hiſt. Cap. VII. *De qua ipſe* oriundus videbatur. id eſt, *oriundus erat.* Ubi vid. eſt Vorſt. & ad Lib. II. Hiſtor. Sacr. Cap. XVII. *Cui perinbecillo verbo datum imperium* videbatur. Quod autem Dionyſius *juſtum* dicit & *honeſtum*, id Horat. in eamdem fere ſententiam *verum* dicit & *aequum* Lib. I. Ep. XII. ℣. 22.

- - - - & , ſi quid petet, ultro
Defer: nil Groſphus niſi verum *orabit &* aequum.

Honeſtum videri autem hic quoque intelligi poſſet de eo, quod probabilem cauſſam habet, ut *honeſta oratio* ap. Terent. Andr. Act. I. Sc. I. ℣. 114. *Quae ſeſe in ignem projicere voluit, prohibui, ſervavi.* Honeſta orario *eſt*. Ubi Noviſſimus Editor male deſcripſit locum Cicer. de Orator. II. XX. Cum is reperiatur apud eumdem Cicer. Lib. II. de Offic. Cap. XX. *Dictu quidem eſt proclive, itaque vulgo loquuntur, ſe in beneficiis collocandis mores hominum, non fortunam ſequi.* Honeſta oratio *eſt*. Sed forte hoc ipſi inputari non debet, ſed male ſcriptis ſummi Graevii dictatis, quibus nimium adhaerere fuit ſolitus. Porro *honeſtum* etiam *rei turpi* opponitur, nec ſolum id, quod licet, indicat, ſed & quod decorum, conveniens honorique congruum eſt; nec vero omne, quod licet, honeſtum eſt, vid. infra Lib. IV. Diſt. XLVII. Eo ſenſu Nepos dixit in Praef. *Hi ſi didicerint non eadem omnibus eſſe* honeſta *atque* turpia, *ſed omnia majorum inſtitutis judicari.* Ita *honeſtum & rectum* Cic.

xit de Amicit. Cap. xxii. *quidquam umquam niſi* ho-ı & rectum *alter ab alte-ulabit.* Hac quoque ſi-ione Stoici, quidquid ım eſſet, utile eſſe cen- Vid. Cic. Lib. iii. de Cap. iii. Τὸ *juſtum* au-tat id, quod ſecundum liqua ratione conſtru-ſt; notante Serv. ad ib. ii. Aeneid. ℣. 426. ntem autem hujus Epi- egregie pertinet, quod ic. de Amic. Cap. xx. *n omni re conſiderandum quid poſtules ab amico, & tiare a te impetrari.* Et : *Haec igitur prima lex e ſanciatur, ut ab amicis petamus* &c. Hoc in-poteſt exemplo Peri-d Gell. Lib. i. Noct. p. iii. qui ab amico ro-ut pro re cauſaque ejus dejeraret, his ad eum uſus eſt: Δεῖ με συμ-ι τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχρι ıbi alii Βωμῶν. Licet Cl. Cannegieterum haec exponenda cenſuiſſe ex mano, in quo *juſta*, id eſt, ı & a legibus non ab-ia aguntur ac petuntur. p. xxvii. Reſcript. Box-RNTZEN.

uod videatur] Poſitum *ideatur* metri cauſſa pro , quae modorum per-ı etiam maxime idoneis uctoribus non adeo in-ſt, ut illi, qui eoſdem ra legerunt, norunt, a id genus ex Jure Con-ı codice ſuo Critico Ju-ſtus Reinhardus Robbigius collegit Lib. xii. Cap. xiv. quem mihi, ſi lubet, vide. WACHIUS. Merito Wach. *videatur* pro *videtur*; nam hoc modo tempora modoſque mutare optimae notae Poëtis frequentiſſimum eſt. Virgil. Lib. iii. Aeneid. ℣. 2.

- - - - Ceciditque *ſuperbum*
Ilium, & *omnis humo* fumat
Neptunia Troja.

Ubi Serv. *ſane quaeritur, quomodo dixerit* cecidit & fumat. *Sed aut per licentiam poëticam tempus pro tempore poſuit, ut: meminiſſe* horret *luctuque* refugit. *Aut* &c. adde quae Perizon. notavit ad Sanctii Minerv. Lib. i. Cap. xiii. Potiſſimum tamen futura diverſorum modorum conjungi, obſervare licet, Terent. Adelph. Act. v. Sc. ix. ℣. 22. Et quae ibi notantur. De temporum enallage multa collegit Cl. Drakenb. ad Liv. Lib. iii. Cap. lix. §. 5. Canneg. in Diſſert. de Stil. Avian. Cap. xx. Arntzenius ad Aurel. Vict. Orig. G. R. Cap. xxiii. §. 4. Immo in numeris locum inſuper habere, cum non tam ad numeros quam ad ſenſum reſpiciatur, docuit Celeb. Burmann. ad Ovid. Ibid. ℣. 5. ARNTZEN.

Nam ſtultum eſt petere id,] Τὸ *id* non comparet in Leid. ſec. tert. Membr. Voſſ. Cod. Turic. nec Vet. Reg. adſpernantur quoque Editt. Aug. Vind. Pulm. Eraſm. Gryph. Boill. aliaeque optimae notae. Recte etiam omiſit Scriver. Sane librarii in hac voce addenda vel omit-

XXXII.

Ignotum tibi tu noli praeponere notis:
Cognita judicio conſtant, incognita caſu.

XXXIII.

omittenda ſaepius negligentes fuerunt, vid. Farnab. ad Terent. Heaut. Prol. ℣. 19. eumdem ibid. ad Act. II. Sc. I. ℣. 6. Sunt inſuper e recentioribus, qui haec, verbis tranſpoſitis, exhibent hoc modo: *Nam ſtultum petere eſt*. Sed recepta lectio placet; qui τὸ *id* inferciunt, vel verborum ordinem invertunt, eâdem ducti ratione caeſuram evitare conati ſunt. Male. cum haec Auctori noſtro propria & admodum adamata ſit, ut jam ſaepius diximus. mox vitioſe: *quod poſſit juſte negari*. Boill. ARNTZENIUS.

XXXII. *Ignatum* &c.] Barbare Planudes προτιμότερον, ἀντὶ τοῦ προτιμητέον. SCALIG. Ne facile commutes nota cum ignotis, puta amicum vel rem, vel vitae genus. Notis enim commodius uteris, de quibus judicare potes: quae ſi bona ſunt, rectius uteris: ſin mala, facilius tolerabis: quandoquidem juxta Plautum, nota mala, mala non ſunt. Ignota vero cujuſmodi futura ſint, incertum eſt. Fit autem ſaepenumero, ut quae in expetendo putaris prima, in experiendo repudies. ERASM. Pronomen *tu* fruſtra quaeſivi in Leid. ſec. & Veterr. Reg. diſcrepant quoque libri typis exarati: *Ignotum tibi nolito* Euchar. Gryph. Pulm. (ultima haec in margine receptum ſervat) & paucae aliae. *ignotumque tibi* [tu] *noli* Cod. Turic. τῷ *tu* ab eadem manu hoc modo, quo dedimus, addito. copula enim *que* vitium habet, numquam enim noſter duo diſticha ſic conjunxit. Aliter in Leid. pr. *ignotum tibimet*, quod aliquo colore ex Plauto Bacchid. Act. II. Sc. III. ℣. 91. & aliis defendi poſſet. Verum antiquata haec, ut jam ante dixi, in ſcriptore recentiori admittenda non ſunt, praeſertim cum major Codicum pars vetat. Leid. tert. & Edit Boill. male invertunt verborum ordinem, *Ignotum tu tibi* &c. Recepta itaque lectio, quam tres Codd. MSS. editioneſque antiquiſſ. ut & Scriver. praeferunt, mutari non debet; Auctor etenim noſter elegantiſſima geminatione illa *tibi tu* adeo delectatur, ut captet ubique. Vid. ſup. ad Diſt. XI. huj. libri. *Ignotus* autem vel *ignotum* eſt, *qui* vel *quod ignoratur*, *quod nondum habemus exploratum*. Virg. Lib. I. Aeneid. ℣. 359.

-- Ignotum *argenti pondus & auri*.

Ubi Serv. *tantum*, *quantum nullus umquam novit*. Quare non facio cum Viris Doctis, qui ex MSS. quibuſdam τὸ *ignara* pro *ignota* malint apud Ovid. Lib.

XXXII.

P. Μή ποτ' ἀγνῶτα προτιμότερον γνωστοῖο λογίσσῃ·
Τὸ γὰρ γνωστὸν ἔγνως κρίνας· τάδ' ἄγνωστα τυχηρά.

S. Μὴ γνωστοῦ ἀγνῶτα προτιμήσασθαι ἑταίρου.
Τὰ γνῶστ' ἐστὶ λογισμῷ, ἀτάρ τ' ἄγνωστα τυχηρῶς.

Vel: Ὡς τὰ γνωστὰ λογιστὰ πέλει· τάδ' ἄγνωστα τυχηρά.

XXXIII.

Lib. vii. Metam. ✝. 672.

Adſpicit AEoliden ignota *ex arbore factum*
Ferre manu jaculum.

Contra vero *ignotus* & *notus* nonnumquam ſignificatione activa pro eo, *qui non novit* & *qui novit* occurrunt. Sic Phaedr. Lib. i. Fab. xi. ✝. 2.

Ignotos *fallit*, notis *eſt deriſui*.

Ubi vid. Celeb. Burmann. Et quae notavit Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. Lib. ii. ✝. 98. *Notis* vero hoc loco eſt *cognitis* & *bene perſpectis*. Sic Phaed. quoque Lib. iii. Fab. x. 58.

Erit ille notus, *quem per te cognoveris.*

Et ſic ipſe Auctor infra Lib. ii. Diſt. xii.

Adverſus notum *noli contendere verbis.*

Eodem etiam ſenſu eſt apud eumdem Phaedr. *nota pernicitas* Lib. i. Fab. ix. ✝. 4. *Ubi pernicitas* nota, *inquit*, *illa eſt?* Hac ſignificatione quoque *noſcere aliquem* frequens apud Terent. Denique recte putat Eraſm. Auctorem noſtrum non tantum ad res ſed & ad amicos reſpexiſſe, id ſatis adparet ex Cicerone de Amicitia Cap. xix. *Non enim amicitiarum eſſe debent, ſicut aliarum rerum ſatietates. Veterrima quaeque* (*ut ea vina, quae vetuſtatem ferunt*) *eſſe debent ſuaviſſima: verumque illud eſt, quod dicitur, multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, ut amicitiae munus expletum ſit. Novitates autem, ſi ſpem adferunt, ut, tamquam in herbis non fallacibus, fructus adpareat, non ſunt illae quidem repudiandae. Vetuſtas tamen ſuo loco conſervanda eſt.* ARNTZEN.

Cognita judicio &c.] Dum γνώμην in κρίσιν mutat Planudes, leporem ſententiae obſoleſecit: & praeterea obſcuritatem hac innovatione vitare non potuit. SCALIGER. *Sapientia*, *conſilio.* DAUMIUS. Dubito equidem, an Doctiſſ. Daumius τὸ *judicio* recte ſatis expoſuerit per voces *ſapientia* & *conſilio.* Cum nobis nil aliud adnotare videatur, quam *uſu* & *cognitione*, quod, puto, clare patet ex verbis Cicer. de Amic. Cap.

 xvii.

XXXIII.

Quum dubia in certis verſetur vita periclis,
Pro lucro tibi pone diem, quocumque laboras.

XVII. *Sunt igitur firmi & ſtabiles & conſtantes eligendi: cujus generis eſt magna penuria & judicare difficile eſt ſane, niſi expertum. Ita praecurrit amicitia* judicium, *tollitque experiendi poteſtatem.* ARNTZEN.

XXXIII. *Quum dubia incertis* &c.] Praeter eam interpretationem, quam dedimus, poteſt etiam ita: *εἰ δὴ ἀτέκμαρτοι βίοτον κλονέουσιν ἀγῶνες.* SCALIG. Cum igitur vita per ſe incerta verſetur in periculis incertis, unumquemque vitae diem in lucro deputa, unuſquiſque enim dies poterat eſſe ultimus, & incertum erat, an tibi contingeret. Ergo in tot vitae periculis quicunque dies non eripitur, is in lucro eſt deputandus. (*Quicunque laboras*) id eſt, quicunque ſollicitus es, & angeris hujus vitae malis. Tametſi, ut dixi, non ignoro, Planudem ſecus expoſuiſſe, ſed non eſt ſententia illum per omnia ſequi. Nam mihi magis probatur, ut legamus *incertis* unica dictione, ad hunc modum: (*Cum vita dubia verſetur*) id eſt, jactetur (*incertis periculis*) id eſt, caſibus. Nam pericula hoc minus a nobis vitari poſſunt, quod incerta ſunt. Vitaſti naufragium, non vitaſti ruinam. Vitaſti bellum, incidis in latrones. Vitaſti peſtem, morderis a vipera. Mille periculis obnoxia eſt hominis vita, atque his quidem incertis & ob id inevitabilibus. ERASMUS. *In certis* duobus vocabulis haec leguntur in Editt. Aug. Vind. Eraſm. Boill. Cord. Cruc. quomodo edidit quoque Scriver. quod licet a nullo meorum Codd. probetur, (certe nil monent Collationes,) in textum tamen recipiendum putavi. Voces etenim *certus* & *dubius* eodem modo opponuntur hic inter ſe, ut in eo Ennii, quo Cicero alibi uſus eſt: *Amicus* certus *in re* incerta *cernitur. Vitam dubiam* itaque dicit Auctor, ſed *pericula certa*, quemadmodum ſolet oppoſitis uti, quae ipſi multum venuſtatis conciliant. *Certa pericula* ſunt certo eventura, hominibus propria, perſpecta & cognita. Vid. Doctiſſim. Cort. ad Sall. Jug. Cap. XLIX. §. 5. *Dubia vita* autem eodem fere modo hic dicitur, ut *dubiae res* apud Sall. Jugurth. Cap. XIV. §. 5. *Ceteri reges, aut bello victi in amicitiam a vobis recepti, aut in ſuis* dubiis rebus *ſocietatem veſtram adpetiverunt.* Ubi vid. Cort. Horat. Lib. IV. Od. IX. ℣. 35.

- - - - - - *& ſecundis*
Temporibus dubiiſque *rectus.*

adde quae collegit Cl. Drakenb. ad Liv. Lib. II. Cap. L. §. 11. Simili ratione *dubia fi-*

XXXIII.

P. Τοῦ βίȣ ἀμφιβόλȣ φανεροῖς ἐπὶ πήμασιν ὄντος,
Πᾶς μοχθῶν πρὸς κέρδος, κέρδας ὅπερ ζῆς ἡγοῦ.

S. Εἰ βίοτος στρωφᾶται ἀτεκμάρτοισιν ἀέθλοις,
Ἦμαρ ἐν ᾧ πονέεις πᾶν κέρδεος ἀντιλογίζȣ.

Vel: Ἦμαρ ἐπερχόμενον πᾶν &c.

XXXIV.

des occurrit apud Juſt. Lib. xxxIII. Cap. II. §. 8. Ceterum elegans eſt hoc loco *τὸ verſari*, quod multitudinem & certitudinem periculorum, quibuſcum homo confliĉtatur quotidie, abunde indicat. Adpoſitiſſimus eſt locus Ovid. Lib. I. Ex Pont. II. ỳ. 15.

Hoſtibus in mediis, interque pericula verſor.

Dum autem filii ſui ſeu diſcipuli animum format Dionyſius, ad patientiam laborum, id eſt, calamitatum & periculorum eumdem adhortatur, quo nimirum pertinent ſequentia hujus diſtichi verba, ut mox adparebit. Et ſic etiam videri debet diſſuadere remedium doloris, quod nonnulli minuti Philoſophi atque Epicurei morte parandum cenſebant. Peccare certe eos, qui aut doloris aut cujuſvis mali inpatientia mortem ſibi conſciſcant, patet ex Senec. Ep. LVIII. *Morbum morte non fugiam, duntaxat ſanabilem, nec officientem animo: non afferam mibi manus propter dolorem. Sic mori vinci eſt.* Hunc locum, fateor, me debere eruditiſſimo Graevio, quem merito Literati Orbis amorem dixeris, ad Cicer. Cap. XX. de Seneĉt. Ubi is ſcribit: *Vetatque Pythagoras injuſſu Imperatoris, id eſt, Dei, de praeſidio & ſtatione vitae decedere* &c. Quod alii tamen non tam inpium, quam indicium animi fraĉti & inbecilli, qui fortunae ſuccumberet, ſtatuebant. Ut patet ex eadem Senecae Epiſt. LVIII. Ubi dicitur: *Inbecillus & ignavus eſt, qui propter dolorem moritur: ſtultus, qui doloris cauſſa vivit.* Hoc itaque animo cum eſſet Dionyſius, eodem etiam filium vel diſcipulum ſuum inbuere ſtudet, docens in malis & periculis non finiendam vitam, ſed ipſum illum diem pro lucro habendum, quo quis *laboret*, id eſt, ut mox probabo, *in periculo & damno ſit.* Quod, dum laborat ſeu pericula & damna patitur, ſuperſtes & nondum vita ereptus ſit. ARNTZEN.

Pro lucro &c.] Ex rationibus veterum familiaribus deduĉtum eſt, qui lucra rerum in Diariis ſubnotabant, ut, quid emolumenti inde caperetur, poſſet ratio iniri. BARTH. Lib.

Lib. x. Cap. III. col. 464. Vide & eum ad VII. Theb. Statii ✠. 464. pag. 722. Cato infra Lib. IV. Diſtich. VIII.

Nam recte feciſſe bonis in parte locrorum *eſt*.

Terent Act. II. Adelph. Sc. II. ✠. 8. *Pecuniam in loco negligere, maximum interdum eſt* lucrum. *Lucra morae* Stat. VII. Theb. verſ. 464. *In lucro tibi p. d. quicunque laboras*. Pro Horatiano laudat Baſil. Faber Obſerv. in Cic. pag. 236. Edit. Lipſ. 1554. pag. 233. Edit. 1561. DAUMIUS. *Lucro adponere* hoc dixit Horat. quem Barth. etiam ad partes vocat, Lib. I. Od. IX. ✠. 14.

Quem ſors dierum cumque dabit, lucro
Adpone: &c.

Vid. Weſterh. ad Terent. Phorm. Act. II. Sc. I. ✠. 16. ARNTZENIUS.

Pro lucro tibi pone diem, quicunque laboras.] Ita habent omnes editiones, ut & nos vertimus. Sed nobis conſtat auctorem ſcripſiſſe - - - *quicunque ſequetur*. Quum vita incerta ſit; quemcunque diem Deus apponet praeſenti, illum tu appone lucro. Quare ita Graece concipientur:

Ἦμαρ ἐπερχόμενον πᾶν κέρδεος ἀντιλογίζου.

Planudeana nihil praeter ſolitum, dura, hiulca, inconcinna. SCALIGER. Non eſt locus in hoc ſcriptore ſummis viris viſus diſſicilior. Scaliger pro *laboras*, *ſequetur* reponit: minime omnium noſtro conſenſu. At clara eſt ſententia, ſi modo nos non caecutiamus. Cum ipſa vita in dubio ſemper ſit, ſummis a morte periculis perpetuo imminentibus, pro lucro aeſtimare debemus eum diem quo laboramus; quo non evertimur, imminente nece; ita, ſi majora pericula, quibus circumfundimur, conſideramus, minora illa, ut laborem, ſine quo vita noſtra non eſt, pro lucro habere decet. Nihil hac ſententia clarius; quam nec Planudem cepiſſe, nec quemquam aliorum interpretum, liquidum ex ipſorum interpretationibus. Nos vero omnino fruſtra laboravimus, *laborare* vivere exponentes ad Lib. I. in Eutropium Claudiani. (pag. 281. pr. Edit. & pag. 1322. ſec. Edit.) Ceterum eſt, expreſſiſſe Dionyſium Horatiana Lib. I. Od. XI.

Quem Sors dierum cunque dabit lucro
Appone. - - -

Eadem enim ſententia eſt, licet paullo aliter cadant verba. Quem diem fortuna tibi vitae addet, ponas pro lucro, cum incertiſſima vita ipſa ſit; addit Cato, etiamſi illa ipſa dies non ſit ſine labore. BARTH. Lib. XXIV. Adverſ. Cap. IV. col. 1179. Ita idem Horatius, Epod. XIII.

- - - *rapiamus, amici,*
Occaſionem de die.

Epigramma vetus:

Vivite felices, moneo: mors omnibus inſtat.

Illud *laboras* nec ab ipſo Scaligero capitur. Ego autem ſollicitandum non puto. Nam *laboras*

.dem eſt quod vales, in- viribus es, & medici ges. Cum enim quis pe- ſo morbo implicitus eſt, licunt Medici labore, qui um eſt ſanitatis &c. BAR- JS. Lib. xli. Adv. Cap. xxi. 853. & Lib. xxxvi. Cap. col. 1671. Quem conſer . xix. Cap. ix. col. 1037. xlvii. Cap. xxv. col. Racemat. ad Petron. 508. atium pag. 80. & ſatis e docteque ad i. Theb. Papinii ℣. 341. pag. 111. rò *laborare* pro *vivere* ex- , ut & ad v. Theb. ℣. ad vii. Theb. 464. pag. Cui ſe opponit recens i Commentator Vlitius, 133. *Vetus Gloſſa* MS. *que laboras*, id eſt, *quo- die opere faciendo vitam* ncertus, quem ante 200. nnos *Novum Catonem* ap- unt, rhythmis ita hoc di- n induit:

n ſubito fine ſpes ſit tibi cer- a ruinae,
magno lucro mortalem vi- ere duco.

ſſe autem noſter Cato vi- ex illo Senecae Epiſt. *raſtinum ſi adjecerit Deus, cipiamus. Ille beatiſſimus ſecurus ſui poſſeſſor, qui um ſine ſollicitudine exſpe- Quiſque dixit VIXI, quo- d lucrum ſurgit.* Pariter ıbanus, Carm. v. ſive ve- lcuinus, ℣. 22.

ſque dies vitae eſt velut ul- mus ecce putandus.

i. Epiſt. iv. ℣. 13.

um crede diem tibi diluxiſ- ſe ſupremum.

Alcuinus Epiſtola xxxvi. pag. 83. Edit. Caniſ. (Epiſt. xlv. col. 1558. Edit. Quercet.) *Hodie te cogita cras eſſe moriturum. Omnis dies quaſi ultimus eſt habendus.* DAUMIUS. *Quocumque* Leid. prior & Membr. Voſſ. quod, monente Daumio, vetus probat Gloſſa, & Scriver. in textum recepit. Recte, ſi quid video. *Quicunque* enim, quod reliqui Codd. & Editiones fere omnes ſervant, caſu ſexto antiquatum omnino eſt, nec Auctori recentiori facile obtrudendum. *Laboras*, quod eſt in Cod. Turic. & aliis, eodem ſenſu hic adhibetur, quo ap. Phaedr. Lib. i. Fab. xxx. ℣. 1.

Humiles laborant, *ubi potentes diſſident.*

Horat. Lib. i. Serm. ii. ℣. 38.

- - - *procedere recte*
Qui moechis non vultis, ut omni parte laborent,
Utque illis multo corrupto dolore voluptas,
Atque haec rara, cadat dura inter ſaepe pericla.

Ovid. i. Metam. ℣. 258.

- - *& mundi moles operoſa* laboret.

Vid. Celeb. Burmann. ad Petron. Satyr. Cap. cxv. Diſpont. in collect. in Phaedr. voc. *laborare*. Cl. Duker. ad Flor. Lib. i. Cap xii. §. 11. Et Pareum Lexic. crit. voce *labor*. Sic *laborantes* illi dicuntur, qui ſunt in periculo. Vid. Sall. Jugurth. Cap. xcviii. §. 1. *ac modo* laborantibus *ſuis ſuccurrere* & Cort. ad Sall. Catil.

XXXIV.

Vincere quum poſſis, interdum cede ſodali;
Obſequio quoniam dulces retinentur amici.

XXXV.

Ne dubites, cum magna petas, inpendere parva;
His etenim rebus conjungit Gratia caros.

XXXVI.

til. Cap. LX. §. 4. Et τὸ *labor* dici pro *periculo* docuit Serv. ad Virg. Lib. III. Aeneid. ℣. 145. hinc etiam *labor* & *periculum* conjungit Juſt. Lib. XXIV. Cap. VIII. §. 14. *nullus ſine* labore & periculo *dies*. Ceterum quemadmodum Barth. nobiliſſimi & genere & literis Scaligeri conjecturam jure merito rejecit, ſic plane non intelligo, cur tantis praeconiis ſuam emendationem, poſtquam jam toties de de his verbis fluctuaſſet, nobis commendet ad Gratii Cyneget. pag. 96. Ubi reſcribendum & corrigendum ait:

Cum dubia incertis verſetur vita periclis,
In lucro tibi pone diem, quocunque labor ſtat.

Corrector! Et tamen hoc invento vel potius commento mirifice ſibi placet Vir Doctiſſ. Ait autem: *Cum in orbem quendam perpetuum volvitur labor humanae vitae, eum tu diem in lucro pone, quo quieſcere licet.* Egregie! Sed vellem locutionem illam *labor ſtat* hoc ſenſu Latinis auribus probaſſet, quod cum non fecit, ego in talibus elegantiam (quaſi vero *nihil elegantius Auctor ſcribere potuiſſet*) fruſtra requiro; quo nomine etiam jam ante notatus fuerat a Vlitio ad eumdem Gratii locum ℣. 94. Qui tamen ipſe auctoris mentem non adſecutus videtur: *Quicunque*, ait, *laborat, quamvis nihil eo conſequatur, tempus tamen lucratur & diem, quo ducta ſupereſt linea, quia non perdidit nihil agendo, aut fato ereptus eſt.* Ego cras credo, hodie nihil. Τὸ *quicumque* ſumit Vlitius caſu primo, falſo; ubique enim Auctor filium ſuum adloquitur; quare *filio* non *cuicumque* ſcripſiſſe dici debeat, vide quae notavimus ſupr. Diſt. IX. hujus Libri. & Canneg. in Reſcript. Boxhorn. Cap. XXIX. ARNTZENIUS.

XXXIV. *Interdum cede ſodali;*] Nihil hoc Diſticho elegantius fingi potuit. Obſecundandum aliquoties amicis, & de tuo jure concedendum. Siquidem ea facilitas, ac morigeratio retinet amicos in amicitia. Contra, quidam dum obſtinate rixantur de lana caprina, malunt amicitiam reſcindere, quam ulla in re obſequi animo amici. ERASMUS. *Vince ſodali* Leid. ſec. Coll. Voſſ. & Veterr. Reg. *cede* / *vince ſodadi* Cod. Turic. Sed nil videtur mutan-

XXXIV.

P. Ἔσθ' ὅτε νικᾶν οἷός τ' ὢν, ἑτάροις ὑπόεικε·
Καὶ γὰρ μετριότητι, φίλοι γλυκεροὶ συνέχονται.

S. Κὴν ἐπίδοξος ἔῃς νικᾶν, ὑπόεικε φίλῳ σου·
Τῆς γὰρ ὑπηρεσίης ἥδεις ἡττῶνται ἑταῖροι.

XXXV.

P. Μὴ ὄκνει μεγάλ' αἰτίζων, τάγε μικρὰ προέσθαι·
Ὅττι χάρις φιλέοντας, ἐν ἀλλήλοισι συνάπτει.

S. Εἰ μεγάλ' αἰτίζεις, μὴ φείδεο βαιὰ χορηγεῖν·
Ὧδε χάρις τοίσδεσσι φίλους δεσμοῖσι συνάπτει.

XXXVI.

tandum. Quidam Vir doctus in margine notarat *vince ſodalem*, cujus ego ſententiam non adſequor. ARNTZEN.

Obſequio quoniam dulces retinentur amici.] In Ajace:

Φίλων γὰρ οἱ τοιοίδε νικῶνται φίλοι.

Et nos vertentes imitati ſumus. Ἀκυρολόγως Planudes obſequium vertit μετριότητα. Ridiculum. SCALIGER. Mire hic variant Editt. *vinciuntur amici* Euchar. *vincuntur amici* Gryph. Pulmann. & quaedam recentiores, quod agnoſcit etiam Leid. ſec. Sed ſana eſt recepta lectio. Huc facit iocus Ciceronis de Amicitia Cap. IX. *Quamquam confirmatur amor & beneficio accepto, & ſtudio perſpecto & conſuetudine adjuncta.* *Dulcis* autem elegans eſt epitheton amici. Vid. Horat. Lib. I. Serm. III. ℣. 69. & ℣. 169. Idem Lib. I. Ep. VII. ℣. 12.

--- *te*, dulcis amice, *reviſet*
Cum zephyris, ſi concedes, & hirundine prima.

Ovid. Lib. I. Ep. VIII. ℣. 31.

Nam modo vos animo dulces *reminiſcor* amici.

Catull. ad Alphenum XXX. ℣. 2.

Alphene inmemor atque unanimis falſe ſodalibus,
Jam te nil miſeret dure tui dulcis *amiculi.*

adde Cicer. de Amic. Cap. XXIV. in f. ARNTZEN.

XXXV. *Ne dubites* &c.] Amicitia conſtat officiis mutuis, & juxta proverbium, manus manum fricat. Gratiam hic vocat Deam benevolentiae. ERASMUS. Sic legimus ex conſenſu plurimorum MSS. optimarumque Editt. *ne dubites* Cod. Turic. cum poſteriores quaedam & ſola Coll. Voſſ. habeant *ne dubita*, quod Scri-

vo-

XXXVI.

Litem inferre cave, cum quo tibi gratia juncta eſt:
Ira odium generat, concordia nutrit amorem.

XXXVII.

verius fuit ſecutus. Utrumque latine dici, nemo dubitat. Vid. Linacr. de Emend. Struct. Lat. Serm. Lib. v. pag. 338. Nec tamen diſtinctionem, quam hic faciunt Grammatici, ignoramus, ut ſcil. *ne fac* ſit imperantis, *ne facias* ſuadentis, teſte Diomede Lib. I. de modo finiendo pag. 388. inter Gramm. Putſch. Quod facit haud parum ad lectionem receptam. Cl. tamen Burmann. exiſtimat, latinius dici, *ne dubita*, quam *ne dubites*. Vid. quae notantur ad Ovid. Lib. I. Art. Amat. ℣. 343. contra ſentit Serv. ad Virg. Lib. VI. Aen. ℣. 144. ne *cum imper. antique dictum eſſe*; *nam nunc*, inquit, *ne ſaevias dicimus*, *nec imperativum jungimus adverbio imperantis*. ARNTZENIUS.

Quum magna petis &c.] *Petas* praefert Leid. pr. tert. Vet. Chart. & Editt. multae ut Euchar. Tremon. Eraſm. Boill. Gryph. Cruc. Scriver. aliaeque. nec tamen minor numerus MSS. ut Leid. ſec. Coll. Voſſ. & Vet. Reg. habent. *petis*. Solus Membr. Voſſ. & Cord. *petes*. & ſic prius ſcriptum fuerat in Cod. Tur. ſed poſtea mutatum eſt in *petas*; pro *petas* itaque ſtant plurimi Codd. atque Editt. quod & ſenſus videtur poſtulare. *Quum* vel *cum*, ſic enim eſt in Editt. Eraſm. Boill. & Gryph. hic idem videri poſſet ac *quando*, ut apud Terent. Eunuch. Act. III. Sc. III. ℣. 16. *Ecquis cum ea una? quid habuiſſet, cum perit?* Ubi haec Donat. *Cum pro* quando; *aut cum periret*. Vel ut cum Grammaticis, quorum reſponſa tamen non ſunt Apollinis Oracula, diſtinguamus, *cum* finitivis jungitur, quoties ad id tempus, quo agebam, refertur, veluti apud Virgil. *Cum venit, Aulaeis jam ſe Regina ſuperbis compoſuit*, id eſt, tempore ipſo, quo venit; ſubjunctivis vero, cum poſt factum aliquid perfectum ſignificat, veluti, *cum veniſſet, declamavi*. Id quod pluribus docuit Diomed. Lib. I. de Conjunct. temp. pag. 186. cui adde Linacr. de Emend. Struct. Lat. Serm. Lib. v. pag. 362. ARNTZEN.

Conjungit Gratia caros.] Recte Eraſm. *Gratiam* hoc loco exponit per *Deam benivolentiae*; nec obſtat, tres plerumque ab aliis Gratias memorari, adeoque numero multitudinis *Gratiae* non *Gratia* dicendum videri. Auctor etenim Horatium praeeuntem habet Lib. IV. Od. VII. ℣. 5.

Gratia *cum Nymphis, geminiſque ſororibus, audet*
Ducere nuda choros.

Maxime autem injuſta eſt criminatio Boxhornii: *Ergo*, ait, *ſum-*

XXXVI.

P. Νείκεα τοῖς ἑτάροισι κομίζειν πάγχυ φυλάσσου·
Μῖσος γὰρ τρέφει ὀργὴ, ὁμοφροσύνη φιλίαν δέ.
S. Νείκεα τῷ δ' ἐπάγειν, ὅς σοι φίλος ἐςὶ, φυλάσσου·
Ἔχθος ἔτικτ' ὀργὴ, φιλίης δ' ὁμόνοια τιθήνη.
Id. Τοῖς ἑτάροις ἐπάγειν κακὰ νείκεα πάγχυ φυλάσσου·
Μῖσος γὰρ τρέφει ὀργὴ, ὁμοφροσύνη δὲ φιλίην.

XXXVII.

ſummum, ſi Diis placet, amicitiae vinculum eſt petere magna & parva praeſtare. Sed quis non videt, Cenſorem, vitio creatum, non ſatis adtendiſſe ad Fabulam vel pueris notam? Tres enim uti numerantur Gratiae, ita una ſemper a Veteribus averſa pingebatur, reliquae duae nos reſpicientes, Fulgentius Lib. II. Mytholog. Cap. IV. *Veneri tres Charites adjiciunt, duas ad nos converſas, unam a nobis averſam.* adde Heinſ. Adverſ. p. 740. cujus rei ratio redditur; quod nempe profecta a nobis Gratia, id eſt, beneficium alteri praeſtitum, duplex ſoleat reverti. Elegantiſſima ſane Auctoris eſt ſententia, & antiquitati admodum adcommodata. Tu vid. Serv. ad Virgil. Lib. I. Aeneid. ỷ. 720. al. 724. Exemplum hujus rei, licet ex avaritia profectum, eſt apud Egeſipp. Lib. I. Bell. Jud. Cap. XLI. in init. *Venandique artifex Herodem* antiquis, *opimis adorſus muneribus, remunerationi ampliſſimae locum paravit.* ubi Doctiſſ. Gualt. notat: τὸ *antiquis* deeſſe in ſuo exemplari ſcripto. Exſulat quoque a noſtris MSS. Havercampi, Caſſell. & collatione Gronoviana, nec non Editione Aſcenſ. Gloſſa mihi eſſe videtur τῦ *opimus*, atque e margine librariorum culpa in textum inrepſiſſe. Quid Clar. Canneg. de hoc Diſticho voluerit. vid. in Reſcript. Boxhorn. Cap. XXIX. ARNTZENIUS.

XXXVI. *Litem inferre cave,*] Νείκεα κομίζειν dixit Planudes: Quis intelligit? In noſtra verſione potes etiam, ſi ita videtur, legere.

- - - Φιλίην δ' ὁμόνοια τιθηνεῖ.

SCALIGER. Cavendum eſt, ne per inimicitiam lis incidat cum amico, propterea quod ex jurgio reſident in animis veſtigia quaedam, quae benevolentiam vertunt aliquoties in odium. Et non optime coire ſolet ſemel reſciſſa concordia. Ergo moroſitas omnis & aſperitas debet abeſſe ab amicitia. ERASMUS. Tſcherning. Prov. Alis, pag. 350. DAUMIUS. Nihil hic mutant Codd. cala-

I mo

XXXVII.

Servorum culpis quum te dolor urguet in iram,
Ipſe tibi moderare, tuis ut parcere poſſis.

XXXVIII.

mo vel typis exarati, & omnia ſatis, credo, eſſe expedita. *Lis* quomodo a *jurgio* differat, res vulgo nota eſt, nec digna, ut multis agatur, vid. Popm. de diff. verborum voce *jurgium.* Et Fronton. voce *lis.* Verum haec adeo certa non ſunt, ut non quandoque commutentur, & *lis* ponatur pro *jurgio*, ut non ſolo hoc loco ab Auctore noſtro, ſed & a Terent. factum eſt, Hecyr. Act. I. Sc. II. ℣. 103. *Bene conveniebat ſane inter eas. Interim miris modis odiſſe coepit Soſtratam: neque* lites *ullae inter eas, poſtulatio numquam.* Et ſic Auctor. inf. Lib. II. Diſt. XI.

Lis *minimis verbis interdum maxima creſcit.*

Immo *jurgium* pro *lite*, & *jurgari* pro *litigare* a Scriptoribus uſurpatum, egregie nuper docuit Cl. Canneg. in Diſſ. de Stil. Avian. Cap. XXI. pag. 312. Qui ſubtilius etiam inter haec verba diſtinguit, ut *jurgium* ſit de jure actio, *lis* de re. Quidquid ſit, ſatis eſſe putem, *litem* non ſine exemplo ab Auctore hoc ſenſu dici. *Litem inferre* autem eadem ratione hoc loco uſurpatur, ac *jurgii cauſſam inferre* apud Phaedr. Lib. I. Fab. I. ℣. 4. Quem locum ad illud Aviani Fab. XIII. ℣. 8. *jurgia ferre vetat*, notatum video. Quomodo in quibuſdam libris apud Ciceron. pro Rabir. Poſtum. Cap. IX. exſtat *in ferendis litibus.* Cum hodie tamen in pleriſque legatur *in inferendis litibus.* Sed haec non ſunt hujus loci. Denique τὸ *cave* eleganter adhibetur, ut apud Ovid. Lib. III. ex Ponto Ep. I. ℣. 139.

--- *caveque*
Spem feſtinando praecipitare meam.

Nec ſolum cum infinitivo, ſed & ſubjunctivo hoc modo conſtruitur. Curt. Lib. IV. Cap. I. §. 22. *Et quum in regali ſolio reſidebis, vitae neciſque omnium civium dominus*, cave *obliviſcaris hujus ſtatus.* Idem Lib. VII. Cap. VIII. §. 28. Et alibi paſſim. Adde, quae notavit Cort. ad Salluſt. Catil. Cap. L. §. 21. ab hac noſtra expoſitione deflectit nonnihil Cl. Canneg. qui hic non *jurgia* inter amicos, ſed *lites forenſes* intelligit. Vid. Reſcript. Boxhorn. Cap. XXVII. Neque hoc, neque illud damnem. Praeſertim ſi Horatii locum Lib. I. Epiſt. XIX. ℣. 49. cum hoc Diſticho comparem:

Ludus enim genuit trepidum certamen, & iram;
Ira *truces* inimicitias, *& funebre bellum.*

Quod Cato dicit: *Ira generat odium*, ille effert: *Ira gignit inimicitias.* ARNTZEN.

Cum quo tibi gratia juncta eſt:] Gra-

XXXVII.

P. Εἴ σε πρὸς ὀργὴν ἀμπλακίη δμώων ὀροθύνει·
Σαυτὸν μαλθάσσειν, ὡς τῶν οἰκείων φείσῃ.

S. Ἢν σέ ποτ' ἀμπλακίαι θεράπων προάγωσι πρὸς
Τῆς ὁρμῆς κρατέειν, τῶν οἰκείων ἵνα φείσῃ, (ὀργὴν·
Vel. Αὐτὸς μέτριος εἶναι, ἵν' οἰκείων ἔτι φείσῃ.

XXXVIII.

Gratia quid ſit nemo ignorat. Juſt. Lib. IX. Cap. VIII. §. 9. Gratiam *fingere in odio*, *in* gratia *offenſam ſimulare*. Idem Lib. XXVIII. Cap. I. §. 3. *Fiunt igitur nuptiae*, *quibus & novi matrimonii* gratia *adquiritur*, *& veteris offenſa contrahitur.* Nec aſymbolus hic eſt locus Ciceronis de Amic: Cap. XVI. *Quin etiam ſi minus felices in deligendo fuiſſemus*, *ferendum id Scipio potius*, *quam inimicitiarum tempus cogitandum putabat.* Offendere quoque non debent verba *cum quo*. Sic Cic. Lib. I. de Offic. Cap. XXXVIII. *Ira procul abſit*, cum qua *nihil recte fieri*, *nihil conſiderate poteſt*. Et multa alia. ARNTZEN.

XXXVII. *Servorum culpis*] Ne punias ſervum aut diſcipulum, quamdiu ſenſeris te ira commotum. Peſſimus enim auctor rerum gerendarum ira, ſed prius temperes animo tuo, ut ſedata iracundia, vel ignoſcas, vel mitius punias. Ita Philoſophus quidam: Punirem te, (inquit ſervo) ni iratus eſſem. Et Plato, ſublato in ſervum baculo, rogatus quid ageret: Ego, inquit, caſtigabo hunc intemperantem, ſe ipſum ſignificans ira concitum. ERASMUS. Vetus Edit. ſuperius laudata: *Servorum ob culpam*. BARTH. Lib. XXIV. Cap. IV. col. 1180. Ita & Sebaſt. Branti Editio, Anni 1498. Lipſienſis 1424. Baſilienſis, cum comment. Roberti de Euromodio Monachi Claraevallis, Anni 1486. Colon. 1505. & Pulmanni Anni 1561. Adhibe ad hoc Diſtichon Collectanea pone Hiſt. 143. Jocoſer. Melandri Tomo III. pag. 151. DAUMIUS. Veteres Editiones, Summis Viris Barthio & Daumio teſtibus, habent: *Servorum ob culpam*. Recte tamen iidem illi vulgatam lectionem *ſervorum culpis* ſunt ſecuti: quae vera ſinceraque omnino eſſe videtur, cum ſatis conſtet, Scriptoribus optimis caſum ſextum ſaepius cauſſam denotare. Valerius Maximus Lib. VIII. Cap. VII. ex. 3. *Terentius autem Varro*, *humanae vitae exemplo & ſpatio nominandus.* Confer hac de re Clariſſimos Viros, Auguſtum Buch-

XXXVIII.

Quem ſuperare potes, interdum vince ferendo;
Maxima enim morum ſemper patientia virtus.

XXXIX.

nerum ad Plinium Minorem Lib. II. Epiſt. I. & Johannem Fridericum Gronovium, cum ad Sen. pag. 162. & 163. tum in pereruditio obſervationum opere Lib. IV. Cap. XVII. Qui alia & multa hujus generis exempla annotarunt. WACHIUS. *Culpa* Leid. pr. *culpis* Leid. ſec. *culpas* Cod. Turic. puncto ſub *a* poſito, ut ſolent Librarii, ſignificantes literam illam delendam eſſe. *ob culpam* Leid. tert. Vet. Chart. & Membr. Voſſ. non diſſentientibus Editt. antiquiſſimis & optimis, in iis quoque Aug. Vind. cui plurimum tribuo, & Eraſm. Boill. Gryph. Cord. Cruc. nec aliter Scriverius edidit. Τὸ *culpa*, vel *culpis*, ut vult Cl. Canneg. Reſcript. Boxhorn. Cap. XXX. quodque duorum, ut vidimus, MSS. auctoritate probatur, quamvis etiam plurimi Codd. *ob culpam* malint, unice placet. quomodo numero multitudinis *culpae* & *culpas* aliquoties dixit Horat. Vid. Lib. III. Od. XI. ℣. 30. & alibi. ARNTZENIUS.

Quum te dolor urget in iras,] *Urguet* Leid. pr. *urg &* Coll. Turic. raſura unius literae inter *g* & *&*, credo τοῦ *u*, ita ut prius illic etiam ſcriptum fuerit *urguet*. *urguat* Coll. Voſſ. quemadmodum *urguere* pro *urgere* ſaepiſſime in praeſtantiſſimis (ſic enim veteres ſolebant) ſcribitur Codd. Uti, ſi lubet, videre eſt ex iis, quae notavit Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. Lib. VI. Punic. ℣. 265. Quod idem haud ſemel egit ad Livium alibi. Admonuit quoque Cl. Duker. ad Flor. Lib. IV. Cap. X. §. 6. Adde Doctos Interpretes ad Rutil. Iter. Lib. I. ℣. 32. Cl. Canneg. ad Avian. Fab. V. ℣. 12. & Cellar. in Orthogr. voce *urgeo*. Ceterum *in iram* praefert Leid. ſec. & tert. Vet. Chart. & Membr. Voſſ. nec non Editt. Aug. Vind. Euchar. Pulm. Trem. Pariſ. Chouet. Florent. Scriver. Aliaeque. Paucae tamen, eaedemque juniores *in iras* exprimunt, quod removendum putavi, plerumque enim magis Poëticum eſt uti numero ſing. quam plurali, quod pluribus egimus ſupra Lib. I. Diſt. XII. Et in ſimili re *irae moderari* non *iris* dixit Horat. Lib. I. Ep. II. ℣. 59. Ad quem locum Auctor procul dubio reſpexit:

------ *qui non* moderabitur irae,
Infectum volet eſſe, dolor *quod ſuaſerit & mens*,
Dum poenas odio per vim feſtinat inulto.

Denique *in ira*, quod nonnullis placere poſſet, ſervat Leid. pr. ARNTZENIUS.

Ipſe

XXXVIII.

P. Οὖ κρατέειν δύνῃ, ἔσθ᾽ ὅτε καρτερίῃ περιγίγνου·
Καρτερίη γὰρ ἀεὶ ἀρετάων ἐστὶ μεγίστη.

S. Οὐ νικᾶν δύνασαι, τῇ καρτερίῃ περιγίγνου·
Αἰεὶ καρτερίη δ᾽ ἀρετάων ἐστὶ μεγίστη.

XXXIX.

Ipſe tibi moderare, tuis &c.] Notanda hoc loco elegans ſane oppoſitio in verbis *tibi* & *tuis*, quod monendum duco, quia pauci hanc Auctoris elegantiam, qua in primis nitet, perſpexerunt. Poſſet tamen non nemo τὸ *tuis* jungere τῷ *moderare*, hoc modo: *Ipſe tibi moderare tuis*, &c. id eſt, moderare tibi in commodum tuorum. Notus quidem eſt iſte dativus commodi, qui eleganter saepe uſurpatur, de quo vid. Perizon. ad Sanct. Minerv. Lib. II. Cap. IV. §. 5. Nec aliter Graecos loqui idem docet Perizon. ad Aelian. Lib. IX. V. H. Cap. IV. Sed altera interpunctio, meo quidem judicio, longe praeſtat, quare ſic edi curavimus. ARNTZENIUS.

XXXVIII. *Quem ſuperare* &c.] In hoc Diſticho verba Planudis, quae hiabant, reconcinnavimus & quaedam mutavimus. SCALIGER. Maximi animi eſt, cum poſſis vincere, pati tamen, ut vincaris, & negligere adverſarium. Hac virtute inter mortales non eſt alia praeſtantior. ERASMUS. *Quae ſuperare potes*, perperam habet Edit. Trem. Unus Barthius, quem etiam vide Lib. XXIV. Adverſ. Cap. IV. col. 1178. hic aliquid perſpexiſſe videtur, dum mox dicet *patientiam morum* pro δυσκολίας, id eſt, *moroſitatis patientia* eſſe capiendam. Ut ſtatim clarius adparebit. Vult autem Auctor noſter *interdum vincere ferendo*, & *ſemper pati*. At dicat quis, quomodo ei, cui praecipit *ſemper patientiam*, poteſt praecipere, ut *interdum vincat*? Inconcinne omnino. Et hoc obſervaſſe videtur Scriba Cod. Turic. qui duplicem hic profert lectionem, hoc modo: interdum *cede ſodali* *vince ferendo*; ſed hoc aliunde repetitum. Malim itaque, cum Cl. Cannegietero, qui hanc etiam conjecturam bonarum literarum cauſſa nobiſcum communicavit, pro *interdum*, levi admodum mutatione ſcribere *infeſtum*: *Quem* vel *Quum ſuperare potes infeſtum*, &c. Et facile quidem hic error committi potuit ab indoctis librariis; ſaepe enim literas *t* & *f*, *d* & *t* inter ſe commutari, notiſſimum eſt, vid. Pier. ad Virg. Lib. I. Aen. ℣. 76. & 444. Deinde vox *infeſtus* ejuſque ſignificatio, qua hic capi debet,

XXXIX.

Conſerva potius, quae ſunt jam parta labore:
Quum labor in damno eſt, creſcit mortalis egeſtas.

XL.

ignorabatur hominibus inperitis. *Infeſtus* enim, ſi originem vocis ſpectas, ſignificat *parum laetum*, *triſtem*, *melancholicum*; *feſtum* enim, unde *infeſtum* verius deducitur, notat ſollemniter laetum ac feriatum. Sic *feſta urbs*, *feſtus ludus*, *feſtum gaudium*, *feſta laetitia*. vid. Cl. Drak. ad Sil. Ital. Lib. XII. ✝. 752.

Tum feſtam *repetunt*, *luſtratis moenibus* urbem,

Atque ideo *dies profeſtos* nonnulli ita dictos credunt, quod ſunt vacui a feſtivitate. Vid. Non. Marc. in *profeſti*. Nec male forſan Cod. Havercampi pro *infauſtis nuptiis* legit *infeſtis n.* Vide Egeſipp. Lib. I. Cap. XL. *Sed ne filiam excipio, quam* infeſtis nuptiis *ipſe deſpondi*. &c. hodie legitur *infauſtis*. Recte itaque *infeſtum* in Gloſſis, monente Voſſ. in Etymol. eſt ἀνιαρὸν, ὀργίλον *triſte*, *iracundum*. Quare *mores* verſu altero ſunt *mores difficiles*, qualibus qui praediti ſunt, *moroſos* adpellare conſuevimus, ut mox probabo. Quod autem *vincere ferendo* hoc loco dicit noſter, id Virgilius, ſed in aliam ſententiam, *durando vincere* dicit Lib. II. Georg. ✝. 295. Ubi de Aeſculo arbore:

Multa virum volvens durando *ſaecula* vincit.

Ubi alia notat Doctiſſ. Jeſuita de la Cerda. Ceterum Vir Doct. ad Doct. Dreuxii Editionem, quam jam ſaepius laudavimus, haec adnotavit: *Potes*, id eſt, *potentia vales*. Cic. Philipp. XIII. Cap. XVII. Si domi *poſſit*. Hinc uſitata προσφώνησις ad Deos. *namque potes*. de qua Heinſ. ad Val. Flacc. Lib. I. ✝. 3. Ea Virgilii eſt Aen. VI. vſ. 117. *potes namque omnia*. ARNTZEN.

Maxima enim morum, &c.] *Nam virtus vidua eſt, quam non patientia firmat.* Canit Prudentius Pſychom. ✝. 177. ad quem vide pag. 690. *Mores* ipſae ſunt virtutes, aut diſciplinae. Supra in Praefat. pro vitio poſuit: *Quo pacto* morem *animi tui componas*. Salluſt Jugurtha; *Nihil vi; nihil receſſione opus eſt: ſuomet* more *praecipites eant*. BARTH. pag. 41. ad Ceirin, & pr. Edit. ad Claud. pag. 223. 320. & ſec. Edit. 224. 406. *Mores* ſunt virtutes uſu receptae & confirmatae, nec citra omnium offenſionem & pudorem proprium convellendae, idem ad Papin. III. Silv. V. ✝. 88. pag. 346. Cui tamen aliquando in mentem veniebat *Patientiam morum* pro δυσκολίας *patientia* eſſe capiendam. DAUMIUS. Huc facit illud R. Immanuelis הסבל מעלה גדולה: *Patientia eſt virtus maxima*. WACHIUS. *Maxima etenim*. Leid. tert. *horum* loco τοῦ *morum* obvium

vium

XXXIX.

P. Φρούρει ὅττι μάλιστα, τάπερ καμάτοις ἐπορίσω·
Ἐν ζημίῃ γὰρ κάματος, πενίην ἐποφέλλει.

S. Ἐνδυκέως ταμίευε, τάπερ καμάτῳ πεπόρισται·
Τὴν πενίην κάματός γ', ὅταν ᾖ δαπανηρὸς, ὀφέλλει.

Id. Ἐνδυκέως τήρησον, ἅπερ καμάτῳ πεπόρισαι·
Ἢν κάματος δαπανηρὸν, ἀχρημοσύνη κε μάλ' αὔξοι.

XL.

vium fuit in Leid. ſec. & Vet. Reg. Sed literam *m* ultima vocis praecedentis *enim* abſorpſit, qua in re ſaepiſſime turbas dederunt librarii, quod ſciunt ſatis, qui in pervolutandis membranaceis libris aliquid temporis contriverunt. Vid. tamen Scheffer. ad Juſt. Lib. xxiii. Cap. ii. §. 6. Poſtea vero adſpiratio, cum ſcribae ex ſyllabis *orum* nihil efficere ſciebant, facile adceſſit, & ſic demum aperto errore *borum* ſcripſerunt. *Morum eſt* habet Vet. Chart. quod ſequuntur Libri typis exarati haud pauci. Male autem *Barth.* & cum eo *Daum.* *mores* exponunt per *virtutes uſu receptas*, quamvis ſaepius ſic uſurpari non ignorem. Rut. Itin. Lib. i. ✝. 597. Phaedr. Lib. iii. Fab. viii. ✝. 16. Inde etiam *morem* & *virtutem* conjungit Plin. Paneg. Cap. xiii. §. 5. *Quam magnum eſt unum ex omnibus patrio* more, *patria* virtute *laetari*. Male, inquam; *mores* hoc loco ſunt *mores difficiles*. Sic Terent. Hecyr. Act. iii. Sc. v. ✝. 28. *Cujuſque* mores *toleret ſua modeſtia*; ubi Donat. *bene* mores, *ut aniculae: notat enim pravitatem. Unde ſenes moroſi appellantur. Horat.*

Donec virenti canities abeſt
Moroſa.

Adde Cic. de Seneſt. Cap. xviii. *Sed haec* morum *vitia ſunt non ſenectutis.* Hanc autem morum *ſemper-patientiam* Auctor noſter *virtutem maximam* dicit, non quod revera omnium maxima, ſed inter maximas una & admodum magna; quare & eamdem de filio ſuo Pater Simo praedicat ap. Terent. in Andr. Act. i. Sc. i. ✝. 35. *Sic vita erat, facile omnes perferre ac pati.* Hanc morum patientiam in Attico ſuo laudat quoque Cornel. Nepos in ejus vita Cap. v. *Cujus ſic aſperitatem veritus eſt, ut, quem nemo ferre poſſet, hujus ſine offenſione ad ſummam ſenectutem retinuerit benevolentiam.* Tandem non multo aliter ac noſter *ſemper-patientia* dixit Terent. *ſemper-lenitas* Andria Act. i. Sc. ii. vſ. 4.
ARNTZENIUS.

XXXIX. *Conſerva potius &c.*]

Totum Diſtichon Planudis non eſt nauci. Verbum praeterea φυρεῖν, quo utitur, ineptiſſimum, & huic loco alieniſſimum. SCALIGER. Facilius ac tutius eſt ſervare, quod tuo labore quaeſitum eſt, quam ſarcire, quod profuſione diminueris, ac detriveris. Cum enim laboratur integra re, facile defenditur inopia: verum quum laboratur in damno ſarciendo, increſcit & obruit nos egeſtas. ERASM. Prior verſus ſententiam ita non ineptam habet: At ſecundus intricate loquitur. *Quum in damno eſt labor, creſcit paupertas*, neſcio an ita Latine loqui poſſis. Elegans, &, ut videtur, genuina lectio; ſententia certe diſtinctione poteſt reſtitui perfacile:

Conſerva potius quae jam ſunt parta; labore,
Quum labor in damno eſt, creſcit mortalis egeſtas.

Labore ipſo creſcit egeſtas, quum laboras, ut damnum facias, hoc eſt perdas luxu & deliciis jam parta. Ita plane locutus eſt Petronius Bello Civili:

... Inde Lucrinis
Eruta littoribus vendunt conchylia coenas,
Ut renovent per damna famem.

Et Manilius initio Lib. IV.

Et ſummum cenſus pretium eſt effundere cenſum.

BARTH. col. 1180. Eo, quod labore tibi jam partum eſt, & ad victum ſufficit, eſto potius contentus, quam ut plura accumulare labore ulteriore velis. Is enim labor ſi damnoſus eſt, nec lucri quid affert, indies decreſcit res tua. Eſto potius paucis contentus, quam ut pluribus accumulandis allabores. Nam qui cum damno labori incumbit, rem non facit. DAUMIUS. Specioſa potius quam vera hic contulit Doctiſſ. Barth. Nulli certe libri ipſius diſtinctioni inſerviunt. Cl. Almelovenius in marg. Exempl. ſui pro *quae ſunt jam* conjecerat *quaeſita &*, quae ipſius conjectura, licet nimium a ductu literarum recedat, nec ulla etiam mutandi ſit neceſſitas, quodammodo tamen firmari poſſet lectione Leid. pr. ubi ita: *Conſerva potius, quae ſunt jam acquiſita parta labore.* Sed ex gloſſa hoc potius natum putem; *parta* etenim aliquis in margine per vocem *adquiſita* recte exponere ſibi viſus eſt, cum poſtea ſtupidus ſcriba duo haec vocabula in textum receperit & infeliciter conjunxerit. ARNTZENIUS.

Quum labor in damno eſt, &c.] *dam no*, raſura inter *m* & *n*, ita ut olim *dampno* ſcriptum videatur in Cod. Turic. vide ſupra Lib. I. Diſt. XI. Ceterum nec Barth. nec Daum. nec ipſe Eraſm. verum Auctoris ſenſum, quod pace Doctorum nominum dictum velim, perſpexerunt. Cl. Cannegieterus, datis ad me literis, obſervat aliter uſurpari *τὸ labor* in verſu priori, aliter in verſu altero. *Labore parta*, id eſt, *induſtria parta* ſcribit ille,

hic

hic vero ſeu in verſu hujus diſtichi altero *rem labore quaeſitam* denotat. Quae Viri Cl. expoſitio unice nobis placuit. *Labore partum* priori ſenſu dixit Terent. Phorm. Act. I. Sc. I. ✠. 12. *Haud exiſtumans quanto labore partum &c.* & ſaepius alibi. Τὸ *labor* autem pro *re labore quaeſita* rarius eſt. Sufficiunt illa, quae ipſe collegit Canneg. ad Avian. Fab. XXXIV. ✠. 5.

> *Solibus obreptos hiemi formica* labores
> *Diſtulit.* - - -

Hic autem *labor* ſive *res labore quaeſita* dicitur *eſſe in damno*, cum bona paullatim atteruntur, quemadmodum contra *in lucro eſſe* dicuntur omnia illa, quae augentur. Qua de re cum plura dicturum ſe promiſit Cannegieterus noſter, pluribus abſtineo, & potius Lectorem ad ipſius Diſſertationem ablegare viſum fuit. Vide nunc ipſius reſcript. Boxhorn. Cap. XXIX. Haec olim ſcripſeram. Quid ſi dicamus? *quum labor in damno eſt*, idem eſſe, ac *quum labor eſt in profundendo, in ſumtibus & inpenſis faciendis*, ut faciunt *damnoſi*. Ita Sueton. in Neron. Cap. XXXI. *Non in alia re* damnoſior, *quam in aedificando.* & ſic *damna* pro *inpenſis* & *ſumtibus*, vid. quos citat Burm. ad Petron. loc. laud. Atque ita pulcerrima ni fallor & ſimpliciſſima exit ſententia, potiſſimum, ſi hoc modo diſtinguas:

> *Conſerva potius, quae jam ſunt parta; labore,*
> *Quum labor in damno eſt, creſcit mort. eg.*

Hoc eſt potius conſerva, quae jam parta ſunt, quam ſpargas tua prodigus; nam quum labor *eſt*, hoc eſt, *verſatur* in ſumtibus & expenſis faciendis, ſupervenit & creſcit paullatim egeſtas. *Laboribus creſcere*, licet alio ſenſu, dixit Horat. Lib. IV. Od. IV. ✠. 45.

> *Poſt hoc ſecundis uſque* laboribus
> *Romana pubes* crevit - - -

τὸ *potius* autem in hoc Diſt. neminem temere debet offendere; videtur enim Dionyſ. quum haec ſcriberet, in animo habuiſſe locum Horat. Lib. II. Epiſt. II. ✠. 195.

> *Diſtat enim, ſpargas tua prodigus, an neque ſumtum*
> *Invitus facias, nec plura parare labores;*
> *Ac* potius, *puer ut feſtis quinquatribus olim,*
> *Exiguo gratoque fruaris tempore raptim.*

Τὸ *creſcere* vero eadem hac ſignificatione occurrit apud Juſtin. Lib. VII. Cap. III. §. 3. & Lib. VIII. Cap. V. §. 11. Terent. Heaut. Prol. ✠. 28. Denique *mortalis egeſtas* eſt *egeſtas mortalium.* Sic idem Juſt. Lib. XIV. Cap. IV. §. 12. *Ipſum denique Alexandrum, ſi fas fuiſſet, eum* mortali manu *cadere interemturi; &c. Mortalis creſcit egeſtas* inverſo verborum ordine legebatur in edit. Florent. ARNTZENIUS.

XL.

Dapſilis interdum notis, & carus amicis,
Quum fueris felix, ſemper tibi proximus eſto.

XL. *Dapſilis interdum &c.*] *Dapſilis*, id eſt, *munificus*, *liberalis*. Vid. Pareum Lex. Crit. 310. Sueton. Veſpaſ. cap. XIX. *Sed & convivabatur aſſidue: ac ſaepius recte, ac* dapſile, *ut macellarios adjuvaret*. *Dapſilis proventus*, Columella IV. Cap. XXVII. Audoënus vel alius Verſificator apud Ordericum Vitalem Lib. V. Hiſt. Eccleſ. fol. 559.

Dapſilis *& conſtans, verbi quoque lumine flagrans.*

Galterus Lib. I. Alex. ℣. 157.

Non opus eſt vallo, quos dextera dapſilis *ambit.*

Walafr. Strab. apud Caniſ. T. VI. pag. 640.

Cunctis es mitis, dapſilis *& miſeris.*

Dapſile hoſpitium apud Scholiaſt. Germanici, pag. 129. *Nigidius refert, quodam tempore Jovem cum caeteris Diis apud Muſaeum Biſtoniarum Regem hoſpitio* dapſili *copioſeque affectu praedito in hilaritate conſtituiſſe, ut &c.* Orderic. Vit. III. Hiſt. Eccleſ. fol. 463. *Omnes iſti fratres fuere ſtrenui &* dapſiles. Hinc *dapſilitas* apud Wilhelm. Gemmeric. Lib. VIII. Hiſt. Norm. cap. I. *In altero eorum, Wilhelmum loquor*, dapſilitas *erga ſeculares praedicabatur, ſed contemta ab eo religioſitas plurimum conquerebatur.* Order. Vitalis, Lib. III. Hiſt. Eccleſ. fol. 496. *Promptus erat aliena procaciter rapere, & ſua imprudenter diſtrahere; ut mereretur frivolam* dapſilitatis *laudem habere.* Utuntur hac voce Guibertus Hiſt. Hieroſol. Lib. II. Cap. XVII. Baldricus Dolenſis Lib. I. Hiſt. Palaeſt. Cap. XXIII. Lib. IV. Cap. VII. XV. XVI. Alia & plura vide apud Stephanium ad Sax. Grammaticum fol. 177. Isleb. Adag. pag. 362. a. DAUMIUS. Adi Taubmannum ad Plaut. Act. IV. Sc. II. ℣. 67. Moſtell. & Act. II. Sc. I. ℣. 42. Aul. nec non & Act. I. Sc. IV. ℣. 3. Pſeud. WACHIUS. Vox *dapſilis* pro *largo*, *liberali* Latinis, in primis Plauto, haud fuit incognita, ut jam ſatis alii probarunt, quibus adde locum Daret. Phrygii Cap. X. *Ubi de Polyxen. Quae forma ſua omnes ſuperaverat animo ſimplici, largam*, dapſilem. Et quae notavit Du Cange Gloſſar. Med. Latin. voce *dapſilis*. *Dapſilitas* vero & *dapſiliter* tamquam vocabula barbara rejecerunt Viri Docti. Vid. Gunther. in Latin. Reſtit. voce *dapſilitas*. ARNTZENIUS.

Notis, & carus amicis,] Sic legunt omnes omnino Codd. MSS. peculiarem lectionem invenio in Conlat. Cod. Turic. qui

XL.

P. Εὐπραγέων, εὐεργετικὸς μὲν πολλάκι γίγνε
Σεῖο φίλοις· σαυτῷ δ' εὐεργετικώτατος αἰεί.

S. Τοῖσι φίλοις καὶ ἕταισιν ἐπὰν φιλότιμος ἀκούσῃς
Ὄλβιος εὐτυχέων, σὺ δὲ φίλτερος ἴσθι σεαυτῷ.

Id. Γνωςοῖσι φιλότιμος ἔοις, ἔντιμος ἑταίροις
Πλουτοδοτῶν ἐπὰν ἦσθα, σὺ δ' ὕςατα μνώεο σαυτοῦ,

qui *car us* exhibet. Litera *a* ſere abraſa, itemque raſurâ exiſtente inter *r* & *u*, ita ut prius *certus* illic ſcriptum fuiſſe videatur. In diverſa abeunt Editt. *notis*, *charis* & *amicis* Aug. Vind. Euchar. Pulm. (qui tamen in margine: & *carus amicus. al.* & *largus amicis*) Trem. Eraſm. Gryph. & multae recentiores, quod Eraſm. quoque ſecutus eſt. Sed minus recte. Non deficiunt tamen, quae receptam praeferunt lectionem, ut Pariſ. Franeq. Florent. Cruc. Scriver. aliaeque. Solae Editt. Chouet. & Cord. legunt *notis* & *largus amicis*, ſed contra conſtantem MSS. lectionem nil fuerat mutandum, utpote quae ſine ulla emendatione optime exponi poteſt, ſi modo tres hic perſonarum gradus ſtatuamus, primus ut ſit notorum, ſecundus amicorum, tertius ſui ipſius aut proximorum. *Noti* ſunt cum quibus conſuetudo eſt, *amici* quibuſcum amicitia, *proximi* proprie ſanguine conjuncti. Uti hanc differentiam videtur ſtatuere Terent. Phorm. Act. I. Sc. II. ℣. 77. *Neque illi* benevolens, *neque* notus, *neque* cognatus. Et in Eunuch. Act. II. Sc. II. ℣. 7. *Omnes* noti *me atque* amici *deſerunt*: Porro ex cognatis is κατ' ἐξοχὴν *proximus* eſt, quem nemo antecedit, ut ſcribit Paul. in L. 92. d. V. S. Proximus *eſt*, *cui nemo antecedit*; *ſupremus eſt*, *quem nemo ſequitur.* Hanc legem ad partes vocans Cl. Reitzius in Ambig. p. 583. haec addidit: *Immo ſi pro* proximus *legeretur* primus, *recte ſic* ſupremo, *i. e. ultimo opponeretur*; *nec tamen ideo mutare velim*, *quia*, *qui proximus alicui eſt amicitia vel dignitate*, *eum nemo in amicitia vel dignitate antecedit.* Sed propria artis vocabula non temere ſunt tentanda; Jureconſulti *ſupremum* dicunt non tantum eum, qui poſt aliquem, ſed etiam poſt quem nemo ſit: contra *proximum* vocant non ſolum eum, qui ante aliquem, ſed eum quoque, ante quem nemo ſit. Vid. L. 34. π. de vulgari & pupillari ſubſt. Praecipit

cipit autem noſter officium, quod cuique perſonae praeſtandum eſt, vult ut *dapſilis* ſit *notis*, *carus amicis*, *ſibi proximus*. *Dapſilitas* ſeu, quod potius dixerim, *liberalitas*, facit ad benevolentiam conciliandam augendamque. Audi Laelium de Amic. cap. LX. *Quamquam confirmatur amor & beneficio accepto & ſtudio perſpecto &c. Caritas* autem omnino valet ad retinendam amicitiam. Ceterum *carus* hoc loco dicitur, non cui alius carus eſt, ſed *qui ipſe caritatem aliis praeſtat.* Sic ſupr. Diſt. XI.

Dilige ſic alios, ut ſis tibi carus amicus.

Multae autem voces activam & paſſivam pariter ſignificationem, ut Γραμματικῶν Παῖδες loquuntur, patiuntur. De quibus vid. Voſſ. de Conſtruct. Cap. VII. & Clariſſ. Cort. ad Sall. Jug. Cap. XLIX. §. 5. Sic *incautus* non ſolum eum deſignat, qui ſibi cavere non ſtudet, ſed & eum, qui non cavetur. vid. V. D. in primis Drakenb. ad Sil. Ital. Lib. II. ℣. 98. *Amicus*, qui praeſtat amicitiam & cui praeſtatur. *Gratus*, qui praeſtat gratiam & cui praeſtatur. *Infeſtus*, qui malum alteri infert & cui aliunde impendet malum. Gell. Lib. IX. Noct. Attic. Cap. XII. Infeſtus *ancipiti quoque ſignificatione eſt: nam & is* infeſtus *appellatur, qui malum infert cuipiam, & contra, cui aliunde impendet malum, is quoque* infeſtus *dicitur.* Adde Clariſſimum Drakenb. ad Silium Italicum Lib. XII. ℣. 399. & Nicol. Heinſ. in Adv. Lib. II. Cap. VII. p. 262. Hinc & *cara cognatio* de iis, qui caritatem invicem praeſtant accipiuntque, de qua praeter ceteros vid. Heinſ. ad Ovid. Lib. II. Faſt. ℣. 618. & *cari* dicuntur cognati & propinqui, caritatem mutuam praeſtantes, ut in inſcriptione apud Fabrett. Cap. I. n. 63. Vide etiam, quae infra dicam Lib. IV. Diſt. XLIII. Quamvis autem *benevolentiam* & *liberalitatem* quis *notis* debeat & *caritatem amicis*, *ſibi* tamen *quiſque proximus*, id eſt, ſummus amicus, ſummus cognatus & propinquus eſt. Ita ut quis ſibi prima & ſumma officia debeat. Haud aliter Terent. in Andr. Act. IV. Sc. I. vſ. 12. Proximus *ſum egomet mihi*. Aliquid hic vidit Donat. ſed non omnia. Adde quae ſup. diximus Diſt. XI. hanc autem hujus Diſtichi expoſitionem non diſplicuiſſe Eruditiſſ. Canneg. laetus accepi ex Reſcript. ejus Boxhorn. Cap. XXVI. ARNTZENIUS.

Quum fueris felix,] Ita reddimus, cum in Pithoeana editione ita conceptum ſit. Sed non dubitamus ab Auctore ſcriptum, *Quum fueris dando*. Quum dando multa amicis, dapſilis audiveris & liberalis, tamen memineris, te tibi proximum eſſe. Itaque pro illis, ὄλβιος εὐτυχέων. Si huic emendationi ſubſcribis, potes ita ſubſtituere δῶρα χαρισσάμενος. SCALIG. Hoc eſt lauta fortuna. (*fueris interdum dapſilis*) id eſt, liberalis (*notis, charis & amicis*,) notis, ut vicinis: charis,

charis, quos diligis: amicis, ut cognatis. (*ſemper tibi proximus eſto.*) interdum in illos ſis beneficus, in te ſemper. Et ita amicis ſis amicus, ut tibi ſis amiciſſimus. ERASM. Hanc Scaligeri emendationem etiam probaſſe videtur Opitius, quoniam totidem verbis Scaligeri ſententiam ſub ipſius nomine in Doctiſſ. Wachii editione adſcriptam invenimus. Sed ut, quod ſentio, dicam, praeterquam quod nimium a ductu literarum recedit Scaliger, ſenſus horum verborum, uti jam oſtendimus, eſt elegantiſſimus & apertiſſimus. Nec quidquam etiam mutant MSS. vel Editi. Solus Cod. Turic. *Dum fueris felix.* ARNTZENIUS.

Tibi proximus eſto.] Bern. Geyſtenſis Lib. II. Palponiſtae ℣. 156.

Nonne Catone docente refers:
tibi proximus eſto.

DAUMIUS. Duplicem hic lectionem exhibet Cod. Turic. hoc modo: *quae ſunt adverſa caveto. Semper tibi proximus eſto.* Sed hoc aliunde huc intruſum eſt. Ceterum auctor in animo habuiſſe videtur locum Comici Poëtae, quem modo laudavi: *Heus*, proximus *ſum egomet mihi.* ARNTZENIUS.

FINIS LIBRI I.

DIONYSII

DIONYSII CATONIS DISTICHA DE *MORIBUS AD FILIUM.*

LIBER II.

PRAEFATIO.

**TElluris ſi forte velis cognoſcere cultus,*
Virgilium legito. Quod ſi mage noſſe laboras
Her-

* Prologum hunc totum retexuit Planudes, dum nomina Latinorum Poëtarum nominibus Graecorum commutare vult. Nos ad verbum omnia expreſſimus, neque vel latum unguem a Latinis diſceſſimus. Planudea fere omnia abſurda. SCALIG. Hoc eſt, ex aliis Poëtis alia licebit cognoſcere. Virgil. in libris Georg. docet agriculturam. Macer tradit vires herbarum: quanquam alius quiſpiam fuit hic Macer, quam is, quem habemus vulgo, ni fallor. Lucanus narrat Romanorum civilia bella: ubi legendum arbitror, *civica* pro *Punica*. Nihil enim de Punicis bellis ſcripſiſſe legitur Lucanus. Ovidius tradit artem amandi, & in elegiis docet amores. Quod ſi cupis artem, & rationem recte beateque vivendi cognoſcere, hunc librum legito, is te docebit non vulgares artes & nugas, ſed quo pacto vitam exigas ſemotam, id eſt, liberam & immunem a vitiis. ERASMUS.

Telluris ſi forte velis &c.] Prooemium hoc agnoſcunt Codd. MSS. atque Editt. noſtrae omnes, quod certe vetuſtatem quamdam indicat. At Cl. Cannegieterus ſuam ad me de eo ſententiam perſcribens, miſerandi id ingenii & indocti hominis foetum pronunciat. Cujus Viri tantum apud me valet Auctoritas, ut ſtatim in ipſius ſententiam, potiſſimum cum nihil hic Auctore noſtro dignum reperirem, deſcenderim. Merito etiam haec a Boxhorn. notari videas, licet. Ablegandos itaque hos verſus ad alias ſimiles aliorum Poëtarum Periochas exiſtimo, quarum nonnullas procudit Auſonius & alii. Vide Vinet. ad Auſon. Perioch. Inſcript. Quocirca eoſdem diverſis literis, quas *curſivas* nominant, ut ab aliis diſtinguerentur, in textum edi curavimus. Nunc vide Eruditiſſ.

DIONYSII CATONIS
DISTICHA,
GRAECE EXPRESSA A
MAX. PLANUDE ET *J. SCALIGERO.*
LIBER II.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ε'Ι μὲν γηπονίας ἐθέλεις μαθέειν πολυκάρπυς,
Ἡσίοδον μέτιθι κλυτόν. ἐι δ' αὖ εἰδέναι αἰρῇ

SCALIGER.

"Ἔργα γεωπονίης εἰ σ' εἰδέναι ἵμερος αἱρεῖ,
Βιργίλιον δίζευ. Βοτανῶν δὲ δαήμεναι ἀκμὰς

P.

tiſſ. Canneg. Reſcript. Boxhorn. Cap. XXVIII. Ceterum in his brevitati ſtudebo, nec enim in ſtercore diutius ſcrutari juvat. *Telluris cultum* vocat hoc loco, quod Cicero *agricultionem* dicit de Seneſt. Cap. XVI. *Num igitur horum ſeneſtus miſerabilis fuit, qui ſe* agricultione *obleſtabant?* Et alibi. Sed reſte obſervant Viri Doſti, *cultio* eſſe vocabulum, non ita frequenter obvium, pro quo ſaepius dixerunt *agricultura* vel *agricultus.* Cujus rei exempla apud ipſum Ciceronem tam frequenter ſunt obvia, ut notari vix mereantur. Ceterum hic monebo, quae Cl. Hagenbuchius conlationi Cod. Turic. adſcripſerat: „ *elluris* MS. omiſſa initiali, quae, quia libri novi initium, reliquis initialibus grandior eſſe ſolet. Sed has initiales ſaepe in MSS. & antiquis librorum Editt. eſſe videas omiſſas. Notandum porro, licet, quotus liber ſit, nuſquam indicetur in MS. novi tamen libri initium vacuum praecedere ſpatium, initialemque literam, ſiquidem adſit, eſſe grandiorem ac reliquas. Et certe adeſt in tertii & quarti libri initio." Haec addidi, ut de ſumma Viri Cl. in conferendis libris cura conſtare poſſet. Omittebantur fere literae initiales, vel potius quadratae, ut deinceps nitidius pingerentur, auroque & minio decorarentur. ARNTZ.

Virgilium legito] *Vergilium l.* Exhibet Edit. Aug. Vind. & Gryph.

Herbarum vires, Macer tibi carmine dicet,
(Corporis ut cunctos poſſis depellere morbos.)
Si Romana cupis & Punica noſcere bella,
Luca-

Gryph. Quod ſaepius in antiquis Codd. atque Editt. ſcribitur. ARNTZENIUS.

Quod ſi] Τὸ *quod* elegantiae cauſſa fere παρέλκει. Horat. Lib. I. Od. I. Quod *ſi me Lyricis Vatibus inſeres, ſublimi feriam ſidera vertice.* WACHIUS. Multa hujus rei exempla collegit Cl. Canneg. ad Avian. Fab. XLII. ℣. 9. Et Frater cariſſimus Joannes Arntzenius ad Plin. Paneg. Cap. LXXXI. §. I. ARNTZENIUS.

Mage noſſe laboras] Ἀντὶ τοῦ *potius*. Propert. Lib. I. Eleg. II.

Atque utinam mage *te remis confiſa minutis:*
Parvula Lucrina cymba moretur aqua.

WACHIUS. *Labores* edidit Scriverius.

Macer tibi carmine dicet,] Scribe, *Macer has tibi*: niſi ſcripſerit Auctor, *Macri tibi carmina dicent.* Vix eſt, ut aliter ſcripſerit Gnomologus. SCALIGER. *Aemilius Macer*, de quo Ovid. Lib. IV. de Triſtibus Eleg. IX.

Saepe ſuas volucres legit mihi grandior aevo,
Quaeque nocet ſerpens, quae juvat herba, Macer.

Et cujus nomine tres de medicina libelli falſo circumferuntur. OPITIUS. Ita laudat & Barthius Lib. LIII. Cap. VI. col. 2489. Veteres Editiones, ut Aſcenſii, Branti, Lipſienſis, Colonienſis, item Pulmanni: *Macer tibi c. d.* Hinc. Lib. XXI. Cap, XXI. col. 1064. Scaligeri correctionem amplectitur his verbis: Carmine primo, quod Prooemii in vicem eſt, recte Scaliger: Nam prima ſyllaba peſſime in veteribus & recentibus libris producitur. Scripſit autem hic Macer Ophiogoniam & Ornithogoniam: item Botanicon ſive Rhizotomica. Scalig. ad Euſeb. Chron. pag. 157. Vide & Voſſium Lib. I. de Hiſtoricis Lat. Cap. X. pag. 46. & Lib. I. Cap. XVI. pag. 79. & de Poëtis Latinis Cap. II. pag. 28. DAUMIUS. Τὸ *has* delent Codd. omnes, excepta coll. Voſſ. & Leid. tert. nec principes Editt. agnoſcunt Aug. Vind. Euchar. Auſon. Pariſ. Franeq. Chouet. aliaeque. Servat tamen Broukh. ad Tibull. Lib. II. Eleg. VI. ℣. I. Suſpicor ego, pronomen hoc non a miſerandae hujus Praefationis ſcriptore, utpote qui non minus Latinorum, quam Barbarorum nomina propria, eorumve ſyllabas promiſcue uſurpari exiſtimavit, ſed ab alio quodam, ut errori, contra legipediam commiſſo, occurreret, eſſe adſcriptum, eamque lectionem editores deinceps praetuliſſe. Hanc itaque ob rationem, potiſſimum

P. Τὰς βολανῶν δυνάμεις, Νίκανδρος τάς σε διδάξει·
Εἰ δὲ Φρυγῶν ϖοθέεις Δαναῶν τε δαῆναι ἀγῶνας,
S. Εἰ ϖοθέεις, ταύτας Μάκρε κλείεσιν ἀοιδαὶ,
Ὥσκε δύναιο νόσον μελέων ἀπὸ ϖᾶσαν ἀμῦναι·
Εἰ δ' ἐθέλεις Ῥώμης, ἐμφύλες τ' ἴδμεν ἀγῶνας,

P.

mum quod major Codicum pars jubeat, pronomen hoc e contextu rejecimus. Ceterum de Aemilio hoc Macro, multi nominis Poëta, qui Tibullo Virgilioque aequalis fuit, agit Broukh. ad Tibull. loco laud. Voſſ. Lib. I. de Hiſtor. Lat. Cap. XVI. & Cl. Ever. Otto in Praef. Theſ. Jur. Rom. Tom. I. ubi de nominibus propriis. ϖ. Florent. ad pag. 192. Mox *dicit* eſt in Veterr. Reg. & Cod. Turicenſi. ARNTZEN.

Corporis ut cunctos &c.] Hunc verſum Pithacana Edit. habet. Ceterae non habent, & Planudes non agnoſcit. SCALIGER. Verſum hunc ex Pithaeano libro laudant Scaliger & Barthius, Planudes non agnoſcit, neque Eraſmi, Corderii, Scipionis Lentuli, interpretis Itali, aut aliae editiones expreſſerunt. OPITIUS. Abeſt etiam ab Aſcenſii, Branti, Vet. Baſil. Lipſ. Colon. Friſii & Pulmanni Editionibus, qui tamen, ut Barthius inquit, col. 1064. omni exceptione remota, genuinus eſt. Alludit enim ad ſimplicem & vetuſtiſſimam Medicinam, herbis modo curam gerentem morborum absque compoſitionum ſumtuoſarum colluvionibus. DAUMIUS. Exſulat quoque a Leid. tribus reliquisque MSS. omnibus, ut & ab antiquiſſ. optimisque Editt. Aug. Vind. Euchar. Pulm. Tremon. Florent. Eraſm. Boill. Gryph. Cord. & Cruc. Prima ex noſtris, quae verba haec agnoſcit, eſt Lugdun. Bat. 1636. Sed, puto, Biſtonia frigidiora nive; citantur tamen, quod miror, ſub Auctoris nomine ab eleganti eo carminum ſpectatore, Jano Broukhuſio ad Tibullum Lib. II. Eleg. VI. ℣. I. ARNTZEN.

Si Romana cupis,] Vetuſtiſſima editio non *Civica* ſed *Punica* bella claris prorſus literis habet. Unde neſcio an dicendum ſit, excidiſſe, quae ad Silium aut Naevium Enniumve referenda fuerint. Sane Lucanus Romana bella cognituris non ſufficit, qui particulam eorum vix deſcribit. Sufficiat Ennius, qui Annales, ut alii quoque, texuit. BARTH. Adverſ. Lib. XXI. Cap. XXI. col. 1064. Romanorum bellorum vel maximum praeconem (*Lucanum*) facit *Dionyſius Cato*, antiquior ſcriptor Theodoſia-

Lucanum quaeras, qui Martis praelia dixit.
Si quid amare libet, vel diſcere amare legendo,
Na-

nis temporibus, Lib. II.

Si Romana cupis & civica noſcere bella,
Lucanum quaeras, qui Martia praelia dicet.

Ita legendum. Hoc de Lucano teſtimonium, languidum & repens humi vulgo. BARTH. Lib. LIII. Cap. VI. col. 2489. Retineo utique τὸ *cupis*; ultimam ſyllabam extendo non per ἔκτασιν ſeu caeſuram; ſed quia veteres indifferenter *cupere* & *cupire* dicebant. MALSCIUS. Certe *cupere* & *cupire* recte dicitur, vid. Giſan. in Lucret. collect. voc. *cupiret.* Sed ita ſunt Veteres, ut ipſe Malſcius obſervat, loquuti; quare dubitandum non eſt, quin hoc vocabulum Auctori recentiori parum ſit aptum. Sed haec & ſimilia virum non urunt, vid. quae diximus infr. Lib. IV. diſt. XLVIII. *Et noſcere punica bella* Leid. pr. & ſec. *& punica noſcere bella* inverſo verborum ordine eſt in Coll. Voſſ. Membr. Voſſ. & Vet. Reg. Ridiculo vero errore *pugnica noſcere bella* in Leid. tert. & Vet. Chart. Optimae autem & Antiquae Editt. habent *& punica noſcere bella*, quae lectio tum ob rem ipſam, tum ob auctoritatem MSS. plurimum adridet. Cum vero poſteriores Editores ut Scriver. Cord. Cruc. & alii viderent *Punica bella* ad Lucanum parum pertinere, pro eo ſubſtituerunt *civica bella.* Sed violentiora remedia non probo; nec tamen cum Barthio puto, excidiſſe quaedam, quae ad Silium Italicum aliumve eſſent referenda. Omiſſum hic nihil eſſe, aut alium Poëtam, bellorum Punicorum Auctorem, non additum fuiſſe, inde ſuſpicor, quod mox Lucano in eodem verſu ſubjungit, *qui Martis praelia dixit.* Quod plane langueret, ſi in ſequentibus verſiculis, qui nunc deſiderari creduntur, ſimiliter alii ſequerentur, qui Martia praelia dixerunt. Erravit ineptiſſimus homo, qui has nobis praefationes conſarcinavit, quod putavit, Punica bella cantata a Lucano, immo neſcivit, quae eſſent *Punica bella*, & credo pro quibusvis gravibus bellis poſuit. Quid Doctiſſ. Corn. Val. Vonck voluerit, vid. in ipſius Obſervat. Miſcell. Cap. XVII. pag. 94. Quod caput ut poſt appendicem notarum imprimatur, & a Lectore illic legi poſſit, curabimus. ARNTZEN.

Lucanum quaeras,] *Quaeres* Leid. pr. ſec. coll. Voſſ. & Hagenb. Sed receptam lectionem ſervat Vet. Chart. & Membr. Voſſ. nec non & Vet. Reg. Quibus accedunt Editt. fere omnes. Mox *dicet* pro *dixit* eſt in Leid. tert. nonnullisque

P. Δίζεο θεῖον Ὅμηρον, ὃς Ἄρεος ἔργ᾽ ἀγορεύει·
Εἰ δέ γ᾽ ἐρᾷν βούλει, τοῦ ἐρᾷν τε τέχνην ἐπιγνῶναι,
S. Λουκανὸν ζήτησον, ὃς Ἄρεος εἶπεν ἀέθλους.
Εἰ δὴ ἐρᾷν καὶ ἔρωτι μαθηλεύειν προβέβουλας,

P.

que Editt. ut Boill. Eraſm. Cord. & Gryph. ARNTZEN.

Si quis amare velis,] Ταυτόλογα haec ſunt. Nam amare velle, & diſcere amare, quid differunt, ubi Poëtae recenſentur? Alia lectio in ultima editione eſt: *Si quid amare libet.* Et alluduntur notiſſimi verſus Ovidii:

Principio quod amare velis, reperire labora, &c.

BARTH. coll. 1065. Eandem ectionem repraeſentant Vetus .ipſienſis, Baſil. Aſcenſii, ranti, Friſii, Lentuli, Corerii & Pulmanni Editiones. AUMIUS. *Si quid amare li-* : eſt in Leid. pr. & ſec. quis adſtipulantur Coll. Voſſ. t. Chart. Membr. Voſſ. Vet. . & Cod. Turic. Editioque optimae notae ad unam es, quare id reduximus. r edidit Scriver. At vero, ı ſapiens hic fuit Pater, ı providus filio amorum triciorum conciliator! meii etenim ſunt amores, praecipit Ovidius, quare ille Lib. I. Artis Amat.

procul vittae tenues, inne pudoris;

rgo pater, qui filium l ſapientiam informat, in eadem praefatione, qua eum ad legendum invitat, eumdem filium ad cognitionem meretriciorum amorum adducere ſtudet. Totus, credo, & nil niſi ſapientia hic fuit pater; aut certe ſacrilegi ſunt magiſtelli iſti cenſendi, qui hanc alieniſſimam ſanctiſſimo patri perſonam inpoſuerunt. Haec itaque, utpote ſuppoſititia, ſpuria, indocta, ſtupida, & male conſuta, digna non ſunt, ut multis agantur. Mox *diſcere amara* pro *diſcere amare* eſt in Leid. ſec. Coll. Voſſ. & Veterr. Reg. Poſſet hic aliquis reperire paronomaſiam in verbis *amare* & *amara*, ut Auctor reſpexiſſet ad Amores & Triſtia Ovidii. Sed dubito ego, an tanta ſermonis elegantia ſeu Rhetorices cognitione fuerit inbutus, quisquis demum ſit, homo praeſtigiator; praeterquam quod *diſcere amara*, id eſt, *diſcere triſtia*, nobis parum probatur; *amara* tamen pro *triſtia* abſolute dixit Horat. & alii. *amara admonitio* hoc ſenſu dixit Juſt. Lib. XVIII. Cap. IV. §. 10. *Se ad eum migrare velle, ne amplius ei mariti domus, cupidae oblivionis, gravem luctus imaginem renovet, nec ultra* amara admonitio *oculis ejus occurrat.* ARNTZ.

K 2 *Sin*

Naſonem petito. Sin autem cura tibi baec eſt,
Ut ſapiens vivas, audi quae diſcere poſſis;
Per quae ſemotum vitiis deducitur aevum.
Ergo ades: &, quae ſit ſapientia, diſce legendo.

Sin autem cura tibi baec eſt,) Verbis tranſpoſitis *S. a. tibi cura baec eſt* ſcribunt Leid. pr. & ſec. *Sin autem baec eſt tibi cura* Cod. Turic. ARNTZEN.

Ut ſapiens vivas, audi quae, &c.] Rurſus veram ſcripturam puto Editionis vel primae omnium vel proximae principi:

- - - *audi quo diſcere poſſis.*

Audire enim abſolute capiendum, velut verbum τεχνικὸν, quod neceſſarium diſcere volenti. Sic *audire* Cratippum apud Ciceronem & mille Scriptorum locis capiendum. BARTH. Lib. XXI. Adverſ. Cap. XXI. col. 1065. Praeferunt & eam Friſii, Corderii, Lentuli, & Pulmanni Editiones. DAUMIUS. *Audi quae* omnes ſervant Codd. MSS. *Audi quo*, habent Editt. ſaepius ad partes vocatae. Sed contra fidem MSS. ne in his quidem aliquid mutandum cenſeo. Recte autem Barthius obſervat, *audire* hic eſſe vocabulum τεχνικὸν. Sic Cic. Lib. I. de Offic. Cap. I. *Quamquam te, Marce fili, annum jam* audientem *Cratippum, idque Athenis, abundare oportet praeceptis &c.* Horat. Lib. I. Ep. I. ℣. 48.

Diſcere, & audire, *& meliori credere non vis.*

Juſtin. Lib. XV. Cap. III. §. 6. *Tunc Lyſimachus,* audire *Calliſthenem & praecepta ab eo virtutis accipere ſolitus.* Et alibi. ARNTZEN.

Per quae ſemotum) In Cod. Turic. τὸ *s* vocis *ſemotum* exſtat in raſura: videtur prius *r* fuiſſe, *remotum*. male. ARNTZ.

Deducitur aevum.] Sic omnes Codd. noſtri MSS. Sed *traducitur* eſt in plerisque & antiquiſſ. Editt. quod Scriver. ſecutus eſt. ARNTZEN.

Ergo ades: &c.] Sollemnis haec eſt formula, cum Deos vel homines praeſentes vel attentos optarent. Tibull. Lib. IV. El. IV. ℣. 1.

Huc ades, *& tenerae morbos expelle puellae:*
Huc ades, *intonſa Phoebe ſuperbe coma.*

De hac, ſimilibusque formulis vide pluribus agentem Briſſonium de Form. Lib. I. pag. 70. & 71. Denique non miror Doctiſſimum Boxhornium, qui hanc praefationem perlegens, ut refert in diſſert. ſua, a riſu abſtinere non potuerit. Hoc tamen miror, quod idem Boxhorn. non obſervaſſe videtur, Poëtas, Artem quamdam ac diſciplinam deſcribere adgredientes, aliorum nonnumquam artes memorare ac diſciplinas, ut etiam hoc loco fieri videas. Si mihi non credat, credat Ovidio. Lib. I. Art. in initio.

Si

Σλεῖχε Θεόκριτον ἀμφὶ γυναιμανῆ. Εἰ δὲ μέλοι σοι,
Σὺν σοφίῃ ζώειν, κλύε μοι κείνων, ἃ μαθεῖν χρή,
Ὧν διὰ, πᾶς βίοτον παθέων δίχα πάντα διοικεῖ·
Δεῦρ' ἴθι γοῦν καὶ τίπτε πέλει σοφίη σύγε μυοῦ.
Νάσωνος πάρα ταῦτα μάθοις· Εἰ δ' αὐτὸ μεριμνᾷς,
Πῶς σοφὸς ὢν διάγοις, κλῦθι μοῦ, ἵνα ταῦτα δι-
δαχθῇς,
Πάντα, δι' ὧν ζωὴν κακίης δίχα πᾶσαν ἀνύσσῃς.
Δεῦρ' ἄρα, καὶ τί πέλει σοφίη μαθὲ νῦν, τάδ' ἀναγνούς.

Si quis in hoc hoc artem populo non novit amandi;
Me legat, & lecto carmine doctus amet.
Arte citae veloque rates, remoque moventur,
Arte leves currus, arte regendus amor:
Curribus Automedon; lentisque erat aptus habenis:
Tiphys in Haemonia puppe magiſter erat.
Me Venus Artificem tenero praefecit amori.

Hujus generis alia abſcribere eſſet bono Lectoris otio abuti. ARNTZEN.

DIONYSII CATONIS
DISTICHA
DE
MORIBUS AD FILIUM.
LIBER II.

DIST. I.

SI potes, ignotis etiam prodeſſe memento,
Utilius regno eſt, meritis adquirere amicos.

II.

I. *Utilius regno eſt*, &c.] Non ſolum in amicos oportet eſſe beneficum, verum ignoti quoque conciliandi ſunt, ac devinciendi beneficentia, ſi modo poſſis prodeſſe. Utilius enim eſt quam plurimos amicos parare (*Meritis*) id eſt, benefactis, quam parare regnum. Regnum enim eripi poteſt, amici ſuccurrunt ejecto: & firmiores ſunt, quos benificio adjunxeris, quam quos poteſtate premas. ERASM. Proverbium: *Utilius regno.* Par illi apud Horatium:

- - Pueri ludentes Rex eris, ajunt,
Si recte facies. - -

Quod inde venit, quod *beati* vulgo *Reges* aut *Regum vivere vitam* dicebantur. Ejusdem ſenſus eſt apud eundem Horatium, *Attalicis conditionibus* movere, hoc eſt, regno, in quo ſumma velut votorum humanorum. Par quoque illud *carior regno.* Hilarius Arelat. de Maccabaeis, ℣. 343.

Parve puer, teneriſque tuis mihi carior annis,
Carior *es* regno, *vita quoque carior ipſa.*
Tu potes in totum victricem reddere matrem.

Quae ſane regina non erat. Ita apud Terentium, *tune hic regnum poſſides?* ſignificat, tune abſolute hic felix es, ut pro lubitu, quicquid velis, audeas? Et apud Claudianum: Hoc Regni, *Fortuna*, *tenes?* Ita Oratores praecipui *regnare* in foro antiquitus dicebantur. BARTH. Lib. XXI. Cap. XXI. col. 1065. Idem Lib. II. Cap. XIX. col. 92.

Regnum

DIONYSII CATONIS
DISTICHA,
GRAECE EXPRESSA A
MAX. PLANUDE ET *J. SCALIGERO.*
LIBER II.

DIST. I.

P. Ε'Ι δύνασαι, καὶ ἀλλοτρίοις ὄφελός ϖοτε γίγνȣ·
Ο῞τι φίλȣς πεπορίσθαι κέρδιον, ἢ βασιλεύειν.

S. Εἰ δύνασαι, σπεῦσον καὶ τοὺς ἀγνῶτας ὀφέλλειν·
Κέρδιόν ἐςι φίλȣς περιποιεῖσθ' ἢ βασιλεύειν.

II.

Regnum eſt, *regno potius eſt*, Locutiones ſunt paroemiales. Et pag. 13. ad Claud. pr. ed. *Regnum poſſidere* vel *mereri*, eadem phraſis eſt, ac ſi dicatur, Regem eſſe, aut regali honore dignum. Dionyſius Cato, quem Octavianum vocant membranae Melioris Goldaſti: *Utilius Regno eſt &c.* Quod vulgo dicebant: *Rex es, ſi hoc facis.* Horat. *Rex eris, ajunt.* Hoc Cato dixit *utilius regno eſſe.* Vide ſecunda editione pag. 28. WACHIUS. Sequiores Editt. delent τὸ *eſt*. Perperam. Vid. ſupr. Lib. I. Diſt. XXIX. Mox pro *amicos* peſſime *quid ſit* legebatur in Leid. ſec. quod, ut videtur, ex primo ſequentis Diſt. membro in hunc locum, invitis certe vicinis, commigravit. *Adquirere amicos* meliori Orthog. Cod. Turic. ad mentem Diſtichi faciunt quodammodo verba Ciceronis de Amicit. Cap. VIII. *Quippe cum propter probitatem & virtutem eos etiam, quos numquam vidimus, quodammodo diligamus*, &c. & Cap. XV. *Quid autem ſtultius, quam, cum plurimum copiis, facultatibus, opibus poſſint, cetera parare, quae parantur pecunia .... amicos non parare, optimam & pulcherrimam vitae, ut ita dicam, ſupellectilem?* ARNTZENIUS.

II.

Mitte arcana Dei, coelumque inquirere quid ſit:
Quum ſis mortalis, quae ſunt mortalia, cura.

III.

Linque metu leti; nam ſtultum eſt, tempore in (omni
Dum mortem metuis, amittere gaudia vitae.

IV.

II. *Mitte arcana Dei.*] In his quaedam praeter morem recte & concinne Planudes: neque tamen omnia. SCALIG. Juxta Socratis ſententiam. Quae ſupra nos, nihil ad nos. Admonet, ut, omiſſo ſtudio naturalis Philoſophiae, ea curemus, quae ad vitam humanam pertinent, hoc eſt, ad mores componendos, & animum malis purgandum affectibus. ERASM. Vide Rittershuſ. ad Oppian. pag. 198. Inſerit hos verſus ſuis Auctor Chronicorum aulae regiae in Bohemia, pag. 66. DAUMIUS. *Archana* ſcribit Leid. tert. & Turic. quod dandum diverſo ſaeculorum genio ac pronunciationi, vid. Canneg. ad Avian. Fab. II. ℣. 4. & nos ſupr. Lib. I. Diſt. XXIX. *Arcana Dei* autem hic ſunt *Jovis arcana*, quemadmodum *Deus* κατ᾽ ἐξοχὴν ſaepe pro *Jove* ponitur, cujus ſignificationis plurima adcumulare exempla nil attinet. Ovid. Lib. II. Triſt. El. V. ℣. 40.

Utere more Dei, nomen habentis idem.

Et ibidem ℣. 72.

Sic capitur minimo turis honore Deus.

Phaed. Lib. I. Fab. II. ℣. 28.

- - - *tunc contra* Deus,
Quia noluiſtis veſtrum ferre, inquit, bonum,
Malum perferte.

Sic etiam *ſummus Deus* vel *Pater* idem *Jupiter* dicitur. vid. quae notavit Serv. ad Virg. Lib. I. Aeneid. ℣. 665. Per haec jam arcana Dei intellige *fata*, ab ipſo Jove ſemel conſtituta & mutari neſcia, unde Virgil. Lib. IV. Aeneid. ℣. 614.

Et ſic fata Jovis *poſcunt, hic terminus haeret.*

Et hinc Priſcian. in XII. *Gentilium more ſi loqui viſum, fatum dictum, quia illud Jupiter ſit fatus Parcis &c.* Vid. Voſſ. in Etymol. Lege etiam Ovid. Lib. IX. Metam. ℣. 434. Curtium Lib. IV. Cap. VI. §. 17. Juſt. Lib. XII. Cap. XIII. §. 5. Ubi vid. Bernecc. Taubm. ad Virg. Lib. II. Aeneid. ℣. 244. & Serv. ib. ℣. 689. Immo *arcana fatorum* habes apud Virg. Lib. I. Aeneid. ℣. 262.

- *Et volvens* fatorum *arcana movebo,*

Et alia exempla apud alios ſunt obvia. Hoc autem dogma fuit Stoicorum, quibus hic Auctor adnumerandus eſt, vid. Serv. ad Virg. Lib. I. Aen. ℣. 257. & Emmen. ibid. ℣. 258. Ceterum

II.

P. Λεῖπε θεοῦ μυστήρια καὶ πόλον, ὅστις, ἐρευνᾷν·
Θνητὸς ἐὼν γὰρ, καὶ περὶ θνητῶν ἔσσο μεριμνῶν.

S. Λεῖπε θεοῦ τ' ἄῤῥητα, τί τ' οὐρανός ἐστιν, ἐρευνᾷν·
Θνητὸς ἐὼν θνητοῖσι μεμηλότα ἔργα μερίμνα.

III.

P. Ῥίπτε φόβον θανάτου· ἀλόγιστον γὰρ διαπαντός,
Πότμον δειμαίνοντα, βίου τέρψεις ἀποβάλλειν.

S. Ῥίπτε φόβον θανάτου· τὸ γὰρ ἀφραδές ἐστιν, ἀλήκτως
Μοῖραν ὑποπτεύοντα, βίου θέλγητρα προέσθαι.

IV.

terum eamdem hanc ſententiam eleganter exprimit Menand. in Sent. n. 28. ꝟ. 6.

> Εἰ θνητὸς εἶ, βέλτιστε, θνητὰ καὶ φρόνει.

Ceterum *celum* eſt in Cod. Turic. qui poſt eumdem hunc verſum ſubjunxit ſequentem:

> *An Dii ſint* caelum qui *regant. ne quaere doceri*

Corrupte, lege:

> *An dii ſint*, caelumque *regant*, &c.

Hinc conſtat itaque de flagitiis Librariorum in hunc ſcriptorem. Denique in locum τῦ *quid ſit* inruit vox *amicus* in Leid. pr. ex praecedenti Diſt. Conſule Canneg. Reſcript. Boxhorn. Cap. xxi. & xxii. ARNTZ.

III. *Linque metum leti;*) Eandem ſententiam legis in priori libro. Pro *amittis*, arbitror legendum *amittere*. Qui mortis metu ſemper anxius vivit, ſtulte facit. Primum enim non vitat id, quod timet. Deinde, ſi quid haec vita jucunditatis, eam ſuo vitio perdit. ERASM. Similiter Horat. Lib. iii. Od. viii. ꝟ. 27.

> *Dona praeſentis rape laetus horae, ac*
> Linque ſevera.

ARNTZENIUS.

Dum mortem metuas,] Scribe: *dum mortem metuis*. Particula enim *dum*, quoties temporis praeſentis actum indicat, non ſubjunctivum, ſed indicativum poſcit. Vid. quae ſummus notavit Gron. ad Liv. Lib. xxxv. Cap. viii. MSS. quidem nil mutant, vel ſaltem nil monent collationes, ſed Cod. Turic. *metuis* exhibet; puncto ſub *a* poſito, quo denotabant Librarii, literam ita ſignatam, ne liber lituris deturparetur, delendam eſſe, & contra literam ſuperſcriptam eſſe inſerendam. Op-

 timae-

IV.

Iratus de re incerta contendere noli:
Inpedit ira animum, ne poſſit cernere verum.

V.

timaeque praeterea Editt. ut Aug. Vind. Euchar. Pulm. Chouet. Eraſm. Boill. Gryph. Cord. Cruc. aliaeque huic noſtrae conjecturae adſtipulantur. Saepiſſime autem ita peccaſſe oſcitantes librarios, ut *τῷ dum* ſubjunctivum addiderint, aliis jam eſt adnotatum. Tu vid. quae ſedulo collegit Cl. Cort. ad Sall. Jug. Cap. XXII. §. 1. Quibus adde, quae Cl. Drakenb. obſervavit ad Liv. Lib. I. Cap. XL. §. 7. Et quae diximus ſupra Lib. I. Diſt. XXVII. Alia tamen res eſt, ſi *dum* idem eſt ac *donec*. Uti apud Cic. de Amic. Cap. XII. *Ne quidem exſpectemus*, dum rogemur. Et Lib. V. Fam. Epiſt. XII. Dum *ad locum* venias. Ovid. Lib. XI. Met. ℣. 255. de Thetide,

Sed preme quidquid erit, dum, *quod fuit ante*, reformet.

Nepos Miltiad. Cap. III. *Ejus pontis*, dum *ipſe* abeſſet, *cuſtodes reliquit principes*. Virg. Lib. I. AEneid. ℣. 5.

Multa quoque & bello paſſus, dum conderet *urbem*.

Adde Livium Lib. I. Cap. XL. & Lib. II. Cap. XLVII. Pluribus Vid. Cl. Duker. ad Flor. Lib. III. Cap. XI. §. 1. Praeterea ſubjunctivum regit, cum *dum* idem notat, quod *dummodo*, ut ap. Terent. Andr. Act. IV. Sc. I. ℣. 54. Dum proſim *tibi*. Ovid. VII. Heroid. ℣. 48.

Si, dum *me* careas, *eſt tibi vile mori*.

Adde Paſſerat. ad Propert. Lib. I. El. II. ℣. 32. ARNTZEN.

Amittere gaudia vitae.] *Amittis* ſcribit Vet. Chart. & Editt. Aug. Vind. Euchar. Pulm. Boill. Gryph. aliaeque. *amittas* vero praefert Membr. Voſſ. Unde peſſimae diſtinctiones ortae in Editt. vetuſtis. Reliqui tamen Codd. atque Editt. nil mutant. & recte. Ceterum Vir Doctus, ni admodum fallor, eſt hic Doctiſſ. Almelovenius, ad marginem exemplaris ſui conjecerat,

Linque metum leti, nam ſtultum eſt. Tempore in omni
Dum mortem metuis, amittis gaudia vitae.

Sed recte vidit Doctiſſ. Eraſmus, Batavus ille quondam Cicero, eamdem hanc ſententiam in ſuperioribus Lib. I. Diſtich. XXII. jam occurrere, quare Diſtichon hoc, modo libri addicerent, e contextu removerem. Sane, ſpurium eſſe, nullus dubito; credibile etenim non eſt, patrem voluiſſe filii memoriam verborum potius, quam ſententiarum pondere gravare. Inſpice Reſcript. Boxhorn. Cap. XXII. & XXIII. ARNTZEN.

IV. *Iratus de re incerta* &c.] Ordinem verborum in ſua editione invertit Wachius: *Incerta iratus de re*. Sed ſine neceſſitate

IV.

P. Ὀργισθεὶς περὶ πράγματος ἀμφιβόλου μὴ ἐρίζειν·
Θυμὸς γὰρ πάντη νόον εἴργει τ' ἀτρεκὲς ἀθρεῖν.

S. Ἀμφίβολον διὰ πρᾶγμα χολωσάμενος μὴ ἔριζε·
Θυμὸς ἐπιπροσθεῖ τῷ νῷ τοῦτ' ἀτρεκὲς ἀθρεῖν.

V.

te & invitis Codd. tam calamo pictis, quam typis exaratis omnibus. Nec enim juvat verſum reddere duriorem, licet quoque regulae Grammaticorum jubeant epitheta ſeparare a ſuis ſubſtantivis, ſed illis ſemper parere contra rei veritatem ridiculum exiſtimo. Ceterum huc pertinet locus Salluſt. Catil. unde Auctor haec ſua videtur deſumſiſſe, Cap. LI. §. 1. *Omnis homines, Patres Conſcripti, qui de rebus dubiis conſultant, ab odio, amicitia; ira atque miſericordia vacuos eſſe decet. Haud facile animus verum providet, ubi illa officiunt.* Ubi plura notavit Eruditiſſimus Cortius. Mox *inpedit*, meliori Orthog. Cod. Turic. ARNTZEN.

Ne poſſit cernere verum.] Joh. Hantvillenſis Architrenio:

Ira malum deforme viris, quo pectus aceſcit,
Sanguis hebet, languet ſtudium, ſollertia lippit,
Coecatur ratio, pietas tepet, alget honeſtas.

Laudat Catonis hunc verſum Meginfredus ſive Mefret, Parte Aeſtivali Serm. CII. DAUMIUS. Non ſine elegantia opponuntur hoc loco *incerta cernere*. Similiter fere Ennius ex Incert. Com. &c. p. Ed. Cl. Heſſelii 298.

Amicus certus in re incerta cernitur.

Cernere autem hic notat *judicare*, ut apud Cic. Lib. V. Fam. Ep. XII. Cerno *jam animo, quanto omnia uberiora atque ornatiora futura ſint.* Petron. in Fragm. pag. 668.

- - - nulli laudabile totum
In te cuncta probat, ſi quisquam cernere poſſit.

Vid. etiam Columm. ad Enn. Fragm. ex Thyeſt. p. Ed. Heſſ. 274. *Ne poſſis* habet Leid. ſec. Coll. Voſſ. & Cod. Turicenſ. Quod tamen Editt. non ſequuntur, excepta Scriverii anni 1646. Ceterum in Cod. Turic. poſt hoc Diſtichon quatuor ſequentes verſus inſerebantur, quorum duo priores ex initio Libri IV. depravata tamen lectione, ſunt repetiti:

Cum fueris locuples. Corpus curare memento
AEger dives nummos habet. Se non habet ipſum
Laetanda eſt vita. Nullius morte dolendum
Cur enim doleas eum. A quo dolor ipſe receſſit.

Duos poſteriores verſiculos iterum de ſuo, ut ſunt liberales, vi-

V.

Fac ſumtum propere, quum res deſiderat ipſa;
Dandum etenim eſt aliquid, quum tempus poſtulat aut res.

VI.

dentur addidiſſe Librarii, quorum flagitia caſtiſſimum hunc ac puriſſimum ſcriptorem, miſere ſtuprarunt. *Laetanda eſt vita.* corruptum videtur, lege: *Laetandum eſt. vita.* & pro *Cur enim doleas eum* forte emendandum, ut conjicit Cl. Hagenb. in Collatione, *Cur enim eum doleas.... receſſit.* ARNTZEN.

V. *Fac ſumtum propere*, &c.] Equidem opinor, *prompte* legendum, pro *propere*. Sumptum, qui neceſſario faciendus eſt, libenter & prompte facito, ne videaris gravatim facere. Nam aliquid omnino inſumendum eſt, non paſſim, ſed quoties tempus aut cauſa poſtulat, hoc eſt, in nuptiis, in feſtis, item in amicos. Planudes longe alium ſenſum expreſſit Graece:

Καὶ δαπάναις χρῶ μείζοσιν, εὖ τι τὰ πράγματ' ἀπαιτεῖ,
Πρὸς δὲ τὰ πράγματα καιρὸν καταναλίσκει δεόντως.

Sentit amplos etiam ſumptus faciendos, ubi res poſtulat. Caeterum ad res gerendas non temere inſumendum tempus, quod hujus ſumptus ſit pretioſiſſimus. ERASM. Concinnius omnino leges: *Cum res deſiderat, ipſi.* Rei videlicet aliquid dandum eſt, cum propere deſiderat. Diſtinguam: *Fac ſumtum, propere cum res deſiderat, ipſi.* Cum quo congruit ſententia ſequentis verſus. *Tempus* vero *occaſionem* hic recte notat, & pro eadem accipit, Latinis non abnuentibus, Planudes, licet Scaligero aliter videatur. Sic aliquoties Cato noſter. Horatius:

- - *Niſi dextro* tempore, *Flacci*,
Verba per attentam non ibunt Caeſaris aurem.

Hoc eſt *commoda occaſione*. Ennius apud Gellium:

Scitus ſecunda loquens in tempore. - -

Cato noſter Lib. I.

Utilitas opibus praeponi tempore *debet.*

Petronius: *Nam ſane & ſapiens cum* tempus *jurgia flectit.* Et quid verbis opus? *occaſio* nihil aliud quam *tempus commode cadens.* BARTH. Lib. XXI. Cap. XXI. col. 1065. Vide eund. Lib. XXIII. Adverſ. Cap. XXI. col. 1151. & Ritterſh. pag. 29. ad Gunth. Cic. pro Sexto Roſcio. *Cum praeſertim tam multi occupationem ejus obſervent*, tempusque *aucupentur; ut ſimul atque ille diſpexerit, aliquid hujuscemodi moliantur.* Radulph. Ardens Homil. III. pag. 11. a. *Quis vero confeſſio cordis & oris ſine bona operatione non ſufficit habenti* tempus *bene operandi, ideo dicitur, quia fides ſine operibus mortua eſt.* DAUMIUS. In marg. exemplaris ſui Almelovenius notarat: ita lege & diſtingue:

Fac

V.

(ἀπαιτεῖ·
P. Καὶ δαπάναις χρῶ μείζοσιν, εὖτε τὰ πράγματ'
Πρὸς δὲ τὰ πράγματα καιρὸν καταναλίσκε δεόντως.
Aliter: - - - Τὸν καιρόν τ' ἀνάλισκε δ.
S. Αὐτίκα δὴ δαπάνησον, ὅταν τὰ πράγματ' ἀπαιτῇ·
Δεῖ κατὰ τὸ χρεῖος, καὶ τὸν καιρόν τι χορηγεῖν.
Vel: Χρῆσαι ταῖς δαπάναις, ὥσπερ τὰ πράγματ' ἀπαι-
Τῷ καιρῷ τῇ τε χρειοῖ δεῖ καί τι ὑπουργεῖν. (τεῖ.

VI.

Fac ſumtum, propere cum res deſiderat, ipſi.

Hoc ſenſu: *Rei videlicet aliquid dandum eſt; cum propere deſiderat.* Quod quoque Barth. voluit, ſed contra conſtantem MSS. & Editt. lectionem atque Auctoritatem nemo hic inpune quidquam mutaverit; offendere certe non debent voces *res ipſa* Terent. Andr. Act. III. Sc. III. ℣. 19. *Neque poſtulem abs te, niſi* res ipſa *moneat.* Sall. Bell. Catil. Cap. V. Res ipſa *hortari videtur.* Similes ſunt quoque locutiones apud Cicer. *res ipſa loquitur*, niſi res *ipſa loqueretur*, quas omnes hoc loco (in Auctore etenim tenui verſamur) non recenſebimus. Non video autem, cur *prompte* pro *propere* praeferat Eraſm. facilior ſane eſſet emendatio, ſi legeremus:

Fac, ſumtum properes, cum res deſiderat ipſa.

Rationem vero, cur ita emendari poſſet, mox dicam. ARNTZENIUS.

Dandum etenim eſt aliquid, &c.] Nemo eſt, qui Planudea aſſequi poſſit. καιρὸν ἀναλίσκειν quid eſt? ecquae ejus veſtigia in Latinis? SCALIG. *Dare* pro *ſumtum facere* dicere videtur noſter; ſed exemplum hujus ſignificationis deſidero. Praeterea, quod crucem mihi figit, reliquique commentatores tacent, illud eſt, quomodo poſterior verſus a priori diſtinguatur. An non uterque idem docet? Quid? ſi hoc modo legeretur:

Tardandum eſt, aliud cum tempus poſtulat aut res.

Potiſſimum, dum τὸ *tardandum* τῷ *properes*, ſic enim pro *propere* emendandum cenſemus, in verſu praecedenti pulcre opponitur. Sed quisque ſequatur, quo propria ipſum ſententia ducat. Sic priori Editione conjeceram. Non tamen hanc conjecturam tanti tunc feci, ut in textum admittendam exiſtimarem. Haudquaquam. Eruditorum tantum judicio expoſui. Nunc

VI.

Quod nimium eſt fugito, parvo gaudere memento.
Tuta mage eſt puppis, modico quae flumine fertur.

VII.

Nunc autem Viro cuidam Docto adplaudendum fere puto, qui nihil in hoc Diſticho mutandum, & *τὸ dare* non aliter capiendum cenſet, ac in locutionibus *dare aliquid conſuetudini, moribus, temporibus.* Et recte ab eodem adferuntur exempla Ciceronis Tuſcul. Quaeſt. Lib. I. Cap. XLV. *Quantum autem* conſuetudini famaeque *dandum ſit, id curent vivi.* Et Quinctil. Lib. XII. Inſtit. Orator. Cap. X. pag. 1097. Edit. Burm. *Ne illis quidem nimium repugno, qui* dandum *putant nonnihil* eſſe temporibus *atque* auribus. adde Cicer. pro rege Dejot. Cap. XIV. Dabis *profecto* miſericordiae, *quod iracundiae negaviſti.* Seneca de Tranquill. animae. Cap. XVI. Danda *eſt remiſſio animis: meliores acrioresque requieti ſurgent.* Fateor caſus tertius, ut in citatis exemplis, non additur a Noſtro, ſed ex ſequentibus ſupplendus: *Dandum etenim eſt aliquid rei aut tempori,* &c. ARNTZEN.

Quum tempus poſtulat aut res.) *Dum* pro *quum* eſt in Leid. Sec. & Vet. Reg. *Dum tempus poſtulat aures.* Cod. Turic. Horat. Lib. II. Ep. II. ℣. 190.

Utar, & ex modico, quantum res poſcet, *acervo*
Tollam: nec metuam, quid de me judicet heres,

Quod non plura datis invenerit. ARNTZEN.

VI. *Quod nimium eſt fugigo,*] Humilis fortuna tutior eſt, quam excelſa; ut navis tutior, quae in parvo eſt flumine, quam quae in pelagi fluctibus natat. ERASMUS. Pari modo Mneſitheus apud Athenaeum Lib. X. Deipnoſoph. Cap. IV. Δεῖ, inquit, φεύγειν ἅπαντα τὰς ὑπερβολὰς ἀεί. *Fugiendum in omni re, quod nimium eſt.* Siquidem *illud in omni vita*, dicente Plinio Lib. II. Cap. ult. *eſt perniacioſiſſimum.* WACHIUS. *Fugitur* Leid. ſec. Coll. Voſſ. & Vet. Reg. Mox *vivere* pro *gaudere* in Leid. ſec. Alia tamen manus *gaudere* adſcripſerat. ARNTZEN.

Parvo gaudere memento.] *Parvum* dicit, quod ſufficit. Sic *exiguum* Claudianus: *Vivitur exiguo melius.* Columbanus:

O nimium felix, parcus cui
ſufficit uſus.

BARTH. Lib. XXI. Cap. XXI. col. 1065. Apud quem vide non pauca huc facientia, Lib. LI. Adverſ. Cap. XVI. col. 2415. & Animadv. ad Pornoboſcod. pag. 315. ad Claud. 1142. Ita Horat. Lib. II. Od. XVI: *Vivitur parvo bene.* Vid. Cunr. Dietricum pag. 662. ad Heſiod. DAUMIUS.

Tuta mage eſt puppis,] Pro *tutior.* Quae comparativi de-

ſcriptio

VI.

P. Φεῦγε ἀεὶ τὸ ἄγαν, τὰ δὲ μέτρια καὶ μάλα βούλευ·
Βαιῷ γὰρ ποταμῷ ἀκλυστοτέρῃ φέρεται ναῦς.

S. Τοῦ μὲν ἄγαν ἀπέχου. Τῶν δ' αὖ μετρίων ἐπιθύμει.
Ἐν βαιῷ ποταμῷ γὰρ ἀκινδυνώτερος ὁ πλοῦς.

ſcriptio Poëtis non eſt infrequens. Horat. Lib. I. Sat. III. ℣. 142:

Privatusque magis *vivam*, *te*
Rege, beatus.

WACHIUS. *Tuta mage puppis eſt* ſcriptum eſt in Cod. Turic. & ex raſura poſt *e* apparet *magis* quondam ſcriptum fuiſſe, hoc modo: *Tuta magis puppis*, *modico* &c. in Edit. vero Boill. τὸ *eſt* fruſtra quaeritur. ARNTZENIUS.

Modico quae flumine fertur.] Id eſt, *exiguo.* Obertus Giſanius, Latinitatis ſi quiſquam obſervantiſſimus, *modicum* pro *exiguo* reprobat in ſuis L. L. obſervationibus, & antiquiores, in quibus & ipſum Ciceronem, nunquam ea notione uſurpaſſe contendit. Verum enim vero in eo Vir ille Optimus manifeſte falſus fuit. Cum & antiquiores hac iſtius vocis ſignificatione uſos eſſe, nobilis ille Latinitatis ſatelles, Johannes Vorſtius in ſuo de Latinitate merito ſuſpecta libello Cap. II. contra Voſſium demonſtrarit, exemplis ex ipſo Tullio, Livio, & Valerio Maximo, adductis; quibus illud Naſonis Lib. III. Triſt. Eleg. VII. ℣. 39. adjicio:

VII.

Sunt tibi opes modicae, *cum*
ſis digniſſima magnis;
Finge ſed immenſis cenſibus
eſſe pares.

WACHIUS. *Modicum* hic per *puſillum*, *exiguum* exponi, haud comprobo; *modicum* enim hoc ſenſu, me judice, eſt *medium quid inter magnum & exiguum*, *multum & paucum*, hoc eſt *moderatum*, *mediocre.* Neque etiam, credo, tuto & commode ſatis navigari flumine puſillo vel parvo, quod ſaltem modico fluvio tutius & melius fieri contendo. Haec nuper tentavit Frater mei amantiſſimus J. Arntzenius ad Aurel. Vict. de V. Ill. Cap. XL. §. 1. Pro *flumine* levi admodum mutatione refingens *flamine*, quod certe placere poſſet; bene ſane τῷ *fertur* reſpondet, nec aliter loquitur Virgil. Lib. V. AEneid. ℣. 832.

- - - *ferunt ſua* flamina *claſſem.*

Praeterea τὰ *flumine* & *flamine* commutantur apud Plin. in Panegyr. Cap. XXXI. §. 2. *Superbiebat ventoſa & inſolens natio*, *quod victorem quidem populum*, *paſceret tamen; quodque in ſuo* flumine, *in ſuis navibus*, *vel abundantia noſtra*, *vel fames eſſet.* ubi Guelf. exhibet *flamine.* Vide notas Fraternas. Verum, ne

quid

VII.

Quod pudeat, ſocios prudens celare memento:
Ne plures culpent id, quod tibi diſplicet uni.

VIII.

quid diſſimulem, alio loco idem Virg. Lib. v. AEn. ✝. 33. dicit.

--- *fertur cita* gurgite *claſſis*.

Ubi *gurgite*, quod hoc loco *flumine* dicitur. Deinde ipſi rei convenientius eſt τὸ *flumen*; verſus enim prior fugiendum praecipit, quod nimium eſt, intellige, abundantiam & nimiam rerum adfluentiam. Audis rem ipſam & vocabula ab undis & fluminibus ducta. Quare ſine Codicum auctoritate nil mutandum videtur. Non negamus tamen, *ventos* ſaepius *ferentes* dici, & τὸ *ferre* ipſis proprium eſſe, vid. Plin. in Panegyr. Cap. v. *Hinc potius ventis* ferentes *& brevis curſus optentur*. Ubi vid. Lipſium. Ovid. Epiſt. xvi. Her. ✝. 125.

Portubus egredior; ventisque ferentibus *uſus*
Adplicor in terras &c.

Immo *ferri* paſſim etiam fluvii dicuntur, vid. Ovid. viii. Metam. ✝. 582.

Intumui: quantusque feror, *cum plurimus, umquam*, &c.

Ubi vid. Celeb. Burmann. Ceterum ad mentem Diſtichi facit locus Horat. Lib. ii. Od. x. ✝. 1.

Rectius vives, Licini, neque altum
Semper urguendo; neque, dum procellas
Cautus horreſcis, nimium premendo
Litus iniquum.

ARNTZENIUS.

VII. *Quod pudeat, ſocios prudens*, &c.] Planudes perperam, *Quod pudeat ſocios, prudens* &c. SCALIG. Ne indicaveris amicis, aut ne committas teſtibus aliis, cujus te facti pudeat, ne plures reprehendant, ſi ſcierint id, quod uni tibi diſplicet. Si ſolus tibi conſcius fueris, hoc eſt, ſi quid peccas, pecces abſque arbitris. Nec hanc ſententiam intellexit Graecus Planudes; Sic enim vertit.

Πᾶν, ὃ φίλοις σοῖς αἶσχος
προσρίψει, μάλα κεῦθε,
Μὴ μέμψωνταί σε πλεῖστοι,
ὅσε μοῦνον ἀνιᾷ.

Id eſt; quod amicis tuis probrum ſit allaturum, valde occulta, ne in hoc reprehendant te plurimi, quod te ſolum cruciat. ERASM. Liceat hic adſcribere verba Crucii, qui haec Dionyſii praecepta edidit poſt Erasmum: „ Geminum hunc „ ſenſum ferunt ac pariunt verba diſtichi. Nam ſi poſt *pudeat* diſtinguas, ſenſus eſt Erasmicus, videlicet, ſi quid „ pecces, pecces absque arbitris. Si vero diſtinguas ſic: „ *Quod pudeat ſocios*, tunc ſenſus eſt, ſi noris aliquid facinus ſociorum, quod aliis „ minime conſtet, vide ſis, „ ne id reveles aliis, ne a pluribus reprehendatur, quod „ tu ſolus reprehendis." Sed quae

VII.

P. Πᾶν, ὃ φίλοις σοῖς αἶσχος προςρίψει, μάλα κεῦθε·
Μὴ μέμψωνταί σε πλεῖστοι, ὅ σε μοῦνον ἀνιᾷ.
S. Ὧν αἰδώς σ' αἱρεῖ, τάδε μὴ κοίνωσον ἑταίροις·
Μὴ πλέονες μέμφωνται, ὅπερ μόνῳ οὔ σοι ἀρέσκει.

VIII.

quae ita diſtinguant, ſunt pauciſſimae. Ceterum Cod. Turic. tranſponit verba: *Quod pudeat, ſocios prudens*, &c. Porro in eodem hoc Cod. ſecundus hujus Diſt. verſus deeſt. Ejus loco autem adeſt alius, cui mox decem inſuper alii ſubjiciuntur, quorum ſex jam Lib. I. habuimus, duos infra Libro IV. habebimus. Quia tamen in nonnullis variant, & duo ſunt, qui in editis nusquam exſtant, undecim hos verſus eodem ordine, quo ſunt in Codice ex Hagenb. Collat. huc transfero:

Dulcis enim labor eſt cum fructu ferre laborem
Tranquillis rebus quae ſunt adverſa caveto.
Rurſus in adverſis melius ſperare memento
Cum dubia incertis verſetur vita periclis
Pro lucro tibi pone diem quicumque laboras
Quod ſcieris eſſe tibi opus dimittere noli
Oblatum auxilium ſtultum eſt dimittere cuiquam
Si deus omnipotens nobis eſt ut carmina dicunt
Hic tibi praecipue ſit pura mente colendus
Noli repugnando tibi tu contrarius eſſe
Conveniet nulli qui ſecum diſſidet ipſe.

Sextus autem & ſeptimus horum verſuum denuo Librariorum produnt flagitia, qui haec ita formaſſe videntur, habentes in animo Diſt. XXVI. Lib. IV. ARNTZEN.

Ne plures culpent id, &c.] *Nec plures* habent Edit. Aug. Vind. & Eraſm. aliter diſtinguit Gryph. *Ne plures culpent, id quod* &c. *Uni* autem hic idem eſt ac *ſoli*. Ex infinitis exemplis ſufficiat Ovid. Lib. XI. Metam. ℣. 220.

--- *Conjux Dea contigit* uni.

Et Virg. Lib. II. Aeneid. ℣. 743.

-- *Hic demum collectis omnibus* una
Defuit. &c.

Ubi Serv. *una, id eſt, ſola*, &c. Adde Scheffer. & Celeb. Burmann. ad Phaedr. Lib. I. Fab. VI. ℣. 7. Et ſaepe apud Nepotem. Sed plura hic concumulare exempla res taedii foret & putidae plena diligentiae. ARNTZEN.

VIII.

Nolo putes, pravos homines peccata lucrari;
Temporibus peccata latent, ſed tempore parent.

IX.

VIII. *Peccata Lucrari*;] Ne putes nocentes lucrari, hoc eſt, impune auferre ſua peccata. Latent quidem, ſed ad tempus; poſtea parent, id eſt, manifeſtantur; tempus enim & celat, & aperit omnia. *Parent* dictum eſt pro *apparent*. ERASMUS. *Impune ferre.* Statius x. Theb. ✠. 310.

Neſcius heu rapitur fatis hilariſque ſub umbras,
Vita fugit, mortiſque ferae lucrata dolores.

Idem xi. Theb. ✠. 307.

Vult gemitus lenire Creon: lucrare furorem:
Victori mihi cuncta lues. - - -

Ad quem locum vide Barthium, pag. 1346. ut & ad iv. Theb. ✠. 532. pag. 1143. Plin. Lib. xii. Cap. xxxix. *Quam quidem* injuriam lucrifecit *ille mercatus in luctu civitatis, quoniam arguere nulli vacabat.* eſt id, *eam injuriam impune commiſit*, & *poenam non luit*, explicante Budaeo. Quintil. declam. ccxcvi: *Altiora ſunt crimina & ſuis legibus digna, non tamen debent ideo* lucrifieri, *quod in patrem inciderunt.* id eſt *impune abire.* Manil. Lib. v. ✠. 319.

Deſueritque bonis ſector, poenamque lucratus
Noxius, & patriam fraudavit debitor aeris.

Claud. i. Eutrop. 137. de cane:
- - - *Cum tardior idem*
Jam ſcabie laceras demiſit ſordidus aures,
Solvit, & exuto lucratur vincula *collo.*

Id eſt, *lucroſe exit*, *ſuo lucro effugit.* Non plane diſſimilis phraſis *lucrari tormenta, id eſt, lucroſe effugere*, apud Victor. Uticenſem ſeu Vitenſem Lib. iii. de Perſ. Vand. fol. 41. a. edit. Bald. *Reſpice quaeſo filios ac maritum, & regiae juſſionis implere feſtina praeceptum, ut & imminentia adhuc* tormenta lucreris, *ſimul & mihi doneris & liberis noſtris.* Paullin. iii. Natal. Fel. ✠. 5.

Nam confeſſor obit, poenas *non ſponte* lucratus,
Acceptante Deo fidam pro ſanguine mentem.

Petrus Damianus Lib. i. Epiſt. xv. pag. 65. *Verumtamen & hoc aliquando non ignorant: ſed dum* lucrantur ignorantiam *populi, diſſimulant hoc ſacerdotibus confiteri.* Actor. xxvii. 21. Ἔδει μὲν, ὦ ἄνδρες πειθαρχήσαντάς μοι, μὴ ἀνάγεσθαι ἀπὸ τῆς Κρήτης· κερδῆσαί τε τὴν ὕβριν ταύτην καὶ τὴν ζημίαν. DAUMIUS. Phraſin Chriſtianam, quis non videt? ait Boxhorn. in Diſſert. Sed tum & alii, ut Statius, Quinctilianus (notante ad hunc locum Cl. Daumio) Chriſtianorum Scriptorum numero adſcribi debent, niſi quis potius velit, Boxhornium *in unius aut alterius*

VIII.

P. Μήτι βροτοὺς ἀλιτροὺς δόκει ἀμπλακιῶν ἀπόνα-(σθαι·
Πρὸς καιρὸν γὰρ ἔλησαν, καιρῷ δ᾽ αὖ φανεροῦνται.
S. Τοὺς ἀλιτροὺς μὴ οἴϋ ἀλιτροσυνῶν τι ὄνασθαι.
Πταίσματα τῷ τε χρόνῳ ἐλάθοντο, χρόνῳ τ᾽ ἐφάνησαν.

IX.

rius horae opere, ut ipſe teſtatur, exactiſſimam praeſtare diligentiam non potuiſſe. Immo, quod cito fit, cito perit. An etiam Cicero Chriſtianus dici debet? Sane haud aliter loquitur Lib. I. in Verrem Cap. XII. *Dedecora praetereantur*, lucretur indicia *veteris infamiae*. Livius Lib. II. Cap. LIX. *Quandoquidem nihil praeter tempus noxae lucrarentur*. Egeſipp. Lib. I. Cap. XLIV. in f. lucrentur *illi* poenam *calumniae*. ARNTZEN.

Temporibus peccata &c.] Satis fuerit ſemel monuiſſe, Planudem propter neceſſitatem metricam non diſtinguere inter χρόνον & καιρόν. Hic χρόνος locum habebat, non καιρός. SCALIGER.

Sed tempore parent:] *Parere* eſt, *apparere*. Hac notione minus in vulgus notâ uſi ſunt Martialis Lib. XII. Epig. XXIX. ℣. 18. Petronius pag. 163. (Vide ad hunc Goldaſt. pag. 783.) Apuleius Lib. I. Metam. pag. 108. & Lib. V. pag. 160. edit. Elmenhorſt. Vide & Schoppium Lib. II. Suſpect. Lect. Ep. XX. pag. 152. Servium ad X. Aeneid. Rittershuſ. pag. 151. ad Günterum: Barth. LVI. Adverſ. Cap. XIII. col. 2657. & ad Papin. II. Silv. II. ℣. 76. pag. 208. Parcum Lex. Crit. pag. 883. Praeterea uſi ſunt Mart. Capella Lib. VIII. pag. 298. ad quem vide Grotium Ep. III. Chryſologus, Sermone CLVII. initio. Tertullianus Lib. V. contra Marc. ℣. 14. 97. & 207. Juvencus Lib. I. ℣. 36. Alcimus Ecdicius Avitus, non ut a Joh. Gagneio interpolatus vulgo circumfertur, ſed uti Mülingio & Sirmondo, editus eſt, Lib. ad Fuſcinam, verſu 329.

--- *Vultusque mei non paret imago*
Aſſignata tibi. ---

Id. Epiſt. XLI. pag. 95: *ut conſequenter eo die ad ſalutem regenerari ex unda vos* pareat, *quo natum redemptioni ſuae caeli dominum mundus accepit*. Et alibi. Boët. de Conſ. Phil. Lib. III. Proſ. II. *Vide enim quanta vitioſorum hominum* pareat *infirmitas*. Euſeb. Gallicanus Homil. I. de Paſcha. pag. 36. b. edit. Gagneii, & pag. 260. b. edit. ſec. *An forte Sol de mundo migravit? Sed nec coelum nobis aſtraque* parent, *& tamen infe-*

 rius

IX.

Corporis exigui vires contemnere noli:
Conſilio pollet, cui vim natura negavit.

X.

rus lucet. Fauſtus, inter illas ipſas Homilias, Euſebio Emiſſeno vulgo adſcriptas, de S. Maximo pag. 93. b. edit. Gagn. *Quando veniam & parebo ante faciem Dei?* Aldhelm. de Laud. Virg. ℣. 100.

Virginitas ſummo virtutum vertice paret.

Chromatius in Cap. VI. Matth. pag. 48. b. edit. Baſil. 1528: *Exterminant autem facies ſuas, ut* pareant *hominibus jejunantes.* Ita & pag. 51. a. *ne* pareatis *hominibus jejunantes.* Hericus Altiſſiod. Praefat. de Vita Germani: *tandemque relatu aſſiſtentium hujusmodi opus penes nos nunquam & nusquam* paruiſſe *comperiens.* Id. Lib. III. ℣. 159.

Forte procul parent *veteris veſtigia villae.*

Marbodus Epiſcop. Redonenſis de Gemmis (Lapidarii nomine olim laudatus) Cap. III. ℣. 6.

Cryſtallo ſimilis, vel aquae, quum limpida paret.

Alanus Lib. VI. Anticlaud. ℣. 121.

--- *diſſona rerum*
Paret *in his facies; hic res, hic umbra videtur.*

Vitalis Gallicus Lib. III. Aulul. ℣. 103.

Obtulit huic urbi nova ſors hominemve Deumve,
Neſcio, paret *homo corpore, mente Deus.*

Petrus de Riga, Act. Apoſtol. ℣. 710.

Paulus vir Macedo poſthaec in Troade paret.

Jotſaldus de tranſitu Odilonis, ℣. 102.

Tunc crucis indicium parebit
& omnibus altum;
Quam Dominus Jeſus ſuſpenſus morte ſacravit.

Auctor Vitae Caroli Magni Lib. V. pag. 77. a.

Congeſtae ſaxis etenim tellureque moles
Parent *elatis flumine verticibus.*

Ita pro *patent* legendum. Metellus Quirinalium Oda LXIX. ℣. 33.

Aſcenſor prope paret,
Tanquam deſiluiſſet
Retrorſum fugiturus,
Totus ſaxeus ipſe.

P. Meliſſus ad Weſtoniam in Melic. II. ℣. 15. in Muſ. Errant. Griſii: *Quam ſones tu cumque diſerta, pol vernacula* paret. ſcil. *linguam.* DAUMIUS. Mirum poſt inſignem Cl. Daumii editionem in quibusdam codicibus, diverſis in locis excuſis, mendoſe legi *patet* pro *paret*, cum ſyllabae modulus illam lectionem nequaquam patiatur. Offendit autem ſine dubio editores verbum *parere*, quod crederent, illud ea notione non uſurpari, cum tamen maxime idoneis Latinae linguae Auctoribus

IX.

P. Σώματος οὐτιδανοῦ δύναμιν μὴ θῇς παρὰ φαῦλον·
Βουλῇ γὰρ κρατεῖ ἔσθ' ὅτε, τὸν φύσις εἴασ' ἀκιδνόν.

S. Ἠπεδανοῖο φυὴν μὴ σωματίοιο κάκιζε· (κήν.
φραδμοσύνῃ προβέβηκεν, ὅτῳ φύσις οὐκ ἔπορ' ἀλ-

X.

ribus receptum ſit, ut multis exemplis, undiquaque congeſtis, Cl. Daumius oſtendit, quibus illud Suetonii in Veſpaſiano Cap. iv. addo: *Id de Imperatore Romano, quantum eventu poſtea paruit, praedictum Judaei ad ſe trahentes rebellarunt.* Sic enim πολυμαθέστατος Iſ. Caſaubonus ex Pithoei codice legit, quam lectionem etiam excellentis ingenii ac doctrinae Vir Johannes Georgius Graevius approbat. Vide illos, ſi lubet, ad laudatum Suetonii locum. WACHIUS. De ſignificatione τοῦ *tempore* vid. ſup. Lib. i. Diſt. vi. *Patent* legitur quoque in Vet. Chart. Reg. & Leid. tert. nec non in antiquioribus quibusdam Editt. Boiſl. Eraſm. aliisque. Perperam. Sic autem nonnumquam ex mera ignorantia ſtupidi librarii peccare conſueverunt; primam in *patent* corripi, illi ſciunt, qui manum ferulae nondum ſubduxerunt. *Parere* vero pro *adparere* optimis Poëtis frequentiſſimum, quemadmodum ad hunc locum alii jam abunde probarunt. Adde tamen quae Erhard. notavit ad Petron. Satyr. Cap. cxxxvii. pag. 655. Qui locus Daumio noſtro, ut ex adnotationibus ipſius adparet, incognitus haud eſſe potuit. Sed hoc in tranſitu. adde Cl. Drak. ad Liv. Lib. ix. Cap. xviii. §. 7. qui locutionem hanc multis inluſtrat contra Serv. ad Virg. Lib. i. Aeneid. ℣. 118. Eodem modo *patere* & *parere* commutantur apud Hygin. Fab. cciv. pag. 283. Ubi videndus Eruditiſſ. Muncker. qui inter alia citat locum Senecae Agamemn. ℣. 457. Ubi haud aliter peccat Librarius Codicis Biblioth. Traj. Bat. *patent* pro *parent* reponens. Ubi tamen, quod mireris, Doctiſſ. Schröderus nil monet. Ceterum & loco *ſed* eſt in majori parte Codd. MSS. nec Editt. principes adſpernantur. Sed haec vocabula ſaepius commutari neminem harum literarum ſtudioſum fugere poſſe, puto. Vid. quae Fab. notavit ad Juſtin. Lib. i. Cap. vi. §. i. ARNTZENIUS.

IX. *Corporis exigui vires &c.*] Vires δύναμιν male Planudes. Vires herbarum & vires corporis Latini indifferenter dicunt. Graeci diſtinguunt, βοτανῶν δυνάμεις, σώματος ἰσχύν. SCALIGER. Noli contemnere inimicum, licet ſit puſillo corpore,

X.

Cui ſcieris non eſſe parem te, tempore cede:
Victorem a victo ſuperari ſaepe videmus.

XI.

re. Nam ſaepe quod corporis viribus detractum eſt, natura addidit ingenii viribus. Quanquam haec ſententia latius patet: nempe hominem non eſſe aeſtimandum proceritate, roboreque corporis, ſed animo potius. ERASMUS. *Vires contemnere noli.* Leid. pr. & ſec. Collat. Voſſ. & Editiones principes. Aliter haec conſtituunt Vet. Chart. Membr. Reg. & Leid. tert. *Noli contemnere vires.* Quamobrem aures conſuluimus poëticas. ARNTZENIUS.

Conſilio pollet,] Vide Weitz. pag. 144. ad ỳ. 620. Lib. IV. Argon. Val. Flacci. Zehnerum II. Cent. Adag. Sacr. XXXII. Rittersh. pag. 228. & ſeq. ad Opp. Confer & Diſt. XII. Lib. IV. Perſarum Adagium eſt: *Parvus ſapiens altae ſtaturae imperito praeſtat.* Vide Levini Warneri Notas ad Proverb. LXXX. Perſ. DAUMIUS. Sic de Rege Aegypti, cui nomen Bocchoris, Diodorus Siculus Lib. I. Biblioth. Cap. XLV. ſcriptum reliquit, *eum corpore exili & deſpecto quidem fuiſſe, ſed ingenio & prudentia ante ſe Regibus praecelluiſſe.* Pari ratione Ageſilaum *exiguum & ſpecie aſpernanda fuiſſe*, Nepos & Plutarchus vitam ejus exponentes tradunt. At quis in laudatis modo Scriptoribus tam hoſpes eſt, cui lateat, eundem illum virtute & conſilio polluiſſe? Tempeſtate quoque Theodoſii in homine brevis admodum ſtaturae ſummam fuiſſe prudentiam, Nicephorus Hiſt. Eccleſ. Lib. XII. Cap. XXXVII. auctor eſt. WACHIUS. *Conſilium* hic eſt *facultas*, *prudentis ingenii induſtria.* Adprime huc facit Horat. Lib. III. Od. XI. ỳ. 65.

Vis conſilii *expers mole ruit ſua,*
Vim temperatam Di quoque provehunt.

Ubi, ſi tanti ſit, vid. Torrent. his adde Cl. Canneg. ad Avian. Fab. XL. ỳ. 10. *Conſilium* autem in ſpecie nonnumquam *judicium* notare docuit Arntzen. ad Aurel. Vict. Orig. G. R. Cap. I. §. 2. Mox *polet* pro *pollet* eſt in Leid. tert. Vid. ſupra Lib. I. Diſt. XXIX. ARNTZENIUS.

Cui vim natura negavit.] Planudes. τὸν φύσις εἴασ' ἀνάλκιν. Dixeris a tirone non a Planude magni nominis viro profectum. Poſſumus etiam aliam interpretationem ab ea, quam dedimus, adferre:

Μὴ τυτθοῦ μώμησαι ἀνάλκιδα
χειρὸς ἐρωήν.
Ὦ φύσις οὐ πόρεν ἰσχὺν, ὑπέρ-
τερός ἐστι φραδαῖσι.

SCALIGER. *Vis* opponitur *conſilio* aut *aſtutiae.* Vide Barth. pag. 42. ad Gratium.

DAU-

X.

P. Ὃν νοέεις σέο μείονα, τῷ δ' ἐν καιρῷ ὑπείκειν·
Πολλάκι γὰρ κρείσσων πρὸς χείρονος ἧτῖαν ὑπέστη.

S. Ὃν σεῦ ἀκιδνότερον νοέεις, τῷ δ' εἶκ' ἐνὶ καιρῷ·
Πολλάκ' ὁ νικηθεὶς τὸν νικήσαντα κράτησε.

XI.

DAUMIUS. Recte hic Barthius. Eleganter quoque *vis* & *conſilium* opponit Cicero de Senect. *Res magnae non* viribus *aut velocitatibus aut celeritate corporum geruntur, ſed* conſilio, *auctoritate, ſententia.* Similis fere ἀντίθεσις eſt apud Phaedr. Lib. II. Fab. VI. Attamen *vis* non minus *animi* quam *corporis* eſt. Vid. Sall. Catil. Cap. I. §. 2. *Sed noſtra omnis* vis *in animo & corpore ſita.* In eodem Cap. V. *L. Catilina, nobili genere natus fuit magna* vi *& animi & corporis.* Cap. XVII. *Quanta* animi vis *fuiſſet in exercitu Catilinae.* Curt. Lib. III. Cap. V. §. 8. *Rurſus in ipſum Regem miſericordia verſa; illum florem juventae, illam* vim animi, *&c. divelli a ſe & abrumpi.* Cic. de Senect. Cap. XI. *animi non corporis* viribus. Aurel. Vict. de Vir. Ill. Cap. LXXVI. *Mithridates . . ., magna* vi *animi & corporis.* Et hinc *vis* nonnumquam pro *virtute* ponitur, vid. Serv. ad Virg. Lib. I. Aeneid. ẏ. 271. & II. Aeneid. ẏ. 452. Graeci autem eodem modo utuntur voce δύναμις, adi Serv. ad Virg. Lib. XII. Aeneid. ẏ. 396. Eamdem vero vocem δύναμιν de *corporis viribus* adhiberi res ſatis nota eſt, vid. Apollodor. Lib. I. Biblioth. Cap. I. lin. 9. Et contra, *virtutem* de viribus corporis dici, exiſtimat Marq. Gudius in Not. ad Phaedr. Lib. I. Fab. XIII. ẏ. ult.

Virtute *& ſemper praevalet ſapientia.*

Si modo ἐπιμύθιον hoc Phaedri ſit. Vid. etiam ſummum P. Burm. ad hunc locum Comm. Maj. Melius autem ad ſenſum Diſtich. quadrare puto verba Sall. in Catil. Cap. I. *Quo mihi rectius videtur,* ingenii *quam* virium opibus *gloriam quaerere.* Nec vereor ejusdem Sall. Catil. Cap. VI. verba adſcribere, de Romano nempe ſenatu: *Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium ſapientia validum erat, Reip. conſultabant.* ARNTZENIUS.

X. *Cui ſcieris non eſſe parem te,* &c.] Ita Pithoeana editio. Vulgatae: *Quem ſcieris non eſſe parem tibi.* Unde Planudes infeliciter fecit, ὃν νοέεις σέο μείονα. *Quem ſcieris eſſe minorem te.* Imo imbecilliorem, καὶ ὑποδέστερον. SCALIGER. Ridiculum

XI.

Adverſus notum noli contendere verbis;
Lis minimis verbis interdum maxima creſcit.

XII.

lum in modum hic diſcrepant MSS. Codices. Stupidos aliud agentium hominum errores vix ſine taedio adſcribo. *Cui ſic eris &c.* Leid. pr. *Quem ſcieris non eſſe parem tibi &c.* Vet. Chart. Membr. Voſſ. & Leid. tert. quod ſequuntur Editt. Aug. Vind. Euchar. Tremon. Pariſ. Pulm. Chouet. Florent. Boill. Eraſm. Gryph. Cord. Cruc. aliaeque. Sed proba eſt recepta in textum lectio & majori parte Codicum adprobata. Denique *tempore corde* legit Coll. Voſſ. & Veterr. Reg. Sed quis has naenias patienter feret? ſequimur tamen morem Eruditis uſitatum. ARNTZEN.

Victorem a victo ſuperari &c.] *Victorem avito* Leid. ſec. & Coll. Voſſ. mox pro *ſuperari* eſt *ſuperare* in Leid. ſec. perperam omnino. Inſpice reſcripta Boxhorn. Cap. XXX. ARNTZ.

XI. *Adverſus notum* &c.] Ut ante legiſti, contra verboſos non eſſe contendendum verbis, ita cum familiaribus rixandum non eſt, quod ſumma diſcordia ſoleat naſci ex verbulis leviſſimis. ERASMUS. *Adverſum notum* Leid. pr. & ſec. Coll. Voſſ. Vet. Reg. & Cod. Turic. Nullam ego horum verborum differentiam hoc ſenſu reperio, licet non ignorem, eſſe nonnullos Grammaticos, qui ſubtiliter diſtinguunt. Vid. Agroet. de Orthogr. inter Grammat. Putſch. pag. 2267. in initio. Adverſum *te*, *adverſarius*: adverſus *te*, *imitatur*. lege. *imitator*. Sed qui meus eſt ſtupor, haec me adſequi non poſſe, ultro profiteor; ſi quid tamen dicendum ſit, meliora dedit Donat. ad Ter. Andr. Act. I. Sc. I. ℣. 15. Adverſum *ſine dubio praepoſitio eſt*. Adverſus *participium poteſt eſſe ab eo, quod eſt adverto, ſicut alibi.* Porro, *Notus* hoc loco quid ſignificet, diximus ſupra Lib. I. Diſtich. XXXIII. Ceterum ſcio, quid huic ſententiae objici poſſet: ſi nempe contentio metuenda ob *litem*, id eſt, *jurgium*, non tantum contentionem adverſus notum, ſed etiam adverſus quemcumque eſſe vitandam, quia videtur periculoſior eſſe contentio cum ignotis, quam notis. Recte; inimicitias tamen inter amicos nonnumquam exoriri graviſſimas, easque ſedulo vitandas, admonet Cicero quoque de Amicit. Cap. XXI. *Cavendum vero, ne etiam in graves inimicitias convertant ſe amicitiae: ex quibus jurgia, maledicta, contumeliae gignuntur,* &c. ARNTZENIUS.

Noli contendere verbis;] Quod noſter dicit *verbis contendere*, id Livius dixit *verbis certare*, Lib. X. Cap.

XI.

P. Μὴ νείκει, μηδ᾽ ἀντιλέγειν θέλε σοῖσιν ἑταίροις·
Ἐκ τυτθῶν μύθων γὰρ ἔρις μέγα πολλάκις αὔξει.
S. Ἀψιμάχοις ἐπέεσσι μὴ ἀντιλόγησον ἑταίρῳ·
Ἐξ ὀλίγων μύθων μεγάλη ποτὲ δῆρις ὀρώρει.

x. Cap. xix. §. 5. *In eandem ſententiam, in quam inter paucos* certatum verbis *fuerat. Contendere* autem aut *certare verbis* eſt brevibus dictis alternis & altercatione contendere. Utramque locutionem illic inluſtrat ſummus J. Fr. Gronovius. ARNTZENIUS.

Lis minimis verbis &c.] Id eſt, ἐξ ὀλίγων. Planudes, ἐκ τυτθῶν μύθων, *ex parvis ſermonibus*. Quod eſt futiliſſimum. Futilius, μέγα πολλάκις ἄυξει. Vox μέγα Poëtis nunquam niſi cum verbis & nominibus conjungitur. μέγα ἀέξει, μέγα νήπιος. Itaque recte fuiſſet; ἐξ ὀλίγων μύθων μεγάλη γὰρ ἔρις μέγ᾽ ἀέξει. Gaza invenuſtius in verſibus Ennianis πάμμεγα λάμπει pro, μέγα λάμπει. Haec in Graeco homine doctiſſimo ἀκριβολογύμεθα. Ne miremur, ſi nobis Latinis obrepat ſomnus, quum tales Graecos dormitare contingat. Quanquam rari ſunt inter Latinos, qui ſtudia Graeca delibaverint, qui non meliora facere poſſint. SCALIG. Verba ſola, paulo aſperius dicta, graviſſimum quandoque odium concitare innuit apud Virgilium Sinon, dum ait:

- - - *Et* verbis *odia aſpera movi.*

In quam ſententiam & Cato, vel alius quiſquis is ſit autor ejus libelli, qui Catonis nomine inſcribitur. *Lis minimis verbis* J. Langleus III. Semeſtr. Cap. v. pag. 170. WACHIUS. *Lis verbis minimis i. m. creſcit.* Leid. pr. in Leid. vero ſec. Veterr. Reg. & Coll. Voſſ. Apographorum ſtupor quaſi in media die eſt poſitus. Addam, ut rideas. *His verbis nimis interdum maxime creſcunt.* Paullo melius Cod. Turic. *His verbis minimis interdum maxime creſcunt.* Sed recepta lectione praeter Codd. nec nominatos omnes gaudent Editt. *Lis* vero pro *jurgio* poni hoc loco, ex praecedentibus apertum eſt. Vid. Lib. I. Diſt. XXXVI. Ita ut locus laud. Ciceronis huc unice pertineat. Ceterum nota elegantiſſimam ἀντίθεσιν inter τὰ *Lis minimis verbis* & *creſcit maxima. Lis minimis verbis* eodem modo hic dicitur, ut *invidia nimio cultu* mox Diſt. XIII. ARNTZENIUS.

XII.

Quid Deus intendat, noli perquirere ſorte;
Quid ſtatuat de te, ſine te deliberat ipſe.

XIII.

XII. *Quid Deus intendat, noli perquirere ſorte;*] Planudes: κληδόσι μὴ ἴχνευε. Itaque κληδόνα non diſtinguit a ſorte: quo nihil potuit imperitius facere. Nam κληδόνες & omnia non ſunt in noſtra poteſtate: ſortes ſunt noſtri arbitrii. Hoc eſt, ominari non poteſt, niſi cui omen inopinato objectum eſt. Sortiri poteſt, & quicunque vult, & quotieſcunque. Itaque inveſtigare ominibus non poſſumus dicere, in quae jus nullum habemus. At poſſumus perquirere ſorte. Quia id facere, vel non, & quando libuerit, in noſtra manu eſt. Nos: - - - - - Τὶ θεὸς τεκμαίρεται, quomodo Heſiodus, Ζεὺς πόλεμον τεκμαίρεται: Planudes, τί βούλεται ἐς σὲ τὸ θεῖον. βούλομαι εἰς σὲ, pro βουλεύομαι ἐπὶ σοῦ, aut κατὰ σοῦ, barbariſmus eſt. SCALIGER. Nec hanc ſententiam recte vertit Planudes; uti hoc loco videri poteſt. Quamquam pro κληδόσι ſuſpicor legendum κλήροισι. Et tamen aliud eſt perficere, aliud deliberare, aut ſtatuere. Verus autem ſenſus hic eſt: Ne ſortilegiis, ac malis artibus inquiras, quid de te futurum ſit: quandoquidem id Deus ſciri non vult; neque enim te in concilium adhibet, cum aliquid decernit de te; quod ſi te vellet id ſcire, nimirum accerſeret te in concilium. ERASMUS. *Quod Deus intendat* praefert Vet. Chart. quemadmodum mox etiam verſu ſequenti *Quod ſtatuit*, ut habet quoque Leid. tert. Sed nihil mutandum. Sic *quid* & *quod* ſaepius commutantur in MSS. vid. Pier. ad Virg. Lib. I. Aeneid. ℣. 75. Cl. Burm. ad Phaedr. Lib. V. Fab. X. ℣. 10. Idem ad Nemeſian. Bucol. Ecl. I. ℣. 3. Fratrem meum J. Arntzenium ad Plin. Paneg. Cap. LXXXI. §. I. & alibi. Τὸ *Deus* autem duplici ſenſu hoc loco capi poteſt, vide quae diximus ſup. Lib. I. Diſt. I. & Lib. II. Diſt. II. Ceterum argumentum hinc ducit Boxhorn. ut demonſtret, Chriſtianum Auctorem noſtrum fuiſſe, ſed quam infeliciter, nullus non videt! quia inquit κληρομαντείαις uſi ſunt Pagani. Quod ipſi tuto concedimus. Vid. ſi tanti ſit, quae elegantiſſ. Broukh. ad Tibulli Lib. I. El. III. ℣. II. notavit. Et quae de ſortibus Praeneſtinis, Virgilianis & quibuscumque aliis collegerunt Antiquarii. Sed quod ideo Chriſtianus haberi debeat Auctor, minime ſequitur, praeterquam enim quod ipſi Pagani, qui ſorte aliquid perquirerent, Deos precabantur, priusquam

XII.

P. Κληδόσι μὴ ἴχνευε, τί βούλεται εἰς σὲ τὸ θεῖον·
Ὅ,τι γὰρ ὥρισε σοῦ πέρι, καὶ σέο νόσφι τελέσσει.

S. Κλήρῳ ἐρευνᾶσθαι τί θεὸς τεκμαίρετ' ἀλεύου·
Ὅ,τι γὰρ ὃς περὶ σοῦ τελέσει, σέο χωρὶς ὁρίζει.

XIII.

quam ad opus hoc accederent, monente Pauſan. in Achaic. pag. 233. ſapientiores ridere haec ſoliti fuerunt. Id quod non tantum ex hoc loco, ſed ſaepius ex Cicerone, teſte graviſſimo, demonſtrari poſſet. Audiamus Ennium p. Edit. Cl. Heſſelii 225.

Non habeo denique nauci Marſum Augurem.
Non Vicarios Haruſpices, non de circo Aſtrologos,
Non Iliacos conjectores, non interpretes ſomnium;
Non enim ſunt ii aut ſcientia aut arte divinei,
Sed ſuperſtitioſi vates.

Et Liv. Lib. VI. Cap. XLI. §. 6. *Eludant nunc licet religiones. Quid enim eſt, ſi pulli non paſcentur? Si ex cavea tardius exierint. Si occinuerit avis. Parva ſunt haec: ſed parva iſta non contemnendo majores noſtri maximam hanc rem fecerunt.* Haec quidem non de ſorte ipſa, ſed tamen proxime adcedunt, ne quid tamen dubites, audi Cicer. Lib. II. de Divin. Cap. XLI. *Quid ſors eſt? idem propemodum, quod micare, quod talos jacere, quod teſſeras, quibus in rebus temeritas & caſus, non ratio nec conſilium valet.* Et quae ibi plura leguntur. Si hoc argumentum Boxhornii procederet, etiam Horatius Chrſtianorum numero commode inſeri poſſet. Lib. I. Od. XI. ℣. I.

Tu ne quaeſieris (ſcire nefas) quem mihi, quem tibi
Finem Di dederint, Leuconoe; nec Babylonios
Tentaris numeros.

Conſulendus inſuper eſt Eruditiſſ. Canneg. Reſcript. Boxhorn. Cap. XI. ARNTZ.

Quid ſtatuat de te, &c.] Cola invertit Planudes; quaſi Auctor dixiſſet. Quid de te ſine te deliberat; ipſe ſine te hoc ſtatuet. Nos nihil retexuimus. SCALIG. *Quod ſtatuit* Vet. Chart. & Leid. tert. nec non Edit. Boill. *deliberet* eſt in Leid. pr. Unde Auctor videri poſſit ſcripſiſſe *ſine tu*, vel *ſinito, deliberet ipſe.* Sed quia Codd. abnuunt, nil mutandum exiſtimo. Mox *ille* pro *ipſe* eſt in Leid. ſec. & Coll. Turic. *iſte* Coll. Voſſ. Non quidem ignoro harum vocum differentiam, ſed eam perpetuam haud eſſe, nemo paullo doctior negaverit. Τὸ *ipſe* hic ſe nobis prae reliquis commendat. Quo ſenſu Cicero illud Pythagoraeorum αὐτὸς ἔφα per *ipſe dixit* vertit

XIII.

Invidiam nimio cultu vitare memento, (eſt.
Quae ſi non laedit, tamen hanc ſufferre moleſtum

XIV.

vertit Lib. I. de Nat. Deor. Cap. V. adeo, ut τὸ *ipſe* haudquaquam hic indecorum ſit. ARNTZENIUS.

XIII. *Invidiam nimio cultu vitare memento.*] Hic plane ridiculus Graecus Metaphraſtes. Nam neque, quid eſſet invidia, aſſequutus eſt: & nimium cultum pro diligenti cura accipit. Non poterat infelicius, etiamſi conſulto voluiſſet. Nimius cultus eſt, qui Graece περίεργος κομιδὴ, nimia cura circa corporis cultum & munditias. Tota ſententia eſt, τὴν ἄγαν κομιδὴν ἐπίφθονον εἶναι. At βασκανία, quo verbo utitur Paraphraſtes, aliud eſt. Itaque quod Graeci ἐπίφθονον vocant, id ἐπιβάσκανον dicere, nugatorium eſt. ἐπίφθονον eſt invidioſum, hoc eſt, quod invidiam hominum incurrit. Accuratius ornatum per vias incedere, hoc φθόνον, utique, non βασκανίαν parit. Nos totum diſtichon & verbatim & Graece reddidimus. Neutrum deprehendes in Planude. SCALIG. Et hanc ſententiam non recte vertit Planudes. Nam (*Nimio cultu*) vertit, maximo ſtudio. Porro germanus ſenſus ſic habet: Ne nimio ſplendore ſtrepituque vitae conflaveris tibi hominum odium, qui tametſi non poſſint te laedere, tamen moleſtum eſt, vivere obnoxium odio multorum. At per ſe jucundum eſt, omnibus eſſe charum, etiamſi nihil utilitatis inde capias. Quamquam hic ablativus: *Nimio cultu*, non refertur ad verbum *vitare*, ſed *invidiam*; ut ſubaudias *conflatam*, aut *ex nimio cultu*. ERASMUS. *Nimius cultus* eſt, qui Graece περίεργος κομιδή: nimia cura circa corporis cultum & munditias. OPITIUS. *Invidia*, praeter illam ſignificationem notam, eſt, vel dicto vel facto, in alterum malevolentiae conciliatio: Ut, ſi quis referat oſtendatve calamitates ſuas, ut auctori calamitatum odium caeterorum concitet. Et hoc vocatur *invidiam facere*, vel *vocare* aut *adducere in invidiam*. Inde *invidioſa res*, quae atrocitatem facti augens inviſum illud vel illius auctorem facit. Et *invidia* quaſi atrocitas vel detractio, in quam ſignificationem accipio illum verſum: *Invidiam nimio cultu vitare memento*. Nam latentem invidiam, quia non deprehendo, vitare nequeo: Sed eam, quae extrinſecus ſignificatur vel voce vel geſtu, cum populus indigne ferre ſe indicat in aliquo nimium & inſolentem corporis cultum. Ideoque ſubjungitur: *Quae ſi non laedit, tamen hanc ſufferre moleſtum eſt.* Hanc ſcil. vel voce vel geſtu, vel utroque modo de-

XIII.

P: Βασκανίην φυλακῇ πάσῃ τὰ μάλιστα φυλάσσου·
Ἣν κὴν μὴ βλάπτῃ σε, φέρειν γε μέν ἐστι βαρεῖα.

S. Μὴ φθόνον ἐκ κομιδῆς περιέργου σοὶ περιάψῃς·
Ὥς κ᾽ ἂν μὴ βλάψῃ τὶ, φέρειν γὲ μέν ἐστιν ἐπαχθής.

XIV.

detractionem. Quale illud quoque Terentianum: *Ita, ut ſine invidia laudem invenias, & amicos pares.* Et illud Salluſtii, licet e Demoſthene ſit ſumptum: *Invidiam gloria ſuperaſti.* LAUR. VALLA. Lib. I. Elegant. Cap. XXXIII. (al. XXI.) Paulin. Paneg. Celſi, ℣. 463.

Nolo mihi Tyrio modo ſerica murice veſtis
Ardeat, arſuri corporis invidia.

Vid. Juſtini Göbleri Scholia in Baſil. Magni Orat. de Inſtit. Stud. ratione, pag. 109. DAUMIUS. *Occultu* pro *cultu* eſt in Leid. ſec. Coll. Voſſ. & Vet. Reg. Sed huic voci ultima litera *o* ex praecedenti *nimio* errore Librariorum adhaeſiſſe videtur. Exempla hujus rei non deſunt. Vid. Bernecc. ad Juſt. Lib. XV. Cap. IV. §. 13. Gudium ad Phaedr. Lib. II. Fab. V. ℣. 22. Caſaub. ad Sueton. Caeſar. Cap. VI. Adeo ut ex *occultu* nullo negotio deinceps factum ſit *occultu.* Ad mentem Dionyſii facit nonnihil locus Horat. Lib. I. Sermon. VI. ℣. 24.

. . . . *Quo tibi, Tilli,*
Sumere depoſitum clavum, fierique Tribuno?
Invidia adcrevit, privato quae minor eſſet.
Nam ut quiſque inſanus nigris medium impediit crus
Pellibus, & latum demiſit pectore clavum;
Audit continuo; Quis homo hic, aut quo patre natus?

Ceterum ſenſum hujus Diſt. & verborum conſtructionem contra Boxhornii calumnias optime adſeruit perſpicaciſſimus Canneg. Reſcript. Cap. XXX. ARNTZENIUS.

Quae ſi non laedit, tamen hanc &c.] *Tamen hunc* exhibet Leid. ſec. & Coll. Voſſ. Quod forte ad vocem *cultum* in conſtructione, ſaltem non abſurdo ſenſu, referri poſſet. Quomodo fere eadem hac phraſi *ſufferre ſumtus* uſus eſt Terent. Heaut. Act. III. Sc. I. ℣. 44. *Satrapes ſi ſiet amator, numquam ſufferre ejus ſumtus queat, nedum tu poſſis.* *Subſiſtere ſumtui* alibi hoc ſenſu dixit Cicero. Verumtamen nihil mutandum arbitror. *Sufferre* notat *ſuſtinere, perpeti.* Sic Plaut. Act. V. Sc. II. ℣. 20. *Imbrem perpetiar, laborem ſufferam, ſolem, ſitim.* Lucret. Lib. III. ℣. 1013.

Atque in eo ſemper durum ſufferre *laborem,*

Auctor

XIV.

Eſto animo forti, quum ſis damnatus inique:
Nemo diu gaudet, qui judice vincit iniquo.

XV.

Litis praeteritae noli maledicta referre:
Poſt inimicitias iram meminiſſe, malorum eſt.

XVI.

Auctor noſter infra Lib. iii. Diſt. vii.

Ut poſſis animo quemvis ſufferre *laborem.*

Et paſſim alibi. Porro quae de hoc Diſticho jactat Boxh. haud ſerio dicta arbitramur. Quod pluribus non ago, quia hanc ſibi Provinciam comparavit Cl. Cann. quamque feliciter adminiſtravit, ut modo dixi. ARNTZ.

XIV. *Eſto animo forti*, &c.] In Leid. ſec. inverſo verborum ordine legebatur, *Forti animo eſto.* Quae quidem ſcriptura e gremio ſtatim, ut ita dicam, rejicienda non eſt; ſaepius enim ſynalaepham neglexiſſe Poëtas, neminem, ſaltem aliqua harum rerum cognitione inbutum, neſcire puto. Librarii autem, quia falſo judicabant, id fieri haud poſſe, ſaepe glandes pro frugibus dederunt. Hujus autem hiatus triginta vel amplius exempla, ſummo facta judicio, in Virgil. notari (quorum quaedam Scalig. Lib. iv. de Art. Poët. Cap. xlviii. obſervaverat) refert Taubm. ad Virgil. Lib. i. Aeneid. ℣. 16. Eodem modo *m* finale quandoque, licet vocalis ſequenti voce ſequatur, non elidi, notarunt Viri Docti ad Phaedr. Lib. i. Fab. iv. ℣. 4. & Rittersh. ad eumdem Lib. i. Fab. xiii. ℣. 14. His adde Propert. Lib. ii. Eleg. xii. ℣. 1.

O me felicem, o nox mihi candida, & o tu.

Ubi vid. Broukh. & Cl. Drak. ad Sil. Ital. Lib. i. ℣. 109. *Eſto forti animo*, praefert Edit. Florent. Peculiarem hic lectionem ſervat Cod. Turic. *Forti animo maneas, cum* ſis dampnatus &c. Mox ordinem verborum turbant Leid. pr. ſec. & Coll. Voſſ. *Qui iniquo judice vincit.* neque aliter Cod. Turic. Male. Denique neminem moveat repetitio verborum *inique* & *iniquo*. Vid. quae diximus ſupr. Lib. i. Diſt. xxvi. Aſt ut addam aliquid, non ſolum ſequioris aevi, ſed & aureae aetatis Poëtae ex iiſdem verbis, altero verſu repetendis, elegantiam nonnumquam quaeſiverunt. Quod adparet ex Avian. Fab. xxx. ℣. 11. & 12. & ex iis, quae ibi Cl. Cannegiet. notavit. Immo noſtro hoc in deliciis. ſic Lib. ii. Diſt. xxii.

Conſilium arcanum tacito committe ſodali.

Corporis auxilium medico committe fideli.

Lib. iii. Diſt. xv.

Quod potes id tenta: operis ne pon-

XIV.

P. Καρτερόφρων ἔσο, κἢν ἀδίκως σὺ περὶ κρίσιν ἥλως·
Οὐκ εἰς μακρὰν γὰρ γελάσει νικῶν τις ἀθέσμως.

S. Καρτεροθύμως τλῆσον, ἐὰν ἀδίκως κατακριθῇς,
Οὐ δὴν γαυριόωσι κριτῇ νικῶντες ἀθέσμῳ.

XV.

P. Οἰχομένης ἔριδος, μὴ λοιδορίας ἀνενέγκῃς·
Σκαιὸν γὰρ μεμνῆσθαι μηνιθμοῖο μετ' ἔχθραν.

S. Μὴ τὴν λοιδορίην ἔριδος. προένεγκε παλαιᾶς·
Μεμνῆσθαι δὲ κότοιο, κακόφρονός ἐστι, μέτ' ἔχθραν.

XVI.

pondere preſſus,
Succumbat labor, & fruſtra
tentata *relinquas.*

ARNTZENIUS.

Qui judice vincit iniquo.] Nam, *ſe judice, nemo nocens abſolvitur.* quod Juvenalis ſciſcit, Sat. XIII. Ergo nec ille. DAUMIUS.

XV. *Litis praeteritae* &c.] Planudes: οἰχομένης ἔριδος, ἀντὶ τῆς παρῳχηκυίας, qui eſt merus barbariſmus. Μηνιθμὸς quoque ἀντὶ τῆς μήνιος hic inopportunum eſt. SCALIG. Poſt reditum in gratiam non oportet litis anteactae convitia refricare, ſed obliviſci ſuperiorum injuriarum. Finita enim ſimultate, debet & irarum eſſe finis: ſecus autem facere, malorum eſt. Graeci vocant μνησικακῆσαι, verbo videlicet infami, praeteritorum malorum reminiſci. ERASM. Confer Barthium Lib. LIV. Adverſ. Cap. XXVII. col. 2570. DAUMIUS.

Hic quidem nihil mutant Codd. calamo aut typis exarati; attamen Vir Doctus quidam ad marginem libri duobus vocabulis ſcripſerat *mala dicta.* At cauſſam non video; *maledicere* enim & *maledicta* recte de *convitiis* adhiberi poſſe, docuit Donat. ad Ter. Andr. Act. IV. Sc. IV. ℣. 15. Ovid. Lib. II. Artis ℣. 533.

Nec maledicta *puta, nec verbera ferre puellae*
Turpe. - - -

Et quamvis varietatem MSS. Codd. qui *mala dicta* praeferunt hic & apud Tibull. Lib. II. Eleg. V. ℣. 101. obſervet Cl. Burmann. nihil tamen mutat Broukh. & merito, cum alibi etiam Tibull. hoc modo loqui amat. Lib. I. Eleg. VII. ℣. 91.

Haec aliis maledicta *cadant.* - -

Nec aliter Terent. Heaut. Prol. ℣. 34. *Niſi finem* maledictis *faciet.*

XVI.

Nec te collaudes, nec te culpaveris ipſe.
Hoc faciunt ſtulti, quos gloria vexat inanis.

XVII.

cit. Per tmeſin tamen haec nonnumquam non ineleganter disjungi, non eſt, quod dubites. Si tanti ſit, audi Phaedr. Lib. I. Fab. X. ℣. 10. ubi lupus ait:

Ante hos ſex menſes male, *ait*, dixiſti *mihi*.

Ubi Vidend. eſt Doctiſſ. Gudius. *Referre* autem per vocem *refricare*, id eſt, *apud animum ſecum reputare* expoſuit Batavus ille quondam Cicero. Sic Ovid. Lib. II. Amor. El. VIII. ℣. 17.

At quanto, ſi forte refers, *praeſentior ipſe.*

Idem Lib. I. Metam. ℣. 165.

Foeda Lycaoniae referens *convivia menſae*,

Pluribus vid. Cl. Burmann. ad Liviam Auguſtam. ℣. 38. Et Phaedrus plene dixit hoc ſenſu *ad animum referre* Lib. III. Fab. XIX. ℣. 10.

Hoc ſi moleſtus ille ad animum retulit.

Referre numerum pro *recenſere*, *enumerare* dixit Virg. Ecl. VI. ℣. 58. *Referre* etiam ſaepe idem eſt, quod *narrare*. ARNTZENIUS.

Poſt inimicitias iram &c.] Citat Ditmarus, qui *irae* legit, Lib. I. Chron. pag. 9. DAUMIUS.

XVI. *Nec te collaudes*, &c.] Te ipſum nec vituperes, nec laudes: utrumque enim videtur adfectantis inanem gloriam. Nam & qui ſe vituperat, ob id facere videtur, ut refellatur ab aliis, & diverſa audiat. ERASM. Citat Jac. de Voragine Legend. aur. Capite CLXVII. Vid. Magirum Lib. IV. in Ethic. Ariſtot. pag. 366. Barthium ad Lib. V. Gul. Britonis, ℣. 455:

Stulte quid exultas? Quid te ſic vexat inanis
Gloria?

Dionyſii, ut vocari eum ſcriptorem volunt, Catonis notiſſimum verſum alludit: *Nec te collaudes &c.* Quo loco ſcitius legatur *faciant*. Amovet enim rem ad ſtultos. Videatur & Lib. CXLIII. Adverſ. Cap. IV. Petrus de Riga Aurorae Tom. I. Lib. II. Regum ℣. 29.

Sic homines quosdam dum gloria paſcit inanis,
Inguine ſecreto ſaepe libido forat.

Lipſienſis Catonis Editio anni 1617. praefert:

Hoc faciunt ſtulti; id, quos gloria vexat inanis.

Hoc, ſc. ſe culpare: *id*, ſc. ſe collaudare. Sed Britonis locus antiquam lectionem veram arguit. Uti autem a *colere* ſunt *colo*, *colonis*, (Vide Cujac. Obſerv. Lib. XXVI. Cap. XIII. Salmaſium ad Tertull. de Pallio pag. 447. & ad Florum Lib. II. Cap. VI. pag. 90.) *Excolidus*, ut ager apud Auct. de limit.

[redacted]

XVI.

P. Μήτε σεαυτὸν ἐπαίνει, μήτ' αὖθις ψέγε· καὶ γὰρ
Τοῦτ' ἀνόητοι δρῶσι, κενὴ τοὺς δόξα ταράσσει.

S. Μή τε σ' ἐπαίνεσσον, μήτ' αὖθις ψέξον ἑαυτόν·
Τοῦτο πρὸς ἀφραδέων, οὓς οἰστρεῖ δόξα κενόφρων.

XVII.

mit. agr. pag. 299. *cultus &c.* Ita ab exoleto *ſtolere* ſunt *ſtolo*, *onis*, *ſtolidus*, *ſtultus*. DAUMIUS. *Conlaudes* Leid. pr. & ſec. nec non Collat. Hagenb. Quod genus ſcribendi ſaepius in optimis & vetuſtate ipſa venerabilibus MSS. occurrit; nec mirum, cum & in ipſis Inſcriptionibus praepoſitio *con* ante *l* non ſemper mutationem patiatur, uti docuit, qui optime hac in re calamum ſuum exercuit, Cellar. in Orthogr. p. m. 35. vid. etiam Dausq. in Orthogr. parte ſec. voc. *Collega*, *Colliciae*, *Conliciae &c.* ARNTZ.

Quos gloria vexat inanis.] Si ita legas haec verba, mihi languere videntur. Et tamen non eſt, quod ab apographis auxilium exſpectem, pluribus & melioribus forte Codd. opus eſt, priusquam veniatur ad cubilia veri. Video equidem, quid prioribus conveniat vocabulis, *Nec te collaudes*, verba nempe, *Hoc faciunt ſtulti*: ſed quod poſteriori membro reſpondeat *nec te culpaveris*, requiro. Sententia erit ſalva, ſi ita legas:

Hoc faciunt ſtulti, hos gloria vexat inanis.

Ut ultima verba referantur ad iſta *nec te culpaveris*. Qui hanc lectionem mutarunt, hiatum evitatare conati ſunt; ſed nec optimis etiam Poëtis is evitatus ſemper, uti dixi ſup. hoc Lib. Diſt. XIV. neque etiam *h* ubique adſpirationis vice, fungitur aliquando & literae, vid. quae notavit Joan. Fredericus Gronovius Obſerv. in Eccleſ. ſcript. Cap. XV. pag. 156. & Cl. Canneg. ad Avian. Fab. V. vſ. 15. Hanc noſtram conjecturam, nullis licet Codicibus probatam, judicio Eruditorum olim expoſuimus; ſed eam nemini obtruſimus, multo minus in textum recepimus. Quod ſi quis tam delicati & faſtidioſi ſit ſtomachi, ut *hoc* & *hos* duriora ipſi concoquenda videantur, fruatur, per me licet, recepta dudum lectione, & ſecundum illud Diſtichi membrum:

Hoc faciunt ſtulti, quos gloria vexat inanis.

Referat ad utrumque *nec te collaudes*, & *nec te culpaveris ipſum*. Utrumque certe effectum eſt ſtultitiae vanaeque gloriae. Minus commode autem τὸ *id* intruſerunt Editores Lipſienſes & Cord. legentes: *id, quos gloria vexat inanis.* ARNTZENIUS.

XVII.

Utere quaeſitis modice: quum ſumtus abundat,
Labitur exiguo, quod partum eſt tempore longo.

XVIII.

Inſipiens eſto, quum tempus poſtulat, aut res;
Stultitiam ſimulare loco, prudentia ſumma eſt.

XIX.

XVII. *Utere quaeſitis parce:*] Hic aliter diſtinguunt pleraeque eaedemque noviſſimae Editt. hoc modo: *Utere quaeſitis parce, quum ſumtus abundat:* &c. Quam diſtinctionem ſequitur quoque Eleg. Broukh. ad Tibull. Lib. I. El. VII. ℣. 59. Quem, & reliquos forte fefellit Diſtichi ſententia. Nos ſequimur Editores Pariſienſes. Ceterum pro *parce* obvium nobis fuit τὸ *modice* in omnibus antiquis Editt. Aug. Vind. Euchar. Tremon. Pulm. Pariſ. Chouet. Florent. ut & Scriver. Quibus adſtipulantur MSS. Codd. Leid. tres, Vet. Chart. Membr. Voſſ. Vet. Reg. & Coll. Hagenb. Quare hanc lectionem in textum recipere non dubitavimus, maxime cum hujus Diſtichi ſententia hanc commutationem requirere videatur. Sane aliud quid eſt *modice*, aliud *parce*, id eſt, *duriter* vivere, quod vel ex uno Terent. facile adparet. Sic in Adelph. Act. I. Sc. I. ℣. 20. *Ruri agere vitam: ſemper* parce *ac* duriter *ſe habere.* Et alibi ſaepe. Nec movet, quod ſupra dicit Auctor Lib. I. Diſt. XXIV.

> *Ne tibi quid deſit: quaeſitis utere* parce.

Ibi enim de paupertate, hic vero de abundantia agitur. Hanc autem hujus vocis inconvenientiam cum obſervaret Phil. Pareus, male haec tentavit in Lexic. Crit. v. *labitur:*

> *Utere quaeſitis parce: cum ſumtus ab uſu*
> *Labitur exiguo, quod partum eſt tempore longo.*

Sed tacentibus Codd. MSS. atque Editt. omnibus, nil temere mutandum. Hinc vero diſcamus, quam male ſibi & rectioribus ſtudiis proſpiciant literarum Elegantiorum contemtores, qui, librorum priſcorum ac Manuſcriptorum lectionibus neglectis atque inſuper habitis, omnia turbare & pro voluntate corrumpere turpiter ſuſtinent. Utinam & haec Diſticha inclementes nonnullorum manus haud ſenſiſſent! *Sumtus* autem *abundare* hoc loco dicitur, cum expenſa majora, quam reditus, uti ſic omnia ea *abundare* dicuntur, quae multa & in magna copia ſunt. Virg. II. Ecl. ℣. 20.

> ---*nivei quam lactis* abundans.

Terent. Phorm. Act. I. Sc. III. ℣. 11. *Amore* abundas, *Antipho.* Videnda ſunt, quae ibi notantur. Adde Flor. Lib. III.

Cap.

XVII.

P. Ἔστ᾽ ἀνάλωμα μένῃ, χρῶ χρήμασι σοῖς ὀλιγοστῶς·
Βαιῷ γάρ τε χρόνῳ τὸ μακρῷ πεπορισμένον ἔῤῥει.

S. Φείδου τῶν κτεάνων, δαπανῶν ὅτε πλῆθος ἐπιῤῥεῖ·
Ἐν μακρῷ τὸ πορισθὲν, ὀλίζονι ἐν χρόνῳ ἔῤῥει.

Vel: φείδεο. - -

XVIII.

P. Ἄφρων γίγνου, ὥστε τὸ πράγμ᾽ ἢ ὁ καιρὸς ἀπαιτεῖ·
Ἀφροσύνην γάρ που πλάττειν, ἄκρη ἐστὶ φρόνησις.

S. Ἄφρων γίνου, ὅταν τό, τε πρᾶγμ᾽ ὅ, τε καιρὸς ἀπαιτῇ·
Ἀφροσύνης ἐπίκαιρος ὑπόκρισις, ἐστὶ φρόνησις.

Vel: Ἀφροσύνην πλάττειν γὰρ ὑπερτάτη ἐστὶ φρόνησις.

XIX.

Cap. IX. §. 2. *Quum ſumtus* in *conſumptus* perperam mutat Leid. ſec. *babundat* Leid. tert. & Coll. Hagenb. *dum ſ.* Boill. ARNTZ.

Quum ſumptus abundat,] Planudes: ἐσ᾽ ἀνάλωμα μένῃ. *Quamdiu ſumptus*, aut *donec ſumptus ſuperſit*. Quid habebat in animo, haud capio. Certe Gnomologi animum non capiebat ille. Praeterea ὀλιγοστῶς pro φειδομένως quis ferat? SCALIG.

Labitur exiguo,] Omnino adi Taubmannum ad Plauti Trinummum Act. II. Sc. I. ℣. 17. pag. IIII. DAUMIUS. Vide mihi, ſis, Jani Douſae Praecid. Tibull. Cap. III. & Parei Lex. Crit. pag. 656. 657. WACHIUS. Eleganter verbum *labi* de divitiis adhibetur, quae paullatim atteruntur Tibull. Lib. I. El. VII. ℣. 59.

- - Labentur *opes: ut vulnere noſtro*
Sanguis, ut bic ventis diripiturque cinis.

Ubi plura notat Broukh. nec aliter Cic. alibi, *male parta male* dilabuntur. Salluſt. Bell. Cat. Cap. II. *Igitur praeclara facies, magnae divitiae, ad boc vis corporis, & alia ejuſcemodi omnia brevi* dilabuntur. Et Bell. Jug. Cap. X. *Nam concordia parvae res creſcunt, diſcordia maximae* dilabuntur. Ad mentem hujus Diſtichi faciunt quoque verba Juſt. Lib. XII. Cap. III. §. 12. *Inmemor prorſus, tantas opes amitti bis moribus, non quaeri ſolere.* Denique in Cod. Turic. perperam quondam ſcriptum exſtitit: *quod parvum tempore longo.* ut ex raſura ibi adparet. ARNTZ.

XVIII. *Inſipiens eſto*,] Ali-

M 2 quan-

XIX.

Luxuriam fugito, ſimul & vitare memento
Crimen avaritiae; nam ſunt contraria famae.

XX.

quando deponendum ſupercilium, & remittenda ſeveritas, ut in conviviis, in luſu, deponenda perſona ſapientis, ſumenda perſona ſtulti, praeſertim inter ſtultos: at ita, ut ſtultum agas, non ut ſtultus fias. Summa enim prudentia eſt, ſervire tempori. (*loco*) id eſt, cum eſt opportunum. Ita Terent. *in loco vero laudo.* ERASM. Horatium, more ſuo, imitatur. Od. XII. Lib. IV.

Miſce ſtultitiam Conſiliis brevem:
Dulce eſt deſipere in loco.

OPITIUS. Nam, ut Mantuanus ait Lib. de Bello Veneto ♈.647.

- - *Nocet interdum prudentia. Saepe*
Tutius, qui luce caret, quam lumina fronte
Clara gerens. - - -

Confer eundem Ecloga IX. ♈. 89. Auctor Celeſtinae Actu I. pag. 55. *O ſimple diras, que adonde ay menor entendimiento, ay mayor fortuna: y donde mas diſcretion, alli es menor la fortuna.* Hoc eſt, interprete Nobiliſſ. Barthio: *Dicas verum eſſe, ubi minus intelligentiae eſt, eo potiorem venire Fortunam. Et ubi amplius judicii & ſapientiae, illic minus eſſe Felicitatis.* Non abludunt illa Petronii pag. 92. *Non multum oportet conſilio credere; Quia ſuam habet Fortuna rationem.* Et Salluſtii ad Caeſ. *Saepe prava magis, quam bona conſilia, proſpere eveniunt; quia pleraſque res Fortuna ex conſilio ſuo agitat.* Eſt, ubi non ſolum ſimulata ſtultitia, ſed & ingenii hebetudo prodeſt. Hinc prudenter cenſet cum Thucydide Ph. Scherbius, praeſtantiſſ. Philoſophus: *Hebetiores ut plurimum Remp. melius adminiſtrare acutioribus.* DAUMIUS. *Incipiens* hoc loco praeferunt quaedam Editt. ut Pariſ. & Lugd. anni 1626. aliaeque. at nullo ſenſu. Si vis, vitia haec eſſe typographica, nil moror. Sic tamen *c.* & *s.* ſaepius commutari in aliis quoque vocabulis compertum eſt, ut in vocibus *diſcidium* & *diſſidium*, cum tamen illorum differentia hodie ſatis nota ſit, monente Elegantiſſ. Broukh. ad Propert. Lib. II. Eleg. XIX. ♈. 16. Quae confuſio & apud Ciceronem, Livium alioſque aliquoties occurrit; hujus generis eſt fere *concilium* & *conſilium* vid. Gronov. ad Liv. Lib. XXIV. Cap. XXXVII. §. 2. & Drakenb. ad Lib. III. Cap. XVII. §. 6. ARNTZENIUS.

Stultitiam ſimulare &c.] Laudat hunc verſum Alanus Lib. VI. in Prophetiam Merlini, pag. 198. & Luitprandus Lib. IV. Rer. per Europ. geſtarum Cap. IV. pag. 273. Vid. Barth. Lib. CXLII. Cap. IV. Zehn. II. Cent. Adag. XXXIV. Stigelius in Epigramm.

XIX.

P. Φεῦγε ἀσωτίην καὶ σμικρολόγον κακότητα·
Αἵδε γὰρ ἀντίπαλοι φήμης ἀγαθῆς τελέθουσι.

S. Ἀμφότερον, καὶ σμικρολόγος, καὶ ἄσωτος ἀκούειν
Φεῦγε· τάδ' ἄμφω ὁμῶς εὐδοξίῃ ἀντιπέπονθε.

XX.

gramm. *Pro ratione loci qui ſapit, ille ſapit.* Exemplum Davidis habetur 1. Reg. Cap. xxi. 13. Qui coram Rege Achis inſaniam ſimulat. Sic Solonem, unum e ſeptem Graecorum Sapientibus, & Athenienſium legiſlatorem finxiſſe ſe delirum, ut Athenienſibus, quibus capitale erat ea de re loqui, perſuaderet recuperare Salamina inſulam, Plutarchus narrat in Solone, pag. 82. b. Ulyſſem ſimulatione inſaniae militiam ſubterfugiſſe a Tragicis veteribus, nunc amiſſis, inſimulatum memorat Cicero Lib. iii. Offic. pag. 80. b. De L. Junio Bruto, ſimulata mentis impotentia, Tarquiniorum inſidias effugiente, Livius legendus Lib. i. Cap. lvi. Vide Ludov. Vartomannum, alias Barthemam, qui Lib. ii. Navigat. ſuarum Cap. v. de ſe paria ſcribit: Jan. Nicium Erythraeum Pinacotheca altera, cap. lxx. de Balduino Tonſore, pag. 228. & ſeqq. Adi & Theodor. Zwingerum Vol. i. Lib. i. Theatr. Vit. Hum. fol. 146, Corn. à Lapide ad i. Reg. xxi. fol. 330. c. Qui cum hoc Catonis Diſtichon laudaſſet, mox Auſonium Lib. ii. Diſtichorum citat, quaſi eoſdem Scriptores. Satis inſcite. DAUMIUS. Praeter illos Cl. Daumio citatos, qui ſtultitiam ſimularint loco, alios quoque Doctiſſimus Freinſhemius ad Flor. Lib. i. Cap. ix. §. i. recenſet, quem, ſi lubet, adi. Eſt autem *loco* idem, quod *opportune, tempeſtive*, poniturque per ellipſin pro *in loco*. Ceterum neſcio, an Graecis τὸ τόπῳ pro καιρῷ uſurpetur. Unde Zuberus ſermoni Graeco parum convenienter verſum hunc expreſſiſſe videtur, dum ita vertit: Τὴν προςποιεῖσθαι τόπῳ ἐςὶ φρόνησις ἀνοίην. WACHIUS. *Similes* Vet. Chartaceus. Quo de amanuenſium errore jam egimus ſupra Lib. i. Diſt. xxvi. Mox male inverſo verborum ordine *ſumma prudentia eſt.* in Leid. tert. ARNTZEN.

XIX. *Simul & vitare*] Pugnant inter ſe Luxus & Avaritia: nam alterum eſt profuſi, alterum ſordidi: utrumque vitium juxta fugiendum eſt, utpote quod foedam pariat famam. Siquidem qui nimium parci ſunt, audiunt κυμινοπρῖσται, id eſt, cumini ſectores, & σῦκα μέριζε, id eſt, ficos divide, ſimiliaque. Qui luxu ſua profundunt, nepotes & lurcones

XX.

Noli tu quaedam referenti credere ſemper. (tur.
Exigua eſt tribuenda fides, quia multa loquun-

XXI.

cones appellantur. ERASM. *Simul evitare* Coll. Voſſ. Sic *fugere* & *evitare* conjungit Cicero de Oratore ad M. Brutum Cap. LVII. *Itaque ut verſum fugimus in oratione, ſic hi ſunt evitandi continuati pedes.* Ceterum *luxuriam* tamquam peſtem rerum humanarum execratur, gradusque ipſius enumerat Senec. Ep. CXIV. *Ubi* luxuriam *late felicitas fudit, cultus primum corporum eſſe diligentior incipit; deinde ſupellectili laboratur; deinde in ipſas domos inpenditur cura, ut in laxitatem ruris excurrant; ut parietes advectis trans maria marmoribus fulgeant, ut tecta varientur auro, ut lacunaribus pavimentorum reſpondeat nitor; deinde ad coenas lautitia transfertur, & illic commendatio ex novitate & ſolidi ordinis commutatione captatur*, &c. de avaritia loquitur idem Senec. Ep. CXV. *Nulla enim* avaritia *ſine poena eſt, quamvis ſatis ſit ipſa poenarum. O quantum lacrimarum, o quantum laborum exigit! quam miſera deſideratis, quam miſera partis eſt. Adjice quotidianas ſollicitudines, quae pro modo habendi quemque diſcruciant. Majore tormento pecunia poſſidetur, quam quaeritur*, &c. Porro huc ſpectant verba Horat. Lib. II. Od. X. ℣. 5.

Auream quisquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obſoleti
Sordibus tecti, caret invidenda
Sobrius aula.

Mox *fame* ſine diphthongo eſt in Cod. Turic. ARNTZ.

XX. *Referenti credere*] An pro *repetenti, inculcanti?* Aut *quaedam* pro *novis rumoribus*. DAUMIUS. Quaedam *hic ſtolide ponitur*, ait Boxhorn. in Diſſert. & *pro eo* multum *fuerat dicendum.* An ideo, quia mox ſequitur *multa?* haud putem. Nec inpenſius placet Barthii conjectura, quam in ſequentibus proponit Opitius, praeſertim cum nil variant libri. Si meam hic interponere ſententiam liceat, dicam, vocem *quaedam* elegantiſſime ſequenti τῷ *multa* opponi, quod Auctori noſtro familiariſſimum eſt. Conſtructio verborum fefellit Boxhornium, quae hoc modo faciendia: *Noli tu credere quaedam ſemper referenti. Referenti* hic nil aliud eſt, quam *narranti*, quo ſenſu vox *referre*, quod plene dicitur *voce referre*, paſſim in Scriptoribus obvia. conferenda ſunt, quae ad haec verba commentatus eſt Cl. Canneg. Reſcr. Boxhorn. Cap. XXXI. ARNTZ.

Exigua bis tribuenda fides, qui multa loquuntur.] Planudes:

Τὴν πίστιν δ᾽ ὀλίγην νέμε, πλεῖστον πλεῖστα λεγόντων.

Quid impediebat dicere: τὴν πίστιν δ᾽ ὀλίγην νέμε πλείστοις πλεῖστα λέγουσιν. Quanquam ne id quidem rectum. Dicendum erat

XX.

P. Μὴ πίστευε ἀεὶ τὸ ἀπαγγέλλοντί σοι ἄπαντα·
Τὴν πίστιν δ' ὀλίγην νέμε, πλείστων πλεῖστα λεγόντων.

S. Μὴ πίστευσον ἀεὶ τῷ ἀπαγγέλλοντί σοι ἄπαντα·
Δεῖ γὰρ πιστεύειν ὀλίγον τοῖς πολλὰ λαλοῦσι.

Vel: Ἀλλὰ νέμειν ὀλίγην πίστιν τοῖς πλεῖστα λαλοῦσι.

XXI.

rat *λαλοῦσιν*. Ad Lexiphanem Luciani mittendus eſt. SCALIGER. Sic etiam Antiquiores, ut notum, loquuntur, pro quo vulgo nunc dicunt *adhibere fidem*, quam *ῥῆσιν*, licet Clariſſimo Borrichio in Defenſ. pro aliis adverſus Sciopp. pag. 306. obſtrepente, in ea quidem notione Tullio ejusque aequalibus eſſe ignotam, eſt certiſſimum. WACHIUS. *Adhibere fidem* ſane nil aliud apud antiquos & purae latinitatis Auctores denotat, quam *fideliter in re verſari*, ſeu *fide uti*. Quemadmodum dicimus *adhibere diligentiam*, *induſtriam*, *medicinam*, *judicium* &c. Inſignis eſt locus Cicer. pro Cluent. Cap. XLII. *Ut*, *quam ipſe* adhibere *conſuevit in amicorum periculis* fidem *&* diligentiam, *tum vim animi*, *libertatemque dicendi*, *in hac mihi concedat*. Pluribus vid. Cl. Burmann. ad Ovid. Lib. XV. Metamorph. ✝. 361. & Vorſtium de Latinit. merito ſuſpecta Cap. XVII. ARNTZ.

Qui multa loquuntur.] Qui multi ſunt in loquendo. Ut apud Cic. de Legibus: *Aliquis in loquendo multus & ineptus ad ſummam impudentiam*. *Multos* pro *ſtolidis* Barthius accipit (Lib. VI. Cap. XIV. col. 278. Stolidi enim proprium eſt multa loqui, Lib. XXVI. Cap. I. col. 1256.) qui ſic etiam verſum priorem emendat: *Nolito tu eadem referenti*. Hoc eſt una indole ſermonis fatuanti col. 278. Et ſane priſcis Latinis *fatuus* a fando dictus fuit. Vide Caſaub. in Theophraſti characteres ad caput *περὶ ἀδολεσχίας*, pag. 128. OPITIUS. Sic Veſpa in judicio Coci & Piſtoris, ✝. 60:

Qui ſemper multis dicit, ſcit vendere fumum.

Apud eos, ait, rariſſime veritatis pondus invenies, qui multi ſunt ſermonis, & verbis plurimis velitantur. BARTH. Lib. LI. Cap. XIII. col. 2404. *Exigua iis t. f. qui multa loquuntur* legit Codex Leid. pr. Editionesque Eraſm. Gryph. Cord. Cruc. & recentiores quaedam, quarum nonnullae *exigua his &c.* ut Wachii & Scriverii praeferunt. *Exigua eſt* &c. Leid. ſec. tert. Vet. Char. Memb. Voſſ. Veterr. Reg. & Cod. Turic. Quam lectionem amplectuntur etiam optimae notae Editt.

XXI.

Quae potus peccas, ignoſcere tu tibi noli;
Nam crimen nullum vini eſt, ſed culpa bibentis.

XXII.

Conſilium arcanum tacito committe ſodali:
Corporis auxilium medico committe fideli.

XXIII.

Editt. omnes. Deinde pro *qui* legitur *quia* in Vet. Chart. & Membr. Voſſ. Unde peſſime in Leid. tert. Editt. Florent. & Boill. *Exigua eſt tribuenda fides, quia multi multa loquuntur.* Sed τὸ *multi*, ut videtur, a Gloſſatore ad marginem adſcriptum poſtea in textum irrepſit, niſi dicamus potius, repetitum hoc ex Libro I. Diſt. XIII.

Rara fides ideo eſt, quia multi multa loquuntur.

Nos autem ex tanta varietate hanc cudimus lectionem:

Exigua eſt tribuenda fides, quia multa loquuntur.

Nempe *homines* loquuntur. Ut ſaepe, quod certe nemo in dubium vocare poterit, niſi imperitus in lectione veterum Auctorum. Cicer. de Amicit. Cap. XXI. *Omnium vitiorum una cautio eſt, ut ne nimis cito diligere incipiant.* Ubi pro *incipiant* critici & correctores quidam infeliciter ſubſtituerunt *incipiamus.* adde Virg. Lib. III. Aen. ℣. 140. Et vid. Sanct. in Minerv. Lib. IV. de Ellypſ. Cap. IV. & ibi Perizon. Et tanto inpenſius ea placet lectio, quod *exigua fides* & τὰ *multa* ſic inter ſe eleganter opponuntur. Hanc itaque ob Codicum Optimarumque Editionum auctoritatem in textum recepimus. ARNTZEN.

XXI. *Quae potus peccas,*] Ita Pithoeana editio, longe utique melius, quam vulgares, *Quod potu peccas.* A Menandro deſumpta ſententia:

Οὐ γὰρ τὸ πλῆθος, ἂν σκοπῇ τις, τοῦ ποτοῦ,
Ποιεῖ παροινεῖν, τοῦ πιόντος δ' ἡ φύσις.

Nemo negaverit, hunc Menandri locum in animo Gnomologum habuiſſe. Planudes hic inconcinnus, ut ſolet, & incomptus. Pro poſteriore verſu noſtro, potes etiam hunc commutare, ſi magis placet:

Αἰτίη οὐδεμίη ποτοῦ ἔπλετο, τοῦ δὲ πιόντος.

SCALIG. Sic quatuor habent Codd. MSS. & noviſſimae Editt. fere omnes. *Quod potu peccas* legebatur in Vet. Reg. Vet. Chart. Leid. tert. & Cod. Turic. qui inſuper poſt τὸ *potu* raſuram habet integrae vocis. Cui lectioni favent Editt. Aug. Vind. Tremon. Euchar. Pulm. Chouet. Florent. Gryph. Cord. & Cruc. *Quae potu peccas* vitioſe dedit Scriverius. Peſſime autem Leid. ſec. *Quae putas quae peccas.* Quare nihil a recepta lectione recedendum, Terent. He-

XXI.

P. Ἤλιτες οἴνῳ σφαλλόμενος, μὴ σαυτὸν ἀθάυ·
Πλημμελίη γὰρ τίς ποτε γλεύκους; τοῦδε πιόντος.
S. Ἤν τι μέθῃ πταίσῃς, οὔτοι σύγγνωθι σεαυτῷ·
Οὐ τούτου ποτόν ἐστιν ἐπαίτιον, ἀλλ᾽ ὁ πεπωκώς.
Id: Ἤλιτες εἰ μεθύων, οὔτοι σύγγνωθι σεαυτῷ·
Ἔστι γὰρ οὐδεμίη πότου αἰτίη, ἀλλὰ πιόντος.

XXII.

P. Βουλὴν κοινοῦ ἀπόῤῥητον γνωστῷ ἐχεμύθῳ·
Πιστῷ δ᾽ ἰητρῷ πίστευε χρωτὸς θεραπείην.
S. Μήτιν ἀπόῤῥητον σιγηλῷ κοίνου ἑταίρῳ·
Χρωτὸς ἀκεστορίην πιστῷ πίστευσον ἰητρῷ.

XXIII.

Hecyr. Act. 1. Sc. II. ℣. 63.
Quid ais? cum virgine una adoleſcens cubuerit plus potus. Propert. Lib. II. El. XXI. ℣. 1.
Heſterna mea lux, *quum* potus *nocte vagarer.*
Ovid. Lib. III. Faſt. ℣. 542.
Occurri nuper, *viſa eſt mihi digna relatu*
Pompa: *ſenem* potum pota *trahebat anus.*
ARNTZEN.

Nam crimen nullum vini eſt,] Tranſponunt haec verba Editt. antiqq. In iis Aug. Vind. Boill. Eraſm. Gryph. Cord. & Cruc. *Nam nullum crim. vin. eſt*. Quomodo quoque exaratum exſtat in Leid. tert. aliter Pariſienſis. *Nam crimen vini nullum eſt*. Scriver. vero. *Nam nullum eſt vini crimen.* Sed, ut jam alibi diximus, epitheta a ſuis ſubſtantivis ubique ſeparare, tacentibus MSS. quidquid etiam Grammaticorum nobis narrent regulae, ridiculum certe videtur. Sexcenta & amplius apud optimos Poëtas paſſim exſtant exempla. Exemplum autem hominis, culpam ſuam vino adſcribentis, eſt apud Plautum in Aulul. Act. IV. Sc. X. ℣. 15.
Quia vini vitio *atque amoris feci.*
Sed eleganter ac ſcite reſpondet iſti Euclio ℣. 20.
. . . . . *nimis vile 'ſt vinum atque amor*,
Si ebrio atque amanti inpune facere, *quod lubeat*, *licet.*
ARNTZEN.

XXII. *Tacito committe ſodali*:] Nihil hic variant Codd. tam ſcripti, quam editi. Hinc dixit

XXIII.

Noli ſucceſſus indignos ferre moleſte;
Indulget fortuna malis, ut laedere poſſit.

XXIV.

Seneca Lib. I. Epiſt. III. *Tu vero omnia cum amico delibera*, &c. *Committere* hoc ſenſu quid ſit, docet Donat. ad Terent. Andr. Act. III. Sc. V. ỳ. 3. Committimus, inquit, *quae cum magno periculo volumus eſſe ſervata*. Adpoſitiſſima ſunt verba Terent. hoc loco, ut & in Hecyr. Act. I. Sc. II. ỳ. 32. *Numquam dices tam commode, ut tergum meum tuam in fidem* committam. Et alibi paſſim. Curt. Lib. IV. Cap. I. §. 14. *Quod ſi te nobis* committere *times*, *dabimus fidem*, *inpune venturum*. Adde Phaedr. Lib. I. Fab. XIV. ỳ. 16. & Lib. I. Fab. XXXI. ỳ. 1. Lector iterum obſervet, bis in hoc Diſt. occurrere τὸ *committe*, non ſine elegantia, vid. ſupr. Lib. I. Diſt. XXVI. *committe* vero ſecundo loco in genere de iis omnibus dicitur, qui ſe curandos Medicis & Chirurgis praebent. Curt. Lib. III. Cap. VI. §. 4. *Inter haec a Parmenione*. . . *literas accipit*, *quibus ei denunciabat*, *ne ſalutem ſuam Philippo* committeret. ARNTZ.

Corporis auxilium medico &c.] Apud Vindicianum in iis, quae initio harum Notarum adduximus, perperam legitur *Corporis exigua*. Auxilium non ſolum hic θεραπείαν, ſed & alibi deſignat. Ut in illo:

Auxilium a notis petito, ſi forte laboras.

Quo auctore χεροτὸς pro χερωτὸς uſurparit Planudes, nemo, praeter ipſum, rationem reddiderit. SCALIG. *Auxilium* non ſolum hic θεραπείαν, ſed & alibi deſignat; ut in illo:

Auxilium *a notis petito*, *ſi forte laboras*.

OPITIUS. Nimium hic verbis Scaligeri delectatur Opitius. Sic Celſus de Medicina Lib. II. Cap. IX. *Omne vero* auxilium corporis *aut demit aliquam materiam*, *aut adjicit* &c. iterum Cap. X. ejuſdem libri: *Satius eſt enim anceps* auxilium *experiri*, *quam nullum*. Ovid. Remed. Amor. ỳ. 528.

Corpora vix ferro quaedam ſanantur acuto:
Auxilium *multis ſuccus & herba facit*.

Et ita alibi. *Fidelis* autem epitheton hic Medico tribuitur, quod & ſervis & omnibus iis, qui aegris opem ferunt, proprium eſt. Hinc *ſervire fideliter aegro* obvium eſt in Ovid. Lib. VII. Met. ỳ. 563.

Quo propior quiſque eſt, ſervitque fidelius aegro.

Fidus tamen, quae ad differentiam τοῦ *fidelis* honeſtior vox eſt, ut diximus ſupr. Lib. I. Diſt. XXVI. *Medicus* audit apud Curt. Lib. III. Cap. VI. §. 1. *Erat inter nobiles Medicos e Macedonia Regem ſecutus Philippus*, *natione Acarnanus*, fidus *admodum Regi*. Immo *fides Medici* celebratur

apud

XXIII.

P. Μὴ φέρε μοι βαρέως εὐημερίας ἀκολάστων·
Εὐμενέει γὰρ τοῖς τύχη, ὄφρα κακῶσαι σχοίη.
S. Εἴ τινες εὐτυχέουσιν ἀνάξια, μὴ φέρ᾽ ἀηδῶς·
Ἵλαός ἐστι τύχη τοῖς δειλοῖς, ὄφρα κακώσῃ.
Vel: Εὐμενέει γὰρ τοῖς ἀδίκοις τύχη, ὄφρα κακώσαι.
Vel: - - - - - ὥσκεν ἰάπτῃ.

XXIV.

apud eumdem ibid. §.6. *Damnem* Medici fidem? &c. ARNTZ.

XXIII. *Noli ſucceſſus indignos* &c.] In hoc verſu multi laborant, quidam *s.* elidunt in ſucceſſus; verum ſi tollas *tu*, dictionem plane ſupervacuam, nihil ſupererit ſcrupuli. Ne te cruciet proſperitas, quae nonnunquam contingit indignis; non enim illis favet fortuna, ſed inſidiatur & illicit, ut poſtea gravius laedat. ERASM. Voſſius ait in Membranis ſuis ſe inveniſſe: *Succeſſu indignos*. Catonem tamen ſcripſiſſe arbitratur, prout nunc excuſum in melioribus libris, de arte Grammatica. Lib. II. Cap. XVI. pag. 226. Veterum utique Librorum lectio eſt:

Succeſſus indignos noli tu ferre moleſte.

Ubi τὸ *s.* in *Succeſſus* elidi voluerunt. Vide Jonam Mylium, vel ejus ſuppletorem Eraſm. Sidelmannum de Poëſi Graecorum pag. 4. Inter hos fuit Conradus Celtes, qui inepte τὸ *s.* liqueſcere ait in *Succeſſus*, & ita verſum metitur: *Succeus dactylus eſt*, & *ibi* s. *liqueſcit*, &c. In Arte verſificandi & carminum pag. 18. b. Cap. de his quae accidunt Carmini. Nam unicum *s.* elidi olim ſolebat, non geminum, id in fine, non media voce. Placet ergo Doctis emendata lectio. Illam quidem defendere anniſi ſunt Virgiliano exemplo XII. Aeneid. vſ. 709. *Inter ſe coiiſſe viros & decernere ferro.* Sed *cernere* ibi legendum eſſe doceant & Seneca Epiſt. LIX. & Servius. Vide Muretum ad eum Senecae locum pag. 384. *Indignos* autem pro *indignorum* dixit. DAUMIUS. Nil quatuor MStorum Collationes hic mutant. Leid. pr. & tert. nec non Edit. Boill. *Succeſſus dignos noli tu ferre moleſte.* Perperam. Aliter in Leid. ſec. *Succeſſus indignos noli tu ferre moleſte.* Quod aliquo colore ex antiquiſſimorum Poëtarum, Graecos imitantium, licentia, quae recentiori tamen Poëtae tribuenda non eſt, defendi poſſet. Sic *s* ſive ſibilans litera eliditur in vulgatis illis Ennii:

Nunc

XXIV.

Proſpice, qui veniant, hos caſus eſſe ferendos;
Nam levius laedit, quidquid praevidimus ante.

XXV.

Nunc ſumu' *Romani, qui fuimus ante Rudini.*

Et in eo, quod laudat quoque Cic. in Cat. Maj. de Seneƈt. Cap. I.

Ille Vir haud magna cum re, ſed plenu' *fidei.*

Ita enim ſcribitur in libris antiquis. Vid. ibi Lambin. *Succeſſos dignos noli tu f. m.* Cod. Turic. ubi ante *dignos* raſura duarum fere literarum eſt. Punctum poſuit ſub *o* in *Succeſſos*, ut denotaret literam eam delendam eſſe. Non minor etiam eſt diſcrepantia Edionum antiquiſſimarum. Tremoniana, Gryph. & lectiones Pulmanni, quae ad marginem ipſius Edit. adſcriptae ſunt, ne latum unguem a Leid. ſec. recedunt. Quod imitantur quaedam recentiores. Et exigua admodum mutatione Chouet. & Florent. legunt: *Succeſſus indignos noli ſufferre moleſte.* Aug. autem Vind. Eraſm. & Euchar. tranſponunt verba, hoc modo: *Succeſſus indignos noli ferre moleſte.* Aliter denique Scriver. qua auctoritate neſcio: *Nolito indignos ſucceſſus ferre moleſte.* Sed nihil muto; recepta etenim lectio, praeterquam quod pluribus Codd. probatur, Auctoris noſtri ſeculo optime convenit. ARNTZEN.

Indulget fortuna malis,] Quam ridicula hic Planudis μετάφρασις! Sed cur hoc admiremur, quaſi praeter ſolitum hoc faciat? SCALIG. Claudian. I. Ruf. XXII.

- - - *Tolluntur in altum,*
Ut lapſu graviore ruant.

Ad quem vide Barthium pag. 1091. Henricus Samarienſis, alias Pauper dictus Lib. III.

Promovet injuſtos fortuna volubilis, ut quos
Scandere praecipites fecit, ad ima rotet.
Nam graviore ruit turris tremefacta ruina,
Et gravius pulſat alta Cypreſſus humum.
Nonne ferox Macedo, protectus ab hoſte tyranno,
Corde venenatus inter amica perit?

DAUMIUS. Mirum ſane, non hic monere Boxhornium, ſententiam hanc noſtri Dionyſii ab homine Chriſtiano profectam videri; namque cum Sacris Litteris optime congruit. Non ingratum erit haec contuliſſe cum Minutio Felice, nitidiſſimae facundiae ſcriptore, quique inter alios pietate Chriſtiana nobilis exſtitit in Octav. Cap. XXXVII. *Niſi forte vos decipit, quod Deum neſcientes divitiis adfluant, honoribus floreant, polleant poteſtatibus. Miſeri! in hoc altius tolluntur, ut decidant altius.* Vid. ſi tanti ſit, Gronov. & Elmenh. Satisque erit apertum, a Gentium placitis haec mini-

XXIV.

P. Πρόβλεπε μοῖραν ἐπερχομένην, ἵνα τήνδ' ὑπομείνῃς·
Κουφότερον γὰρ λυπεῖ πᾶν, ὃ προείδομεν ἥξειν.

S. Δυστυχίας προνόησον ἐπερχομένας ὑπομεῖναι·
Κουφοτέρως λυπεῖ τὸ προειδόμενον φρεσὶν ἡμῶν.

XXV.

minime abhorrere. ARNTZ.

Ut laedere poſſit.] Menander ſimile quid:

- - - Θεὸς μὲν αἰτίαν φύει βροτοῖς,
Ὅταν κακῶσαι δῶμα παμπήδην θέλῃ. SCALIG.

XXIV. *Proſpice, qui veniunt,*] Planudes: πρόβλεπε μοῖραν ἐπερχομένην. Quibus verbis deſignatur, mortem imminentem cavere, contra quam Gnomologus ſentit, qui jubet hic impendentibus Fortunae caſibus obviam ire. SCALIG. Quicquid accidere poteſt homini, id antequam accidat, tecum meditare, ut ne in ſubitum ſit, ſi acciderit. Minus enim cruciant mala, quae non accidunt inopinanti. ERASM. Ita legunt Editt. Boill. Eraſm. Gryph. Cord. & Cruc. *Qui veniant* Leid. pr. & ſec. Veterr. Reg. Collat. Hagenb. & Edit. Pariſ. quod praevalet: mox loco τοῦ *praevidimus* non omnino inepte certo ſaltem ſenſu *providimus* in Veterr. Reg. ſcribitur. *ꝓvidimus* Coll. Hagenb. duplici nota. ita ut inde *praevidimus* & *providimus* legere queamus. Quae voces ſaepius in ſcriptis confunduntur. Uti teſtantur Interpretes ad Ter. Andr. Act. I. Sc. II. ℣. 12. Et Cort. ad Sall. Catil. Cap. XXI. §. 1. Ratio eſt, quia voculae *per*, *prae*, *pro* & *praeter* plerumque litera *p* notari ſolebant, & quamvis ſignum adderetur, quo diſtingui facillime poſſent, ſaepius tamen haec commiſcuerunt moleſti Librarii. Vis exempla? vide quae notantur ad Juſtin. Lib. XXVIII. Cap. II. §. 5. Virg. II. Aeneid. ℣. 566. Cl. Drakenb. ad Liv. Lib. II. Cap. XIV. §. 8. & ad Sil. Lib. V. ℣. 170. & Lib. XVII. ℣. 57. Suet. Caeſar. Cap. XXXIII. Nec in ipſo Auctore noſtro hoc novum, vid. inf. Lib. III. Diſt. XXIII. Lib. IV. Diſt. XX. Immo in praepoſitionibus, licet compoſitae non ſint, has turbas dederunt. Quod egit Cl. Cannegieterus ad Avian. in Praefat. fere in m. *Providere* autem plus notat quam *praevidere*, & tantum indicat, quam *praevidere cum effectu*. Salluſt. Jugurth. Cap. LIII. *Quae ab Imperatore decuerint, omnia ſuis proviſa.* Alia hujus generis multa collegit Waſſe. Nec aliter Livius Lib. II. Cap. XXXIV. *Ventumque ad interitum ſervitiorum utique & plebis eſſet, ni conſules providiſſent, dimiſſis paſſim ad frumentum coëmendum.* Caeſar. de Bell. Gall. III. Cap. XVIII. *Ine-*

pta

XXV.

Rebus in adverſis animum ſubmittere noli:(quit.
Spem retine: ſpes una hominem nec morte relin-

XXVI.

pia cibariorum, cui rei parum diligenter ab his erat proviſum. Terent. Heaut. Act. I. Sc. I. II. 22. 64. Juſt. Lib. XIV. Cap. I. §. 13. *Et in futurum* providit, *ut ſi quid ſimile &c.* Nec tamen hic quidquam mutamus. Quippe τὸ *praevidere* locum hic facile tuetur. Non etiam unus Codex reliquorum numero ſex Codd. auctoritati detrahere quidquam debet. *Quidquid praevideris ante* habent Editt. Eraſm. Gryph. & multae aliae. ARNTZENIUS.

Hos caſus e. f.] Scriver. *Caſus hos.* ARNTZEN.

Nam levius laedit,] Noſtra expreſſa ſunt ad verbum: cujus rei rationem tanto majorem habuimus, quanto jocularius Planudes, dum hoc affectat, labitur. Magis Poëticum ſpiraret, ſi ita noſtra conciperes, τὸ προειδόμενον φρεσὶν ἦσιν. SCAGER. Saresb. Epiſt. I. XII. pag. 203. *Jacula minus laedunt, quae praevidentur.* DAUMIUS.

Quidquid praevidimus ante.] Τὸ *ante* hic redundat, id quod & apud alios obſervatur. Terent. And. Act. I. Sc. V. ℣. 4. *Nonne oportuit praeſciſſe me ante?* WACHIUS. Adde Linacr. de Emend. Struct. Lat. Serm. Lib. VI. de pleonaſm. Ex ſententia hujus Diſtichi recte inducitur AEneas, ita ad Sibyllam verba faciens, a Virgilio Lib. VI. AEneid. ℣. 103.

Incipit AEneas heros: Non ulla laborum,
O virgo, nova mi facies inopinave ſurgit.
Omnia praecepi, atque animo mecum ante peregi.

Conſule Reſcripta Boxhorn. Cap. XXXIII. ARNTZ.

XXV. *Rebus in adverſis animum ſubmittere noli:*] Cum fortuna ſaevit, ſuſtine te ipſum animi fortitudine, ac ſerva rebus ſecundis, nec abjicias ſpem, quae ſola nec morientem relinquit. Quamdiu enim anima eſt, ſpes eſt. Et in pixide Pandorae ſola ſpes in labro haeſit. Item. Ovid. *Vivere ſpe vidi, qui moriturus erat.* ERASM. Pertinet huc ὁμόφρων γνώμη Horatii Lib. II. Carm. Od. III.

Aequam memento rebus in arduis
Servare mentem.

WACHIUS. Nam ut Plin. ait in Panegyr. Cap. V. §. 9. *Habet has vices conditio mortalium, ut* adverſa *ex ſecundis, ex adverſis ſecunda naſcantur.* Et Egeſipp. Lib. IV. de Excid. Urb. Hieroſ. Cap. II. *Sed prudentis eſt in* adverſis *lapſum corrigere, in proſperis moderationem tenere.* Eleganter Rutil. in Itinere Lib. I. ℣. 121.

Adverſis ſollemne tuis ſperare ſecunda.

Exem-

XXV.

P. Μὴ κατάπιπτ' ἀπογινώσκων ἐν δυσπραγίῃσιν·
Ἀλλ' ἔχε ἐλπίδος, οὐδ' ἐνὶ πότμῳ ἄνδρας ἐώσῃς.

S. Μὴ ψυχῇ κατάπιπτ' ἐν ἀμαχανίῃσιν ἀπογνούς,
Ἐλπίδα δὲ κρατέειν οὐ δὲ θνήσκοντας ἐῶσαν.

XXVI.

Exemplo coeli ditia damna ſubis.
Aſtrorum flammae renovant occaſibus ortus,
Lunam finiri cernis, ut incipiat.

Ad quem locum plura notarunt docti commentatores. Horat. Lib. II. Od. X. 20.

Rebus anguſtis animoſus, atque
Fortis adpare. Sapienter idem
Contrahes vento nimium ſecundo
Turgida vela.

Ceterum pro *ſubmittere* in Cod. Turic. legitur *ſubſpendere*. perperam omnino. ARNTZ.

Spem retine:] Bene Pindarus Iſthm. Od. VIII. ✝. 10. χρὴ, inquit, δ' ἀγαθὰν ἐλπίδ' ἀνδρὶ μέλειν. *Oportet bonam ſpem homini eſſe curae.* WACHIUS.

Spes una hominem] Galter. VII. Alex. ✝. 209.

- - Spes in dubiis ſemper comes ultima rebus:

DAUMIUS. Sic Menand. in ſententiis.

Ἀνὴρ ἀτυχῶν δὲ σώζεται ταῖς ἐλπίσι.

Et plura ibi ſimilia. Et hinc Corydon apud Theocritum, jucundiſſimum illum, ut vocatur a Broukh. ad Prop. Lib. III. El. I. ✝. 45. Idyll. IV. ✝. 41.

Θαρσεῖν χρὴ, φίλε Βάττε· τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον.
Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.

Et *ſemper ſperare* magnae quondam indolis ſignum fuit. Flor. Lib. IV. Cap. VIII. §. 3. *Magnique famam Ducis ad inferos ſecum tuliſſet, ſi nihil tentaſſet ulterius: niſi, quod magnae indolis ſignum eſt*, ſperare ſemper. ubi vid. eſt Freinsh. Porro *Spes una homines* praefert Edit. Florent. & ſic edidit Scriver. Perperam. Vid. quae dicta ſunt ſup. Lib. I. Diſt. XII. Ceterum Vir Doctus quidam ad marginem libri hanc conjecturam adſcripſerat: *homines in morte relinquit. in morte* habet quoque Edit. Boill. Sed, omnem hoc modo hujus Diſtich. perire ἐνέργειαν, nemo non videt. *Nec* hic idem eſt, ac *ne quidem*, ut illi norunt, qui nondum aere lavantur. Sexcentis hoc exemplis probare non libet. Terent. Andr. Act. I. Sc. II. ✝. 9.

Id volunt, nos ſic nec *opinantes duci falſo gaudio.*

Et alibi. Saepius etiam ſic locutus eſt Flor. Lib. II. Cap. VIII. §. 12. *Nam Rex praelium nec ſpectare poterat.* Ubi alia ex aliis notavit Cl. Duker. Vid. etiam, quae Arntzenius meus com-

XXVI.

Rem, tibi quam noſces aptam, dimittere noli:
Fronte capillata, poſt eſt occaſio calva.

XXVII.

contulit ad Aurel. Vict. Epit. Cap. xxv. Immo eadem ratione iisdemque verbis *nec morte* dixit Sil. Ital. Lib. xiii. ℣. 733. de Hasdrubale, in cujus fronte & oculis etiam ultra mortem irae ſigna exſtitiſſe commemorat:

Illa eſt, (cerne procul) cui frons nec morte *remiſſa*
Irarum ſervat rabiem, &c.

Conſulendus etiam Cl. Canneg. Reſcript. Boxhorn. Cap. xxxiii. ARNTZEN.

Rem, tibi quam noſces &c.] Quoties fortuna offert commoditatem aliquam, quae tibi ſit apta, ſtatim arripe: nam occaſio frontem habet capillatam, ut ea parte teneri poſſit. Verum ſi ſemel ſe verterit, ab occipitio calva eſt, ut jam apprehendi nequeat, hoc eſt, opportunitas cum contingit, teneri poteſt, non redit autem cum voles, ſi neglexeris. Hic admonendum illud, quod Graeci fingunt de eo caeco, de quo nos copioſe proverbiis. ERASM. Jac. Beneventanus, Cap. xix.

Si quid promiſſum fuerit tibi,
ſuſcipe raptim;
Mens a propoſito nam reſilire poteſt.

DAUMIUS. *Noſcis* Leid. ſec. Coll. Voſſ. & Cod. Turic. quod ſequuntur quaedam Editt. Aug. Vind. Euchar. Tremon. Pariſ. Florent. Boill. Erasm. Gryph. aliaeque, neque hoc valde diſplicet. ARNTZEN.

Fronte capillata eſt,] Ne pueros quidem hujus verſiculi mentem ignorare, ſinit omnium oculis ex lectione veterum objecta τῦ Καιρῦ, ſive Occaſionis pictura. Planudes ita reddidit: ὅ, ττι μέτωπα κομῶντα μετ' ὐ πολὺ τέτμε φαλάκρῃ. *Quod frontem comantem non multo poſt deprebendit calvitium.* Sentit Occaſioni capillos, quos habet in antica parte capitis, ſtatim calvitio defluere. Igitur ſecundum iſta, quoties homines occaſionem elabi ſinent, toties neceſſe frontem Occaſioni calveſcere. Hanc interpretationem expreſſit illi non conſuetudo ſua, ſed vitioſa lectio, *Poſt haec occaſio calva.* At melior editio, *Poſt eſt occaſio calva.* SCALIG. Nazianz. Carm. ad Nicob. patrem, ℣. 10. καιροῖο λαβώμεθα, ὃν προσιόντα ἔστιν ἑλεῖν, ζητεῖν δὲ παραθρέξαντα, μάταιον. Vide Rittersh. ad Phaedrum, pag. 160. Gold. ad Petron. pag. 688. Iſid. Peluſ. Lib. v. Epiſt. cclxvi. Homer. in Declam. apud Photium. DAUMIUS. Alludit Cato ad occaſionis ſimulachrum, quod ita pingebatur, ut penningeris pedibus volubili rotae inſiſteret, vertigine quadam velociſſima in orbem ſeſe circumagens, pri-

XXVI.

P. Πᾶν, ὃ σεαυτῷ πρόσφορον οἶδας, μήτι παρέλθῃς·
Ὅττι μέτωπα κομῶντα μετ' οὐ πολὺ τέτμε φαλάκρη.

S. Μὴ τάπερ ἂν γνοίης σοὶ πρόσφορα, ταῦτα προέσθαι·
Πρόσθε κομᾷ μὲν ὁ καιρὸς, ὄπισθεν δ' ἐστὶ φαλακρός.

XXVII.

priori capitis parte capillata, poſteriore calva. De effigie Occaſionis vide Auſonium Epig. xii. & ad locum illum Eliam Vinetum, nec non Balduini Iconolog. WACHIUS. Adde Phaedri Fabul. viii. Lib. v. ubi videndi ſunt Viri Docti. Hinc Terent. Heaut. Act. ii. Sc. iii. ỷ. 105. *Datur, fruare dum licet, nam neſcias ejus ſit poteſtas poſthac, an numquam tibi.* ARNTZENIUS.

Poſt eſt Occaſio calva.] Alii legunt *poſt haec*, alii *poſtica.* DAUMIUS. Paulin. Epiſt. xxxviii. pag. 346. *Occipiti calvo, ſacratur Occaſio.* C. Ritterſhuſius de Occaſione: *Quae depile fuga poſſidet occiput.* Vid. ad Oppian. iii. Cyneg. pag. 110. Erravit tamen mediam in *depile* producens. *Cruſius* ad Heliodori Epitomen pag. 138. DAUMIUS. Quaedam editiones habent: *poſtica occaſio calva.* Quae lectio haud dubie eſt veriſſima, ſubaudiendo parte. Vide mihi, ſis, Sanctii Minervam p. m. 463. WACHIUS. *Poſt haec occ. c. eſt.* Leid. tert. *poſt haec occaſio c.* Coll. Voſſ. Vet. Chart. Veterr. Reg. & Cod. Turic. quod comprobant Editt. melioris notae omnes, ut Boill. Eraſm. & Gryph. Sola Edit. Chouet. hoc modo. *Fronte capillata eſt, ſed poſt occaſio calva.* Cord. & Cruc. *Fronte capillata, ſed poſt* O. c. Notandum praeterea, τὸ *Occaſio* capitali vel potius quadrata litera ſcribi in Edit. Gryph. Recte. Auſon. Epigramm. xii. ỷ. 3. a Wachio jam laud.

Sum Dea, quae rara & paucis
Occasio *nota.*

Ceterum, quod Wachius monet, quaſdam Editt. prae ſe ferre: *poſtica occaſio calva*, id admodum miror, cum ea lectio in nulla Editione, oppido multas inſpeximus, nobis obvia fuerit. Sane ſi quae ſint, ſunt pauciſſimae, &, ut videtur, auctoritatem Sanctii, ſecutae. Is Lib. iv. de Ellypſi nominum pag. 625. Ita ſcribit: *Fronte capillata, poſtica occaſio calva. Sic enim legendum eſt, ſubaudiendo parte poſtica.* Arnob. Lib. v. *ex parte poſtica &c.* Sane, ſi Codd. ſcripti addicerent, lubens ipſius conjecturae ad-

 ſur-

XXVII.

Quod ſequitur ſpècta: quodque inminet ante, videto:
Illum imitare Deum, partem qui ſpectat utramque.

XXVIII.

ſurgerem, utpote maxime veroſimili. Et hoc mecum, quod gratulor, ſtatuiſſe videtur quidam Caſpar Malſcius in dicta ſaepius praefatione, qui ſe alienis plumis ornare, furtaque ſua quaſi alter Autolycus colore & ſpecie quadam, ut graculi ſolent, tegere cupiens pro *poſtica* ſuppoſuit *poſtico*. Nec tantum in praefatione, ſed & in textum, gratis tamen, recepiſſe miramur. Ut tamen, quod ſentio, dicam, *τὸ poſt*, quod omnes Codd. probant, non convenit ſatis *τῷ fronte*; quare ſuſpicor, ſcripſiſſe Poëtam *ante capillata, poſt eſt &c.* Errori cauſſam dedit, & *τὸ ante* mutatum eſt in *fronte*, quod librarii putarent, ultimam in *capillata* produci debere. Cum, ut jam toties diximus, caeſura Auctori noſtro admodum ſit familiaris. ARNTZEN.

XXVII. *Quod ſequitur ſpecta: &c.*] Ex praeteritis futura collige; ex praeteritis bene ſecusve geſtis conſilium cape, quo pacto futuris occurras, exemplo Jani Dei Romani, quem bifrontem fingebat antiquitas, quod oporteat prudentem virum *πρόσσω καὶ ὀπίσσω*, id eſt, a fronte, & a tergo (ut inquit Homerus) habere oculos. Illud autem ſequitur nos, quod praeteriit, & a tergo eſt. ERASMUS. *Expecta* nobis ob oculos ponit Leid. ſec. & Cod. Turic. Male. *Spectare* hic notat *cogitare*. Sic fere Juſtin. Lib. XIII. Cap. I. §. 10. *Sed nec amici Alexandri fruſtra regnum* ſpectabant. Ubi eodem modo Coll. Voſſ. quam deſcriptam poſſideo, legit *exſpectabant*. Liv. Lib. X. Cap. XVII. *Ut quaſdam* ſpectantes *jam arma Etruriae populos, metus Romani nominis comprimeret*. Plurima negligentiae Librariorum exempla in confundendis his verbis collegit Frater optimus Joan. Arntzenius ad Plin. Paneg. Cap. XXXI. in Init. Quod autem praepoſitiones compoſitorum ſaepius in MSS. adduntur vel omittuntur, jam olim docuit Pier. ad Virg. Lib. I. Aeneid. ℣. 415. Male autem hic nonnullae Editt. diſtinguunt, *quodque imminet, ante videto*. Ut Edit. Aug. Vind. aliaeque, cum in poſterioribus & illa Scriverii optime ſcribitur: *Quodque imminet ante, videto*. Jubet enim Poëta ſpectare ea; quae poſt ſunt, id eſt, quae ſequuntur, & quae ante inminent,

id

XXVII.

P. Δέρκεό μοι τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμεν' ὕστερον αὖθις·
Ζηλῶν ἐν τούτῳ Θεὸν, ὃς δύο ταῦτα δοκεύει.

S. Δέρκευ ἐνὶ φρεσὶν ᾗσι, τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα·
Τόν τε θεὸν μίμησαι, ὃς ἀμφοτέρωθεν ὀπώπει.

XXVIII.

id eſt, quae ante ſunt. Male etiam Leid. tert. *Spectaque quod eminet ante.* Similiter Edit. Boill. pro *imminet* habet *eminet*. ARNTZEN.

Illum imitare Deum, qui partem ſpectat utramque.] Planudes:

> Ζηλῶν ἐν τύτῳ θεὸν, ὃς δύο ταῦτα δοκεύει.

Quaenam δύο? Nempe quae ante dixerat. τάτ' ἐόντα, τάτ' ἐσσόμενα. Planudes intellexit dictum de Deo immortali, cui re vera illa duo ſemper praeſentia ſunt. Sed, ut & pueri vident, de Jano intellexit Gnomologus ethnicus, qui ἀμφιπρόσωπος eſt. Nam τὸ *illum* ſatis deſignat aliquem eſſe Deum Paganorum, qui praeter alios bifrons ſit, ne hoc poſſet attribui Deo Optimo Maximo, qui nullo articulo, nullo demonſtrativo deſignandus ſit, quum alius non ſit, praeter ipſum. SCALIG. Vide Scholion marginale ad Orat. Sibyll. ſub finem Lib. III. Tomo I. Bibl. PP. Colon. pag. 200. b. Ganfredus Vineſauf, in Poëtria nova, Cap. XXX:

> - - *Mens, caſus incauta futuri,*
> *Aemula ſit Jani: retro ſpeculeris & ante.*

Hinc *Janus* pro prudenti & cauto viro. Otho, ſive ultimi aevi verſifex, ſive ita inſcriptum Carmen, apud Auctorem Florilegii veteris, Lib. III. Cap. VI. & Barth. XXXI. Adverſ. Cap. IX. col. 1441.

> *Cui jam tam cauto detur prudentia* Jano,
> *Lumine qui mentis ſic partem ſpectet utramque,*
> *Diſcat ut inſidias evadere temtemporis hujus.*

De Jano, quem Noam fuiſſe volunt, Mantuanus Lib. II. Agelariorum, ℣. 532.

> *Forma biceps fertur, quoniam duo ſecula vidit,*
> *Ante maris fluctus unum, dum conderet arcam,*
> *Poſt pelagi fluctus aliud, mare litora poſtquam*
> *In ſua ſe cohibens aliam remeavit in alvum, &c.*

Ubi plura, ut & Lib. I. Faſtor. Cap. I. 35. Lib. II. de S. Blaſio, ℣. 230. & Lib. I. de Nicol. Tolent. ℣. 100. Vide Waſer. in Mithridat. pag. 12. Wilk Heortolog. pag. 87. & ſeqq. Et Eruditam Orationem Philologicam de Jano Chriſtoph. Arnoldi.

XXVIII.

Fortior ut valeas, interdum parcior eſto;
Pauca voluptati debentur, plura ſaluti.

XXIX.

noldi. DAUMIUS. *Qui expectat utrumque* vitioſe legitur in Leid. ſec. Nec multo rectius in Leid. pr. pro *utramque* eſt *utrumque*. peccat quoque Cod. Turic. praeferens: *Patrem qui exſpectat ut nque*, ſpatio vacuo & raſo inter *t* & *n* relicto. *Qui partem ſpectat utramque.* habent quatuor Codd. ſcripti & Editt. melioris notae omnes, in quibus Boill. Eraſm. Gryph. Cord. & Cruc. *Pars utraque* recte, ut puto, exponitur per *praeterita* & *futura*, ſive per ea, quae mox & deinceps ſunt futura, ſaltem ſic verſui praecedenti haec optime conveniunt. De Jano agitur hoc loco, qui ex vulgari ſententia ideo facie gemina pingebatur, quod cum futura & praeterita reſpicere exiſtimabant. Ovid. I. Faſt. ℣. 65.

> *Jane biceps, anni tacite labentis imago,*
> *Solus de Superis, qui tua terga vides.*

Et ſic Alciat. Emblemat. XVIII.

> *Jane bifrons, qui jam tranſacta futuraque calles.*

Sic, inquam, quidam exiſtimant, alii alias adferunt rationes. Vid. Plutarch. in vita Numae pag. 72. F. & Gyrald. Syntagm. Deor. IV. pag. 159. Ceterum notandum hoc loco, quod Graeci tales homines, qui *πρόσσω, καὶ ὀπίσσω*, id eſt, *ante & retro* ſpectabant, ſapientes & prudentes exiſtimabant, id quod dudum ex *Homero* & aliis Lexicographi docuerunt. Et inde fabulam Promethei & Epimethei originem ſuam traxiſſe veriſimile ſatis eſt. Fulgent Lib. II. Mytholog. Cap. IX. *Nos vero Prometheum, quaſi πρόνοιαν θεῦ:* (lege *προμήθειαν θεοῦ.*) *Quod nos latine Dei praevidentiam dicimus.* Vid. ibi Viros Doctos & quae ſequuntur plura. ARNTZENIUS.

XXVIII. *Fortior ut valeas,*] In Metaphraſte & concinnitatem in reddenda ſententia, & fidem in verbo VALERE exigimus, quod peſſime expreſſum ἐυεκτεῖν. Nam τὸ εὐεκτεῖν non ad ſolam valetudinem ſpectat, ſed ad habitudinem corporis. Ut athletarum corpora ſunt εὐεκτοῦντα, quae fortaſſe non ſunt ὑγιαίνοντα. Apud Terentium, *Si qua habitior eſt paullo.* εἴ τις εὐεκτεῖ. Obeſulam intelligit. SCALIG. *Fortior* praefert Vet. Chart. & Leid. tert. quod ſequuntur Editiones praeſtantiſſ. Aug. Vind. Euchar. Trem. Pulm. Pariſ. Florent. Eraſm. Gryph. aliaeque. Quare hoc bona candidi Lectoris venia reduximus, quis enim neſcit,

XXVIII.

P. Ἔσθ' ὅτε γίγνου καὶ ὀλιγαρκὴς, ὄφρ' ὑγιαίνοις·
Παῦρα τρυφῇ γε δίδου, τῶδ' ευεκτεῖν γε τὰ πλεία.
S. Αρκοῦ μὲν πρὸς καιρὸν ὀλίζοσιν, ὄφρ' ὑγιαίνῃς·
Καὶ νέμε παῦρα τρυφῇ· τὰ δὲ πλείονα τῇ ὑγιείῃ.
Id: Ἔσθ' ὅτε δεῖ σ' ἀρκεῖσθαι ὀλίζοσιν, ὄφρ' ὑγιαίνοις·
Παῦρα τρυφῇ νεῖμαι, τὰ δὲ πλείονα τῇ ὑγιείῃ.

XXIX.

neſcit, eleganter adjectiva pro adverbiis adhiberi? qua de re alibi me agere memini. Ceterum quid hic notet vox *parcior* pulcre intelligitur. e loco Ciceronis, ubi *parcus* opponitur *prodigo* & *luxurioſo*. Lib. IV. ad Herenn. Cap. XLVI. *Ex contrario ducitur ſic; ut ſi quis hominem prodigum & luxurioſum illudens*, parcum *& diligentem adpellet*. Terent. Adelph. Act. I. Sc. II. ℣. 15. *Non fratrem videt rei dare operam, rure eſſe* parcum, ac ſobrium. *Parcus* itaque hoc loco eſt ſobrius, *qui tantum cibi & potionis adhibet, ut reficiantur vires, non opprimantur*, quomodo fere Cicero loquitur Catone Maj. Cap. XI. pro *parcior* corrupte Cod. Turic. *patior*. ARNTZENIUS.

Pauca voluptati &c.] Vid. Hier. Wolf. ad Iſocr. pag. 200. DAUMIUS. *Voluntati* perperam exhibent Conlationes quinque Coll. Voſſ. Vet. Chart. Vet. Reg. Leid. ſec. & Cod. Turic. Quomodo ſaepius haec vocabula in optimis etiam auctoribus culpa librariorum commutari ſolent. Vid. mihi Bentl. ad Horat. Lib. I. Od. XXVII. ℣. 13. Et ſic in noſtro iterum peccarunt infra Diſt. XI. Lib. IV. & apud Egeſipp. Lib. I. Cap. XXVIII. in f. *Quum* voluntati *ſuae reſponſa congruerent*. ubi ſimiliter Cod. Hav. qui nunc eſt Cl. P. Burmanni, *voluptatis*, in fine addita litera ſibilante. Plura collegit Eruditiſſ. Drakenb. ad Liv. Lib. XXVIII. Cap. XLVI. & Lib. XXIX. Cap. I. Sed *voluptati* genuinum ſapere perſuaſiſſimum nobis eſt. Cicer. de Senect. Cap. XIII. *Sed ſi quid dandum* voluptati, *quoniam ejus blanditiis non facile obſiſtimus &c.* Et Cap. XIV. *Quod ſi quem etiam iſta delectant (ne omnino bellum indixiſſe videar* voluptati, *cujus eſt fortaſſe quidam naturalis modus) non intelligo, ne in iſtis quidem voluptatibus ipſis carere ſenſu ſenectutem.* ARNTZENIUS.

XXIX.

Judicium populi numquam contemſeris unus:
Ne nulli placeas, dum vis contemnere multos.

XXX.

Sit tibi praecipue, quod primum eſt, cura ſalutis,
Tempora nec culpes, quum ſis tibi cauſſa doloris.

XXXI.

XXIX. *Numquam contemſeris*] Nunquam optima placent multitudini, tamen ſapientis eſt, non pugnare ſolum adverſus univerſos. Nam fruſtra ſapit, qui ſolus ſapit, cum omnibus deſipere videatur. ERASM. Nihil quidem hic mutant libri typis vel manu exarati. Poſſet hic nonnihil offendere repetitio verborum *contemſeris* & *contemnere*. Verum id non ſolum in noſtro Auctore & aliis Poëtis, ſed & Hiſtoricis, ut Livio, omnium optimo, ſaepius obvium eſſe jam ſupra Lib. I. Diſt. XXVI. docuimus. *Unus* autem elegantiſſime ponitur pro *ſolus*. Vid. ſupr. Lib. II. Diſt. VII. ARNTZEN.

Dum vis contemnere multos.] *Forte dum vis contemnere cunctos.* Sane *nulli* & *cuncti* verius opponuntur quam *nulli* & *multi*. Verum τὸ *multos* hic *multitudinem*, id eſt, plebem & populum ſignificat, quomodo Graeci τοὺς πολλοὺς dicunt *promiſcuam multitudinem.* Vid. ſupra Lib. I. Diſt. X. ARNTZ.

XXX. *Sit tibi praecipue, quod primum eſt,* &c.] Ante omnia bonae valetudinis rationem habe, ne, ſi tua intemperantia in morbum incideris, poſtca pudore rejicias culpam in coeli inſalubritatem, aut loci, ſicuti vulgus ſolet. Nam plerique morbi nobis accidunt ex intemperantia vitae. ERASM. Haec iterum tautologiae vitium redolere clamat Boxhorn. in inſigni iſthac, ſi Dis placet, Diſſertatione. Verum ſi jam concedamus, *primum* ſaepe idem eſſe ac *praecipuum*; hoc etenim ipſi nemo negaverit. Vid. Serv. ad Virg. Lib. I. Aeneid. ℣. 24. & ad Lib. II. ℣. 626. Quid inde? ſane nec ſententiam nec conſtructionem horum verborum ſatis cepiſſe videtur inconſultus Criticus. Sic ſane ipſe Cicero tautologiae reus audiret Lib. III. Famil. Ep. VII. *An ego tibi obviam non prodirem? primum Appio Claudio? deinde, Imperatori? deinde*, quod caput *eſt amico?* praeſertim *cum in iſto genere multo etiam ambitioſius facere ſoleam.* Ego Auctoris noſtri verba ſic explico. Cura potiſſimum & praecipue ſalutem, utpote rem primam, praeſtantiſſimam vel, ſi mavis, quia optimum ſit atque praeſtantisſimum negotium. ARNTZ.

Tempora ne culpes, &c.] Planudes: καὶ μὴ καιροὺς αἰτιῶ, *Occaſiones ne accuſa.* Atqui καιρὸς hic

XXIX.

P. Μὴ ψήφῳ δήμοιο μονώτατος ἐξολιγώρει,
Μή ποτε οὐκ ἀρέσῃς τινὶ, πολλοῖς ἀντία βάζων.
S. Μὴ τὴν τοῦ πλήθους ψῆφον μόνος ὢν ἀθερίζῃς·
Μὴ καὶ τῶν πολλῶν ὀλιγωρῶν οὐδ' ἕν' ἀρέσκῃς.

XXX.

P. Ἔστω σοι μελεδώνων πρώτη φροντὶς ὑγείας,
Καὶ μὴ καιροὺς αἰτιῶ, ἤν σοι νοῦσος ἐπέλθῃ.
S. Πρῶτον ἐνὶ πρώτοις μελέτω σοὶ τῆς ὑγιείης,
Μὴ ψέγε τὰς ὥρας· σύ τοι αἴτιος ἐσσὶ νόσοιο.
Vel: Πρῶτον ἐνὶ πρώτοις μελέτω σοὶ τῆς ὑγιείης·
Μὴ καιρῷ μέμφου, σὺ δέ σοι νόσου αἴτιος ἦσθα.

XXXI.

hic alienum, τὰς ὥρας vertendum erat. Multi aegrotare incipientes, cauſſas valetudinis in anni tempus conferunt. Autumno, exempli gratia, febres vulgo increbreſcunt. Cauſſam homines in autumnum, non in victum immoderatum rejiciunt. SCALIG. Sic legunt Editt. haud vulgo notae. Sed in diverſa abeunt Codd. MSS. *Tempora nec culpes, quum ſit t. c. d.* Leid. ſec. Coll. Voſſ. & Cod. Turic. *Tempora ne culpes, quum ſit tibi cauſſa d.* eſt in Leid. pr. Quemadmodum pro *ſis* etiam *ſit* exhibet Membr. Voſſ. ex qua varietate receptam in textum confecimus lectionem. *Ne* & *nec* ſaepius commutari jam ſupra oſtendimus Lib. I. Diſt. XVII. Hoc loco autem litera *c* vocabuli *nec* eo facilius ſecundum regulas Criticorum excidere potuit, quod vox ſequens *culpes* ab eadem litera initium capiat. Porro *ſis* hoc loco unice tueor, nec per *tempora* cum Eraſmo ſolum intelligo tempeſtates & coeli intemperiem, ſed tempora adverſa, calamitoſa, quae dolorem animo conciliant & ſaluti obſunt, qua ſignificatione hanc vocem ſaepius poni, docet ſidus illud purioris Literaturae Cl. Petrus Burmannus ad Ovid. Lib. IV. Met. ℣. 692. adde Ciceron. pro Lege Manil. Cap. I. *Omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putavi.* Immo per *tempora* etiam *aſtra*, quae temporibus imperant, intelligi poſſunt. Notum eſt, bona, ma-

XXXI.

Somnia ne cures; nam mens humana quod optans;
Dum vigilat, ſperat, per ſomnum cernit id ipſum.

la, laeta, jucunda, proſpera, adverſa, omnia denique veteres *aſtris* inputaſſe, id eſt, *temporibus*, quibus quis natus ſit & vivat. Ovid. Epiſt. VIII. Heroid. ꝟ. 88.

Quod mihi (vae miſerae) ſidus obeſſe querar?

Flor. Lib. I. Cap. XVIII. §. 19. *Video me, inquit, plane Herculis ſidere procreatum, cui, quaſi ab angue Lernaeo, tot caeſa hoſtium capita de ſanguine ſuo renaſcuntur.* idem Lib. II. Cap. VIII. §. 8. *Hoc velut ſidere Aſiatici belli mota tempeſtas.* Ovid. in Ibid. ꝟ. 211.

Natus es infelix, ita Dii voluere, nec ulla
Commoda naſcenti ſtella *leviſque fuit.*

Ubi vid. Salvagn. Adde Grang. ad Juven. Sat. II. ꝟ. 16. & Commentatores ad Phaedr. Lib. III. Fab. XX. ꝟ. 1. & in iis Burm. Comment. Maj. Unde Propert. Lib. II. Eleg. XXI. ꝟ. 62.

Quae ſit ſtella homini commoda, quaeque mala.

Hinc quoque *ſidera* alia *bona*, alia *mala*. Graeci vocant ἀςέρας κακοποιοὺς & ἀγαθοποιούς. Videnda ſunt, quae de his latius diſſeruit Ampliſſ. Cuper. in Obſerv. Lib. II. Cap. XVII. Hoc itaque dicit Poëta, injuſtum eſſe, cum ipſe tibi ſis cauſſa malorum, ea mala *temporibus* inputari. Notum eſt illud Salluſt. in Jug. Cap. I. *Suam quiſque culpam Auctores ad negotia transferunt.* ARNTZENIUS.

XXXI. *Somnia ne cures;*] Ne vola quidem Helleniſmi apparet in Planudeanis. Quis praeterea ferat. *ῥίπτε ἐνύπνια?* SCALIGER. Quidam anxie obſervant ſua ſomnia, & ex his de futuris aeſtimant, cum ſomnia dormientium naſcantur ex affectibus vigilantium, neque ſignificent quid ſit eventurum, ſed quod aliquando cogitaveris, dormienti repraeſentent. ERASM. *Nec cures*, Leid. ſec. Coſſ. Voſſ. Vet. Reg. & Cod. Turic. Litera *c* adhaeret ex voce ſequenti *cures*. Vid. quae modo diximus, Diſticho huius Libri praeced. in Leid. pr. inverſo verborum ordine legebatur, *nam mens quod optat humana*. ARNTZEN.

Quod optat, dum vigilans ſperat, &c.] Vide Petronium pag. 126. & 176. Claudianum praefat. in VI. Conſ. Hon. Nonnum Dionyſ. Lib. XLII. ꝟ. 324. Attii fragmenta in Bruto. Terent. V. Andr. ult. ꝟ. 7. Lucretium Lib. IV. ꝟ. 962. Ovid. I. de Pont. II. ꝟ. 45. Ariſtot. Probl. Sect. XXX. q. 14. Hippocratem initio Lib. de Inſomniis. Iſid. Peluſiotam Lib. I. Epiſt. XX. Tertullianum de anima

XXXI.

P. Ρ'ῖπ]ε ἐνύπνια· νοῦς μερόπων γὰρ ἃ βούλε]αι, ἀιεὶ
Ε'γρήσσωντ' ἐλπίζει, καὶ ἐν ὕπνοισι θεᾶται.

S. Μὴ τὰ ἐνύπνια σοὶ μελέτω· τὰ γὰρ εὔχεται ἀνδρῶν
Νοῦς ὕπαρ ἐλπίζων, τάδ' ὄναρ φαντάζεται αὐτός.

Vel: Μὴ μελέτω σοὶ ἐνύπνι, ὅ γὰρ νοῦς ἔυχεται ἀνδρῶν
Ε'λπίζων ὕπαρ, οὗτος ὄναρ φαντάζεται αὐτό.

anima Cap. XLV. Baſilium Magn. Homil. in Mart. Julittam, pag. 148. Ambroſ. Lib. I. de Virginibus. Auſonium Ephemeride, Cap. VII. Senecam Octav. ℣. 729. Maximianum Eleg. IV. ℣. 45. Nazianzenum de rebus ſuis, ℣. 293. Euſtath. Lib. V. de Iſm. Amor. pag. 157. & Lib. X. ℣. 369. Amedeum Lauſan. Homil. IV. pag. 101. Mantuanum Lib. I. Calamitat. ℣. 842. Zehnerum Lib. II. Adag. Sacr. XXII. Rittershuſ. pag. 165. ad Oppianum. Barth. LI. Adverſ. Cap. III. Lev. Lemn. Lib. II. de Occult. Nat. Mirac. Cap. XXXI. Scheibler. de Anima Part. II. Diſput. II. n. 46. Vide & Hieronymum ad Pammachium & Mercellam. Veteres inſomniis alioquin multa tribuebant. Vid. Barth. ad V. Theb. Stat. ℣. 620. pag. 290. & ſeqq. DAUMIUS. Huc fere pertinet illud Ebraeorum:

הרהר כליה יומא ולאורה חזא:

Quod quis interdiu cogitat, id noctu videt. Ceterum de hac re praeter Auctores Cl. Daumio laudatos legendi Cornel. Gallus Eleg. IV. & Matthaeus Raderus ad Curt. Lib. III. Cap. III. n. 2. WACHIUS. Sic hodie in vulgatis circumfertur. Atque adſtipulatur Coll. Voſſ. In diverſa abeunt Codd. MSS. Leid. tres, Vet. Chart. Vet. Reg. & Membr. Voſſ. nec non Cod. Turic. hoc modo *dum vigilat ſperat*, & tamen *optat* conſtanter ſervant. Pejus autem nonnullae habent Editt. Eraſm. Gryph. Cord. & Cruc. *Dum vigilat, ſperans &c.* Quod ſequitur quoque Scriver. In tanta vero Librorum varietate Boxhorn. conjecturam nobis mirandam magis, quam invidendam obtruſit,

S. n. c. n. mens hum. q. optat,
Dum vigilat, ſpectat *per ſomnum* ſemper *id ipſum.*

Praeterquam enim, quod nimis longe a ductu literarum & vocabulorum recedit, integram vocem *ſemper* de ſuo, ut eſt liberalis, intrudens, omni omnium Codicum auctoritati repugnat. Sane ſi hoc modo in bonos Auctores graſſari liceat, brevi Dionyſium quoque in

Dionyſio non reperiemus. Ament talia, qui nubem pro Junone amplecti non dedignantur. Quis autem non videt, certa verae lectiones veſtigia ſupereſſe in Codd. ſeptem manu exaratis, quorunque lectiones modo indicavimus; quare levi admodum emendationi locum dedimus, *optans* pro *optat* recipientes:*

--- *Quod optans,*
Dum vigilat, ſperat, &c.

Verba autem *optare* & *ſperare* quomodo inter ſe differant, res ſats nota eſt; *optamus* nimirum multa, ſed ſine *ſpe*, vide P. Manut. ad Cicer. Lib. IV. Fam. Ep. I. *Mihi venire in mentem nihil poteſt, non modo, quod ſperem, ſed vix jam, quod audeam* optare. Et Lib. II. Ep. XII. ad Quint. Frat. *Id erat hujuſmodi, ut magis* optandum *quam* ſperandum *putarem.* Liv. Lib. IV. Cap. XV. — *Cui tribunatus plebis magis* optandus, *quam* ſperandus *fuerit.* Neque aliter inter *cupere* & *ſperare* diſtinguit Ovid. Lib. I. Metam. ℣. 491.

Phoebus amat; viſaeque cupit connubia Daphnes;
Quaeque cupit, ſperat: *ſua illum oracula fallunt.*

Simili fere ratione inter ſe opponuntur *ſperare* & *confidere* Nep. Milt. Cap. I. *Eaque eſſet aetate, ut non jam ſolum de eo bene* ſperare, *ſed etiam* confidere *cives poſſent ſui.* Nullus itaque non videt, ſanam eſſe hujus Diſt. ſententiam. Confer nunc Cl. Canneg. Reſcript. Boxhorn. Cap. XIII. Ceterum huc facit, quod omnia, quae magna cura interdiu agunt, cogitant vel optantes ſperant homines, de iis plerumque noctu ſomniare ſolent. Ovid. Lib. IX. Metam. ℣. 469. ubi de Byblide.

Spes tamen obſcoenas animo demittere non eſt
Auſa ſuo vigilans: placida reſoluta quiete
Saepe videt, quod amat &c.

Plurima hujus rei exempla congeſſit Cel. Drakenb. ad illud Sil. Ital. Lib. I. Punic. ℣. 64.

Jamque aut nocturno penetrat Capitolia viſu,
Aut rapidis fertur per ſummas paſſibus alpes.

Horat. Lib. IV. Od. I. ℣. 37.

Nocturnis te ego ſomniis
Jam captum teneo, jam volucrem ſequor
Te per gramina Martii
Campi, te per aquas, dure, volubiles.

Terent. Act. V. Sc. VI. ℣. 7. *Num ille ſomniat ea, quae vigilans voluit?* ubi plura notat Weſterh. Contra falſa jubent timere apud Tibullum Lib. III. Eleg. IV. ℣. 7.

Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,
Et pavidas mentes falſa timere jubent.

Adde Barneſ. ad dulciſſimum Anacreontem ℣. 206. Broukh. ad Prop. Lib. II. Eleg. XX. ℣. I. Somnia vero, ſub crepuſculo viſa, veriora putabantur. Contra veſpertinorum ſomniorum plerumque ſuſpecta fides erat. Conſule Eruditiſſ. Drakenb. ad Sil.

Sil. Ital. Lib. [III. ℣. 200. ARNTZENIUS.

Per ſomnum cernit &c.] Vide Kokerti Indicem Terentianum in *Somniare.* DAUMIUS. Id eſt, *ſomniat.* Ita paſſim & alii. Juſt. Lib. I. Cap. IV. *Hic per ſomnum vidit ex naturalibus filiae, quam unicam habebat, vitem enatam.* Eſt autem *per ſomnum cernere, videre*, idem quod *in ſomno.* WACHIUS. *Perdit id ipſum.* Veterr. Reg. & Leid. ſec. nec non Edit. Boill. quod minus placet. Ceterum in Cod. Turic. additur verſus e fine Libri IV. huc tranſlatus, corruptus tamen: *Hoc brevitas fecit ſenſum conjungere binos.* ARNTZENIUS.

Explicit Lib. II.] Haec vocabula adjicit Leid. ſec. ex more veterum, qui *explicit* aut *feliciter*, aut aliquid ejusmodi adſcribere ſoliti fuerunt, ut ſignificarent, perveniſſe ſe ad finem libri vel voluminis. Vid. Fabr. ad Phaedr. Lib. I. Fab. XXXI. poſt ℣. 13. Porro autem notari velim, τὸ *explicit* latine non dici, e lingua tamen Romulea originem ſuam traxiſſe. Olim enim librarii, cum librum vel volumen aliquod ad finem perduxiſſent atque abſolviſſent, eidem *explicitus* vel *explicitum*, poſtea vero compendiariam ſcribendi rationem ſecuti *explicit* ſubjicere ſoliti fuerunt. Hinc Mart. Lib. XI. Epigr. CVIII. licet alio ſenſu:

Explicitum *nobis* eſt *uſque ad ſua cornua librum,*
Et quaſi perlectum, Septimiane, refers.

Plura vide apud Henric. Stephan. de abuſu Linguae Graecae Cap. VIII. ibique Doctiſſimum Kromaijerum. ARNTZENIUS.

FINIS LIBRI II.

DIONY.

DION. CATONIS
DISTICHA
DE
MORIBUS AD FILIUM.
LIBER III.

PRAEFATIO.

HOc quicumque velis carmen cognoſcere Lector,
Quum praecepta ferat, quae ſunt gratiſſima vitae,
Commodo multa feres. Sin autem ſpreveris illud,
Non me ſcriptorem, ſed te neglexeris ipſe.

HOc quicumque velis &c.] Hic Prologus in omnibus tam excuſis quam ſcriptis ſex verſiculis conceptus eſt. Sed Auctor quatuor tantum verſiculorum fecerat. Nam tertius & quartus componunt primum Diſtichon hujus Libri. Et mirum nemini de hac trajectione oboluiſſe. SCALIGER. Hoc eſt, prooemii loco: abſque ratione bene vivendi vita non eſt vita, ſed ſimulacrum mortis. Hoc carmen utiliſſima vitae praecepta tradit, ſi ſtudeas agnoſcere. Sin ſpreveris, te ipſum contempſeris, non ſcriptorem, ſiquidem tua res agitur, non illius. ERASM. Quod modo de putida illa Libri ſecundi Praefatione haud temere diximus, id & de his verſiculis aliqua contendimus fiducia. Credibile etenim non eſt, Auctorem, qui ad filium ſcribit, Lectorem ſine ullo reſpectu ad filium, cui potiſſimum, ſi non ſoli ſcribere ſuſceperat, adloqui voluiſſe. Et merito haec quoque Praefatio exagitatur in Reſcript. Boxhorn. Cap. XXVIII. Cum tamen in omnibus Codicibus tam ſcriptis quam editis legatur, eam, cujuscumque demum ſit, ſine inſigni ſaltem perfidia omittere haud potuimus. Quare bona Lectoris venia breviter tantum dicam, quae in hiſce occurrit varietas. *Hoc quaecunque voles cognoſcere carmen Lector* Leid. ſec. *Hoc quicunque voles c. cogn. Lector* Coll. Voſſ. & Veterr. Reg. *Hoc quicunque cupis &c.* Vet. Chart. & Leid. tert. Attamen Membr. Voſſ. Leid. pr. & Cod. Turic. recepta a nobis in textum lectione gaudent, quibus etiam Editt. quas optimas & antiquiſſ. nuncupare ſoleo, adſtipulantur. ARNTZEN.

Quum praecepta ferat,] Ita emendatiſſime in Pithaeana: Vulgatae, *Haec praecepta feres.*

Quae

DION. CATONIS
DISTICHA,
GRAECE EXPRESSA A
MAX. PLANUDE ET *J. SCALIGERO.*
LIBER III.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ὅς δὴ ταῦτ᾽ ἔπεα ξυνετῶς ποθέεις ἀναγνῶναι,
Τάς δ᾽ ὑποθημοσύνας μετιὼν, ὄφελος βίου οὔσας,
Ἔνθεν δὴ πολὺ κέρδος ἀποίσεαι· εἰ δ᾽ ἀμελήσεις,
Οὐκ ἐμὲ τὸν γράψαντα, σεαυτὸν δ᾽ ἐξαθερίσσεις.

SCALIGER.

Ὅς τις ἐπιστῆσαι βούλει τοῖσδέσσι μέτροισι,
Τοῖς πολὺ πλῆθος ἔχουσι βιωφελέων ὑποθηκῶν,
Πολλῶν ἂν μέγ᾽ ὄναιο· σὺ δ᾽ εἰ μὴ δέχνυσαι αὐτὰ,
Οὐ τὸν ὑφηγητήν με, σὲ δὲ πλέον ἐξαθερίσσεις.

Vel: Εἴ σοι τῆς δὲ βίβλοιο κατὰ φρένα φροντὶς ὕπεστιν,
Ἥτ᾽ ἔχει ἐννοίας, καὶ ἐπήρατα θεσμὰ βίοιο,
Πολλῶν ἂν μάλ᾽ ὄναιο· σὺ δ᾽ εἰ μὴ δέχνυσαι αὐτὴν,
Οὐ τὸν ὑφηγητήν με, σὲ δὲ πλέον ἐξαθερίζεις.

Quae interpolatio nata eſt ex illo Diſticho inſititio, de quo proxime monuimus, ut ſcilicet cum ſequentibus cohaerere poſſet. Quo facto ne ſic quidem correctores efficere potuerunt, ut haec bene coaleſcerent. Detrahe igitur Diſtichon; videbis omnia perſpicua & commodiſſimae ſententiae. Vetuſtiſſima eſt illius Diſtichi in illum Prologum inſitio, quales multas easque immanes in Manilio, Tibullo & Propertio deteximus adverſus Paedagogorum & Simiarum ſtomachum. SCALIGER. Ita ex Pithaeana editione Scaliger. Vulgatae: *Haec praecepta feres*, Idem hunc prologum, male antea ſex verſiculis conceptum, hoc modo, ſuae menti reſtituit.

DION. CATONIS
DISTICHA
DE
MORIBUS AD FILIUM.
LIBER III.

DIST. I.

INſtrue praeceptis animum, nec diſcere ceſſes;
Nam ſine doctrina vita eſt quaſi mortis imago.

II.

tuit. OPITIUS. *Haec praecepta feres*, eſt in Vet. Chart. & Editt. nonnullis Aug. Vind. Euchar. Trem. Pulmann. Chouet. Florent. Boill. Eraſm. Gryph. Cord. & Cruc. Verum ſic nullus ſupereſt ſenſus, nec cum praecedentibus vel ſequentibus haec recte cohaerent, & recte cauſſam hujus diſcrepantiae obſervat Scaliger. Edidimus itaque, ut erat in Leidd. tribus reliquisque conlationibus omnibus, niſi quod in nonnullis Codd. atque Editt. *cum* pro *quum* ſcribitur. Tu vide, quae ſupra diximus Libro I. Diſt. XXVIII. ARNTZEN.

Sed te neglexeris ipſe.] Vide, quae de hoc loquendi genere ad Diſt. IV. Lib. I. dicta ſunt. WACHIUS.

I. *Inſtrue praeceptis animum,*] Hoc, ut indicavimus, eſt primum Diſtichon hujus Libri. Quis tam a vero averſus, qui aliter ſentiat? SCALIG. Infra Lib. IV. XXVII. *Diſcere ne ceſſa.* Vide Theod. Eberti Electa Hebraea, Sect. XLII. 2. pag. 254. DAUMIUS. Sciat Lector, Diſtichon hoc ante ultimos Praefationis verſus *Commoda multa fer. &c.* In ſeptem reperiri Codd. tribus nempe Leidd. Vet. Chart. Membr. Vet. Reg. & Cod. Turic. Nec aliter Editt. Aug. Vind. Euchar. Trem. Pulm. Pariſ. Chouet. Flor. Boill. Eraſm. Gryph. Cord. & Cruc. Verum in hiſce ab auctoritate Codicum recedere non vereor. Nec quisquam mihi vitio vertet, qui modo ad ſenſum & nexum horum verſuum leviter animum adverterit, qui profecto, ſi hujus Libri Prooemio, miſerandi ingenii, certe indocti hominis faetui interponantur, nullus eſt. Scriverius autem, hanc eſſe hujus libri Praefationem alteram, exiſtimavit, inductus forte auctoritate MSti Boxhorniani. Si quis ita ſentiat, fruatur, per me licet, hac ſententia. *Ne diſcere ceſſes* dederant ſcribae Leid. ſec. tert. Coll. Voſſ. Vet. Chart. & Vet. Reg. nec aliter in Edit. Boill. Quae lectio forſan nonnullis placere poſſet, cum alii potius emendarent *nec diſcere ceſſa*, ſed ſine

DION. CATONIS
DISTICHA,
GRAECE EXPRESSA A
MAX. PLANUDE ET *J. SCALIGERO.*
LIBER III.

DIST. I.

P. Σὸν ῥύθμιζε διδάγμασι νοῦν, καὶ μήποτε παύσῃς·
Εἰκὼν γὰρ θανάτυ, βίος ἄμμορος ὢν διδαχάων.

S. Τὸν νοῦν ἐντολίαις ῥύθμιζε μαθητύος οὔποτε λήγων·
Εἰκὼν γὰρ μόρυ ἐςὶ μαθήσιος ἄμμορος αἰών.

Vel: Τὸν νοῦν ἐντολίαις ῥύθμιζέ μοι οὔποτε λήγων.

S.

ſine neceſſitate. Sic etenim locutus infra quoque Lib. III. Diſt. XXV.

Aequa diligito *caros pietate parentes*,
Nec matrem offendas. - -

Lib. IV. Diſt. XLIX.

Fac diſcas *multa* & vita *nil velle doceri.*

Immo ſic optimi haud raro Auctores. Virg. Lib. III. Aeneid. ℣. 119.

Ergo agite, & *Divum quo ducunt fata* ſequamur.

Liv. Lib. III. Cap. XXI. Imitamini, *Patres Conſcripti*, *turbam inconſultam*: &, *qui exemplo aliis eſſe debetis*, *aliorum exemplo* peccetis *potius*. Ubi *peccatis* habent multi Codd. forte, quia librarii viderent, *imitamini* indicativum eſſe. Sed recte Cl. Duker. non tantum Latinos, ſed Graecos quoque ita loqui ſolitos fuiſſe, ad hunc locum docuit. ARNTZ.

Nam ſine doctrina] Optime *Poſidonius* apud Senecam Epiſtola LXXVIII. *Unus dies hominum eruditorum plus patet*, *quam imperiti longiſſima aetas.* OPITIUS. Doctrina enim homines vere facit vivere. Hinc Ariſtoteles rogatus, *τίνι διαφέρουσιν οἱ πεπαιδευμένοι τῶν ἀπαιδεύτων; ὅσῳ εἶπεν οἱ ζῶντες τεθνηκότων. Quo differrent docti ab indoctis? quo, inquit, viventes a mortuis*, ut Diogenes Laërtius in ejus vita p. m. 279. Auctor eſt. WACHIUS. Senec. Ep. LXXXV. *Otium ſine literis mors eſt*, & *vivi hominis ſepultura.* Adde Horat. Lib. I. Ep. II. ℣. 35. Sall. Catil. Cap. I. Ceterum Auctor imitatur notiſſimum illud Ovid. Lib. II. Amor. Eleg. IX. ℣. 41.

Stulte, quid eſt ſomnus, gelidae niſi mortis imago.

ARNTZENIUS.

II. *For-*

II.

Fortunae donis ſemper parere memento:
Non opibus bona fama datur, ſed moribus ipſis.

III.

Quum recte vivas, ne cures verba malorum;
Arbitrii non eſt noſtri, quid quiſque loquatur.

IV.

II. *Fortunae donis, &c.*] Hoc Diſtichon major pars editionum non agnoſcit: ne quis miretur a Planude omiſſum. Contrariam priori ſententiam concludit poſterior verſus. Oſtenta, inquit, te donis fortunae. Nam illis non datur bona fama, ſed moribus. An non manifeſta ἀντιλογία hic? Itaque pro *ſemper* legendum *raro*, aut *parce*. Nihil liquidius. *Parere* eſt oſtentare ſeſe, πομπεύεσθαι, ἐλλαμπρύνεσθαι, quomodo nos vertimus. Graeci etiam ad verbum dicunt φαντάζεσθαι. Quod plane eſt *parere*. Hinc nomen φαντασία in Actis Apoſtolorum. Τῇ οὖν ἐπαύριον ἐλθόντος τοῦ Αγρίππα, καὶ τῆς Βερενίκης μετὰ πολλῆς φαντασίας. Bardeſanes, vetus ſcriptor Eccleſiaſticus: προερχόμενοι μετὰ πολλῆς φαντασίας ἔφιπποι. Hipparchus: οὐκ ἐκ τοῦ τοὺς ἄλλους ἐλέγχειν φαντασίαν ἀπενέγκασθαι προαιρούμενος, id eſt: *Non quaerens aliis reprebendendis parere*, ut verbo Auctoris noſtri utar. Potes etiam in noſtra μεταφράσει ita hunc verſiculum reddere:

Μὴ δώροισι τύχης φαντάζεσθαι μάλα βούλου.

SCALIG. Ita Scaliger; cum antea legeretur *ſemper*, contraria priori ſententia. OPITIUS. Vide notas ad Diſt. VIII. Lib. II. Ceterum id Diſtichon non vertit Planudes, nec agnoſcunt vetus Lipſienſis, Baſileenſis, Roberti de Euromodio, Branti, Colonienſis, Eraſmi, Sturmii, Friſii, Pulmanni, Lentuli, & aliorum editiones. DAUMIUS. Aberat quoque a Leid. pr. & ſec. Coll. Voſſ. & Cod. Turic. quibus adſenſum praebent Editt. haud vulgo notae, Euchar. Tremon. Pulm. Pariſ. Chouet. Franeq. Boſſl. Eraſm. Gryph. aliaeque, nec deficiunt, quae haec aliter concipiunt: *Fortunae damnis ſemper parere memento.* Interque eas Scriveriana. *Dona fortunae* dixit ipſe Cic. de Amicit. Cap. XV. in f. *Ut etiamſi illa maneant, quae ſunt quaſi* dona fortunae, *tamen vita inculta* &c. *dona praeſentis. horae* dixit Horat. Lib. III. Od. VIII. ℣. 27.

Dona praeſentis *cape laetus* horae; *&*
Linque ſevera.

Verum unice Scaligeri placeret conjectura, ni nimium is a ductu literarum recederet, & exemplum quaererem τοῦ *parere* pro *oſtentare ſe*, πομπεύεσθαι. Inductus itaque quatuor Codd. Editionumque longe plurimarum auctoritate exiſtimem, Diſtichon hoc ſuppoſititium & a liberali

II.

S. Μὴ δώροισι τύχης ἐλλαμπρύνου ὑπὲρ αἶσαν·
Οὐκ ὄλβῳ νέμεται καλὸν κλέος, ἀλλὰ τρόποισι.

Vel: Μὴ δώροισι τύχης εὐημερέειν μάλα δίζευ.

III.

P. Ὀρθῶς ζῶν, μύθων μὴ ἐπιστρέφου ἀφρονεόντων·
Οὐδὲ γὰρ ἡμέτερον, διερευνᾷν μῦθον ἑκάστου.

S. Ὀρθῶς ζῶν τὰ κακῶν λεσχάσματα μὴ ἀλεγίζοις·
Οὐ γὰρ ἐφ' ἡμῖν ἐστὶν, ἕκαστος τίπτε λαλήσῃ.

IV.

berali nimium magiſtello profectum eſſe. In qua ſententia confirmor opinione Eruditiſſ. Erasmi, nec non quod Diſtichon Planudis etiam aetate recentius videtur; hic namque omiſit, neque ille interpretatus eſt. Adſtipulatur Cl. Canneg. Reſcript. Boxh. Cap. XXIV. ARNTZ.

III. *Quum recte vivas &c.*] *Vives* Leid. ſec. Coll. Voſſ. & Vet. Reg. uti in margine exhibent quoque notae Pulmanni. nec aliter Editt. Cord. & Cruc. ARNTZ.

Ne cures verba malorum:] Meliſſus parte III. Schediaſm. Lib. IX. Epigr. XXXI. pag. 294. ad N. Cl. Trelaeum.

Sueta venenatis fecunda Calumnia verbis
Traduxiſſe avido crimine quosque bonos.
Te quoque viroſis flabris vibravit: at iſthaec
Sunt in Ericbthonios mox abitura notos.
Vivo pius, culpor tamen. Haud, Trellaee, quis unquam
Deblateratrici tutus ab hoſte fuit.
Vipeream multi revomentem toxica linguam
Vix redimi magno qui patientur erunt.
Ni ſit, quod punctim, rabido quod vulnere caeſim
Conficiant, ſeſe vivere poſſe negent.
Ecquid opus facto eſt? NIL CURES VERBA MALORUM:
Haec tibi ſufficiens, haec medicina mihi eſt.

In Edit. Halenſi pag. 264. De *contemnendis imperitorum & malorum vocibus* extat elegans Diatribe. Vir. Cl. Thomae Segheti Britanni a Viro Ampliſſ. Joh. Georg. Styrzelio olim in lucem data. DAUMIUS. *Nec cures* Cod. Turic. litera *c* ex initio ſequentis *cures* perperam adhaeret. *Malorum*, id eſt, *maledicorum*, ut ſaepius alibi. Sic quoque *mala lingua* apud Ovid. Lib. II. Heroid. ℣. 49.

Poena minor merito, nocuit mala lingua *duobus.*

Ubi vid. Cl. Burm. ARNTZ.

IV.

Productus teſtis, ſalvo tamen ante pudore,
Quantumcumque potes, celato crimen amici.

V.

Sermones blandos blaeſoſque cavere memento.
Simplicitas veri fama eſt: fraus ficta loquendi.

VI.

Arbitrii non eſt noſtri, &c.] Planudes:

Οὐδὲ γὰρ ἡμέτερον διερευνᾷν μῦθον ἑκάστου.

Peſſime καὶ ἀντιλαμβάνεσθαι dixit, ἡμέτερόν ἐστιν, ἀντὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν. Et obſecro vos, quid eſt ἐρευνᾷν μῦθον ἑκάστου? quis nobis interpretabitur? SCALIGER. *Arbitrii non eſt niſi* Leid. pr. *Arbitrium non eſt noſtri* Veterr. Chart. Antiquae vero Editt. Leid. tert. & Cod. Turic. *Arbitrii noſtri non eſt.* Sed reliqui MSS. Codd. & nonnullae Editt. nihil recedunt a recepta lectione. *Arbitrium* autem hic ſignificat *poteſtatem*, & recte vertit Scaliger οὐ γὰρ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν. Planudes: οὐδὲ γὰρ ἡμέτερον. Sic Tibull. Lib. IV. Eleg. VIII. ℣. 8.

Arbitrii *quoniam non ſinis eſſe mei.*

Ovid. IV. Triſt. Eleg. IV. ℣. 22.

Non fuit arbitrii *litera noſtra tui.*

Cicero Orat. Philipp. VI. Cap. II. de Antonio. *Ut in Patrum Conſcriptorum atque in veſtra poteſtate ſit, qui in ſua numquam fuerit? quid enim ille umquam* arbitrio *ſuo fecit, ſemper eo tractus, quo libido rapuit, quo levitas &c.* Mox ſola Edit. Florent. legit *quod quisque*, de quorum vocabulorum commutatione jam egimus ſupra. ARNTZEN.

IV. *Productus teſtis,*] Si citeris teſtis in crimine amici, celabis pro virili maleficium illius, ita tamen, ut ipſe non laedas famam tuam; & tantum ſilentii dabis amicitae, quantum patietur & fama tua, & teſtimonii religio. ERASM. *Productis* perperam Vet. Reg. *Teſtes producere* hic dicitur, ut in Leg. 3. ff. §. 3. de teſtibus. Quomodo etiam omnes ii *produci* dicuntur, qui domo ſua aut ex loco privato atque obſcuro in conſpectum populi ducuntur. Sic *Hiſtrionem in ſcenam producere* dixit Sueton. Claud. Cap. XXI. *Aliquem in concionem producere* Juſt. Lib. XI. Cap. II. §. 8. *Servos venales producere* Terent. Heaut. Act. I. Sc. I. ℣. 92. Et Eunuch. Act. I. Sc. II. ℣. 58. *Producere elephantos in aciem* Flor. Lib. I. Cap. XVIII. §. 12. Adde, quae Eruditiſſ. collegit Cort. ad Sall. Jug. Cap. XXXIII. §. 4. *Producere aliquem in judicium, ad ſupplicium* dixit Cicer. & alii. ARNTZ.

Salvo tamen ante pudore.] Nos, - - - ὅσον τηρεῖν τὸ συνειδὸς. *Quod quidem ſalva fiat conſcientia.* Nam exiſtimationem Latinus Auctor intelligi voluit: quod egeſtas ſermonis Graeci non ſinit nos ad verbum reddere. Sed ut κακολογία, pro ea poſitum, ita

τὸ

IV.

P. Κληθεὶς μάρτυς σωζομένης πρότερον σέο τιμῆς,
Ὅσσον ἔνεστι, κάλυψον ἁμαρτάδα σοῖο φίλοιο.

S. Ἢν κληθῇς ποτὲ μάρτυς, ὅσον τηρεῖν τὸ συνειδὸς,
(Ὥς γε μάλιστα δύνῃ) τοὔγκλημα κάλυψον ἑταί-
(ρου.

V.

P. Μύθους μειλιχίους τε καὶ αἱμυλίους πεφύλαξο·
Νημερτὴς ἁπλότης ἀγαθὴ, δολίη δ' ἡ ἐπακτή.

S. Μύθους αἱμυλίους καὶ κωτίλλοντας ἀλεύου·
Μάρτυς ἀληθοσύνης ἁπλότης, δόλος αἰολομύθων.

VI.

τὸ συνειδὸς vicem illius ſubſtituimus. SCALIG. *Exiſtimatione* Scaliger. Nam ſalvo pudore, ſalva & fama. Hoc eſt, cum nihil admittimus, cujus pudeat, bene audimus. Buchn. Addit. Fabr. pag. 1151. Plin. II. Epiſt. IV. *Magnum habes facilitatis meae pignus, cujus fiducia debes famam pudoremque defuncti ſuſcipere.* DAUMIUS. *Salvo pudore*, hic eodem modo ponitur, ut alibi *ſalvo favore, ſalva gratia.* Sed haec vulgata. Minus vulgatum eſt, quo ſenſu hic τὸ *ante* uſurpatur, quod tamen Interpretes plane neglexerunt. Vult Auctor amici crimen celandum eſſe a teſte, atque adeo vult ſalvum & ſervatum a teſte amicum. Sed hactenus, ut *ante*, id eſt, magis ſalva ſit fama ipſius & exiſtimatio. Sic Cic. de Amicit. Cap. XXVI. Comici haec laudat: *Hodie me ante omnes Comicos ſenes verſaris, atque luſeris lautiſſime.* Sall. Jug. Cap. X. §. 7. *Ceterum ante hos te, Jugurtha, qui aetate & ſapientia prior es, ne aliter quid eveniat, providere decet.* Virg. Lib. III. Aeneid. ỷ. 321.
O felix una ante *alias Priameia virgo.*
Scio, iſtic addi caſum, ſed notum eſt etiam ſine caſu poni. Similiter praepoſitio *circa* innumeris locis ſine caſu occurrit apud Livium. Lib. IX. Cap. II. §. 7. *Saltus duo alti ſilvoſique ſunt, montibus circa perpetuis inter ſe juncti.* ubi multa collegerunt exempla ſummus Gronov. & orbis Eruditi amor, Drakenb. Mox ſeparatim *quantum cumque* ſcribit Cod. Turic. ARNTZ.

V. *Sermones blandos blaeſosque*] Veritatis ſimplex eſt oratio, inſidioſa eſt blandiloquentia. Proinde ſuſpecta ſemper eſſe debet prudentibus. ERASM. Vere enim P. Syrus: *Habet*, inquit, *ſuum venenum blanda* ora-

VI.

Segnitiem fugito, quae vitae ignavia fèrtur; (pus.
Nam, quum animus languet, conſumit inertia cor-

VII.

oratio. WACHIUS. *Blandus ſermo* qualis ſit, ſatis intelligi poteſt ex iis, quae ſupra diximus Lib. I. Diſt. XXVII. Notandum autem eſt in multis Editt. inveniri *bleſos* una vocali non *blaeſos*, ut Aug. Vind. Tremon. aliisque. quibus adſtipulatur Cod. Turic. Quemadmodum ſic Graeci βλέσος & βλαισὸς dicunt. *Sed blaeſus bivocali eſt in lapidibus Capitolinis, etiam cum Sempronianae gentis eſt cognomen*, βλαισὸς *in Etymologico, Suida, Epigrammatis.* Vid. ſis Dausq. in Orthogr. voce *blaeſus. Blaeſum* vero *ſermonem*, *blaeſamque linguam* artibus fraudibusque intentam, queis capiantur homines, haud obſcure innuit Ovid. Lib. III. Art. 293.

Quid? cum legitima fraudatur litera voce,
Blaeſaque *fit juſſo lingua coacta ſono*,
In vitio decor eſt &c.

Aptum ſane hoc exemplum, quod meretricibus tribuitur lingua blaeſa eo in loco, ubi artes earum ad fallendum compoſitae enumerantur. Adde tamen Iſcan. de Bell. Troj. Lib. IV. ℣. 51.

- - - blandeque reciſos
Furatur vox blaeſa *ſonos.*

& quae Cl. Cannegieterus novo, ut nuper me admonuit, daturus ſit Cap. Reſcript. XXXIII. ARNTZENIUS.

Simplicitas veri fama eſt: &c.] Ita editio Pithoeana. Vulgares male: *Simplicitas veri ſana eſt.* - - - Fama hic eſt μαρτυρία, aut argumentum. Quemadmodum ſimplicitas vero praecurrit, ita dolus hypocriſi. Ex ſimplicitate veridicus homo arguitur, ex fraude Hypocrita. Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ. Eurip. quod ceſſit in proverbium. Quid ſit ἐπακτὴ in Planudeanis, non capio, caperem, ſi graece loquutus eſſet. SCALIGER. Barthius legit: *Simplicitas veri forma eſt.* Pithoeanae lectioni conſentiunt Aſcenſii, Branti, Colon. & Lipſienſ. veteres Editiones: Laudatque ita Hieremias Paduanus Part. II. Lib. II. Cap. VIII. Accius, ut volunt, Fabul. XXXIX. ℣. 9.

Simplicitas veri, fraus eſtque
puerpera falſi.

DAUMIUS. Diſtichon hoc, fateor, multum diuque me torſit. *Fama* legunt quoque omnes noſtri MSS. Codd. etiam Turic. pro quo novem numero Editt. expreſſerunt *ſana*, quae lectio, ut recte jam vidit Scaliger, locum ſuum tueri haud poteſt; praeterea vero nil mutant ſcripti vel editi; attamen ſcabri quid latere nemo, puto, negaverit. Varie quidem haec tentarunt Viri Docti, ſed parum expediunt. *Simplicitas veri norma eſt* edidit Scriver. Pejor multo & plane inepta hoc loco, ut ſaepe alibi, eſt Malſcii conjectu-

VI.

P. Νωθρείην φύγε, ἀργίην τοῦ ζωτικοῦ οὖσαν·
Ψυχῆς ἀσθενέος γὰρ χαύνωσις χρόα τήκει.

S. Νωθρείην φεῦγ᾽ ἥτις ἀεργίη ἐςὶ νόοιο·
Εὖτ᾽ ἂν ὁ νοῦς ἀτονῇ, τὸ δέμας δαπανᾶται ἀεργοῦν.

VII.

jectura: *Simplicitas, veri norma eſt; laus, ficta loquendi.* In quibus exponendis Davus ſum, non Oedipus. *Fama* hic eſt *μαρτυρία* aut *argumentum*, ait Scaliger. Sed hujus ſignificationis quaero exemplum. Ingenue fateor me ex hoc verſu ſine correctrice manu nullum ſenſum exſculpere poſſe, ita autem legendum puto:

Simplicitas vera eſt fantis, fraus ficta loquentis.

Hac quidem ſententia. Simplicitas illius eſt, vel illi propria, qui vera fatur, fraus vero illius, qui loquitur ficta. Et tum ſane poſterius Diſtichi membrum cum priori optime congruit, uti ſolet Auctor in altero verſu ubique fere priorem interpretari clarius. Docet nimirum verſu praecedenti cavendas blanditias & blaeſos ſermones, id eſt, arte ad nequitiam fictos, additque mox cauſſam verſu altero, cur cavenda talis lingua, nempe quia iſta ficta loquitur ac fingit linguam ad blanditias atque ad ſonum blaeſum, quo fraudem ſtruit. Uti autem fraudem molitur blandus & blaeſus homo, ita ſimplex homo & lingua verum fatur. Malim tamen hoc loco ſine Auctoritate Codicum, qui in vulgatam lectionem conſpirant, nihil mutare. Notum quidem eſt *loquendi*, *loquenti* & *loquentis* nonnumquam commutari in MSS. verum id tanti non eſt, ut hanc conjecturam textui insererem. Amicus quidam meus volebat:

Simplicitas vera eſt fantis, frons ficta loquentis.

Eo ſenſu quo apud Phaedrum: *Decipit frons prima multos.* & quo Cic. dicit Lib. I. Famil. Epiſt. IX. *Idemque non ſolum fronte atque vultu, quibus ſimulatio facillime ſuſtinetur, &c. Frontemque & ſimplicitatem* ſic eleganter inter ſe opponi ajebat. Non negamus has voces nonnumquam a Librariis permutatas fuiſſe, Vid. Eruditiſſ. Drak. ad Livium Lib. V. Cap. XXXVIII. §. 2. Ipſius tamen conjecturae ſubſcribere non poſſumus, partim quod in hac voce nihil mutent. Codd. MSS. & typis exarati, partim quod *ſermones blandi blaeſique* deſignent *fraudem*, non *frontem* forment. Licet non ignoremus, quid Achilles dicat apud Ennium: *Ego eo ingenio natus ſum, amicitiam atque inimicitiam* in fronte *promtam gerere.* ARNTZ.

VI. *Segnitiem fugito,*] Nihil oc-

VII.

Interpone tuis interdum gaudia curis,
Ut poſſis animo quemvis ſufferre laborem.

VIII.

occurrit in Planudeanis, quod caſtigatioribus judiciis ſatisfacere poſſit. Ψυχῆς ἀσθενίος videtur poſuiſſe abſolute pro ἀσθενούσης. Sed ne quis ita mentem Gnomologi aſſecutus fuerit, qui non ἀσθενοῦσαν, ſed ἀργοῦσαν καὶ ἀπονοῦσαν intelligi voluit. Deinde χαύνωσις non eſt inertia. Denique τήκειν hic locum non habet. Tantum enim abeſt, ut inertia tabefaciat corpus, quod eſt τήκειν, ut pinguius & obeſius reddat. Dicit igitur χαύνωσις τήκει τὸ σῶμα, quum potius dicendum fuerit, ἡ ἀργία χαυνοῖ τὸ σῶμα. Quod quamvis verum eſt, tamen τὸ χαυνοῦν non reſpondet verbo conſumendi, quod nos apte δαπανᾶν vertimus. SCALIG. Ignava & otioſa vita fugienda eſt. Nam torpor animi corpori quoque ſitum & languorem adducit. Animi exercitatio corporis quoque valetudini confert. ERASM. Sc. *animi*. DAUMIUS.

Quae vitae ignavia fertur.] Quae perhibetur facere vitam ignavam; quae corpus in partes trahit, & ad negotia in vita humana obeunda facit inhabile. DAUMIUS. *Senitiem* eſt in Leid. pr. *Segniciem* Cod. Turic. Idemque *vita* pro *vitae* praefert. Reliqui omnes receptam lectionem unanimi conſenſu ſervant. Non video autem, quae cauſſa ſit, cur Boxhornius aſininam hanc tautologiam vocet; *Segnities* enim, quod recte Daumius obſervat, proprie refertur ad animum, *ignavia* vero ad corpus. Licet etiam Donat. ad Terent. Andr. Act. I. Sc. III. ℣. 1. aliter ſentiat. Recte ſane ipſi opponitur locus Pompon. Mel. Lib. I. de ſitu Orb. Cap. V. §. 25. *Solo quam Viris melior & ſegnitie gentis obſcura.* Et hinc *ſegnis* quandoque dicitur, qui ingenio caret. Vid. Serv. ad Virg. Lib. I. Aeneid. ℣. 423. *Alii ardentes ingenioſos dicunt. Nam per contrarium* ſegnem, *id eſt, ſine igni, carentem ingenio dicimus &c. Ignaviam* autem de corpore dici, eamque vitam ignavam reddere ex multis adparet, ut & ex adjectivo *ignavus*, vid. Non. Marcell. n. 142. Ovid. Lib. I. Ex Pont. El. V. ℣. 5.

Cernis ut ignavum *corrumpant otia corpus.*

Ut vero, quod ſentio, dicam. Non quidem haec nihil ſunt, neque tamen ſunt omnia. Et tamen meliora nunc non ſuccurrunt. Pluribus forte atque adcuratioribus Codicibus MSS. opus erit, priusquam veniatur ad verae ac genuinae lectionis cubilia. Quid Cl. voluerit Canneg. Vid. in ejus Reſcript. Boxhornio Cap. XXXI. Ceterum *fertur* hoc loco eſt *dicitur*,

VII.

P. Ἔσθ' ὅτε παρϐολάδην ταῖς φροντίσι μίγνυε τέρψεις,
Ὄφρα φέρειν θυμὸς φίλος ὁντιναοῦν πόνον ἴσχῃ.

S. Ταῖς ἰδίαις μελεδῶσιν ἐναλλὰξ ἔμϐαλε τέρψεις,
Ὄφρα δύνῃσθα νόῳ μάλα τετλάμεν ὅν τινα μόχθον.

Vel: Φροντίσι ταῖς ἰδίαισιν ἐναλλὰξ ἔμϐαλε τέρψεις,

VIII.

citur, *perbibetur*. Frontin Lib. IV. Strateg. Cap. I. n. 3. *Pyrrhus delectori ſuo* fertur *dixiſſe*. Adde Valer. Max. Lib. VIII. Cap. IX. exempl. ext. 3: & Serv. ad Virgil. Lib. II. Aeneid. ℣. 161. vel potius *quae fertur ignavia* interpretabitur, *quae eſt ignavia*. Ita Ovid. Ep. VI. Heroid. ℣. 114.

En ego Minoe nata Thoante
feror.

Ubi Barthii libri legunt *precor*, quod valde placebat Burmanno. Eodem tamen ſenſu Ovid. Lib. I. Triſt. Eleg. I. ℣. 36.

Ingeniique minor laude ferere
mei.

Sic *nominor* idem eſt, quod *ſum*. Idem Ovid. Heroid. IX. ℣. 27.

At bene nupta feror, *quia* nominor *Herculis uxor*.

Phaedr. Lib. V. Fab. V. ℣. 7. *Ego primam tollo*, nominor *quia Leo*: Et eadem ſignificatione verbum καλεῖσθαι apud Graecos adhibetur. Vide Graevium ad Callim. Hymno in Jovem ℣. 20. ARNTZENIUS.

Nam quum animus languet,] *Piger eſt*. Animus alacris excitat & inſtimulat etiam corpus: contra laſſus ac languidus etiam in partes trahit, & atterit. DAUMIUS. Forte non aſymbolus eſt locus Ciceronis Caton. Maj. Cap. XI. *Nec vero corpori ſoli ſubveniendum eſt, ſed menti atque animo multo magis. Nam haec quoque, niſi tamquam oleum lumini inſtilles, exſtinguuntur &c.* Et mox τῷ *languere* in eadem hac re Cicer. utitur ibidem: *Intentum enim animum*, *tamquam arcum*, *habebat*, *nec* langueſcens *ſuccumbebat ſenectuti*. Adde Cort. ad Sall. Catil. Cap. XLIII. §. 3. ARNTZENIUS.

VII. *Interpone tuis &c.*] Non ſolum improprio adverbio παρϐολάδην uſus eſt Planudes, ſed etiam penultimam producit, oblitus apud Homerum corripi in παρϐολάδην. SCALIGER. Animus feriis negotiis fatigatus, aliquando relaxandus eſt honeſtis ac moderatis voluptatibus, ut, redintegratis viribus, ad ferendos labores ſufficiat: nam, *Quod caret alterna requie durabile non eſt*: ERASM. Phaedrus Lib. III. Fab. XIV.

Sic luſus animo debet aliquando dari;

VIII.

Alterius dictum aut factum ne carpſeris um- (quam,
Exemplo ſimili ne te derideat alter.

IX.

Quod tibi ſors dederit tabulis ſuprema notato,
Augendo ſerva, ne ſis, quem fama loquatur.

X.

Ad cogitandum melior ut redeat tibi.

OPITIUS. Vid. Weitz. pag. 269. ad Ovid. I. ex Pont. V. ℣. 13. DAUMIUS. Egregie huc pertinent illa Ariſtotelis Lib. VIII. Polit. Cap. III. Ὁ γὰρ πονῶν δεῖται τῆς ἀναπαύσεως· διὰ τοῦτο παιδιὰς εἰσάγεσθαι, καιροφυλαττοῦντας τὴν χρῆσιν, ὡς προσάγοντας φαρμακείας χάριν. *Nam qui laborant, indigent relaxatione: & propterea oportet jocum adbibere, qui tanquam medicinam eo tempore afferat.* Nec aliena hinc eſſe videntur, quae L. Annaeus Seneca Lib. de Tranq. An. Cap. XV. habet: *Danda eſt*, inquit, *remiſſio animis: meliores acrioresque requieti ſurgent. Ut fertilibus agris non eſt imperandum: cito enim exhauriet illos nunquam intermiſſa foecunditas: ita animorum impetus aſſiduus labor franget. Vires recipient paullum reſoluti & remiſſi.* Unde Scaevola luſiſſe pila traditur: *quia videlicet ad hoc diverticulum, animum ſuum forenſibus miniſteriis fatigatum, transferre ſolebat*, ut de eo Maximus Valerius Lib. VIII. Cap. VIII. ſcriptum reliquit. WACHIUS. *Interpone&* *vis.* Cod. Turic. qui ſimiliter ſupra Lib. I. Diſt. VIII. *Sep&* *enim*, pro *ſaepe etenim*, &c. Ovid. IV. Heroid. ℣. 89.

Quod caret alterna requie durabile non eſt:
Haec reparat vires feſſaque membra novat.

ARNTZENIUS.

Quemvis ſufferre laborem.] Vid. ſupr. Lib. II. Diſt. XIII. Quid ſi legamus? *quem vis, ſufferre laborem.* Sic enim Vir Doctus conjecerat, ut fere loquitur Seneca Ep. XXII. Quemcumque vis, *occupa, adoleſcentem, ſenem medium, invenies aeque timidum mortis*, &c. Sed neceſſe non eſt, quidquam mutes. Horat. Lib. I. Serm. IV. ℣. 25.

Quemvis *media elige turba;*
Aut ab avarita; aut miſera ambitione laborat.

ARNTZENIUS.

VIII. *Alterius factum aut dictum*] Non intellexit Planudes. Mens Gnomologi: Noli factum aut dictum alicujus deridere: ne contra ipſe tuo te exemplo derideat. Nam τὸ *Alterius* in principio prioris verſiculi, & τὸ *alter* in fine poſterioris, de eodem dicitur. SCALIGER. Sic hodie circumfertur in vulgatis, ejusque generis

VIII.

P. Μή τε λόγου, μήτ᾽ ἔργου ἐπιδεράξῃ ἑτέροιο,
Μὴ τῷ σῷ παραδείγματι καί σέ τις αὖθι γελάσσῃ.

S. Ἄλλου μὴ ψέξῃς ἢ μὲν λόγον, ἠὲ καὶ ἔργον,
Μὴ σ᾽ ἐπιχλευάζῃ μιμησάμενός σε καὶ αὐτός.

IX.

P. Κλῆρον, ὃν ἔσχες πατρόθεν, ἔγγραφέ μοι πινάκεσσιν,
Καί μιν ἀέξων φρούρει, μήτι κακῶς ἐπακούῃς.

S. Ὅσσ᾽ ἔλαχες δέλτοισι γεγραμμένος ὑστατίῃσι,
Τήρει τ᾽ εὖ καὶ ἄεξε, μὴ ὁ θρυλλούμενος εἴης.

Vel: Τηρήσων τόδ᾽ ἄεξε.

X.

ris optimis. *Factum ac dictum nec carpſeris umquam* Cod. Turic. perperam. Receptam vero lectionem reperire licuit in Vet. Chart. Leid. tert. & editis antiquiſſ. Aug. Vind. Tremon. Pulm. Pariſ. Chouet. & Florent. aliisque. Quod ſane, ſi naturalem ordinem conſulas, concinnius videtur. Et licet ſciam, optimos eumdem ſaepe neglexiſſe Poëtas, is tamen iisdem his verbis, licet alio longe ſenſu, ſervatur a Terent. Andr. Act. II. Sc. III. ℣. 7. Dictum ac factum *invenerit aliquam cauſſam &c.* Heaut. Act. IV. Sc. V. ℣. 12. Dictum ac factum *reddidi.* male Edit. Boill. *Al. dictum vel factum* &c. Ceterum huc ſpectat Horat. Lib. I. Serm. III. ℣. 25.

Cum tua praevideas oculis mala lippus inunctis;
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,
Quam aut aquila, aut ſerpens Epidaurius? at tibi contra
Evenit, inquirant vitia ut tua rurſus & illi.

ARNTZENIUS.

Ne carpſeris umquam,] *Carpere* hic eſt *per cavillationem* & *cum irriſione reprehendere*, atque ob id commutatur in altero verſu voce *derideat.* Pro *reprehendere* ſeu *perſtringere* ſaepius dicitur, ſic apud Juſt. Lib. XII. Cap. V. §. 2. Cicer. Lib. II. ad Q. Fratr. Cap. III. ARNTZ.

Exemplo ſimili &c.] Dum, quod Phaedr. ait, *exempla ſua quisque aequo animo pati debet.* Lib. I. Fab. XXVI. ℣. 12. De voce *exemplum* vid. infr. Diſt. XIV. huj. Libr. ARNTZ.

IX. *Quod tibi ſors dederit &c.*] Quae tibi ſcripto in tabulis te-

X.

Quum tibi divitiae ſuperant in fine ſenectae,
Munificus facito vivas, non parcus amicis.

XI.

ſtamenti ſuprema voluntas alicujus reliquerit. At Planudes τὸ NOTATO verbaliter reddit ἔγγραφε: quum ſit γεγραμμένον. Ne mirere igitur tam ridicule hunc verſiculum expreſſiſſe:

Κλῆρον, ὃν ἔσχες πατρόθεν,
ἔγγραφέ μοι πινάκεσσιν.

Scribe in tabulis hereditatem a patre relictam. Qui haec mihi interpretabitur, mereat montes auri. SCALIGER. Quod tibi obvenit ex teſtamento tuorum, id ſerva, ne fias vulgo fabula: (*Quod ſors ſuprema*) id eſt, haereditas, (*dederit tibi notato*) id eſt, inſcripto tabulis inſtrumentariis, vel (*notata*) id eſt, ſcripta tabulis, (*augendo ſerva*) id eſt, ita ſerva, ut augeas etiam. Vulgus enim multa dicere ſolet, in νεοπλούτους, id eſt, in novas nactos divitias. ERASM. *Quae tibi* eſt in Cod. ſcripto Vet. Chart. Quod ſequuntur Editt. Aug. Vind. Euchar. Trem. Eraſm. Gryph. Cord. Cruc. & quaedam recentiores. Quod placuit Cl. Reſcriptorum Auctori Cap. ut nuper me monuit, novo XXXIII. Recte autem exponunt *ſortem ſupremam* per *hereditatem.* Hinc Livius Lib. I. Cap. XXXIV. §. 2. *Puero poſt avi mortem in nullam* ſortem *bonorum nato.* Et procul dubio hinc defendi poteſt locus Horatii Lib. II. Epiſt. II. ℣. 173.

Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc ſorte ſuprema
Permutat dominos, & cedit in altera jura.

Ubi Bentlej. ex ſuis Codd. edidit *morte ſuprema.* Nec aliter etiam in ſuis legi, monet Torrent. Putant autem nonnulli, *hereditatem* ita dictam eſſe, quod ſorte quandoque divideretur; ſaepe numero etenim contingit, ut inter plures heredes de *ſorte*, id eſt, parte bonorum, non conveniat. Quo caſu *ſortis uſum* commendat ipſe Ulpianus Leg. 24. §. 27. ff. de Fideic. Libert. *Tabulae* autem hic ſunt *teſtamenti tabulae*, ut apud Juvenal. Sat. XII. ℣. 122.

- - *Nam ſi Libitinam evaſerit aeger*
Delebit tabulas.

Sat. XIV. ℣. 55.

- - *ac poſthaec* tabulas *mutare parabis.*

Plura vide apud Briſſon. de Form. pag. 528. Denique *notato tibi* eſt, ut loquuntur JCti, *heredi ſcripto*, vid. Grang. ad Juvenal. Sat. III. ℣. 161.

- - - - - - *Quis pauper* ſcribitur heres.

Adde, quae Erudit. Cort. notavit ad Sall. Jugurth. Cap. LXV. §. 1. *Quem Micipſa teſtamento ſecundum* heredem ſcripſerat. *notare* etenim ſaepius notat *ſcribere* Ovid. Ep. III. Heroid. ℣. 2.

Quem

X.

P. Ἦν ἄφενός τοι πλεῖστος ἔοι ποτὶ γήραος οὐδῷ,
Σμικρολόγος μὴ ἴσθι, φίλοισι δὲ πλουσιόδωρος,
S. Ἦν περιῇ σοὶ πλεῖστος ἐν οὐδῷ γήραος ὄλβος,
Δαψιλέως μετάδος, κ' οὐ φειδομένως ἑτάροισι.

XI.

Quem legis a rapta Briſeide litera venit,
Vix bene barbarica graeca notata *manu.*

Ep. I. Heroid. ✝. 62.

Traditur huic digitis charta notata *meis.*

Et ſic in proverbio: *Neque* notare, *neque literas novit.* Pro quo alii malunt *natare.* At rationes, quas iſtius rei reddunt, magis ſpecioſae, quam verae. *Notare* itaque hoc in proverbio notat *ſcribere*, ſeu *aliquid per notas exponere*, unde *notae* & *compendia* junguntur apud Manil. Lib. IV. ✝. 198.

Quique notis *linguam ſuperet, curſimque loquentis*
Excipiat longas nova per compendia *voces.*

Sueton. Tit. Cap. III. *E pluribus comperi*, notis *quoque excipere velociſſime ſolitum.* Ubi vid. Torrent. & quae notavit Pitiſc. Simpliciter verbum *notare* hoc ſenſu occurrit apud Quinctil. Prooem. Inſtit. Orat. Lib. I. pag. 7. *Alterum pluribus ſane diebus, quantum* notando *conſequi potuerant, interceptum.* Ubi vid. Turneb. ARNTZEN.

Augendo ſerva,) *augendos ſerva* perperam Cod. Turic. litera ſibilans e ſequenti vocabulo adhaeret. ARNTZEN.

Ne ſis, quem fama loquatur.] Aut aliquod proverbium in profuſores bonorum jactatum hic invenitur, ut nos vertimus, aut ſimpliciter accipiendum, ne occaſionem praebeas vulgo de te, & ſis fabula, ut bene concepit Planudes. Tunc ita fuerit vertendum; τήρει τ' εὖ καὶ αὔξ' ἵνα μὴ θρύλλημα γένηαι. SCALIGER.

X. *Quum tibi divitiae &c.*] Omnino a Pindaro,

Οὐκ ἔραμαι πολὺν ἐν μεγάρῳ πλοῦτον κατακρύψας ἔχειν,
ἀλλ' ἐόντων εὖ τε παθεῖν, καὶ ἀκοῦσαι, φίλοις ἐξαρκέων.

Nemeaco primo. πλουσιόδωρος, ἀντὶ τοῦ πλουτόδωρος, quod hic uſurpat Planudes, βαρβαρίζει. SCALIGER. Eſt vitium hoc ſenibus peculiare, ut quo propius accedant ad mortem, hoc ſint contractiores. (*Superant*) id eſt, ſuperſunt, & abundant. (*in fine ſenectae*) id eſt, in extrema ſenectute, quam decrepitam vocant. Tum igitur dones, ſed amicis, qui te foveant obſequiis. ERASM. *Superant*, id eſt, *ſuperſunt.* Cic. Parad. VI. *Uter igitur eſt ditior,*

cui

XI.

Utile conſilium dominus ne deſpice ſervi:
Nullius ſenſum, ſi prodeſt, temſeris umquam.

XII.

Rebus & in cenſu ſi non eſt, quod fuit ante,
Fac vivas contentus eo, quod tempora praebent.

XIII.

cui deeſt, *an cui* ſuperat? Sic paſſim & Virgilius, Horatius, & optimi quique. WACHIUS. Ovid. Lib. VII. Metam. ✝. 510.

Robora non deſunt, ſuperat *mibi miles &c.*

Et in primis Sall. Bell. Catil. Cap. XXI. Ubi ita Catilina. *Etenim quis mortalium*, *cui virile ingenium eſt*, *tolerare poteſt*, *illis* divitias ſuperare? & paſſim alii. Sed vide Cl. Drakenborchium ad Liv. Lib. V. Cap. XXXVIII. §. 4. *Senectus* pro *ſenectae* habet Cod. Turic. ARNTZENIUS.

Munificus facito vivas,] Vide notas Diſt. XVI. Lib. I. WACHIUS. *Vivus* Coll. Voſſ. Male. Vellem autem codex antiquus hanc addiceret emendationem:

Munificus vivas caris, *non parcus amicis.*

Solet ubique *caras* & *amicos* diſtinguere noſter, vid. ſupra Lib. I. Diſt. XL. Illis autem majus, his minus tribuendum monet. *Munificus facito vivas*, *non parcus amicus.* Cod. Hav. ARNTZEN.

XI. *Utile conſilium dominus ne deſpice ſervi.*] Phocylides: Λάμβανε καὶ βουλὴν παρὰ οἰκέτου εὖ φρονέοντος. Planudeanum μήτι παρέλθῃς, ἀντὶ τοῦ, μὴ καταφρόνησον, non poſſum ſine riſu praeterire. SCALIGER. Aliter Poëta apud Athenaeum Lib. VI. Deipnoſoph. ex verſion. Dalechampii. fol. 264.

Altiſonus mentis privavit Jupiter omnes
Dimidio, *quotquot fatum ſervire coëgit.*

OPITIUS.

Ἥμισυ γάρ τε νόου ἀπαμείρεται εὐρύοπα Ζεὺς
Ἀνδρῶν, οὓς ἂν δὴ κατὰ δούλιον ἦμαρ ἕλῃσι.

Vide Macrob. I. Sat. XI. & Loccen. pag. 120. ad Curtium. Caſſiod. VI. Var. Epiſt. XIX. *Omnis prudens conſilium quaerit.* *Dominus* Nominativus vice Vocativi. Exempla plura vide apud Buchner. ad Fortunati hymnum pag. 52. Rittershuſ. ad Salvianum. pag. 398. Pareum Mantiſſ. Lexici Plaut. pag. 505. Giſanium Indice Lucretiano. Bopmam Lib. III. de Uſu antiq. locut. Cap. II. Pineiër Lib. I. Parerg. Otii Marpurg. Cap. II. Laurenberg. Antiq. pag. 275. Vechnerum I. Hellenolex. Cap. XIII. Weitz. Heortologio, pag. 291. *Dominus*, dominus exiſtens, cum ſis Dominus, δεσπότης ὤν. Reineſius. Vide Fr. Sanctii

XI.

P. Ὠφέλιμον θεράποντος βουλὴν μήτι παρέλθῃς·
Μηδ' ἑτέροιο τινὸς γνώμην, εἰ σύμφορος εἴη.

S. Μὴ δούλου χρηστῆς ὀλιγώρει δέσποτα βουλῆς·
Μηδέ τινος γνώμην, εἰ σύμφορός ἐστ', ἀθέριζε.

XII.

P. Εἰ μὴ χρήματά σοι καὶ κλήματα, ὡς πάρος, εἴη,
Ζῆσον τοῖσδ' ἀγαπῶν, ἃ τέως σοι ὁ καιρὸς ὀπάζει.

S. Κλήμασι καὶ κλήρῳ ἐὰν οὐκ ἐνῇ, ὡς τὸ πάρος περ,
Τοῖς τ' ἔργ' ἀσπασίως, τὰ χρόνος περίλοιπα χορηγεῖ.

XIII.

Sanctii Minervam Lib. II. Cap. VI. pag. 55. b. DAUMIUS. *Non deſpice* Vet. Chart. & Leid. tert. de ſignificatione τȣ̃ *deſpice* vid. infra Lib. IV. Diſt. I. Ceterum verſus Homeri, quos citat Daum. paullo aliter in ipſis Homer. Editt. leguntur. Odyſſ. XVII. ✝. 322. conſule Bernecc. ad Juſt. Lib. XVIII. Cap. III. §. 13. ARNTZEN.

Nullius ſenſum, ſi &c.] *Senſum*, id eſt, *judicium*, *conſilium*. BARTH. *Nullius ſi prodeſt ſenſum contempſeris &c.* Coll. Voſſ. *Nullu ſi prodeſt ſeruum contempſeris umquam.* Cod. Turic. in quo poſt *u* in *nullu* raſura eſt, uti quoque *ru* in *ſeruum* raſuram habet, ita ut prius etiam habuiſſe videatur: *Nullius, ſi prodeſt, ſenſum cont. &c.* quibus adſtipulantur Leid. pr. & ſec. nec non Edit. Boill. *carpſeris* Leid. tert. & Vet. Chart. *ſpreveris* edidit Scriver. Dum reliqui tamen Codd. optimaeque Editt. *temſeris* ſervant. Sed hujus erroris cauſſa eſt, quod indocti ſcribae neſciebant & properantes nimium Editores non cogitabant τὸ *temnere* pro *contemnere* latine dici. Ex multis inſpice Serv. ad Virg. Lib. I. Aen. ✝. 542. & 665.

Si genus humanum & mortalia
temnitis *arma.*

Ubi ita Grammaticorum Princeps: temnitis *pro* contemnitis *per aphaereſin dictum.* Nec ſemel Horat. ita locutus eſt, ſic Lib. II. Serm. II. ✝. 38.

Jejunus raro ſtomachus vulgaria temnit.

Ovid. alibi in Arte Amat.

Eſt & in inceſſu pars non
temnenda *decoris.*

ARNTZEN.

XII. *Rebus & in cenſu &c.*] Perperam Edit. Flor. conjungit haec vocabula *incenſu*. Ordinem verborum invertit Scriver.

XIII.

Uxorem fuge ne ducas ſub nomine dotis,
Ne retinere velis, ſi coeperit eſſe moleſta.

XIV.

ver. *In cenſu & rebus &c. Cenſus* eſt quidquid aliquis in bonis & facultatibus numerat. Ovid. Lib. III. Amor. El. VIII. ℣. 9.

Ecce recens dives parto per vulnera cenſu
Praefertur nobis ſanguine paſtus eques.

Idem Lib. VIII. Met. ℣. 846.

- - *demiſſo in viſcera* cenſu
Filia reſtababat. &c.

Egeſipp. Lib. V. de Excid. Urbis Hieroſ. Cap. XVIII. in pr. *Qui ditiores erant, menſuram tritici toto* cenſu *emebant.* Et ſic in L. ult. §. 14. Cod. de jure deliberandi. *Res* autem & *cenſus* nemini hic ſynonima eſſe videri debent. *Rei* enim vocabulum latius patet, quam *cenſus.* Et tam res incorporales, quam corporales ſignificat, multaque alia quae in cenſu non ſunt, ſeu quae quis ad Cenſorem non profitebatur vid. l. 5. & 23. ff. de Verb. S. ubi vid. Gothofr. Mox *antea* pro *ante* eſt in Leid. ſec. Quae voces ſaepius commutantur. Vid. Vir. D. ad Juſt. Lib. VII. Cap. I. *ante* autem, ut paſſim alibi, pro *antea* ſumitur. ARNTZEN.

Fac vivas contentus eo, &c.] Καιρὸς ſemper ἀντὶ χρόνου Planudi uſurpatur. Quod alibi monuimus. SCALIG. *Contemptus* Leid. pr. & ſec. malo ſcribarum errore, ſic *pertemptatam* pro *pertentatam* legitur in MS. Cod. quem confero cum Editis, Oroſii, Lib. VI. Cap. XVIII. *Taurus Caeſaris praefectus totam pene Siciliam ferro* pertentatam, *conterritamque in fidem recepit.* Ubi eodem errore *pertemptatam* ſcriptum invenimus. *contemptus* pro *contentus* eſt in Cod. Haverc. qui nunc eſt Cl. P. Burmanni, apud Egeſipp. Lib. I. Cap. XLI. Init. *Denique non* contentus *facultatibus*, *in effuſiones Regias animum intenderat*, &c. ubi dictus Cod. habet *contemptus.* Sic *temptare* pro *tentare* in duobus Codd. MSS. eſt apud Liv. Lib. XXVIII. Cap. XLV. §. 4. *quum prae te feras* tentare *magis, quam conſulere ſenatum.* ubi videndus eſt, Academiae quondam Trajectinae decus, Drakenb. qui hanc ſcribendi varietatem inter priorum temporum Orthographiam corruptam refert ad eumdem Liv. Lib. VI. Cap. XVIII. §. 11. Et ſic recte, contrarius plane licet ſit error, *contemtus* pro *contentus* legi debere, defendit contra Caſtal. Cl. Burm. ad Rutil. iter Lib. I. ℣. 120.

Contemtus *ſolidet vulnera clauſa dolor.*

ARNTZENIUS.

XIII. *Uxorem fuge ne ducas &c.*] Planudes κουριδίην ἄλοχον. Quare κουριδίην potius, quam viduam? SCALIGER. *Fuge*) id eſt cave, ne ducas uxorem dotis

XIII.

P. Μήποτε κυριδίην ἄλοχον ἀγάγῃς διὰ φέρνην,
Ὡς μὴ ἀνάγκην σχῇς, καὶ ἔχειν ἐπαχθῆ περ ἐοῦσαν.

S. Μήτε γυναῖκα γαμεῖν ἀφνειῆς εἵνεκα προικὸς,
Μήτ' αὐτὴν κατέχειν, ὅτε ἄρχεται εἶναι ἐπαχθής.

Vel: Μήτε γυναῖκα γάμει φέρνην διὰ πλουτοδότειραν,
Μήτε θέλοις κατέχειν, ὅτε ἄρχεται εἶναι ἐπαχθεῖς.

XIV.

tis cauſa. Et ſi duxeris dotatam, ne dotis reſpectu eam retineas, ſi tibi gravis ſit: ſed contempta dote repudies. Quanquam id apud Chriſtianos non habet locum. ERASM. Petrus Helias Verſificator Lexicus de verbis raris κατὰ ςοιχεῖον ſub litera N. *Nomen cum lite ponit Cato cum Juvenali.* DAUMIUS. Eleganter *fuge.* Sic Auctor infra fere Lib. IV. Diſt. XVI.

- - fuge *nomen avari.*

Vide mihi Torrent. ad Horat. Lib. II. Od. IV. ℣. 22. Τὸ *nomen* autem haud aliter hoc loco dicitur, ac in L. 3. ff. de Aedil. Edict. Sic quoque *culpae nomine teneri* occurrit in L. 25. §. *item &c.* Famil. Erciſc. & apud Valer. Max. Lib. VII. Cap. III. Ext. Ex. 5. *Quae pecuniam* depoſiti nomine *a duobus hoſpitibus acceperat.* Noſtro concinit Juvenal. Sat. VI. ℣. 460.

Intolerabilius nihil eſt, quam femina dives.

ARNTZENIUS.

Nec retinere velis, &c.] *Nec* eſt in Pithoeana editione: *Ne* in vulgatis, quod Planudes ſequitur. Harum duarum vocularum varietas, mirum quantam pariat ſententiae diſcrepantiam. Si retines *nec*, erit haec mens: Nec propter dotem duc uxorem: neque ſi duxeris, retinere velis, ſiquidem moleſta eſſe coeperit: Sed malis potius dotem amittere, quam concluſam, ut ille dicebat, in aedibus feram habere. Alterius lectionis mens: Noli propter dotem uxorem ducere, ne, ſi duxeris, & coeperit nimium tinnire, ut mos dotatarum, velis eam retinere dulcedine dotis, tanquam malis ei ancillari, quam dotem amittere: quod lege Romana fit, ſi divortium incipiat a viro. In hanc poſteriorem ſententiam Phocylides:

Μηδὲ γυναῖκα κακὴν οἴκοισιν σοῖσιν ἄγεσθαι,
Λατρεύῃς δ' ἀλόχου λυγρῆς χάριν, ἕνεκα φερνῆς.

SCALIGER. Ex editione Pithoeana; quod & nos expreſſimus. Et exemplum ad hanc rem aptiſſimum vide apud Ariſtaenetum Lib. II. Epiſt. XII.

OPI-

XIV.

Multorum diſce exemplo, quae facta ſequaris,
Quae fugias. Vita eſt nobis aliena magiſtra.

XV.

Quod potes, id tenta, operis ne pondere preſſus
Succumbat labor, & fruſtra tentata relinquas.

XVI.

OPITIUS. Barthius omnino legi vult, *Ne*, ob amittendam cum ea dotem. M. Zuer. Boxhorn. Quaeſt. Rom. xiv. pag. 80. *Noli dotis ſolius gratia uxorem ducere, ne poſtea moleſtam tibi factam relinquere velis & non poſſis.* DAUMIUS. Sic habent Codd. MSS. atque Editt. tantum non omnes, excepto Leid. ſec. qui *ne* praefert, quam lectionem etiam Doctiſſ. Barth. amplectitur. Et merito. Hic enim, ut ſaepe alibi, verſu altero prioris ratio redditur; ob dotem dicit, uxor non eſt ducenda: rationem addit; ne poſtea, uxorem tuam, moleſta cum forte fuerit facta, potius retineas, quam dotem cum ea ſimul amittas; in divortiis enim Maritus dotem reddere debebat, quod clare ſatis adparet ex formula in divortiis uſitata, *res tuas tibi habeto.* Vid. L. 2. §. 1. ff. d. divort. & repud. ibique Gothofr. adde Beroald. ad Apulej. *Aſin.* Aur. Lib. v. p. m. 436. Ceterum hinc patet, nil ſane minus, quam Chriſtianum Auctorem noſtrum fuiſſe. Quid, quaeſo, aliud continet, quam divortium apud Romanos celebratiſſimum? Quam frigida autem & contorta ſit expoſitio Boxhornii, ſatis, ut digna eſt, dici nequit. *Certe*, ait, *ſimpliciter hoc vult; noli dotis ſolius gratia uxorem ducere, ne poſtea moleſtam tibi factam relinquere velis, & non poſſis.* Immo vero ingenioſe! Sed, quomodo haec verba cum Dionyſii ſententia conveniant, non capio. Noſter dicit *ne retinere velis*, ille autem, ne *relinquere velis* contraria plane ſententia. Retineret, ut dixi, homo Romanus uxorem ſaepe etiam moleſtam, ne dotem, inſignem pecuniae ſummam, refundere cogeretur, quod tamen diſſuadet noſter. De hoc Diſticho haud pauca diſputantur in Reſcript. Boxhornio Cap. xviii. ARNTZEN.

XIV. *Multorum diſce exemplo, &c.*] *Multorum d. exemplis* &c. Cod. Turic. Adcommodata admodum ad mentem Dionyſii ſunt verba Terent. Adelph. Act. iii. Sc. iii. ℣. 60. *Denique inſpicere tamquam in ſpeculum in vitas omnium jubeo: atque ex aliis ſumere* exemplum *ſibi. Hoc facito.* SY. *recte ſane.* DE. *Hoc fugito.* SY. *Callide &c.* Ubi vid. Donat. qui inter alia *vitam alienam* hoc ſenſu memorat. Heaut. Act. i. Sc. ii. ℣. 35. *Hoc ſcitum*

XIV.

P. Τῷ πολλῶν παραδείγματι μάνθανε, τίπλε γε ῥέξεις
Ἠ' φεύξῃ· βίοτος γὰρ τῶνδε διδάσκαλος ἄμμιν.
S. Πολλῶν δὴ ζηλῶν παράδειγμα μάθοις τί δεῖ ἕρδειν,
Καὶ τί φυγεῖν· ἄλλων βίος ἐστὶ διδάσκαλος ἡμῶν.
Vel: Εἰς πολλοὺς ὁρόων τάτε φευκτὰ, τάθ' αἱρετὰ γνοίης·
Τῶν γε πέλας γὰρ ἅπας βίος ἐστὶ διδάσκαλος ἡμῖν.

XV.

P. Τοῖς δυνατοῖς ἐπιχείρει, μήποτε τοῖσδε πιεσθεὶς
Μαψίδιον προλίπῃς τοὖργον, καμάτοισιν ἀπειπών.
S. Τῶν δυνατῶν ἅπτου, μὴ βριθοσύνῃσι πιεσθεὶς
Πᾶς μόχθος κάμνῃ, τάτε μὰψ ἀρχθέντα προλείπῃς.

XVI.

ſcitum eſt; periculum ex aliis facere, ſibi quod ex uſu ſiet. Proprie autem hac in re utitur voce *exemplo*, quo ſenſu jam ſupra fere Lib. III. Diſt. VIII. Atque iterum Terent. Andr. Act. IV. Sc. I. ✝. 27. *Quid iſtuc tam mirum eſt; ſi de te* exemplum *capis.* Horat. Lib. I. Serm. ✝. 105.

- - - - *Inſuevit pater optimus hoc me,*
Ut fugerem exemplis *vitiorum quaeque notando.*

Plura ſimilia facili negotio ex uno Terent. ut de Plauto taceam, peti poſſunt. Τὸ *diſce* hic quoque elegantiam habet. Tibull. Lib. III. Eleg. VI. ✝. 43.

- - - *Felix, quicumque dolore*
Alterius diſces *poſſe carere tuo.*

Mox *vitae* loco τῦ *vita* praeferunt Leid. ſec. Coll. Voſſ. & Vet. Reg. invitis editis omnibus. *Vita nobis eſt* inverſo verborum ordine Leid. tert. & Edit. Boill. ARNTZEN.

XV. *Quod potes, id tentato, &c.*] Vide Weitz. ad Ovid. pag. 324. Aſcenſ. Brant. Erasmus, Friſius, Corderius, Lentulus & Pulmannus habent *tentes*. Ganfredus de Vino ſalvo Anglus Poëtria nova, Cap. XXXI.

Greſſum praecurrant oculi; praeconſule mentem,
Et vires metire tuas. Si fortis es, aude
Grandia; ſi fragilis, humeris impone minora;
Si mediocris, ama mediocria: ſumere noli,
Quae, quando ſumis, praeſumis. In omnibus una
Eſt virtus, ſervare modum.

DAUMIUS. *Id tentes* habent Editiones melioris notae omnes,

XVI.

Quod noſti haud recte factum, nolito tacere;
Ne videare malos imitari velle tacendo.

XVII.

Judicis auxilium ſub iniqua lege rogato,
Ipſae etiam leges cupiunt, ut jure regantur.

XVIII.

ut & illa Scriver. Sed ego auctoritate Codd. Leid. ſec. Memb. Voſſ. Veterr. Reg. & Turic. refingerem, *id tenta*. *tempta* habet Leid. tert. Nonnumquam enim ſynaloepham optimis quoque Poëtis, praeſertim ſi ſyllaba remanens producatur, neglectam fuiſſe, jam ſupra Lib. II. Diſt. XIV. demonſtravimus. Videnda quoque ſunt, quae notantur in Miſcell. Obſerv. Erud. Britann. Menſ. Jan. & Febr. 1733. pag. 114. *Operis pondere* autem hic eodem modo dicitur, ut *rerum pondera* apud Ovid. Lib. II. Triſt. Eleg. V. ✝. 237.

Mirer in hoc igitur tantarum
pondere rerum.

Ibid. ✝. 251.

Carminibusque meis accedunt
pondera rerum.

Mox pro *tentata* ſcribebatur *temptata* in Leid. tert. vid. ſupra Diſt. huj. Lib. XI. *mutata* in quinque Codd. MSS. Vet. Chart. Coll. Voſſ. Veterr. Reg. Leid. ſec. & Turic. qui inſuper pro *relinquas* ſcripſit *relinques*. Sed nil moveor. Sic enim emendarunt indocti ſcribae, vel alius forte ex alio deſcripſit ingratam hanc emendationem, quia non obſervarant verborum illam repetitionem non ſolum Auctori noſtro, ſed nonnumquam ingenioſiſſimis etiam Poëtis in deliciis fuiſſe. Quod egimus ſupra Lib. I. Diſt. XXVI. Ceterum *ſubcumbat*, pro *ſuccumbat* eſt in Leid. pr. & Cod. Turic. recte. *ſubcumbere* hoc ſenſu dixit Cicero de Senect. Cap. XI. ARNTZEN.

XVI. *Quod noſti haud recte factum, nolito ſilere;*] Noli diſſimulare, ſi quid videris non recte fieri: videberis enim probare, cum ſiles. Silentium enim aliquando conſenſus eſſe videtur. ERASM. Sic in vulgatis & duobus Codd. MSS. reliqui tamen Codices & Editt. mirum variant. *Quod noſti non recte* Coll. Voſſ. *Quod noſti noli factum non rite ſilere* Leid. pr. *Quod noſti non rectum, noli ſilere* Leid. ſec. *Quod noſti factum non recte nolito ſilere* Leid. tert. *Quod noſti factum non recte nole* &c. Cod. Turic. *Quod noſti factum non recte noli ſilere* Boill. *ſilere* eſt quoque in Editt. Cord. & Cruc. *Quod noſti factum non recte, haud parce ſilere* Edit. Flor. Sed mera haec ſunt ſomnia. Optime Editt. Aug. Vind. Euchar. Tremon. Pariſ. & Florent. pro *ſilere*, exhibuerunt *tacere*. Quae vox ideo ab indoctis commutata eſt, quia ut jam ſaepius diximus, repetitionem

XVI.

P. Μὴ σίγα, τό περ ἔγνως οὐκ ὀρθῶς διαπραχθέν·
Μὴ σκαιοὺς ζηλῶν δόξῃς, τὰ τοιαῦτα σιωπῶν.
S. Μὴ σίγα τάπερ οὐκ ὀρθῶς πραχθέντα σύνοιδας·
Μὴ καὶ τοὺς δειλοὺς δοκέῃς ζηλοῦν τάδε σιγῶν.

XVII.

P. Λίσσεο συμμαχίην, κριθεὶς περὶ θεσμά, δικαστοῦ·
Καὐτοὶ γάρ τε νόμοι ποθέουσι δίκῃ διέπεσθαι.
S. Σώζου ἐπ' ἰθυντῆρα κριτὴν ἀδίκοιο νόμοιο·
Καί τε νόμοι ποθέουσ' ὀρθοῦσθαι τῷ ἐπιεικεῖ.
Vel: Φεῦγε πρὸς ἰθυντῆρα κριτὴν ἀδίκοιο νόμοιο·
Αὐτοὺς γάρ τε νόμους ἰθυντέα τῷ ἐπιεικεῖ·
Vel: Αὗται γάρ τε δίκῃ ἰθυντέαι εἰσὶ θέμιστες·

nem vitioſam putarent, quod contra oportuerat. ARNTZ.

Ne videare &c.] *Ne videre* Coll. Voſſ. & Leid. ſec. Mox *imitare* pro *imitari* perperam ſcribitur in Leid. ſec. ARNTZ.

XVII. *Judicis auxilium &c.*] Praecipit Gnomologus invocare auxilium judicis in lege iniqua, quam ipſe temperet ex aequo & bono. Nam leges ipſae, inquit, opus habent, ut ad aequum & bonum corrigantur, ubi in eis inſuerit aliquid, quod aequitati adverſari videatur. Obſcure vero Auctor dicit, *ut jure regantur*. *Jus* hic eſt aequitas, τὸ ἐπιεικές. *Regere* eſt corrigere. Non enim eſt, διέπειν, quod videtur Planudi: ſed διορθοῦν, εὐθύνειν. *Auxilium rogare* eſt confugere ad opem: quod nos verbo ſignantiſſimo σώζεσθαι expreſſimus. Iniquam legem dicit ex mente Proverbii, *Summum jus, ſumma injuria eſt*. Nam non eſt ἄδικος νόμος, niſi ᾗ ἐλλείπει διὰ τὸ καθόλου, ut ait Ariſtoteles. Quum igitur a pedaneo judice ſub iniqua lege damnatus fueris, quia pedaneo a rigore legis diſcedere non licet, tum confugiendum ad judicem, a quo provocatio non eſt, ut rigorem ſententiae, κἂν τὸ τοῦ νόμου ἀκριβὲς, ex aequo & bono moderetur. Haec eſt mens Diſtichi. An ullus antea aſſecutus ſit, neſcio. Hoc unum ſcio, Planudem ignoraſſe. Ἀκυρολογία ſolemnis Planudis, συμμαχίην κριτοῦ. Quis ſanus judicem σύμμαχον, vocaverit? Ecquae locutio haec λίσσεσθαι συμμαχίην,

XVIII.

Quod merito pateris, patienter ferre memento:
Quumque reus tibi ſis, ipſum te judice damna.

XIX.

χίαν, ἀντὶ τῦ συμμαχίαν αὐτῶν. SCALIG. Si premeris iniqua lege, hoc eſt, dura & inhumana, confugias ad judicis aequitatem. Non enim hoc eſt contra leges, ſed ex mente legum, ut ad aequitatem redigantur & temperentur. Iniqua lex eſt, cum ſummo jure contenditur. Veluti ſi pauper in vincula conjiciatur, quod non alat patrem, cum lex dicat, liberi parentes alant aut vinciantur. Aliquando lex durior eſt, ut terreat. In his judex, hoc eſt, Praetor aut Princeps, poteſt ſuccurrere. ERASM. *Judex* hic dicitur, *quicunque tribunali praeeſt*, non autem is, qui ex formula a Praetore praeſcripta judicabat, & qui plerumque *Judex* appellatur; nam is Judex ne latum quidem unguem, aut a formula praeſcripta, aut a lege recedebat. Vid: Erudit. Sigon. Lib. I. de Judic. Cap. XXIV. Sed *Judex* hic eſt *quicunque judicio praeerat*, ut ſub libera Rep. primo *Conſules*, qui & ſpeciatim *Judices* aliquando dicti fuerunt, quod docet Cicer. Lib. III. de Leg. Cap. III. *Regio imperio duo ſunto: iique a praeeundo, judicando, conſulendo, Praetores, Judices, Conſules appellantor.* Dein *Praetores*, vide Inluſtriſſimum Spanhemium Diſſ. X. de Uſu & Praeſt. Numiſm. pag. 103. Immo *Praeſides Provinciarum Judices* dicti ſunt. Et ſic oppreſſa Rep. *Imperatores* etiam *Judices* dicti leguntur. Quod nunc non ago. Libera autem Rep. *ſub iniqua lege*, id eſt, cum lex iniqua eſſet, maxime Praetorum auxilium inplorabatur, unde *officium Praetoris* deſcribitur a Papiniano. Leg. 7. §. 1. ff. de Juſtit. & Jure. *Adjuvare* nempe *ſupplere* & *corrigere jus civile.* Tu vide, quae illic plura leguntur. Ceterum Eruditiſſ. Reſcriptorum Auctor hic mavult legere: *Judex conſilium* &c. Rationes videbimus, cum novum Reſcriptorum Cap. XXXIII. ad nos delatum typisque inpreſſum fuerit. ARNTZ.

Sub iniqua lege rogato,] Hierem. Paduanus Epit. Sapientiae Part. II. Lib. VI. Cap. VIII. pag. 57. a. ita hunc verſum producit:

Judicis auxilium ſub iniqua teſte rogato.

DAUMIUS. Hierem. Paduani conjectura firmatur lectione Leid. pr. *ſub iniquo teſte rogato*, quemadmodum quoque conjecit Verratus, Theologus, qui Auctorem noſtrum infelici ſane conatu ex Sacra Scriptura inluſtrare tentavit Editione, quam citamus ſaepius, Florentina, dum tamen ſubinde fatetur, hic illic quaedam occurrere, quae neutiquam ab homine Chriſtiano proficiſci potuerunt. Eidem tamen Leid. pr. recentior manus adleverat *ſub iniqua le-*

XVIII.

P. Ἤν τι δικαίως πάσχῃς, καρτερικῷ φέρε θυμῷ·
Καὶ σαυτῷ πταίσας, σαυτῷ σὺ τίνυε δικαστήν.

S. Ἄξια σοῦ πάσχων, τάδε τολμᾶν καρτεροθύμως·
Κρινόμενος δ' ἐπὶ σεῖο κριτοῦ, κατάγνωθι σεαυτοῦ.

Vel: Ἄξια σοῦ πάσχων, τὰ φέρειν κρατερόφρονι θυμῷ.

XIX.

lege, quod ampleꝃuntur omnes omnino Editt. & Codd. reliqui, exceptis Leid. ſec. Coll. Voſſ. & Cod. Turic. qui pro eo ſubſtituunt *ſub iniquitate*. Sed nil mutandum. Eleganter autem & latine admodum hoc loco praepoſitio *ſub* adhibetur, quo ſenſu praepoſitionem ἐπὶ Graeci adhibere ſolent, quamque Grammatici abundare ſcribunt, ſed falluntur inſigniter, cum potius locutionem plenam reddat. Tacit. Lib. IV. Ann. Cap. XI. *Ut claro ſub exemplo falſas auditiones depellerem*. Sed plurima collegerunt Viri Eruditi, vid. Sanct. in Min. Lib. IV. Cap. VI. Cl. Burmann. ad Ovid. Lib. II. Triſt. ℣. 551. & Canneg. ad Avian. Fab. XXII. ℣. 15. ARNTZ.

Ut jure regantur.] Id eſt, *corrigantur*, ait Scaliger. & recte. Illa enim tria, quibus Supremi Judicis officium definitur in dicta l. 7. §. 1. ff. de Juſt. & Jur. *adjuvare* nempe; *ſupplere*, *corrigere*, putem, hic una voce *regere* dici. Multa in promtu ſunt exempla, quibus probatur eum, cui regimen legis aut rei datum fuit, etiam correxiſſe rem aut legem, tametſi ex eo inferre nolim, τὸ *regere* ſimpliciter etiam *corrigere* notare. Et, ne dubites, recepit Auguſtus *morum legumque regimen*, ut Auctor eſt Sueton. in Aug. Cap. XXVII. Quae autem hoc regimine nixus correxerit, vid. Cap. XXXII. & XXXIV. *Regere* inſuper, quod hinc forſitan non alienum videri poſſet, ſaepe idem eſt ac *moderari*. Cicer. Lib. IV. Famil. Ep. XIV. *Agiturque praeclare, ſi noſmet ipſos regere poſſumus, ut ea, quae partim jam adſunt, partim impendent moderate feramus.* Nec omittendus hic locus Valer. Max. Lib. VIII. Cap. I. §. 2. *Miſericordia ergo illam quaeſtionem non aequitas* rexit. Ubi *aequitas* idem ſignificat, quod *jus* hoc loco. Virg. Lib. I. AEneid. ℣. 152. & alibi. In Editt. Aug. Vind. & Eraſm. *regantur* tranſiit in *tegantur* librariorum forte vitio, qui ſaepius ita peccare ſolent, vid. Nobiliſſ. Heinſ. ad Ovid. Metam. Lib. XI. ℣. 270. Erudit. Torrent. ad Valer. Max. Lib. VIII. Cap. I. J. Arntzen ad Aurel. Vict. Epit. Cap. XIV. §. 6. *Rogantur* denique pro *regantur*, ex conjectura dederat quidam in Marg. Edit. Pariſ. nec aliter a recentiori manu in Leid. ſec. male. *Legem* autem *rogare* quid ſit, neminem puto ignorare. ARNTZ.

XVIII. *Quod merito pateris*, &c.]

XIX.

Multa legas facito: perlectis, neglige multa;
Nam miranda canunt, ſed non credenda, Poëtae.

XX.

&c.] Eleganter Ovid. Ep. v. Heroid. ℣. 8.

> *Leniter*, ex merito *quidquid patiare, ferendum eſt*,
> *Quae venit indignae poena, dolenda venit.*

Ubi vid. Cl. Burm. & hinc ipſa ſe conſolatur Bacchis apud Terent. Hecyr. Act. v. Sc. iii. ℣. 41. *At pol me feciſſe arbitror, ne id* merito *mihi eveniret.* Vides, quod noſter Dionyſ. & Terent. ſine praepoſitione efferunt, id Ovid. haud ſine elegantia dicit *ex merito.* Similiter Florus Lib. iv. Cap. xii. §. 28. *Denique non per adulationem, ſed* ex meritis. Sic praepoſitio *ex* ſaepius per ellipſin omitti ſolet. Vid. Cort. ad Sall. Catil. Cap. xxx. §. 3. Nonnumquam tamen eleganter adjicitur, ut *ex ſummo ſtudio annixus eſt* apud Flor. Lib. i. Cap. ix. §. 4. Vid. ibi Salm. & quos citat Cl. Duker. Mox in vulgatis eſt *patienter perfer id ipſum.* Sed longe maxima pars Codicum manu & typis expreſſorum legunt *patienter ferre memento.* Sic Leid. tres Coll. Voſſ. Veterr. Chart. Membr. Voſſ. & Cod. Turicenſ. quibus adſenſum praebent Editt. haud paucae, eaedemque antiquiſſimae, nec non Scriver. Quare, & quia receptum a nobis loquendi genus familiare Auctori noſtro; vid. huj. Libr. Diſt. i. iv. & xxiii. illud in textum reducere non multum fluctuavimus. ARNTZEN.

Quumque reus tibi ſis, ipſum te judice damna.] Planudes:

> Καὶ σαυτῷ πταίσας, σαυτῷ σὺ τίνε δικαστήν.

Quae non capio. Sed Planudes ſcripſerat, σαυτῷ σὺ τίνε δικαστῇ. Et abſolutum dativum Graece poſuit, quia in Latino ſcriptore τὸ *judice* eſt abſoluti caſus, qui eſt manifeſtus barbariſmus. Deinde πταίσας, pro *reo* quis ferat? Gnomologus praecipit nobis apud nos ipſos cauſſam dicere, & a nobis judicibus damnari. Ἐπὶ κριτοῦ τινὸς κρίνεσθαι Graece dicitur. Latine, apud illum judicem cauſſam dicere. Planudem conſtat non capere. SCALIG.

XIX. *Multa legas facito:*] Μετέρχεσθαι βιβλία non auſim cum Planude dicere: ſed potius διέρχεσθαι. SCALIG. Multa quidem legas, ſed cum judicio. Nec enim omnia vera ſunt, quae legis apud Poëtas. Fortaſſis pro *perlege*, legendum eſt *perline.* hoc eſt, dele, & corrige, etiamſi Planudes vertit aliter. ERASM. Confer notas Dict. xvi. Lib. i. WACHIUS.

Perlectis, perlege multa;] *Perlegere* Barthio idem hic eſt ac curſim & perfunctorie legere, Adverſar. Lib. xxviii. Cap. i. col. 1311. OPITIUS. Et Lib. lx. col. 2852. inquit: Hic verſus vulgo non intelligitur, ne a ſum-

XIX.

P. Βιϐλία πάγχυ μετέρχεο πολλὰ, μετέρχεο πλεῖστα·
Ποιηταὶ θαυμαστὰ γὰρ, ἀλλ᾽ οὐ πιστὰ, λέγουσιν.

S. Πόλλ᾽ ἀναγινώσκειν ἐπὶ πλείστοις πλείον᾽ ἀναγνούς·
Ποιηταὶ θαυμαστὰ γὰρ, ἀλλ᾽ οὐ πιστὰ, λέγουσι.

XX.

a ſummis quidem viris & ipſo illo Joſepho Scaligero. Ambiguitas enim eſt in altero *perlegere*, quod curſim ſignificat, & minime ſtudioſe aut laborioſe percurrere. Multa lege: cum multa perlegeris; plurima perlege, tantum ut obiter cognoſcas, non ut in iis haereas. &c. Tale verbum eſt *Pervidere*, quod apud Horatium I. Serm. III. ℣. 25. *leviter aſpicere* eſt; aliis, *accurate*. Vid. Mart. de Roa, Lib. VI. Singul. Cap. IX. pag. 494. &, quos ille laudat, P. Victor Lib. XX. Var. Cap. XV. Petr. Nannium III. Miſc. Cap. XXX. Etiam Barth. XXVIII. Adverſ. Cap. I. col. 1311. ad V. Theb. Papinii ℣. 446. pag. 219. Eraſmus τὸ *perlege*, cum *judicio lege*, explicat. Vetus Scholiaſtes ait in quibusdam libris haberi: *Perlectis neglige multa*, id eſt, ſperne de his multa, quae leguntur. Boëtius: *Sententias ſeroe ſicut grana*, perlecta *projice ſicut paleas. Non enim, quae in libris continentur, ſunt credenda.* Saleſberienſis Lib. VII. Policr. Cap. IX. pag. 373. *Ait vel Cato vel alius; nam auctor incertus eſt;*

Multa legas facito, perlectis perlege multa;
Quo quidem aliquid eſſe utilius ad ſcientiam aſpiranti facile non crediderim, praeter obſervantiam mandatorum Dei, in qua ſingularis & unicus indubitanter eſt philoſophandi profectus. Sic tamen omnia legenda ſunt, ut eorum aliqua, cum lecta fuerint, negligantur, *reprobentur nonnulla, aliqua videantur in tranſitu, ne ſint omnino incognita, &c.* Friſius, τὸ *perlege multa*, capit, pro *perlege multum*. Qui & notat alios legere: *ſelege*: (ita ſane Aſcenſius edidit, explicatque, *ſegrega, rejice, neglige, ſeorſum lege.*] Alios *perline* h. e. *dele & corrige*. Barthius aliquando *elige* legit. Adeo incerta eſt hujus verſus lectio & fruſtranea fere expoſitio. Corderius *multa* pro *plura*. DAUMIUS.

Sed non credenda,] Confer Ritterſh. pag. 147. & ſeq. ad Oppian. Ex Poëtarum lectione delectatio magis, quam veritas, petenda eſt. Friſius & Corderius. DAUMIUS. Si ita, ut eſt in vulgatis, legas, fateor, me nullum hic perſpicere ſenſum, nec etiam expediunt hanc difficultatem MSS. Variant tamen Leid. ſec. Coll. Voſſ. & Cod. Turic. hoc modo: *Mul-*

XX.

Inter convivas fac ſis ſermone modeſtus,
Ne dicare loquax, dum vis urbanus haberi.

XXI.

ta legas factorum, *lectis*, *perlege multa*. Cui tamen lectioni veniam des, licet & commeatum. Nos veterem, quem Daumius citat, ſecuti Scholiaſten, *τὸ neglige* repoſuimus, cui fides eo major habenda, quod & ſententia poſtulat & Scriverii Codd. adſtipulantur, qui id ideo etiam in textum recepit. Quod autem haec *perlectis*, *neglige multa*, ad Poëtarum fabulas reſtringit, cauſſa haec eſt, quia Poëtae multa habent non negligenda tantum, ſed & ignoranda, qualia ſunt Jovis & aliorum Deorum ſtupra, flagitia, furta, quae animos adoleſcentium corrumpunt. Notum illud eſt Chaereae apud Terent. in Eun. Act. III. Sc. v. ℣. 35. Ubi inter alia. *At quem Deum? qui templa coeli ſumma ſonitu concutit, ego homuncio hoc non facerem? ego illud feci, ac lubens.* Recte itaque Pater filium ſuum monet, quid ſequendum fugiendumque ſit in Poëtarum carminibus. Neque ab hac expoſitione recedit Cl. Canneg. Reſcript. Boxhornio Cap. III. & IX. Denique *legere* & *negligere* jam ſupra conjunguntur in Praefat. Lib. I. Legere *enim & non intelligere* negligerere *eſt*. Mox pro *credenda* ſcriptum videtur *credendo* in Leid. ſec. ARNTZEN.

XX. *Inter convivas.* &c.] Planudes inconcinne:

- - - Καὶ μέτριος λόγον ἴσθι.
Fac ſis ſermone modeſtus.

Ut taceam penultimam puram productam. Ipſe vero putavit, omnem puram vocalem penultimam produci. Ut μέτρα σοφίης - - - ἴσησι καλῶν. Tota metaphraſis monachalis eſt, & non nauci. SCALIGER.

Fac ſis ſermone modeſtus,] Vide, quae de hoc loquendi genere ad Diſt. XVI. Lib. I. dicta ſunt, WACHIUS. *Inter contervivas falſis* Leid. ſec. peſſime: *Inter convivas falſis* Vet. Reg. Scribarum properantium errore. *Modeſtus* autem non ſolum eſt, qui plura, quae ſignificatio tamen huic loco potiſſimum convenit, ſed & alia non loquitur, quam decet inter honeſtos, qui moderatis utitur ſermonibus, quique verbis libidinoſis, praetextatis, ſimilibusque ſedulo abſtinet. Unde *pudens* & *modeſtus* junguntur apud Terent. Hecyr. Act. I. Sc. II. ℣. 90. *Haec, ita uti liberali eſſe ingenio decet*, pudens, modeſta, &c. Ubi Donat. *haec contra vitia meretricia poſuit.* Eodem ſenſu *modeſta lingua* occurrit apud Ovid. Ep. XIX. Her. ℣. 63.

Multaque praeterea, linguae *reticenda* modeſtae,

Quae

XX.

P. Συσσιτῶν ἑτάροις καὶ μέτριος εἰς λόγον ἴσθι·
Μὴ κόβαλος δόξῃς, ὅτε κόσμιος ἔμμεν' ὀφείλεις.

S. Ἐν τοῖς συσσίτοισιν ἑταίροις νῆφε λόγοισι,
Μὴ λάλος, εὐτράπελος δοκέειν μεμαὼς, μάλ' ἀκούῃς.

Vel: Ἐν ταῖς εἰλαπίναις συσσίτων νῆφε λόγοισι,
- - - - - - - - - - - - - - ἀκούσῃς.

XXI.

Quae fecisse juvat, facta referre pudet.

Nec tantum ob verba, ſed multo magis ob facta *inmodeſtus* hoc ſenſu aliquis dicitur. Terent. Heaut. Act. III. Sc. III. ℣. 7. *Vel heri in vino quam* inmodeſtus *fuiſti!* Alia autem in re Livius dicit: *inmodice inmodeſteque gloriari*. Lib. XXII. Cap. XXVII. ARNTZEN.

Ne dicare loquax, dum vis urbanus haberi.] Planudes:

Μὴ κόβαλος δόξῃς, ὅτε κόσμιος ἔμμεν' ὀφείλεις.

Verſus & puero indignus. Urbanus eſt κομψός. At κόβαλος eſt ſcurra. Illud ὀφείλεις, quam inepte? quaſi quicquid volumus, id debeamus velle. SCALIGER. Confer Buchner. Addit. Fabri pag. 1512. DAUMIUS. Inter *modeſtum* & *loquacem* medius eſt *urbanus*. *Modeſtus* eſt, qui modice loquitur, *loquax* qui nimis multa, *urbanus* autem qui multa, ſed jocoſe ad riſum, ad hilaritatem loquitur. Rurſus *Urbani* duplex eſt ſignificatio in meliorem altera, altera in pejorem partem. In meliorem, cum honeſte & eleganter aliquis jocatur, qualisque, qui loquax eſt, videri cupit. ſic Cic. Lib. I. in Verr. Cap. VI. *Cum iſte atque iſtius amici, homines lauti & urbani &c.* Hoc ſenſu *ſermo urbanus* apud eumdem pro Domo ſua ad Pontif. Cap. XXXIV. *Et homo facetus, inducis etiam* ſermonem urbanum *ac venuſtum*. Conſule Gronov. Lib. IV. de Pec. Veter. Cap. IX. In deteriorem etiam partem ſumta ſaepius etiam illa vox occurrit, ut apud Phaedr. Lib. V. Fab. V. ℣. 8. Sed cum haec ſignificatio hujus non ſit loci, tacendum de ea arbitror. *Urbanitatem* & *dicacitatem* ſimili ratione diſtinguit Manut. ad Cicer. Lib. III. Ep. VII. p. m. 159. Lipſius ad Sueton. Veſpaſ. Cap. XXII. Denique Auctor videri poſſet reſpexiſſe ad verba Horat. Lib. I. Ep. XIX. ℣. 14.

Rupit Jarbitam Timagenis aemula lingua,
Dum ſtudet urbanus, *tenditque diſertus* haberi.

ARNTZEN.

XXI.

Conjugis iratae noli tu verba timere;
Nam ſtruit inſidias lacrimis, quum femina plorat.

XXII.

Utere quaeſitis, ſed ne videaris abuti:
Qui ſua conſumunt, quum deeſt, aliena ſequuntur.

XXIII.

XXI. *Noli tu verba timere;*] Uxores lachrymas habent in promptu, his expugnant viros. Admonet igitur, ne quid commoveamur hujusmodi lachrymis. Fingunt enim eas ſaepenumero, quo viros ſuos fallant, velut cum ſimulant ſe commoveri zelotypia, ut ſuum adulterium diſſimulent, aut iratas ſe fingunt ei, quem efflictim amant. Pro *noli tu* legendum arbitror, *nolito*. ERASM. Eraſmus legendum arbitratur *nolito*, uti eſt quoque in Edit. Tremon. Chouet. Cord. Cruc. & in Marg. Edit. Pulm. Sed plura ſunt in hoc Diſticho, quae ſcrupulum injiciunt. Quorſum quaeſo ſequens *nam?* vel ſi omittis, ac legis ut eſt in Edit. Florent. *Inſtruit inſidias, &c.* quomodo verſus ſecundus priori reſpondet. Scio, τὸ *nam*, ſimiliter ac *jam*, nonnunquam inſervire tranſitioni & connectendae orationi. Vid. Cl. Duker. ad Flor. Prooem. Lib. I. §. 2. Sed illud etiam hic locum tueri non poteſt. Docet, verba non eſſe timenda, ſed lacrimae an timendae plus minuſve quam verba non addit. Sane opus eſt aliqua correctione, nec eſt tamen, quod ab Apographis auxilium exſpectamus. Opportune itaque hic damus elegantem ſane Cl. Cannegieteri conjecturam. Vid. nunc Reſcript. Boxhorn. Cap. XVIII.

Conjugis iratae noli lamenta timere.

Quae mihi tanto opere placuit, ut fere in textum reciperem. Primo, quod ſententia hujus Diſt. poſtulare videatur, dein etiam quod intelligerem, ſingulas literas apicesque literarum vocis *lamenta* haud difficulter in ea vocabula *tu verba* tranſire potuiſſe. Quae *lamenta* dicit primo, mox *ploratum*, vel ſi mavis, *ploratum lacrimis* vocat verſu ſecundo: *lamenta* eſſe *ploratum muliebrem*, notiſſimum eſt, & ab ipſis lexicographis abunde notatum. *Plorare* autem proprie eſt *inclamare*. Vid. Feſt. in *ploro*. Atque inde *comploro*, *inploro*, *exploro* aliaque. Addit ergo Auctor, qui verba proprie uſurpare ſolet, τὸ *lacrimis*. Sive enim cum *ſtruit*, ſive cum *plorat* hanc vocem conſtruis, hoc intelligis, *ploratum* hic ſignificari, qui fit *lacrimis*. *Plorare* autem & *lacrimare* eleganter diſtinguit Ovid. III. Art. Amat. ✝. 291.

Quo non ars penetrat? diſcunt lacrimare decenter:

Quoque

XXI.

P. Τῆς ὀργιζομένης ἀλόχου μὴ δείδιθι φωνάς·
Τῆμος γάρ σοι τεύχει ἔνεδρα γυνὴ, ὅτε κλαίει.

S. Τῆς ὀργιζομένης ἀλόχου μὴ δείδιθι φωνάς·
Εὖτε τὸ θῆλυ γοᾷ, δακρύοις ἵστησιν ἔνεδραν.

Vel: Ἡ κλαίουσα γυνὴ δακρύοις ἵστησιν ἔνεδραν.

XXII.

P. Χρῶ σοῖς χρήμασι, καὶ μὴ ἀπλήστως τοῖς δὲ καταχρῶ·
Τῶν σῶν γὰρ δαπανηθέντων, τὰ ξεῖνα ματεύσεις.

S. Τοῖς ἰδίοις κτεάτεσσι μόνον χρῶ, μηδὲ καταχρῶ·
Τῶν ἰδίων δαπανηταὶ ἐπαιτοῦσι τὰ θύρηφι.

XXIII.

Quove volunt plorant *tempore, quove modo.*
Adde Popm. de differ. verb. voce *flere*, ubi inter alia hoc Senecae citat; *lacrimandum eſt non plorandum.* At ſi quis dixerit, verba hic ſignificare *jurgia*, ut centies, quae ſemper fere per lacrimas fiunt, fruatur, per me licet, hac ſententia. *Timere* autem hoc loco non tam eſt *metuere* aut *formidare*, quam *vereri, commoveri, ſollicitari*. ARNTZENIUS.

Nam ſtruit inſidias lacrimis, &c.] Ita vulgati libri exhibent. *Nam lacrimis inſtruit inſidias* Leid. ſec. *Nam lacrimis ſtruit inſidias, c. ſ. p.* Cod. Turic. Unde eſt fere, quod habent Editt. Aug. Vind. Trem. Euchar. Pulm. Pariſ. Chouet. Boill. Eraſm. Gryph. Cord. & Cruc. *Nam lacrymis ſtruit inſidias &c.* Aliter iterum in Edit. Flor. *Inſtruit inſidias lacrymis.* Sequiorem tamen adhuc orthographiam amplectitur Scriver. *Nam lacbrymis &c.* Tu vid. ſi tanti ſit, quae de hujus vocis ſcribendi ratione in medium attulit Eruditiſſ. Cellar. in Orthogr. voce *lacrimae.* ARNTZEN.

Quum femina] *Dum femina* maxima pars Editionum & Leid. tert. ARNTZEN.

XXII. *Utere quaeſitis,*] Utere, quae paraſti, non abutere. Ne profuſis bonis tuis, cogaris, vel impudenter rogare aliena, vel ſerviliter ex alieno vivere, vel periculoſe furari aliena. ERASM. Vid. quae ſupra dicta ſunt. Lib. I. Diſt. xxiv. ARNTZENIUS.

Sed ne videaris abuti:] Pro *ne abutaris.* Ubi τὸ *videri* eleganter redundat, ut ſaepius apud Optimos quoſque. Cic. Orat. pro Lege M. Cap. iv.

Haec

XXIII.

Fac tibi proponas, mortem non eſſe timendam:
Quae bona ſi non eſt, finis tamen illa malorum eſt.

XXIV.

Haec autem extrema, quae nuper acciderint, non culpae, ſed fortunae tribuenda eſſe videntur. Item Cap. x. *Reſtat, ut de Imperatore ad id bellum deligendo, ac tantis rebus praeficiendo dicendum eſſe* videatur. Juſt. Lib. ii. Cap. iv. *Genus ſe Scytharum eſſe; cladem virorum, neceſſitatem armorum, belli cauſſas oſtendit, aſſecutasque virtute, ne ſegniores viris foeminas habere Scythae* viderentur. Val. Max. Lib. iii. Cap. viii. num. 2. *Ergo ut Scipio pugnando; ita hic non dimicando maxime civitati noſtrae ſuccurriſſe* viſus eſt. Unde non erat, quod ob ejusmodi locutionem Antonium Raudenſem Valla reprehenderet pag. 3. Annot. in ejus errores. Et ita Graeci quoque cum Sacri, tum οἱ ἔξω Scriptores. 1. Cor. Cap. xii. ℣. 22. Ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον, τὰ δοκοῦντα μέλη τοῦ σώματος ἀσθενέστερα ὑπάρχειν ἀναγκαῖά ἐστι. *Immo multo potius, quae videntur membra corporis infirmiſſima eſſe, neceſſaria ſunt.* Aelianus Lib. iii. Var. Hiſt. Cap. xlvii. Τιμόθεον τὰ μὲν πρῶτα ἐπῄνουν Ἀθηναῖοι. ἐπεὶ δὲ ἔδοξεν ἁμαρτεῖν; ἃ ἔδοξεν, ἡ φθάνουσα αὐτὸν ἀνδραγαθία ἀλλ' οὐδὲ ὀλίγον ἔσωσεν. *Timotheum primum quidem laudibus Athenienſes extulerunt: poſtquam vero delinquere peccareque viſus eſt, quale cunque fuerit ejus peccatum, nihil eum juvit priſtina fortitudo.* Iſocrat. Orat. ad Dem. Cap. iv. v. 9. edit. Wolf. Ἔθιζε σεαυτὸν εἶναι μὴ σκυθρωπὸν, ἀλλὰ σύννουν· δι' ἐκεῖνο μὲν γὰρ αὐθάδης, διὰ τοῦτο δὲ φρόνιμος εἶναι δόξεις. *Aſſuefac te eſſe non torvum, ſed modeſtum; per illud enim ſuperbus, per hoc vero ſapiens eſſe videberis.* Herodianus Lib. v. Cap. ii. ℣. 13. ὅτι τε ἠγανάκτουν, αὐτοὶ μὲν ὑπὸ σκηναῖς καὶ ἐν ἀλλοδαπῇ διαιτώμενοι, ἔσθ' ὅτε καὶ σπανίζοντες τῶν ἐπιτηδείων, εἰς τε τὰ ἑαυτῶν οὐκ ἐπανιόντες, εἰρήνης εἶναι δοκούσης. *Praeterea graviter indignari, quod ipſi adhuc in tabernaculis agerent, procul a patria, ac nonnunquam rerum quoque neceſſariarum indigerent: neque domum dimitterentur, etiam pace facta.* Quorum Auctorum loca adjici poſſunt iis, quae Clariſſimi Viri Sebaſtianus Caſtalio ad Cap. iv. Epiſt. ad Ebr. & Thomas Gatakerus Cap. iii. Cin. notarunt. WACHIUS.

Qui ſua conſumunt, quum deeſt, aliena ſequuntur.] Planudes in ſecundam perſonam transtulit:

Τῶν σῶν γὰρ δαπανηθέντων, τὰ
ξεῖνα ματεύσεις.

Taceo obſcuritatem. Τὰ ξεῖνα ματεύειν, ἀντὶ τοῦ τὰ ἀλλότρια πτωχεύειν. SCAL. Sunt Editiones optimae notae, quae *ſequuntur* exhibent, in iisque Scriveriana, adſtipulatur quoque Leid. tert. Reliquis tamen Codd. omnibus invitis, qui *ſequentur* exhibent. *Se-*

quun-

XXIII.

P. Ἀσφάλισαι τεὸν ἦτορ, μὴ ταρβεῖν ποτὲ πότμον·
Ὃς κἂν μὴ καλὸς ᾖ, πλὴν τῶνγε κακῶν τέλος ἐστί.

S. Γυμνάζου μὴ ταρβῆσαι θανάτοιο τελευτήν·
Ἥγ' ἐσθλὴ μὴ ἐοῦσα κακῶν πέρας ἐστί περ ἔμπης.

Vel: Σπουδάζειν, μὴ δειδιέναι μοῖραν θανάτοιο·
Ἥγ' ἐσθλὴ μὴ ἐοῦσα, κακῶν τέλος ἐστί περ ἔμπης.

XXIV.

quuntur & *ſequuntur* ſaepius commutantur, vid. Cl. Burmann. ad Ovid. Triſt. Lib. I. El. V. ℣ 28. Ceterum τὰ *aliena* non aliter hic ſumuntur, ac apud Juſt. Lib. II. Cap. II. §. 9. *Haec continentia illis morum quoque Juſtitiam edidit, nihil* alienum *concupiſcentibus.* Et mox. *Atque utinam reliquis mortalibus ſimilis moderatio & abſtinentia* alieni *foret.* Praecipue vero Lib. XXXIX. Cap. 7. §. 3. *Sed dum* aliena *adſectat, ut adſolet fieri,* propria *per defectionem Syriae amiſit. Sequuntur* autem hic elegantiſſimae eſt ſignificationis & notat *avide nimis quaerunt per fas & nefas*, vel, ut Juſtin. modo, *turpiter adſectant.* Ovid. Lib. IX. Metam. ℣. 737.

-- *tamen illa* ſecuta *eſt*
Spem Veneris: tamen illa dolis
& imagine vaccae
Paſſa bovem eſt.

Et Heroid. Ep. VII. ℣. 10.

Certus es, Aenea, cum foedere ſolvere naves,
Quae ubi ſint neſcis, Itala regna ſequi.

Adde Triſt. Lib. II. ℣. 52.

-- *qui nec contraria dicor*
Arma, nec hoſtiles eſſe ſecutus *opes.*

Plin. Lib. VIII. Epiſt. XVIII. *Nam mulier natalibus clara, moribus proba - - - - parum decore* ſequuta *matrimonium videbatur divitis ſenis &c.* Flor. Lib. II. Cap. IX. §. 3. Egeſipp. Lib. I. de Excid. Urbis. Hieroſ. Cap. XXXVI. pr. Ceterum *ſua* & *aliena*, licet alia in re, opponuntur quoque apud. Ter. Heaut. Act. III. Sc. I. ℣. 97. *Ita comparatam eſſe hominum naturam omnium*, aliena *ut melius videant, & dijudicent, quam ſua!* Curtius Lib. VII. Cap. VII. §. 10. *Quod in* ſuo *quiſque negotio hebetior eſt, quam in* alieno. Et Egeſipp. Lib. I. de Excid. Urb. Hier. Cap. XIII. *Conſultius ducentem* ſua *tutari, quam* aliena *adjungere.* & Lib. III. Cap. III. *quid enim diſtet ab hoſtibus, ſi ipſe hoſtili modo auferat? niſi quod gravius eſt,* ſua *quam* aliena *inceſſere*, &c. Ubi pro *ſi ipſe* Codd. Gron. & Haverc. legunt *qui ipſe*. Conſule Cl. Drakenb. ad Liv. Lib. VII. Cap. XXXV. §. 6. ARNTZEN.

XXIII. *Fac tibi proponas, &c.*] Vide

XXIV.

Uxoris linguam, ſi frugi eſt, ferre memento; (re.
Namque malum eſt non velle pati nec poſſe tace-

XXV.

Vide, ſis, notas Diſt. xvi. Lib. i. WACHIUS. *Proponis* Leid. pr. perperam. *Praeponas* eſt in Voſſ. Membranaceo, notiſſimo librariorum errore, qui cum jam multis ſit notatus, noſque de eo jam ſupra Lib. ii. Diſt. xxiv. abunde egimus, pluribus exemplis abſtineo. *Praepónis* Cod. Turic. puncto ſub *a* poſito, indicans nimirum literam illam delendam eſſe. Mox edidit Scriver. *Quae bona ſi non ſit*, cauſſam neſcio, niſi forte concoquere haud potuit repetitionem verbi ſubſtantivi, quae tamen apud Auctorem noſtrum, ut jam toties diximus, ſaepius reperitur. ARNTZEN.

Finis tamen illa malorum eſt.] Vitioſe Leid. ſec. *finire tamen illa malorum eſt*. Omiſſo autem verbo *eſt*, *finis tamen illa malorum*. Vet. Chart. & Leid. tert. qua in re ſaepius peccarunt Librarii. Vid. ſup. Lib. i. Diſt. xiii. Conſule Cl. Cann. Reſcript. Boxhorn. Cap. xxii. in f. ARNTZEN.

XXIV. *Uxoris linguam*, &c.] Omiſit Planudes deterritus, ut puto, ſententiae obſcuritate. Eſt ὕστερον πρότερον. Mens eſt: Fateor moleſtum eſſe, hanc non poſſe tacere: qui morbus Graece γλωσσαλγία dicitur: ſed tibi longe moleſtius, non poſſe garrulitatem pati. Igitur κρεῖττον ἐστιν ἀνέχεσθαι τῆς γλωσσαλγίας τοῦ δυσανασχετοῦν. Clarius ita ſcripſiſſet Gnomologus:

Namque malum eſt te nolle pati,
hanc non poſſe tacere.

Ita vitaſſet τὸ ὕστερον πρότερον. SCALIGER. In amicis leviuſcula quaedam vitia ferenda ſunt, ſi alioqui probi fuerint. Velut in uxore, ſi paulo ſit loquacior, aut linguae procacioris, ferendum eſt, ſi alioqui pudica eſt, & frugi, hoc eſt, ſuo fungens officio: maxime quod linguae morbus ei ſexui peculiaris eſt. Malus eſt is, qui nihil vitii ferre poteſt in aliis, praeſertim cum res facilis ſit tacere. Sic enim uxor deſinet obgannire, ſi nihil reſpondeas: quemadmodum ſolitus eſt Socrates. ERASM.

Si frugi eſt,] Similiter Penelope mulier *frugi* dicitur Horat. Lib. ii. Serm. v. ✝ 77.

- - - - - - - Putaſne,
Perduci poterit tam frugi, tamque pudica?

Et ✝. 31.

Sic tibi Penelopa frugi eſt, &c.

Eodem autem nomine omnes pariter complectebantur virtutes. Vide Weſterh. ad Terent. Ennuch. Act. iii. Sc. v. ✝. 60. ARNTZEN.

Namque malum eſt &c.] Ita illa apud Euripidem ex verſione incomparabilis viri Hugonis Grotii:

Sumus

XXIV.

P. Τῆς ἀγαθῆς ἀλόχȣ γλῶσσην φέρε πειθείην τε
Ὅττι κακὸν, μηδὲν πάσχειν σιγᾷν τε δύνασθαι.

S. Τὴν ἀλόχȣ γλῶσσαν χρηςῆς οὔσης ἀνέχεσθαι·
Δυσφορέειν σὲ κακὸν, γλωσσαλγεῖν δ᾽ αὖ μιν, ἐπαχθές.

XXV.

Sumus mulieres, quale, non dicam, malum.
Sumus: Sed haud te decuit aequatum malis
Dementia certare cum dementibus.

OPITIUS. *Ferre linguam* eodem ſenſu Curtius dixit Lib. VIII. Cap. VIII. §. 7. *Clitus utinam non coëgiſſet me ſibi iraſci, cujus temerariam* linguam *probra dicentem mibi & vobis, diutius* tuli, *quam ille eadem me dicentem* tuliſſet. Mox *nil velle* pro *non velle* eſt in Vet. Chart. & Membr. Voſſ. quod ſequuntur Editt. Aug. Vind. Euchar. Tremon. Pulm. Pariſ. Chouet. Florent. Boill. Eraſm. Gryph. Cord. & Cruc. Male, nec adſtipulantur reliqui Codd. quinque. Non tamen fugit me, *nil* vel *nihil* idem ſaepe eſſe, ac *non*. Liv. Lib. IX. Cap. XXII. Nihil *conſulto dictatore, magiſter equitum. - - ſubmovet hoſtem.* Terent. Andr. Act. II. Sc. I. ℣. 37. *Niſi ea, quae* nihil *opus ſunt ſcire.* Act. II. Sc. VI. ℣. 17. Et ſexcenties alibi. Vid. tamen Cort. ad Sall. Catil. Cap. XVI. §. 5. MSS. vero, quibus uſus videtur Scriverius, videntur habere: *Namque malum eſt, nec velle pati, nec poſſe tacere.* Quibuſcum convenit Leid. tert. Sed reliqui Codd. numero quatuor in vulgatum conſpirant. Et recte; Varie enim, ſed infeliciter, haec tentarunt indocti librarii, quod non intelligerent vim vocis *nec*, quamque putabant reſpicere τὸ praecedens *non*. Contra omnino. *Nec* hic ponitur ſimpliciter pro *non*, qui uſus vocis vetuſtus eſt, quod eleganter, datis ad me literis, obſervat Cl. Cannegieterus. Vid. nunc ejusdem Reſcripta Boxhorn. Cap. XVIII. Exemplis adfirmo. Sic *nec opinantes* apud Ter. Andr. Act. I. Sc. II. ℣. 9. Atque ita vetuſti JCti dicunt *res eſſe mancipi & nec mancipi.* Ut in l. I. §. ult. Cod. de Uſucap. transformanda, &c. *furtum manifeſtum & nec manifeſtum* l. 8. ff. de Furtis. & in Leg. XII. Tabul. *at ſi cuſtos nec eſſit.* Vid. Feſt. in voce *nec.* Philipp. Pareum Lexic. Critic. v. *nec* pro *non.* Adde Brantium not. Critic. ad Hirt. de bello Alexandr. Cap. XXXIII. Verba autem haec *nec poſſe tacere*, eodem monente Cannegietero, loco ſubſtantivi ponuntur.

XXV

Dilige non aequa caros pietate parentes: (ti.
Nec matrem offendas, dum vis bonus eſſe paren-

nuntur. Et ſic ſaepe infinitivus pro ſubſtantivo, praeſertim apud Graecos, praemiſſo articulo, adhibetur, quod haud raro imitantur Latini. Ovid. Lib. II. Met. ℣. 483.

Poſſe loqui *eripitur. &c.* Immo exempla pueris nota: ſcire tuum *nihil eſt*. Et: didiciſſe *fideliter artes emollit mores &c.* Adde Cicer. de Amic. Cap. VII. alia vide apud pleroſque Grammaticos, etiam apud Sanct. in Minerv. Lib. III. Cap. VI. Ubi quaedam notat Perizon. Nec tantum infinitivus pro caſu nominis primo, ſed & quarto ponitur, ut in vulgari iſto: *Non tanti emo poenitere.* Vid. Vorſt. de Latin. merito ſuſpecta Cap. VI. pag. Edit. Berol. 61. Sic hoc loco: *malum eſt non velle pati nec poſſe tacere.* id eſt, non velle pati inpotentiam coercendi linguam. Elegantiſſima ſane ſententia eſt & plena efficaciae. Malum eſt illud non velle pati in muliere frugi, quod ipſa non poteſt emendare; feminarum enim haec inpotentia eſſe dicitur atque inmodeſtia, non poſſe tacere, etiam cum volunt. Multa de hac inpotentia linguae femineae apud Poëtas & alios reperiuntur, quae hic non cumulamus, ne in odia earum incurramus. ARNTZEN.

XXIV. *Aequa diligito &c.*] Ita Pithoeana Editio rectiſſime. Vulgatae, *Dilige non aegra:* Mendoſiſſime. Quod ſequitur Planudes. SCALIGER. Pietas amor & cultus eſt erga parentes, patriam, Deum, & ſi quis loco parentum eſt. Quidam veluti legibus coacti colunt parentes, non ex animo. Dilige parentes charos pietate, (*non aegra*,) id eſt, non coacta, neque gravatim, ſed prompte & alacriter. Et ſi quid inciderit diſſidii inter parentes, ita alteri obſequaris, ut alterum non offendas: ſed pietas tua careat omni moleſtia. ERASM. *Dilige non caros egra* Cod. Turic. Sed in raſura haec verba quatuor legebantur. Pithoeanae Editionis Lectionem confirmant MSS. Codd. duo Vet. Chart. & Membr. Voſſ. nec non Editt. Franeq. & multae recentiores, auctoritate Scaligeri. Sed venia Viri Eruditiſſ. Diſtichon hoc, quod ſibi pulcre intelligere videtur, corruptiſſimum exiſtimo. Verae lectionis veſtigia ſupereſſe credo in iis libris, qui exhibent *Dilige non aegra*, uti eſt in Leid. pr. & Vet. Reg. Quibuſcum conſentiunt antiquiſſimae Editt. fere omnes; quam lectionem ſecutus Eraſm. eumque iterum Scriverius, mentem Auctoris minus recte expoſuit. Uti jam Caſpar iſte Malſcius vidit; explodenda tamen multo magis ſententia, quam ipſe in Praefatione

XXV.

P. Μὴ ψυχρῇ στοργῇ σοὺς ἀμφαγάπαζε τοκῆας·
Μητέρι μὴ πρόσκρου, ἐθέλων ἀρέσαι γενετῆρι.

S. Ἀμφοτέρους ἀγάπησον * ἴσῃ φιλότητι τοκῆας·
Μὴ προσκόψῃς μητρὶ, χαριζόμενος πλέα πατρί.

Vel: - - - - - - *ἀγαπᾷν.

ſatione proponit, ubi, poſtquam Eraſmi ſententiam verbis ipſius expoſuiſſet, non ſine ſupercilio ſcribit, *mendoſe!* immo mox addit: *Non aegra pietate, id eſt, non impari vel claudicante in alterutram partem, cum alterum ex parentibus plus minusve diligis.* Sed quomodo verba illa, non *aegra pietate* hanc expoſitionem ferre poſſint, vellem docuiſſet. In textu tamen edidit, neſcio quo caſu, *Diligito charos aequa pietate.* Sed homo ſuperciliosus omnia conturbat. Nos itaque ex veſtigiis horum librorum atque ex expreſſa lectione Leid. tertii *Dilige non aequa &c.* genuinum procul dubio dedimus. Huic lectioni adſtipulatur Cl. Cann. Reſcript. Boxhorn. Cap. xviii. in f. *Non aequa pietate* eſt *pietate non aequali*, ſed *diſpari.* Ovid. xv. Heroid. ✠. 163.

Conſtitit, & dixit, quoniam non ignibus aequis
Ureris.

Terent. Eunuch. Act. i. Sc. ii. ✠ 11. *O Thais, Thais, utinam eſſet mihi pars* aequa *amoris tecum.* Ubi noviſſimus Interpres Ovidii locum, ut nunc demum video, ad partes quoque vocavit. Adde Lucan. Lib. iv. Pharſal. ✠. 665.

Sollicitatque ferox non aequis
viribus hoſtes.

Egeſippus Lib. i. de Excid. Urb. Hieroſ. Cap. xxxvi. aequa *lance odium mulieris & amor viri adverſum ſe certabant.* Adde, quae Frater optimus protulit ad Plin. Paneg. Cap. lxxi. §. 3. Haud aliter *aequo marte* contendere, cum nemo e praelio victor recedat, dixit Flor. Lib. iv. Cap. ii. §. 48. *nam quum diu* aequo marte *contenderent &c.* Haec autem Diſtichi ſententia inpia Monachis viſa, & ob id varie mutarunt, & certatim corruperunt. Verum notum eſt, adoleſcentes Romanos olim majore pietate Patrem, quam Matrem proſecutos fuiſſe. Notum etiam quam iniqua, id eſt, inaequalis fuerit Parentum poteſtas in liberos. Pater jus vitae & necis habebat; Mater nihil juris. Vid. L. 11. in fin. ff. de Lib. & Poſt. hered. inſtit. L. 10. Cod. de Patria poteſtate. Sed & quae ſe-

Q dulo

dulo collegit Ampliſſ. Heinecc. Antiq. Rom. ad Inſt. Lib. I. Tit. IX. §. 1. Inde etiam iniquum obſequium, iniqua officia & diſpar pietas. Officium enim, quod Patri debetur, *pietas* dicitur. Quae vox ideo eleganter hoc loco adhibetur. Vid. L. 3. Cod. de Patria pot. *Quem, ſi pietatem Patri debitam non agnoſcit, caſtigare jure Patriae poteſtatis non prohiberis.* Juſt. Lib. XVIII. Cap. VII. §. 7. *Arceſſitusque a Patre eſſet, prius publicae ſe religionis officia exſecuturum, quam privatae* pietatis, *reſpondit.* Livius Libro VII. Cap. V. §. 7. *Eoque id laudabilius erat, quod animum ejus tanta acerbitas patria nihil a* pietate *avertiſſet.* Adde quae Eruditi interpretes notarunt ad Virgil. Lib. II. Aeneid. ỹ. 723. Quamvis autem diſparem pietatem filio praecipiat, docet tamen, Matrem eatenus filio debere eſſe caram, ut eam non offendat. Jureconſulti dicunt, *reverentiam* deberi Matri, quae vox minor eſt voce *pietatis.* Vid. L. 4. Cod. de Patria poteſt. Reverentiam *autem debitam exhibere Matri filius coget.* Ubi vid. Gothofr. Sciendum autem, Dionyſium noſtrum non ubique filium inſtruere ad praecepta naturae, ſed etiam ad mores Civitatis & ad Juris ejus praecepta, ex quibus ei vivendum erat. Breviter dico, non eum ubique hominem format, ſed etiam civem. Huc pertinet praeceptum Lib. II. Diſt. XVIII. Lib. III. Diſt. XIII. & XVII. Et in brevioribus, quae Diſtichis praemittuntur, Sententiis, *Ad praetorium ſtato &c.* Ceterum corrupte Leid. ſec. *aegra diligit caros &c.* *Grata diligito* Coll. Voſſ. ARNTZEN.

Nec Matrem offendas, dum vis &c.] *Nec Matres dum vis &c.* omiſſo τῷ *offendas* Leid. tert. Miror autem commentatores ſecuros eſſe vocis *Parenti*, quae ita *Patri* hoc loco tribuitur, ut opponatur Matri, cujusque rei exempla haud frequenter occurrunt. Sic Servius tamen ad Virg. Lib. X. Aeneid. ỹ. 281. *Traxit autem hoc de Salluſtio, qui dicit, Hiſpanorum fuiſſe morem, ut in bella euntibus facta adoleſcentibus* Parentum *memorentur a* Matribus. Fateor, per *Parentes* hic potiſſimum *Majores* intelligi. Poſſet tamen & ſic, ni fallor, aliquo modo exponi. Potiſſimum ſi conferas Ovid. Lib. I. Metam. ỹ. 764. ubi de Phaëthonte:

Traderet oravit veri ſibi ſigna
Parentis.

Orabat autem Phaëthon Matrem ſuam Clymenem. Unde mox addit ỹ. 765.

Ambiguum, Clymene *precibus*
Phaëthontis, an ira
Mota magis dicti criminis, *&c.*

Ceterum ſcabri quid ineſſe his videtur verbis *dum vis bonus eſſe Parenti*, quae ſic reſtitui poſſent, *quamvis bonus uſque Parenti.* *Quamvis bonus*, id eſt, *quantum vis, valde bonus.* *Uſque* autem pro *ſemper* millies apud optimos occurrit Poë-

[redacted]

Poëtas. Hoc itaque Auctor vult, bonitatem praeſtandam utrique Parenti, tametſi pietas magis praeſtanda Patri. τὸ *explicit*, quod librarius Leid. Sec. ad finem Lib. II. adjecerat, neque hic neque alibi in Codd. Auctoris noſtri MSS. inveniebatur. Collationes ſaltem nil monent. Vid. ſupra Lib. II. Diſt. XXXI. in fine. ARNTZENIUS.

FINIS LIBRI III.

DIONYSII CATONIS
DISTICHA
DE
MORIBUS AD FILIUM
LIBER IV.

PRAEFATIO.

* *SEcuram quicumque cupis perducere vitam,*
Nec vitiis haerere animos, qui moribus obſunt,
Haec

* Et hoc Prooemium eſt quarti libri. Si vis eſſe liber ab omnibus vitiis, & nullius mali tibi conſcius vivere, haec ſemper habeas prae manibus. In quibus invenies, in quo te ipſo magiſtro poſſis uti, hoc eſt, ut ipſe regas ac modereris vitam tuam, adjutus his praeceptis. ERASMUS.

Securam quicumque cupis perducere vitam,] Ad hoc etiam Prooemium pauca tantum reponimus; Multa etenim inſunt, ut reliquis etiam Praefationibus, aliena & inepta. Vocabulum certe *quicumque* alienum & a praeſtigiatore quodam profectum videtur. Vid. quae diximus ſupr. ad ✝. I. Praef. Lib. III. En autem variantes. *Deducere vitam* eſt in Vet. Reg. Membr. Voſſ. & Leid. tert. Quod nullae ſequuntur Editt. exceptis Florent. & Boill. Pro quo tamen in multis legitur *traducere* uti Aug. Vind. Euchar. Tremon. Pulmann. Pariſ. Chouet. Eraſm. Gryph. Cord. & Cruc. Qualemque variationem jam ſupra vidimus in f. Praefationis libri ſecundi. *Perducere vitam* reperire eſt in reliquis quatuor Codd. MSS. nec non Turicenſi. Quam locutionem, licet etiam non ignoremus, rariorem eſſe, eo ipſo ſcilicet, quod rarior ſit & in maxima parte Codicum reperiatur, Auctori hujus Praefationis reſtituendam cenſemus. Sic Cicer. de Seneſt. Cap. XVII.

Acce-

DIONYSII CATONIS
DISTICHA,
GRAECE EXPRESSA A
MAX. PLANUDE ET *J. SCALIGERO.*
LIBER IV.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ἀσφαλέα ζωὴν ὅϛις διάγειν ἔρον ἴχεις,
Καὶ παθέων ἀμιγὲς Φρυρεῖν κέαρ ὀλεσιθύμων·

SCALIGER.

Ὅϛις δὴ ποθέεις βίοτον διάγειν ἀτάρακτον,
Νοῦν δ' εἶναι παθέων ἀμιγὴς τῶν ἤθεσιν ἐχθρῶν·

P.

Accepimus ad centeſimum annum vitam perduxiſſe. Sed ibi, in nonnullis Codd. τὸ *vitam* deeſſe, docti obſervarunt commentatores. *Ducere vitam* hoc ſenſu dixit Maximianus in Cat. Pith. p. 432.

Felix, qui meruit tranquillam ducere vitam.

ARNTZENIUS.

Nec vitiis baerere animum,] Quod Latinis eſt *vitium*, id Graeci quo exprimant, non habent. Nam non eſt κακία: quae aliud eſt apud Juriſconſultum interpretantem AEdilitium edictum. πάθος pro eo uſurpamus, quia, melius non habemus. Et Planudes quoque eodem utitur: qui, quod hic dicitur, *vitiis baerere animum*, melius dixit, ἀμιγὲς παθέων, quam ſi dixiſſet κακῶν ἀμιγές. Imo ſi ita loquutus eſſet aliquis doctior, ludibrium deberet: & quod alibi dicitur,

Haec praecepta tibi ſemper relegenda memento;
Invenies aliquid, quo te nitare magiſtro.

Nam diuturna quies vitiis alimenta miniſtrat.

Tolerabilius reddidit Planudes: τροφὴν παθέεσσι χορηγεῖ, quam ſi vertiſſet τροφὴν κακίαισι χορηγεῖ. Imo nemo hoc ferret. Porro frigidiſſime totum hujus prooemii Tetraſtichon, ut ſolet, expreſſit Metaphraſtes. SCALIGER. *Herere*, neglecta diphthongo, Cod. Turic. *animos*, *qui &c.* Leid. Sec. Coll. Voſſ. Veterr. Reg. & Cod. Turic. Nec aliter fere in Leid. Cod. pr. niſi quod ibi *quae* pro *qui* ſcriptum invenimus, ut quoque a ſec. manu in Cod. Turic. *Animi* numero multitudinis ſaepius hominum notant *conſilia*, *propoſita*, *cupiditates*. Sic apud Juſtin. Lib. XXI. Cap. VI. §. I. *Carthaginienſes* ... *verentes*, *ne Perſico Regno Africam vellet adjungere*, *mittunt ad ſpeculandos ejus* animos *Hamilcarem &c.* Adde Salluſt. Bell. Catil. Cap. XI. pr. Ceterum *obſint* pro *obſunt* habet Cod. Turic. ARNTZENIUS.

Semper relegenda memento.] Coll. Voſſ. Leid. ſec. & Cod. Turic. non agnoſcunt τὸ *re* in *relegenda*, ſcribuntque *legenda*. Quomodo etiam corrigitur in Leid. pr. a manu emendatrice. Sed neſcio cui bono; non enim participium a perfecto, ſed a praeſenti activo derivandum, uti hoc multis docet Cl. Periz. ad Sanctii Minerv. Lib. I. Cap. XV. §. 8. Quare ſyllaba antepenultima, ut vocant, hic recte corripitur. Quamvis etiam non ignorem, quae Praſchius ex Groſippi aliorumque ſententia notavit ad Phaedr. Lib. I. Fab. V. ℣. 11. ARNTZENIUS.

Invenies aliquid,] Non eſt, ut credat quis, τὸ *aliquid* requirere ſibi adjunctum epitheton. Ovid. Lib. X. Metam. ℣. 156.

- - *Et inventum eſt* aliquid, *quod Jupiter eſſe,*
Quam quod erat, mallet. - -

Sic Cic. de Natur. Deorum Lib. I. Cap. II. *Si eſt* aliquid *a Dis immortalibus hominum generi tributum.* Vid. quae plura notavit Clariſſ. Burmann. ad Phaedr. Comm. Maj. Prooemio Lib. II. ℣. 9. ARNTZENIUS.

Quo te nitare magiſtro.] Coacta ſane Lectio, quam & Pulmannus orae Editionis ſuae appinxit; non enim filius magiſter eſt, ſive doctor, ſed Pater ipſe. Qui edere maluit tamen, *in quo te titere magiſtro.* Apertior, veriorque lectio ad aevum ſenſumque Auctoris eſt, quam Lipſ. Col. Aſcenſii, Brandi &c. Editiones praeferunt: . . *quod te vitare magiſtro.* Gloſſographus: *magiſtro*, *i. e. doceo.* (MS. Reineſii inſerit: *quae vitare decet.*)

P. Τάς δὲ παραιφασίας ἀναγινώσκοις ὅσαι ὧραι·
Δήεις γάρ τι παρ' αὐταῖς, τῷ προσέχειν σε ἄνωγα.
S. Τὰς δ' ὑποθημοσύνας συχνῶς μέμνησο πολῆσαι,
Οἷς ἔτι δήεις, τῶν σὺ διδάσκαλος ἔσσῃ ἑαυτῷ.
Vel: Τὰς δ' ὑποθημοσύνας ἀναγνῶναι νωλεμὲς αἰεί·
Δήεις δ' ἂν ταύταις τὸ μάθοις ὢν αὐτοδίδακτος.

cet.) *Ipſe enim Cato docet & praeſcribit vitanda, quae obſtent moribus.* Vide Feſtum in hac voce, pag. 308. Spartianus Hadriano, pag. 7. *Inde in Germaniam tranſiit: Paciſque magis quam belli cupidus, militem, quaſi bellum immineret, exercuit, tolerantiae documentis eum imbuens, ipſe quoque inter manipulares vitam militarem* magiſtrans, id eſt, *agens magiſtrum* vitae militaris. Caſaub. pag. 42. ad Spartian. qui cum verbo *magiſtrari* uſum Aurelium Victorem ait, vellem locum notaſſet. Nam nondum ibi reperi. Apud elegantiſſimum Scriptorem Joann. Caſſianum *diſcere aliquid magiſtrante experientia* duobus locis reperiri idem annotat, ibid. Frequentius poſteriori aevo id verbi, nec non niſi a Superiorum Scriptorum pro more uſu tranſumtum. Joſephus Devonius, Lib. IV. de bello Trojano, ℣. 332.

- - *ſic, quae ſubeunda*, magiſtrat:
Quae vitanda, docet.

Hildebertus Cenom. Carm. de Simonia. ℣. 5.

Ira, libido, caeca cupido, cuncta magiſtrant.

Rad. Ardens Homil. LXIX. in Aſc. Domini, pag. 242. a. *Confunduntur quoque & illi, qui nec vocati, nec miſſi, ſua auctoritate* magiſtrare *& praedicare praeſumunt.* Id. Homil. CII. pag. 582. b. Domin. XIII. poſt. Trin. *Occaſionem* magiſtrandi *Dominus Legisperito donat, quod maxime affectare eum ſciebat.* Petrus Bleſenſis (ſive Petrus Anſelmus, ut Barthius cenſet ad IV. Stat. Theb. ℣. 552.) de Sacr. Euchariſtiae, ℣. 237.

Verbum namque caro factum ſacra verba magiſtrat,
Et per ſacrificem carnem de pane miniſtrat.

Ennodius Panegyr. Theod. Regis. pag. 315. *Rutilium & Manlium comperimus gladiatorium conflictum* magiſtrante *populis providentia contuliſſe &c.* Onom. Graecol. col. 84. *Magiſtro, as,* πρυτανεύω. Utitur & eo Fulcherius Hiſt. Palaeſtina, Cap. XCVIII. Ex diſtincti-

ſtinctione quidem Barthii, Anonymus paſſione S. Caroli Comitis Flandriae Cap. IX. pag. 90. ad quem vide Meurſium pag. 118. Nec non Auctor de diſciplina Scholarium, (minime gentium Boëtius, etſi pro eo habitus a Baronio, T. VI. Annal. Excellentiſſ. M. Jac. Thomaſius Thomam Cantipratanum atbitrabatur.) Cap. II. *Qui ſe non novit ſubjici, non noſcat ſe* magiſtrari. Ibid. *Magicae autem deluſionis arte de Hiberia multos vidimus* magiſtrari. Joh. Urſinus Proſopop. Animalium, Cap. III. de Apro. ℣: 3. pag. 8.

Sed tunc terga luto (ſic me natura magiſtrat)
Fulcio: praeviſo ſic minus hoſtis obeſt.

Gruterus Polyanth. Tomo II. Tit. Urbis pag. 975. *Urbs beata, ubi* magiſtrant *cives non mali, at boni.* Quemadmodum autem a *minere*, verbo Lucretiano *miniſter* eſt, a *capere*, *capiſter:* Ita a *magere* verbo caſco & prorſus exoleto, (cujus veſtigia tamen in *magis*, *magnus*, *mactus*, *mactare*, *magmen*, *magmentum*, & quae ultima barbariae ſecula inde deduxerunt, *magmentare*, *magmentatio*, apud Henr. Aquilonipolenſem de Comit. Schoumburg. Cap. XII. ℣. 3. ſuperſunt,) eſt *magiſter:* Hinc *magiſterius*, *magiſteria*, *magiſterium*, *magiſterianus*, *magiſtrianus*, *magiſtrare*, *magiſterare*, *magiſtratio &c.* Nam ſi a τοῦ *magus* velles deducere, oporteret *magaſter* dici: Nec ſcite ἀπὸ τῦ *major* derivatur, ut voluit Uguitio in Gloſſ. de Verb. Sign. & Papias in Gloſſ. Vid. Limnaeum addit. T. I. ad Lib. VIII. de Jur. publ. Cap. VIII. pag. 385. DAUMIUS. Vulgata haec lectio erat quoque in tribus Codd. MSS. Antiquae vero Editt. Aug. Vind. Tremon. Euchar. Pariſ. Eraſm. Gryph. aliae exhibent *in quo te utare magiſtro. Utere* pro *utare*, ut jam Daum. notavit, eſt in Edit. Pulmanni, qui pro varia lectione dedit in margine, *quo tu nitare magiſtro.* Porro Leidenſ. ſec. tert. Memb. Voſſ. & Cod. Turic. ut & Edit. Florent. & Boill. exhibent, *quod te vitare magiſtro.* nec multo aliter, omiſſo τοῦ *te*, *quod vitare magiſtro* Leid. pr. Hoc tamen pronomen in eodem Cod. a manu ſec. adſcriptum reperias. Aliae ſunt Editt. quae praeferunt, *quo tu te* vel *quo tute utere magiſtro.* In tanta autem varietate locum quoque meretur lectio Scriveriana: *Quo vitae utare magiſtro.* Sed nullae Editt. vel Codices concinunt. Fruatur hic quisque judicio & genio ſuo. Ego totam hanc Praefationem Dionyſio noſtro indignam cenſeo, ſed monachis eam ac magiſtris reddi patior. Idemque judicat Eruditiſſ. Cannegiet. Reſcript. Boxhorn. Cap. XXVIII. Τὸ *magiſtrare* proprie notat *regere,*

re, *moderari*, *temperare*, unde *Magiſtri* non ſolum Doctores artium, ſed & ſocietatum, vicorum, equitumque dicuntur, Vid. Feſt. in ea voce. Taubmann. ad Plaut. Bacchid. Act. I. Sc. II. ℣. 40. Et Du Cange Gloſſar. Med. Latin. verbo *Magiſtrare*. ARNTZENIUS.

FINIS PRAEFAT.

LIB. III.

DIONYSII CATONIS
DISTICHA
DE
MORIBUS AD FILIUM.
LIBER IV.

DIST. I.

DEſpice divitias, ſi vis animo eſſe beatus,
Quas qui ſuſpiciunt, mendicant ſemper avari.

II.

I. *Deſpice divitias, &c.*] Simile Diſticho huic hoc etiam elegantius eſt apud Lucret. Lib. v.

Divitiae grandes homini ſunt, vivere parce
Aequo animo: neque enim eſt unquam penuria parvi.

OPITIUS. Vid. Rivin. ad Sarisb. Eutheticon, ſive Nutheticon malis, ℣. 287. DAUMIUS. *Diſpice* perperam Cod. Turic. *Deſpicere* & *ſuſpicere* eleganter hoc loco opponuntur, quod mox oſtendam; ſimiliter *divitias deſpicere* Cicero dixit de Amic. Cap. XXIII. *Multi* divitias deſpiciunt, *quos parvo contentos tenuis victus cultusque delectat.* Nec aliter fere Tibull. Lib. I. Eleg. IV. ℣. 91.

- - *ego compoſito ſecurus acervo,*
Deſpiciam dites, deſpiciamque *famem.*

Ubi vid. Broukhuſ. *Beatus* autem hic dicitur, ut apud Horat. Epod. II. ℣. 1.

Beatus *ille, qui procul negotiis &c.*

Cum ceteroquin *beati* quoque dicuntur *divites*, quibus divitiae ſuperant, qui ſumma ſaepe liberalitate vel lubidine divitias ſuas vincere nequeunt. Vid. Cicer. Orat. II. in Catil. Cap. IX. *Hi dum aedificant, tamquam* beati, *dum praediis, lecticis, familiis magnis, conviviis apparatis delectantur &c.* Unde ex quorumdam ſententia *bona* dicuntur, quod *beant*, id eſt, *beatos faciunt.* Vid. Torrent. ad Horat. Lib. I. Od. XIX. ℣. 1. idemque Horat. Lib. II. Sat. VIII. ℣. 1.

Ut Naſidieni juvit te coena beati.

Quemadmodum ita οἱ μακάριοι Grae-

DIONYSII CATONIS
DISTICHA,
GRAECE EXPRESSA A
MAX. PLANUDE ET *J. SCALIGERO.*
LIBER IV.

DIST. I.

P. Πλούτȣ ὑπερφρόνει, ἢν ἐθέλῃς νόον ὄλβιος εἶναι,
Οὐ δ' εἰλδόμενος, τητώμενος αἰὲν ἀπαιτεῖ.

S. Πλοῦτον ὑπερφρονέειν, εἰ λῇς νόον ὄλβιος εἶναι,
Κίμβικες οἱ ποθέοντες ἀεὶ πτωχοὶ τελέθȣσι.

II.

Graecis dicuntur; quod multis agere hinc alienum eſt, vid. quae de hac ſignificatione congeſſit Ampliſſ. Cuper. Lib. III. Obſerv. Cap. I. Adde tamen Homer. Il. Α. ℣. 68.

Ο'γμὲν ἱλαίνοιτο ἀνδρὸς μάκαρος κατ' ἄρουραν.

Hinc *μακαρίως πράττειν fortunatam* vel *opulentam vitam agere* apud Ariſtoph. Pluto ℣. 629. *Animo ſi vis* tranſpoſitis vocabulis Leid. tert. *Tо animo* videtur *πλουτάζειν*, vid. quae infra diximus Lib. IV. Diſt. XVIII. ARNTZENIUS.

Quas qui ſuſpiciunt, mendicant ſemper, avari] Quas avari dum mirantur ac deſiderant, ſemper mendicant. Juxta illud: *Semper avarus eget.* At Planudes:

Οὐ ὁ εἰλδόμενος τητώμενος αἰὲν ἀπαιτεῖ.

Κίμβικες οἱ ποθέοντες ἀεὶ πτωχοὶ τελέθουσι.

vel, - - - *ἀεὶ τελέθουσι πένητες.*

vel: Οἱ *θαυμάζοντες πτώσσουσιν ἀεὶ φιλοκερδεῖς.*

SCALIG. *Quas qui ſuſcipiunt* Leidd. tres, Vet. Chart. Memb. Voſſ. Vet. Reg. atque Edit. Boill. Proteo dormitantium librariorum errore, qui, ut jam diu obſervarunt elegantis ingenii acutiſſimi Critici, diverſas ſyllabas in media voce inter ſe haud raro commutare conſueverunt. Sic in eadem hac voce erratum quoque fuit apud Ovid. Lib. III. Am. Eleg. VIII. ℣. 1.

Et

II.

Commoda naturae nullo tibi tempore deerunt,
Si fueris contentus eo, quod poſtulat uſus.

III.

Quum ſis incautus, nec rem ratione gubernes,
Noli Fortunam, quae non eſt, dicere caecam.

IV.

Et quisquam ingenuas etiamnum ſuſcipit *artes.*

Ubi Nobiliſſ. Heinſ. & Cl. Burmann. recte ex libris ſuppoſuerunt *ſuſpicit.* Et apud Curt. Lib. VI. Cap. III. §. 18. *Quum intellexerint, vos pia bella* ſuſcipere. Ubi Voſſ. pr. itidem legit *ſuſpicere. Suſcipionem* pro *ſuſpicionem* in Cod. Haverc. eſt apud Egeſ. de Excid. Urbis Hieroſ. Lib. I. Cap. VI. Hinc emendandus L. IV. Cod. de crimine expil. Hered. ubi perperam legitur *ſuſpicitur* pro *ſuſcipitur.* Nec diſſimili ratione *T. Mimatius* pro *T. Numitius* quidam Codd. praeferunt apud Livium Lib. II. Cap. XXI. §. I. Ubi vid. quae notavit Cl. Drakenb. Simile exemplum occurrit ap. eumdem Lib. II. Cap. XXXIV. §. I. *Suſpicere* autem, ut modo dixi, eleganter opponitur *τῷ deſpicere.* Pro multis Servium dabo ad Virgil. Lib. I. Aeneid. ℣. 438. *Suſpicit,* id eſt, *miratur, ut e contrario* deſpicit, *contemnit ſignificat &c.* adde Flor. Lib. I. Cap. XXVI. §. 5. & Corn. Nep. Vit. Dion. Cap. I. Sic eadem haec vocabula ſuo & proprio ſenſu opponuntur apud Ovid. Lib. XI. Metam. ℣. 504. & 507. Ubi navis, ſaeva hieme agitata, ita deſcribitur:

Et modo ſublimis, veluti de vertice montis,
Deſpicere *in valles, imumque Acheronta videtur:*
Nunc, ubi demiſſam curvum circumſtetit aequor,
Suſpicere *inferno ſummum de gurgite coelum.*

Mox male diſtinguunt quidam libri: *mendicant ſemper, avari.* Sed multo melius Scriver. *q. q. ſuſpiciunt, m. ſemper avari.* Quod ni fallimur, merito in textum recepimus. *Semper-avari* hic per *ὑφὲν* ſumendum, ut ſaepe alibi, vid. ſup. L. I. Diſt. XXXVIII. Hoc itaque Auctor dicere videtur, qui ſuſpiciunt & amant divitias, dum ſemper avari ſunt, id eſt, ſemper aliquid expetunt, numquam expleti, illi revera mendicant. Quomodo ſemper deſiderantes aliquid *mendicare* dicuntur, quod exemplis probare hic non adgrediar. ARNTZEN.

II. *Commoda naturae &c.*] Praeter aliam metaphraſim noſtram, potes etiam hac uti:

Οὔποτέ σοι φύσιος ἐπιλείψεται οὐδὲν ὄνειαρ.

Simplicius.

Τῶν φύσιος χρειῶν ἐπιδευὴς οὐκ ἂν ἔσοιο.

SCALIGER. Ovid. Lib. XI. Metam. ℣. 283.

mer

II.

P. Τ᾽ἀγαθὰ τῆς φύσεως οὐκ ἄν ποτέ σοι ἐπιλείψει·
Ἢν ἀγαπᾷς κείνοις, ἐς ἅπερ χρεῖος κατεπείγει.

S. Ὠφελίαι φύσεως μάλ᾽ ἀνελλιπέες σοὶ ἔσονται,
Ἢν ϛέρξῃς κείνοις, τῶν περ χρεώ ἐϛι βροτοῖσι.

III.

P. Ἢν ἀφύλακτος ἐὼν, ἀλόγως τὰ σὰ πάντα διοικῇς,
Μή τι τύχην λέγε τυφλὴν, μὴ τοίην περ ἐοῦσαν.

S. Εἰ τὰ σὰ μὴ φρόνιμος τὶς ἐὼν διέπεις ἀλογίϛως,
Μὴ κίκλησκε τύχην τυφλὴν, τὴν μηδὲν ἐοῦσαν.

IV.

- - - *mediae quoque* commoda *plebi*
Noſtra patent, Peleu, nec inhoſpita regna tenemus.

Eadem ratione qua *commoda naturae* hoc loco *commoda ſacerdotum* dixit Sueton. Aug. Cap. XXXI. Sacerdotum *& numerum & dignitatem, ſed & commoda auxit.* Sic quoque *commoda fiſci* dixit Eutrop. Lib. X. Hiſt. Rom. Cap. I. Ubi contra ſententiam Annae Fabri Auctoris mentem recte vindicavit Cl. Havercampus. Alia vid. apud ſummum Gronov. ad Liv. Lib. IV. Cap. LIX. §. 2. ARNTZEN.

Si fueris contentus eo, &c.] Sic habent omnes MSS. Codd. except. Leid. tert. & Vet. Chart. praeferentibus: *Si contentus fueris eo quod tempora praebent.* Cod. vero Turic. *Si cont. eo f. quod temp. pr.* quibus accedunt Editt. Boill. Eraſm. Gryph. Cord. & Cruc. Male. Huc ſpectant verba Horat. Lib. I. Ep. XII. ✠. 1. & ſeqq.

Fructibus Agrippae ſiculis, quos colligis, Icci,
Si recte frueris; non eſt, ut copia major
Ab Jove donari poſſit tibi. tolle querelas;
Pauper enim non eſt, cui rerum ſuppetit uſus.

Ubi vid. Torrent. Et Senec. Epiſt. XVI. in fin. *Si ad naturam vives, nunquam eris pauper: ſi ad opinionem numquam dives. Exiguum natura deſiderat, opinio immenſum.* Confer ejuſdem Epiſt. CXIX. p. 590. & 591. Edit. Elſevir. adde Juvenal. Satyr. X. ✠. 360. Atque hinc P. Syrus in Sententiis 330.
Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit.
ARNTZENIUS.

Quod poſtulat uſus.] Χρεῖος pro χρεία, aut χρεώ male poſuit Planudes. SCALIGER.

III. *Nec rem ratione gubernes,*] Si res male tibi ſuccedunt tuapte negligentia, ne conferas culpam in Fortunam, ut illam caecam

IV.

Dilige denari, ſed parce dilige, formam:
Quem nemo ſanctus nec honeſtus captat ab aere.

V.

cam appelles, cum tu ipſe magis parum proſpexeris. Poteſt accipi biſariam (*quae non eſt*) id eſt, *quae nulla eſt*. Fingunt enim mortales hanc Deam, cum nulla ſit: aut (*quae non eſt*) ſubaudi *caeca*. ERASMUS. Hoc ſenſu *rem gerere* dixit Cicero de Seneƈt. Cap. VII. *Ut quemadmodum noſtro more male* rem gerentibus *patribus bonis interdici ſolet*. *Res* autem non ſimpliciter hic notat *rem familiarem*, ſed *rem omnem*, cum privatam tum publicam, cum forenſem tum militarem. *Ratio* autem hic eſt *animi ratio* ſive *conſilium*, quare voci *prudentiae* ſaepe adjungitur. Vid. Horat. Lib. I. Ep. XI. ℣. 25.

-- *Nam ſi* ratio & prudentia *curas*,
Non locus effuſi late maris arbiter, auſert;

Similiter *ratio* opponitur *fortunae* apud Tacit. Lib. III. Hiſt. Cap. LIX. §. 3. *Ni Vitellium retro* fortuna *vertiſſet*, *quae Flavianis ducibus non minus ſaepe quam* ratio *adfuit*. ARNTZEN.

Noli Fortunam, *quae non eſt*, *dicere caecam*.] Planudes:

Μή τι τύχην λέγε τυφλὴν, μὴ τοίην περ ἐοῦσαν.

Noli Fortunam, *quae non eſt talis*, *vocare*.

Ergo Fortunam eſſe credit, ſed non caecam, qualis habetur vulgo. Atqui ridiculum. Auctor vetat Fortunam caecam dicere, quae tantum abeſt, ut caeca dici poſſit, ut nulla ſit Fortuna in rerum natura. Sic igitur reddendum erat:

Μὴ κέκλησκε τύχην τυφλὴν, τὴν μηδὲν ἐοῦσαν.

Et profecto clarius extuliſſe Auctor:

Noli Fortunam, *quae nulla eſt*, *dicere caecam*.

SCALIGER. Minus recte edidit Scriver. *Noli fortunam*, *quod non eſt*, *dicere cauſam*. Contra auctoritatem omnium noſtrorum Codd. tam manu, quam typis exaratorum. Nec cauſſa eſt, quidquam mutandi. Cic. de Amic. cap. XV. Caeca Fortuna *plerumque eos efficit caecos*, *quos complexa eſt*. Idem in Philipp. Orat. XIII. Cap. V. *Deinde obſecro vos*, *Patres Conſcripti*, *quis hoc veſtrum non videt*, *quod* Fortuna *ipſa*, *quae dicitur* caeca, *videt*? his adde, quae Aldus Manut. notavit ad Cicer. Lael. c. VI. Ceterum verba illa *quae non eſt*, biſariam accipi poſſe in expoſitione ſua docuit Eraſm. Si interpreteris *quae nulla eſt*, convenit certe cum loco Juvenal. Sat. X. ℣. 365.

Nullum numen habes, *ſi ſit prudentia*; *nos te*,
Nos facimus, *Fortuna*, *Deam*, *coeloque locamus*.

Atque cum P. Syro in Sentent. 201. *Ex hominum quaeſtu facta For-*

IV.

P. Ἀργυρίῳ χρῶ, ἀργυρίου φιλίην δ' ἀπόλειπε·
Ἧν οὐδεὶς σοφὸς, οὐδεὶς τίμιος ἠγάσατ' ἀνήρ.

S. Φίλει μὲν, μετρίως δὲ φίλει τὸ νομίσματος εἶδος,
Οὗτινος οὐ σπουδαῖος ἀνὴρ διὰ χαλκὸν ἐρᾶται.

V.

Fortuna eſt Dea. Et 229. *Fortuna nulli plus, quam conſilium valet.* Ex quibus iterum cognoſcimus, *rationem* in verſu priori hujus Diſt. per vocem *prudentiam* vel *conſilium* exponi debere; nam & hic in eamdem ſententiam *prudentiam* Juvenalis, *conſilium* dixit P. Syrus. Conſule Cl. Canneg. Reſcript. Boxh. Cap. IX. ARNTZEN.

IV. *Dilige denarium &c.*] Falſa ſyllaba ſecunda in voce *Denarium.* Multi hoc Diſtichon vexarunt fruſtra. Legendum vero:

Dilige denari, ſed parce dilige, formam:
Quem nemo ſanctus, nec honeſtus captat ab aere.

Eſt elegans Diſtichon. Avarus diligit nummum propter materiam, aurum, argentum, aes: ſapiens propter uſum. Non, inquit, veto te amare nummum ipſum, ſed intra modum: quatenus ſapiens ab uſu captat eum, non, ut vulgus, a materia, amans duntaxat conciſum in formas parvas facieſque minutas, ut jocatur Juvenalis. Forma denarii eſt τὸ χάραγμα, denarius. Eſt ἐλλειπισμός. SCALIG.

Sed parce dilige formam:] Planudes: ἀργυρίου φιλίην ἀπόλειπε. Neque mentem loci capit, & barbare φιλίην ἀργυρίου, ἀντὶ τοῦ φιλαργυρίας, dixit. Nam φιλαργυρία eſt a nomine φιλάργυρος, quod quidem eſt φιλῶν τὸ ἀργύριον, non autem φίλος τοῦ ἀργυρίου. Quis Graece ſciens hoc pateretur? neque magis φιλίαν ἀργυρίου potes dicere, quam Latine *amicitiam pecuniae*, quod Salluſtius recte *ſtudium pecuniae.* Quis unquam putaſſet hominem & genere Graecum & ſtudiis excultiſſimum idiomatis ſui tam aut neſcientem aut negligentem fuiſſe? Mihi certe non mediocris hujus Viri admiratio inceſſere ſolet, quoties haec lego. SCALIGER. Amare pecuniam ad uſum, prudentis eſt: amare, ut forma paſcat oculos, avari ac dementis. Denarium volunt omnes; formam ſoli mali captant. ERASMUS. Hinc apud Prudent. ψυχ. ℣. 429. avarus dicitur *ſpeculator:*

Nec patitur vitare focos, quibus aeſtuat aurum,
Quod petit, arſurus pariter, ſpeculator *avarus.*

Ad hanc faciem *Forma Junonis* eſt *Juno ipſa* apud Ovid. III. ex Pont. I. ℣. 145. *Forma Dei.* Virg. IV. Aen. ℣. 556. Stat. I. Silv.

Silv. I. 62. *Forma Deae*, Id. X. Theb. *Forma Deorum*, Ovid. I. Met. LXXIII. *Formae ferrarum*, Id. II. Met. ℣. 78. *Forma papillarum*, Ovid. I. Amor. El. V. ℣. 20. *Forma oris*, Virg. IX. Aen. ℣. 646. *Formae luporum*, Id. VII. Aen. ℣. 17. *Forma tricorporis umbrae*, Id. VI. Aen. ℣. 289. *Formae ferarum*, Sil. Ital. XV. ℣. 86. *Praemiorum forma*, Prudent. Romano ℣. 531. Vide Goldaſt. pag. 155. ad Paraen. Alii legunt:

Dilige denarium *&c.* ---

Vid. Barth. ad II. Achil. Papinii ℣. 49. p. 1713. qui explicat: *Ne recondas videlicet & uſu damnes ob formae venuſtatem.* Sic antepenult. corripuit in *contrario* Alcimus Avitus non interpolatus, Lib. ad. Fulcinam. ℣. 586.

Arſit, contrario *pariter creſcente calore*,
Hinc furor, *inde fides.*

Ubi tamen Sirmondus *contracto* edidit, ſed minus bene. Ita in *neceſſarius* antepen. ſeculi vitio corripuit Vitalis Bleſenſis, Aulul. Lib. I. ℣. 43. 46. 48. 49. Item Joh. Gerſon. T. III. Carm. de diverſa immun. a peccato Chriſti & Matris ſuae, ℣. 7.

Virgo neceſſaria *naturae lege ſubiſſet.*

Pſeud. Ovidii Vetula, Lib. III. pag. 174.

Ergo neceſſario *nova fient omnia*, *coelum &c.*

Et in *Denarios* Sedulius, Lib. II. ℣. 276. Hildebertus Cenom. Maria Aegyptiaca, 545. & de Simonia, ℣. 12. Petrus Riga in Luca:

Denariis *Judas ter denis vendidit illum.*

Id. IV. Regum (quanquam Exemplaria variant,) ℣. 171.

Ter denos pro denario *mercator habebat.*

Incertus apud Flaccum Illyric. pag. 350. Vet. Poëm. & Wolfium Cent. XV. Memorab. fol. 742.

Si quis ad incudem me reddere poſſet eorum,
Qui relegunt nummos & libras denariorum,
Me remonetari facerem meliore moneta:
Mallem nummiculus fieri, quam Naſo Poëta.

Gotfrid. Viterb. Chron. Part. XIV. pag. 348.

Denariis *triginta Deum vendit Galilaeus.*

Ibid.

Regia denariis *erat bis impreſſa figuris.*

Bern. Geyſtenſis Lib. I. Palponiſtae, ℣. 418.

Dives apum, *pecorum*, *frumenti*, denariorum.

Nicol. Bibrach. apud Flac. Catal. Teſt. pag. 504.

Et jejunare, non denarios *numerare.*

Bellinus Speculo vitae Part. I. Ex. III.

Expertus novi, *quod multos nummus honorat*,
Et ſine denariis *nil reputatur homo.*

Richardus Judex Venuſinus Lib. de Pertractat. Nupt. Cap. V.

Denario *caſtella ſimul producuntur & Urbes*,
Denario *falli ſaepe puella ſolet.*

Ibid.

De-

Denario ſedes maculatur pontificalis.

Ita *Ternarius* antepen. correpte ab incerto apud Joh. de Sacro Boſco ponitur, Computo Eccleſiaſtico. N. 7. b.

Prima dies Jani, quae janua dicitur anni,
Ternarium retinet, ne poſterus ordo vacillet.

Duodenarius ab Aratore Lib. I. ✝. 117. Qui tamen in *denarius* produxit, ibid. ✝. 867. Quae quantitatis apud poſterioris aevi Scriptores corruptio non inſolens forte nata ex Martialis Epigrammatarii illis locis, non attente tamen habitis, Lib. I. Epigr. CXVIII. ✝. 17. Lib. IX. Epigr. CII. ✝. 6. Synaereſi enim ibi is utitur, & aperte producit ſyllabam, Lib. II. Epigr. LI. ✝. 1. & Lib. IX. Epigr. XXXIII. ✝. 3. Quemadmodum *Chriſtianus* contrahitur a Licentio Carmine ad Auguſtinum ✝. 139.

Sed nos, praetereo, quod ab una exurgimus urbe,
Quod domus una tulit, quod ſanguine tangimur uno
Seclorum, Chriſtiana *fides connexuit; & quod*
Nos iter immenſum diſterminat, & plaga ponti
Interfuſa coercet. Amor contemnit utrumque.

Denarium autem pro *nummo* uſurpant Wil. Gemetic. de Ducib. Normannicis, Cap. LXXIV. fol. 691. T. II. Anglic. *Cui Dux juſſit dari* denarios, *unde poſſet damnum reparare.* Significanter autem *formam* hic dicit teſtatiſſimam eam pulchritudiuem, de qua ille apud Petronium: *Nolito mirari, ſi pictura defecit, quum omnibus Diis, hominibusque formoſior videatur maſſa auri, quam quicquid Apelles Phidiasve, Graeculi delirantes, fecerunt.* Quod Nobiliſſ. Barthius alicubi notavit, qui & videndus libro Adverſ. CLXIV. Cap. XIX. & Lib. CLXV. Cap. VII. Alciatus Lib. IV. Parerg. Cap. XXIII. legit:

Dilige denarium, ſed parce: dilige formam,
Quam nemo ſapiens vel honeſtus captat ab aere.

Eum adi. Jacobus Magnus, Lib. VI. Sophalog. Cap. XVIII. fol. 59. a. Cato, *Dilige denarium: ſed parce dilige formam. Illi enim parce* denariorum formam *diligunt, qui pro ſola neceſſitate quaerunt. Sed* formam *illi deſiderant, qui denarios vendicant non pro neceſſitate, ſed pro ſuperflua aviditate; quod faciunt divites juxta illud Petronii:*

Hoc magis hic ſitiens erit, omnia cernens
Qui tenet, & ſicco decoquit ore famem.

Id. Lib. IX. Cap. XVI. fol. 85. b. Ideo Cato: *Dilige Denarium, ſed &c. Quia ſcilicet pecunia non ad cupiditatem, ſed ad neceſſitatem acquirenda eſt.* Ne recondas videlicet, & uſu damnes, ob formae venuſtatem. Perſius: *Quid aſper utile nummus habet.* Id eſt, recens, qui delectatione viſus ſolet animum ſtulti percellere, ne eo bene utatur. Barth. ad II. Achill. Papin. ✝. 43. Citat autem hunc verſum & Coſmas Pragenſis, Lib. I. Zuerius Boxhornius ἀντὶ

τῦ formam legit *famam*, Rom. Quaeſt. Cap. xiv. pag. 83. Quem ipſus vide. DAUMIUS. Verba Diſtichi, ut ſunt in textu, non nihil inluſtrantur verbis Horat. Lib. i. Serm. i. ℣. 70.

---- congeſtis undique ſaccis
Indormis inhians, & tamquam parcere ſacris
Cogeris, aut pictis tamquam gaudere tabellis.

In his mire quantum variant varii diverſi nominis Interpretes. Boxhornius, ut ab eo exordiar, ſic emendat in Diſſertatione:

Dilige denarium, ſed parce dilige. famam
Nam nemo ſanctus vel honeſtus captat ab aere.

At negamus, ipſi licere, quod olim Clyti interfector voluit, nodos quaſi Gordios gladio rumpere. Licet etiam non ignoremus *famam* & *formam* ſaepiſſime ab indoctis librariis confundi, Vid. Celeb. Burmann. ad Ovid. Ep. iv. Heroid. ℣. 27. eumdem ad Ep. vii. ℣. 5. & denique ad Lib. x. Metam. ℣. 240. Addit tamen Boxhorn. *denarium habent omnes libri MSS. etiam noſter.* Lector facile ex his intelligit, *per omnes libros MSS.* unicum Boxhornianum Codicem intelligi debere. Sane quinque meorum nil mutant. Voſſii tamen Conl. Leid. tert. Cod. Turic. & libri typis inpreſſi antiquiſſimi, ut Editt. Boill. Eraſm. Gryph. Cord. Cruc. & aliae *denarium* praeferunt: Sed ita forte mutarunt illi, qui neſciebant, *denari* pro *denarii* recte dici caſu gignendi, vel quod ſeculi vitio falſo putabant, antepenultimam in *denarium* produci haud poſſe, qua de re agit Doctiſſ. Daum. Ceterum idem ille obſervat, *formam denarii* hoc loco poni pro ipſo *denario*, ut ſit figura, quam *periphraſin* vocant. Sic quoque prior Daumio jam cenſuit ſummus Salmaſ. ad Lampr. Alexandr. Sever. Cap. xxxix. pag. 966. his verbis: *Hinc & formam denarii, ἀντὶ τοῦ χαρακτῆρος vel ipſo denario dixit Cato in Diſtichis, & formae denariorum Iſidoro ſunt ipſi denarii.* Eumdem etiam vid. ad Trebell. Poll. Trigint. Tyrann. Cap. xxxi. n. 4. pag. 337. Simili fere ratione *notam nummariam* pro *numis* dixit Aurel. Vict. Caeſar. Cap. xxxv. n. 6. Ubi videnda belliſſima femina Anna Fabri. Non lubet nunc plura hac de re adcumulare exempla. Tu vid. Clariſſ. Burmann. ad Quinct. Declam. xv. Cap. ii. & ad Ovid. Lib. i. Metam. ℣. i. & Lib. ii. Metam. ℣. 78. Nobiliſſ. Heinſ. & Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. Lib. xv. ℣. 16. Sic Boxhornium refutando refutavimus quoque Scriverium, qui legit: *Dilige denarium, ſed parce dilige formam.* Conjectura autem, quam proponit Barth. aliamque Alciatus, ut jam Daum. monuit, minus ſatisfacit, ipſique, quaſi Siſyphi ſaxum volvere videntur. Admittenda itaque expoſitio Salmaſii, ſeu, quod malim, amplectenda erit elegans ſane Cl. Cannegieteri, quam datis ad me literis perſcripſit, conjectura:

Dilige te ornari, ſed parce dilige formam,
Quam nemo ſanctus nec honeſtus captat habere.

Quae ſane ipſius emendatio tanto magis fit commendabilis, quo minor vis ſit antiquorum Codd. lectioni, atque ipſa Diſtichi ſententia poſtulare videtur, quam latius ſe in diſſertatione ſua expoſiturum promiſit. *habere* pro *ab aere* ſcribunt Codd. nonnulli atque Editt. ut mox videbimus. Non tamen id tanti eſt, ut *te ornari* ſine librorum auctoritate in textum poſſit admitti. Vide nunc ejusdem Viri Reſcripta Boxhorn. Cap. xxxi. ARNTZENIUS.

Quem nemo ſanctus &c.] *Quem nemo ſaniatus* Coll. Voſſ. & Vet. Reg. Sed quinque reliqui Codd. receptam a nobis lectionem probant, niſi quod pro *ab aere* reperi *habere* in Leid. pr. tert. Coll. Voſſ. Cod. Turic. atque Editt. Boill. Eraſm. Gryph. Cord. & Cruc. Atque hoc verbo Auctor forte reſpexit locum Horat. Lib. ii. Ep. ii. ℣. 182.

Gemmas, marmor, ebur, Tyrrhena ſigilla, tabellas,
Argentum, veſtes Gaetulo murice tinctas,
Sunt qui non habeant; eſt qui non curat habere.

Aut Salluſt. in Catil. Cap. xi. §. 3. *Avaritia pecuniae ſtudium habet, quam nemo* ſapiens *concupivit.* Porro autem, quod Cl. Cannegieteri favet conjecturae, *quam* pro *quem* agnoſcit Leid. tert. & editi antiquiſſimi, ut Aug. Vind. Euchar. Tremon. Pulm. Pariſ. Chouet. Florent. Boill. Eraſm. Gryph. & Cruc. At in recepta lectione τὸ *quem* praeferendum exiſtimo. Virg. Lib. vii. Aeneid. ℣. 17.

--- *Ac* formae *magnorum ululare* luporum,
Quos *hominum ex facie Dea ſaeva potentibus herbis*
Induerat Circe in vultus ac terga ferarum.

Ceterum docta manus ad marginem libri adleverat *ob aera* pro *ab aere.* Sed ſine cauſſa: *ab* hic idem eſt ac *propter* vel *ob.* Vid. Cl. Burm. ad Ovid. Ep. ix. Heroid. ℣. 129. Drakenb. ad Sil. Ital. Lib. xi. ℣. 246. Et hinc *ab* pro *ob* emendabat Jan. Douſa ap. Horat. Serm. i. iv. 26.

Aut ab *avaritia, aut miſera ambitione laborat.*

Cum antea male legeretur *ob.* Sed vid. quae notat Bentl. Nec magis placet, quod edidit Scriverius. *Qua nemo ſanctus nec honeſtus captat haberi.* Denarios autem aetate jam Imperatoris Aureliani aereos fuiſſe docet Vopiſc. in Aurel. Cap. ix. in f. *Ipſi autem ad ſumptus, aureos Antoninianos diurnos binos, argenteos Philippeos minutulos quinquagenos*, aeris denarios *centum: &c.* Denarios praeterea inferioris etiam aetatis aereos fuiſſe docet Eadmerus de ſimilit. S. Anſelmi 690. *Denarius quippe bonus puro* ex aere, *recto pondere, monetaque legitima debet conſtare.* Vid. DuCange Gloſſario Mediae Latinitatis voce *Denarius.* Verſus Petronii Cap. lxxxii. quos laudat. Daum. corruptiſſimi ſunt, vid. ibid. Burm. ARNTZEN.

V.

Quum fueris locuples, corpus curare memento:
Aeger dives habet nummos, ſe non habet ipſum.

VI.

V. *Quum fueris locuples &c.*] Cum agitur de corporis valetudine, ne tum parcàs divitiis tuis. Etenim qui morbo non ſuccurrit, ne minuat pecuniam, is habet quidem nummos, ſed ſe ipſum non habet; cum enim male valeat, mavult nummos eſſe ſalvos, quam ſe ipſum, & illis frui, quam ſe ipſo. Fortaſſe pro *ſed*, legendum *ſe*. ERASMUS. Vid. Weitz. ad Idyll. XVI. Theocrit. ỷ. 24. DAUMIUS. *locuplex* Cod. Tur.

Corpus curare memento.] Pythagorei.

Μὴδ' ὑγιείης τῆς περὶ σῶμ' ἀμέλειαν ἔχειν χρή.

SCALIGER. Loco τῦ *curare* librarius Leid. pr. puncta quaedam pinxerat, quo indicare videtur, vocem quamdam deeſſe. Porro quaeri hoc loco poſſet, vocesne illae *curare corpus* & *aeger* ad corpus ſolum, an etiam ad animum ſint transferendae. Negant nonnulli Grammatici, *aegrum* ratione corporis dici, ut contra *aegrotum* ratione animi dici non patiuntur. Vid. Serv. ad Virg. Lib. I. Aeneid. verſ. 351. Corn. Front. de differentiis vocum. p. m. 2198. & Bedam Sacerdot. de Orthogr. pag. 2327. inter Gramm. Putſchii. Sed dudum haec illorum doctrina a doctioribus exploſa eſt. & hinc *aeger animi* junctis vocibus ſaepius occurrit, cum de animi aegritudine intelligi debet, quod ex Livio etiam, ut reliquos taceam, intelligimus, Lib. I. Cap. LVIII. *Dant ordine omnes fidem: conſolantur* aegram animi *&c.* Lib. II. Cap. XXXI. Aegro animi *eadem illa in ſomnis obverſata ſpecies &c.* Puto itaque, Poëtam utrumque *curare corpus* & *aeger* de corpore pariter & animo intelligere. *Corpus* etenim aliquis *curat*, ut corpus roboret adverſus morbos, utque gaudia animo ſuo poſſit ſufficere, quae ſane excluduntur a corpore adfecto. Qui ergo corpus cuticulamque curat, non aeger animo, non corpore. Hinc Syrus apud Terent. Act. V. Sc. I. ỷ. I. *Aedepol Syriſce, te curaſti molliter.* Ubi Vid. V. D. Elegans etiam eſt locus Horat. Lib. I. Ep. II. 29.

In cute curanda *plus aequo operata juventus:*
Cui pulcrum fuit in medios dormire dies, &
Ad ſtrepitum citharae ceſſantem ducere ſomnum.

Adde Serv. & Doctiſſ. Emmen. ad Virg. Lib. IV. Georg. ỷ. 187. Ita ut *corpus curare* latiori omnino ſignificatione ſumi debeat, quam ut ſimpliciter medicinam adhibere ſignificaret; quod tamen Erasmus voluit. Pulcer inſuper horum dicto

V.

P. Ἀφνειὸς γεγονὼς ὑγιῆ σέο τὸν χρόα τήρει·
Ὄλβον ἔχει νοσέων γὰρ πλούσιος, οὐχὶ καὶ αὐτόν.

S. Ἀφνειὸς γεγονὼς, ἀμελὴς μὴ σώματος εἶναι·
Κέρμα ἔχει νοσέων γὰρ ὁ πλούσιος, οὐκ ἔχει αὐτόν.

VI.

dictorum ſenſus eſt, *Aeger dives habet numos*, *ſe non habet ipſum*. Si aeger ſe non habet, a quo ergo habetur? nempe a febre, a morbis & malis. Ille *ſe habet*, qui voluntati obſequi &, quod animus adpetit, agere & perficere poteſt, Sall. Bell. Jugurth. Cap. II. *Animus incorruptus, aeternus, rector humani generis agit atque habet cuncta, neque ipſe habetur.* Ubi omnino vid. eſt Cort. Quo minus autem haec fiant, inpedit morbus & aegritudo, atque haec cauſſa eſt, cur verbum *habendi* vulgari uſu, parum tamen perſpecto, ad valetudinem vitaeque conditionem transferatur. Ut ſi quis dicitur *bene ſe habere*. Hinc Terent. Adelph. Act. I. Sc. I. ℣. 20. *Semper parce ac duriter* ſe habere. Et inde *habitus oris*, *vultus* & *corporis* apud Cicer. & alios. Immo *habitior* apud Terent. Eunuch. Act. II. Sc. III. ℣. 23. *Si qua eſt* habitior *paullo*, *pugilem eſſe ajunt*. Eleganter etiam dixit: *dives habet numos*. Sic Petron. in Satyr. Cap. LXXVIII. in f. *Credite mihi: aſſem habeas, aſſem valeas:* habes, habeberis. Ubi videndi ſunt docti Commentatores, & in primis Celeb. Burmann. Alanus Planct. Nat. Metr. VII. ℣. 54.

Divitias *non* dives habet, *ſed* habetur *ab illis*,
Non eſt poſſeſſor numi, *ſed poſſidet ipſum*
Numus.

Quem Alani locum inter alia laudat Eruditiſſ. Cortius ad locum Sall. modo allegatum. ARNTZENIUS.

Se non habet ipſum.] Vet. *ſed non habet ipſum.* pro *ſe ipſum.* Weitz. d. l. legit: *ſed non habet uſum.* DAUMIUS. *Se non habet ipſum.* habent omnes mei MSS. Codd. excepto Leid. tert. qui hoc modo legit, *nummum*, *ſed non habet ipſum*. Ita ut Weitzii conjectura *ſed non habet uſum.* parum inde ſubſidii habeat. Nec ſane debent movere verba *ſe ipſum* pro *ſe ipſe*; ſic enim non tantum Dionyſium noſtrum ſed & optimos Scriptores, immo ipſum Ciceronem quandoque locutos fuiſſe, ſupra dictum eſt Lib. I. Diſt. IV. Pleraeque vero Editt. interque eas Eraſm. Gryph. Cord. & Cruc. *ſed non habet ipſum*, quod Eraſmus jam proſcripſit. Pejus adhuc; *ſed habet ſe ipſum* Boill. Vir autem Doctus ad marginem libri conjecerat: *Aeger dives ha-*

VI.

Verbera quum tuleris diſcens aliquando Magiſtri,
Fer Patris ingenium, quum verbis exit in iram.

VII.

Res age quae proſunt: rurſus vitare memento,
In queis error ineſt, nec ſpes eſt certa laboris.

VIII.

habet nummos non, ſed habet ipſos. Quam verborum & diſtinctionis transpoſitionem me ſenſu ſatis commodo exponere haud poſſe, ingenue fateor. Melius ſane Scriver. *Dives habet nummos, aeger ſe non habet ipſum.* Sed contra fidem Codicum non facile quidquam mutem. ARNTZENIUS.

VI. *Verbera quum tuleris &c.*] Et hic quoque ſolet imaginoſum Planudes, μυςιπόλος pro magiſtro & paedagogo vertens. Portentum eſt, non Helleniſmus. Rurſus improprie καὶ ἐλλιπῶς, φέρων ἀντὶ τοῦ ἐνεγκών. SCALIGER. Nil variant Leidd. tres, nec reliqui Codd. excepta Coll. Voſſ. Quae *dicens* pro *diſcens* praefert perperam & *verba* [era] cum emendatione Cod. Turic. qui ſimiliter *diſcens* [do] ſine addito puncto exhibet. τὸ *s.* tamen finale fere totum abraſum eſt. ARNTZENIUS.

Fer Patris ingenium, &c.] Ita Scaliger. Caeterae Editiones *imperium.* Quomodo & legitur in Monoſtichis, Columbano a quibusdam, ab aliis Alcuino verius, adſcriptis. ℣. 21. Ita Senec. Herc. Fur. ℣. 1315. *Perfer imperium patris.* Martial. ὑποβολιμαῖος Lib. undique fuſc. Cap. III.

Dilige, ſi bonus eſt, juſta pietate Parentem;
Si malus eſt, toleres. Filius eſto bonus.

DAUMIUS. *Imperium* habet quoque Coll. Voſſ. Leid. tert. Cod. Turic. & Editt. antiquae fere omnes, certe ita legunt Boill. Erasm. Gryph. Cord. & Cruc. Nec aliter Scriverius edidit. Sed male, ſi quid video. Non nego, *imperium* patris dici, Vid. Terent. Adelph. Act. I. Sc. I. ℣. 41. *Qui imperium credat gravius eſſe, aut ſtabilius &c.* ibid. ℣. 52. *Fateatur neſcire* imperare *liberis.* Et Act. II. Sc. I. ℣. 2. Cicer de Senect. Cap. XIV. Egeſipp. Lib. II. Cap. II. Patris imperio *neci traditus.* Et inde Manlium *imperioſum* eſſe cognominatum ſcio, Vid. Liv. Lib. VII. Cap. IV. Pluribus vid. Viros Doct. ad Flor. Lib. I. Cap. XIV. §. 2. Sed quid *imperium* ad verbera? qualis haec oppoſitio, quum tuleris *verbera magiſtri*, fer ſaltem *imperium patris?* dein, quid *imperium* ad iram? unice mihi ſatisfacit *ingenium*, quod placuit etiam Cl. Cann. ad Avian. Fab. XIV. ℣. 10. *Ingenium* autem hoc loco ſignificat *mores difficiles &*

graves

VI.

P. Πληγὰς ἔσθ᾽ ὅτε μυςοπόλοιο φέρων παρὰ χειρός·
Τλῆθι καὶ ἐμβρίμημα χολωομένοιο τοκῆος.

S. Παιδοτρίβου μάςιγα μαθητεύων πότ᾽ ἀνατλάς·
Τέτλαθι χωομένοιο βαρύφρονα πατρὸς *ἐνιπήν.

Vel: - - - - - - * ὁμοκλήν.

VII.

P. Πράττε τὰ ὠφέλιμα· προσεχῶς δὲ φύλασσε ἐκεῖνα,
Οἷς τισιν ἀμφίβολος πέλει ἡ τοῦ κέρδεος ἐλπίς.

S. Πράττε τὰ ὠφελέοντα, πάλιν δέ γε ταῦτα φυλάσσου,
Οἷσιν ὕπεςι πλάνη, μόχθοιο δὲ κῦδος ἄδηλος.

VII.

graves, quos filium ferre decet. Terent. in Andr. Act. I. Sc. I. ℣. 66. *Qui cum* ingeniis *conflictatur ejusmodi.* Phorm. Act. I. Sc. II. verſ. 20. *Deſinas, ſic eſt*, ingenium. Neque etiam ab hoc Auctoris noſtri praecepto abit ſenex Terentianus in Heaut. Quare de eo Clitipho Act. I. Sc. II. verſ. 23. *Immo ille fuit ſenex importunus ſemper: & nunc nihil magis vereor, quam ne quid in illum iratus plus ſatis faxit pater.* Reſpondet Chremes: *Fortaſſe aliquantum iniquior erat praeter ejus lubidinem. Pateretur: nam quem ferret, ſi Parentem non ferret ſuum? hunccine erat aequum ex illius more, an illum ex hujus vivere?* Inſuper quinque MSS. Codd. & multae Editt. *ingenitum* ſervant. Mox *exſerit iram* pro *exit in iram* conjecit doctiſſ. Almeloven. forte ex Proſper. Aquitan. in Sent. n. V. verſ. I.

Cum Deus exerta *peccantes verberat* ira.

Sed Tu nihil muta. Lucan. Lib. III. verſ. 112.

- - - *tamen* exit in iram,
Viribus an poſſint obſiſtere jura, per unum
Libertas experta virum. - - -

Ovid. Lib. VIII. Metam. verſ. 106.

Conſumtis precibus violentam tranſit in iram.

Locutionem hanc optime inluſtrat Eruditiſſ. Cann. ad Aviani locum modo laud. ARNTZENIUS.

VII. *Res age quae proſunt: &c.*] De quibus dubites, ea ne feceris. Age illa, ex quibus certa ſperatur utilitas. Rurſus in quibus falli poſſes, & incertum eſt, profuturane ſint an nocitura, ab iis abſtineas. ERASMUS. *Nam ſtultus labor eſt ineptiarum,* quod

VIII.

Quod donare potes, gratis concede roganti;
Nam recte feciſſe bonis, in parte lucrorum eſt.

IX.

quod Martialis ait, Lib. II. Epigr. LXXXVI. DAUMIUS. Nihil hic mutant ſcripti vel editi. In Edit. autem Aug. Vind. vitio typothetarum *reges* pro *res* erat expreſſum. Elegans hic eſt ſignificatio *τοῦ rurſus* pro *contra* vel *viciſſim* vid. Donat. ad Terent. Eunuch. Act. IV. Sc. IV. ℣. 44. *Heus! negato* rurſum. *&c.* Avian. Fab. XXXVI. ℣. 5.

Cum mihi ſubjectas pateat diſ-curſus in berbas,
Et nemorum liceat rurſus *opaca ſequi.*

Ubi Vid. Canneg. & ſic noſter infr. Diſt. XXIV. XXVI. & XLV. Analect. Pithaei, Symphoſii Aenigm. IV, verſ. 3. p. 405.

Servo domum domino, ſed rur-ſus ſervor ab ipſo.

Egeſipp. Lib. I. Cap. I. rurſum *cum matrem verberari, atque ad necem aptari videret, molliebatur: revocabat impetum referebat gradum &c.* Cod. Haverc. legit hoc loco *referebat* [*rena*]. Quare ordinem verborum invertendum eſſe crederet non nemo, hoc modo: *refrenabat impetum, revocabat gradum.* Sic *revocare gradum* dixit Virg. (quem ſaepius imitatur Egeſippus, monente ſummo Gron. in Scriptor. Eccleſ. Cap. VI. p. 64.) Lib. VI. AEneid ℣. 128. & ipſe Egeſipp. Lib. IV. Cap. IV. in *f. dum cedentem ſequitur, & arte* revocantem gradum *perurguet.* At vero! *referre gradum* rectum eſt, teſte ipſo Egeſippo Lib. V. Cap. XLIII. *Fatigatus itaque clamoribus Caeſar*, gradum retulit. Quare nulla hic opus tranſpoſitione. Adde Pomp. Mel. de ſitu Orb. Praefat. & Lib. I. Cap. I. ARNTZEN.

In queis error ineſt,] *In quibus* habent Editt. omnes antiquae ut Boill. Eraſm. Gryph. Cord. Cruc. & Scriveriana, Leidenſemque tert. adſtipulantem habent. *In quibus* Cod. Turic. ſed *bus* ſcriptum exſtat in raſura a poſteriori manu, ut teſtatur Cl. Hagenbuchius; forte olim legebatur *quis*, id eſt, *queis*. Tò *error* autem hic eleganter admodum ponitur pro *dubitatione* ac *re incerta*. *Error* enim notat quemcunque adfectum atque animi perturbationem, quae mentem dubitare facit, immo ad prava inpellere atque ita in errores perducere ſolet. Et hoc eſt, quod dicit vetus Grammaticus, ſeu Fronto de Diff. vocum p. Edit. Putſchii 2200. Error *eſt rei vitium, ut amor, dolor.* Atque huc pertinet locus Flavii Aviani Fab. XVIII. verſ. 3.

Ut ſimul emiſſos nullus divelleret error,
Rurſus & e paſtu turba rediret amans.

Ubi erudite Cl. Canneg. *Non errorem hîc itineris, ſed mentis accipe.* Huc ſpectant quoque verba Terent. Prol. II. verſ. 8. *Quia ſciebam* dubiam fortunam *eſſe ſceni-*

VIII.

P. Πᾶν ὃ δύνῃ δοῦναι χάριν, αἰτίζοντι χαρίζου·
Τοὺς ἀγαθοὺς εὖ ῥέξαι, ἐν μέρει ἔπλετο κέρδους.

S. Μὴ πώλει αἰτοῦντι, τὸ δοῦναι προῖκα δύναιο·
Τοὺς ἀγαθοὺς εὖ δρᾷν μέρος οὐ βραχὺ κέρδεός ἐστι.

IX.

ſcenicam, *ſpe incerta*, certum *mibi* laborem *ſuſtuli*. Quo loco *dubia fortuna* & *certus labor* eodem modo per ἀντίθεσιν inter ſe opponuntur, ut *dubia vita* & *certa pericula* in Diſt. XXXIII. Lib. I. ubi vide. ARNTZEN.

VIII. *Quod donare potes*, *&c.*] Gratis pro grates, & ſermonis pro ſermones in veteribus libris legi, nemo neſcit. Propterea hic gratis pro grates accepit Planudes, quod reddit χάριν.

... Gratis concede roganti.
χάριν αἰτίζοντι χαρίζου.

Itaque aliter diſtinguit,

Quod donare potes, gratis concede roganti.

Quod ſi χάριν adverbiale accipit, ut δωρεάν, tolerabile erit, ſiquidem ita uſurpatum ab idoneis Helleniſmi auctoribus. Sed negamus apud ullum claſſicum auctorem hoc modo uſurpatum. SCALIGER.

Concede roganti;] Hæc eſt vulgata lectio, & quidem inepta, quae impoſuit metaphraſtae. Pithoeana optime *ne vende roganti*. SCALIGER. *Ne vende* exhibet quoque Coll. Voſſ. Vet. Reg. Ut & Editiones quaedam recentiores. Quomodo autem hic duo priores Codd. Leidd. habeant, ex collationibus elicere haud licuit, dum vix dubitamus, quin in iis etiam variatio quaedam reperiatur. Receptam lectionem ſervant Editt. antiquae omnes, Aug. Vind. Euchar. Trem. Pulm. aliaeque, quibus adſtipulatur Codex Membr. Voſſ. Vet. Reg. Leid. tert. & Cod. Turic. Niſi quod *praeſtare* pro *donare* ibi legatur, forte quod librarii putarent, τὸ *donare* minus recte opponi τῷ *concedere*, quae etiam cauſſa eſſe videtur, cur eodem fere modo edidit Scriver. ſola tantum tranſpoſita diſtinctione. *Quod praeſtare potes gratis*, *&c.* Quae interpunctio, ſi verbum *praeſtare* retineamus, ferri poteſt, cum *donare* autem non item; quid etenim *donare* ſit ſcio, non autem, quid *gratis donare*. ARNTZENIUS.

Nam recte feciſſe bonis, in part. l. e.] Per *bonos* intellige *probos*, *gratos*, *memores*. Ut ſaepius alibi, vid. quae ſupra diximus Lib. I. Diſt. XI. His ſolis vult beneſieri, non etiam malis & maleficis. Recte, & ex ſententia Veterum, vid. Phaedr. Lib. II. Fab. III. *Recte facere* autem ſignificat hoc loco *bene* & *benevole facere*, cujus locutionis rariora ſunt exempla, ſed alio hoc agemus loco. Elegans por-

IX.

Quod tibi ſuſpectum eſt, confeſtim diſcute, quid ſit;
Namque ſolent, primo quae ſunt neglecta, nocere.

X.

Quum te detineat Veneris damnoſa voluptas,
Indulgere gulae noli, quae ventris amica eſt.

XI.

ro illud in *parte lucrorum eſt*. A calculatoribus ducta eſt phraſis, qui partes damni & lucri ſeorſum faciebant. Vid. ſupr. Lib. I. Diſtich. XXXIX. Adde, quae Cl. notavit Cannegieterus in Reſcriptis Boxhorn. Cap. XXIX. *In parte lucroſum eſt* habent Vet. Chart. Memb. Voſſ. Vet. Reg. Leid. tert. Cod. Turic. & Editt. Aug. Vind. Boill. Cord. & Cruc. Quod ab indoctis profectum eſt librariis. ARNTZENIUS.

IX. *Confeſtim diſcute, quid ſit;*] Planudes ταχέως ἀποσείε. Certe diſcutere, ut pueri ſciunt, eſt ἐξετάζειν, non autem ἀποσείεσθαι. SCALIGER. Quae ſuſpicionem habent mali, ea noli negligere, ſed ſtatim examina, & exquire cujuſmodi ſint. Nam initiis facile medeberis, ſi quid mali ſit; at neglecta creſcunt, ac maxime laedunt poſtea. Veluti ſi ſuſpicaberis, amicum alieniore eſſe in te animo, noli negligere, quid ſibi velit: ſed excute, unde hoc natum ſit, & ſi quid eſt, ſtatim occurre naſcenti malo. ERASMUS. De locutionibus *pericula*, *conſilia*, *muros*, *matrimonia*, *veſtes*, *dolos*, *jubas*, *oſſa*, *criſtas* ſimiliaque *diſcutere* nota ſatis ſunt omnia. Sed hac ſignificatione verbum *diſcutere* ſimpliciter pro *circumſpicere*, *examinare*, *dijudicare* rarius eſſe puto. Ita tamen Avian. Fab. XIV. ℣. 8.

Inter quos trepidae ducebant pignora matres,
Judicio tanti diſcutienda *Dei.*

Auſon. in Profeſſ. XVII. ℣. 4.

- - - quam ſi
Auditu tenus acciperes, deflata placeret:
Diſcuſſam *ſcires ſolidi nihil edere ſenſus.*

Sic *lite diſcuſſa*, id eſt, *dijudicata* ac *dirempta* eſt in L. 8. Cod. de Execut. rei judicat. *In diſcuſſionem venire* dixit Liv. Lib. VIII. Cap. XXIII. §. 14. *Vitione creatus eſſet*, in diſcuſſionem venit. Ubi videndus eſt Celeb. Drakenb. Proprie de calculatoribus uſitata vox, qui rationis partes diſpungunt, atque inde *diſcuſſores* appellantur. Vid. Briſſon. Lexic. Jurid. in ea voce. Ad ipſam autem Auctoris noſtri ſententiam faciunt verba Ovidii, licet in alia re:

Principiis obſta, ſero medicina paratur,
Cum mala per longas convaluere moras.

ARNTZENIUS.

Nam-

IX.

P. Πᾶν ὁτιοῦν ὂν ὑποπτόν σοι, ταχέως ἀποσείω·
Ὅττι φιλεῖ τὰ πάρος ὀλιγωρηθέντα λυμαίνειν.

S. Ἢν τι ὑποπτεύησθα, παραυτίκα τοῦτο ἔταζε·
Καί γ᾽ εἴωθε τὸ μὴ πρώτως βασανισθὲν ἀᾶσαι.

Id: Ὅῤῥα ὑποπτεύησθα, τόδ᾽ αὐτίκα πάμπαν ἔταζε.

X.

P. Ἢν ἀκόλαστος ὄρεξις ἐνοχλοίη σε Κυθείρης,
Μὴ θέλε χρηστεύεσθαι λαιμῷ γαστρὸς ἑταίρῳ.

S. Εἰ κάτοχος δελέασσιν ἐνίσχῃ τῆς Ἀφροδίτης,
Μαργοσύνῃ μὴ νικῶ ἑταίρῃ τῶν ὑπὸ γαστρί.

Vel: Μὴ λαιμῷ ὑπόειξον, ὃς ἔπλετο γαστρὸς ἑταῖρος.

XI.

Namque ſolent, primo quae ſunt neglecta, nocere.] Planudes putide λυμαίνειν. SCALIGER. *Primo quae ſunt neglecta*, id eſt, quae *principio* ſunt neglecta. Nil frequentius apud Terent Phorm. Act. I. Sc. II. 25. *Coepi adverſari* primo. Ibid. ℣. 30. *Neſter mali nihil quidquam* primo. & paſſim alibi *p. q. s. neclecta, nocere*. Cod. Turic. Vid. quae ſupra dicta ſunt ad finem Praefat. Lib. I. p. 10. & II. ARNTZEN.

X. *Quum te detineat Veneris damnoſa voluptas,*] Planudes:

Ἢν ἀκόλαστος ὄρεξις ἐνοχλοίη σε Κυθείρης.

Barbariſmus, ὄρεξις Κυθείρης, ἀντὶ τῆς ἡδονῆς. Sed gravius βαρβαρίζει in verbo ἐνοχλεῖν. Contrarium enim ſentit auctor, ἐνοχλεῖσθαί τινι πράγματι eſt aliquo infeſtari. At detineri aliquo eſt ἐνασμενίζειν τινί. In altero eſt gravatio, in altero oblectatio. SCALIGER. Cave, ne duplices morbum tuum. Unus enim utcunque fertur, duo ſimul ferri non poſſunt. Amare damnoſa res, damnoſa gula. Quod ſi pariter utroque laboras malo, ſupereſt, ut mox ad egeſtatem redigaris. Gulam vocat ſtudium exquiſitorum ciborum, eamque dicit ventris amicam, quod per eam venter ſaginatur: res & fama decreſcit. ERASM. *damnoſa voluntas* hic ſcribit Leid. ſec. Quas voces ſaepius commutari, jam ſupra vidimus Lib. II. Diſt. XXVIII. ac rurſus infr. Lib. IV. Diſt. XXX. *damnoſa libido* Vet. Chart. & ſic Cod. Turic. Sed deletum poſtea eſt, & ſcriptum ibi *voluptas*

XI.

Quum tibi proponas animalia cuncta timere,
Unum praecipio tibi plus hominem eſſe timendum.

XII.

ptas. ventris damnoſa v. edidit Scriver, ſed ſequor MSS. Atturbam. Totidem verbis *Veneris damnoſa voluptas* eſt apud Ovid. Lib. I. Ex Pont. Epiſt. I. ℣. 33.

Nec vires adimit Veneris damnoſa voluptas.

ARNTZENIUS.

Indulgere gulae noli,] Planudes: μὴ θέλε χρηστεύεσθαι λαιμῷ. Uno verbo duas valde diſcrepantes ſententias efferunt Latini. Indulgeo amico, χαρίζομαι τῷ φίλῳ, χρηστεύομαι πρὸς τὸν φίλον: & indulgeo voluptati, ἡττῶμαι τῆς ἡδονῆς. Vide quam diverſa: tam profecto quam χρηστεύεσθαι & ἡττᾶσθαι. Planudes in ſuo Gloſſario Latino-graeco legerat ſine dubio, *indulgere* χρηστεύεσθαι. Ac propterea putavit, dici poſſe χρηστεύεσθαι τῷ λαιμῷ. Age: ne ſummum jus ſumma ſit injuria, hoc homini Graeco condonemus. Barbariſmos tamen, & commiſſa in proprium idioma quomodo excuſemus, non video. SCALIGER. Vide Laur. Vall. Lib. IV. Elegant. Cap. XVIII. DAUMIUS. *Indulgere gulae* Cod. Turic. Sed τὸ gulae, teſte Eruditiſſ. Hagenbuchio, exſtat in raſura. Horat. Lib. II. Sat. VII. ℣. III.

Nil ſervile gulae *parens habet?*--

Hinc canit Poëta:

Nec Veneris nec tu vini capiaris amore;
Uno namque modo vina Venusque nocent.

ARNTZENIUS.

Quae ventris amica eſt.] Attende praeceptum ſimul & rationem, quam apponit. Praeceptum: ſi natura deditus es rebus Veneris, noli gulae indulgere. Ratio: quia gula eſt ventris amica. Quid inteſtinis aut voraci ſtomacho cum Venere? Qui antiquitus hunc libellum pueris legebant, quaedam, quae minus Chriſtianiſmo conveniebant, mutabant, ut Deus, ubi Auctor poſuerat Dii. Et, ut apparet, multa Diſticha ſuſtulerunt, quia plus ad cultum Deorum paganicorum, quam ad Chriſtianam pietatem faciebant. Praeterea, ſi quid minus honeſte minusque caſte dictum eſſet, id quoque pudentioribus verbis commutarunt: quale hoc, quod hic propoſitum eſt:

Quae ventris amica eſt.

Nam ſine ullo dubio Gnomologus ſcripſerat *quae penis amica eſt.* Gula τῶν ὑπὸ γαστρὶ amica eſt juxta illud: *Sine Cerere & Libero friget Venus.* Quam vera eſt ea ſententia, tam certum eſt *penis* ab Auctore ſcriptum fuiſſe, & *ventris* a Magiſtris ſubſtitutum, ne pueri praetextata verba legerent. Nos & menti Auctoris & receptae lectioni ſatisfecimus, quum pro obſcoena voce vertimus τῶν ὑπὸ γαστρὶ. SCALIGER. *Venter* eſt, cum libidinem denotat. Dionyſius Libro IV.

Diſt.

XI.

P. Ἢν προκέηται θηρία πάντα ἔχειν διὰ δεῖμον,
Ἓν κέλομαι τρομέειν σε, τὸν ἄνθρωπον περὶ πάντων.

S. Εἰ φρεσὶ σῇσιν ἄρηρε τὰ θηρία πάντα φοβεῖσθαι
Τρέσσαι ἓν ἄνθρωπον κέλομαι περιώσια πάντων.

XII.

Diſtich. x. *Quum te detineat, &c.* Pudice, & turpius membrum nominare noluit: quare nec mutandi cauſſa Illuſtriſſimo interpreti. BARTH. Ad Claudian. II. Edit. pag. 1362. Qui & Lib. LXI. Adverſ. videndus. Eucherius Paraenetico pag. 67. *Anne aliquis ex illa Ariſtippei ſcbola veritatem videbit, qui ingenio ſuo a ſuibus aut pecore nihil differt: cum beatitudinem in corporis voluptate conſtituat, cui Deus venter eſt, & gloria in pudendis.* Apul. Apologia: *Delicias* ventris *& inguinum neque vult ullas, neque poteſt.* Alan. I. 4. in Prophet. Merlin. pag. 142. *Sicut ventris inteſtina ac genitalia membra proxima ſunt loco atque vicina, ſic gaſtrimargia & filia ejus luxuria contubernales ſunt, & ſibi conbabitant, &c.* Prudent II. Cathem. ℣. 81.

Nutabat inguen ſaucium,
Quae corporis pars vilior;
Longeque ſub cordis loco,
Diram fovet libidinem.

DAUMIUS. Conjecturam, quam hic in notis ſuis proponit Joſ. Scaliger, ſibi vindicavit & Viro ſummo pudendo ſane plagio ſublegit Malſcius, his verbis: *Lego* penis amica eſt, *ſenſu, quem Terent. alibi lepide expreſſit. Sine Cerere & Libero friget Venus. Nimirum perſuaſerant ſibi Monachi ſcioli, qui baec diſticba in ſcbolis praelegebant,* τὸ penis *offenſivum eſſe piarum aurium &c.* Ego vero cum Doctiſſ. Barth. aliisque exiſtimo, nil hic, conſentientibus Codd. MSS. mutari oportere; *ventrem* enim eſſe focum quaſi & ſedem omnium libidinum & voluptatum res extra aleam poſita, unde etiam *ventrem* & *libidinem* conjungit Senec. Lib. VII. de Benef. Cap. II. Ventri *ac* libidini *deditis; quorum animus inerti otio torpet.* Vid. Cort. ad Salluſt. Bell. Catil. Cap. II. §. 8. Immo *venter* & *penis* conjunguntur apud eumdem Salluſt. Catil. Cap. XIV. §. 2. *Manu,* ventre, pene *bona patria laceraverat,* & in Jugurt. Cap. LXXXV. n. 41. At haec de re turpicula ſufficiunt. Hujus autem Diſtichi ſententia confirmatur non nihil Lipſii conjectura ad Florum Lib. III. Cap. IX. §. 2. pro *divitiis* ſubſtituentis *deliciis*, hoc modo: *inſulam veteribus* deliciis *abundantem, & ob boc Veneri ſacram &c.* Vid. ibidem Graevium & Dukerum. ARNTZEN.

XI. *Quum tibi proponas &c.*] Ab hac ſententia non abludit illud

XII.

Quum tibi praevalidae fuerint in corpore vires,
Fac ſapias, ſic tu poteris vir fortis haberi.

XIII.

lud Lycurgi veteris Poëtae:

Οἴει τὶ τῶν ἄλλων διαφέρειν θηρίων
Ἄνθρωπον; οὐδὲ μικρόν. ἀλλὰ σχήματι
πλάγι᾽ ἐστὶ τ᾽ ἄλλα, τοῦτο δ᾽ ὀρθὸν θηρίον.

SCALIGER. Bias apud Auſonium: *Pernicies homini quae maxima? Solus homo alter*. OPITIUS. Vide Rittersh. pag. 256 ad Oppian. DAUMIUS. *Praeponas* habet Veterr. Reg. *Prępo-nas* Cod. Turic. ſubſcripto ſigno, quo librarius ſignificare voluit, literam *e* delendam eſſe. *praeponas* eſt quoque in Edit. Boill. Sed male. Uti ſic, *prae* & *pro* in compoſitis ſaepius commutari, ſupra vidimus Lib. II. Diſt. XXIV. Mox *timore* pro *timere* reperi in Coll. Voſſ. aberrantis manus, ut videtur, vitio. Mirari autem ſubit patientiam Eruditorum Virorum mitemque ſtomachum, qui hunc verſum, ut nunc eſt ineptiſſimum, ferunt. Si tibi proponas, ait, *timere animalia cuncta*. Si *cuncta*; ergo etiam animalia meticuloſa & fugientia humanum conſpectum, ut lepores, aviculas, a quibus ne quidem puellae & pueri metuunt. Vidit hoc homo, neſcio quis, qui Aviano Fab. XVII. ℣. 19. hoc ſuppoſuit diſtichon:

Bruta licet ſoleant animalia ju-re timeri,
Omnibus eſt illis plus metuendus homo.

Bruta enim legit pro *cuncta*. Non ignoramus quidem, nullam vocem crebrius fere ſubſtitutam a librariis inportuniſque correctoribus, quam vocem *cuncta*, vid. Nobiliſſ. Heinſ. & Cl. Drakenb. ab Sil. Ital. Lib. IX. ℣. 641. Freinſch. & Graev. ad Flor. Lib. IV. Cap. XII. §. 64. Doctos interpretes ad Ovid. Lib. II. Metam. ℣. 185. Canneg. ad Avian. Fab. XLII. ℣. 7. aliisque locis. Et infra quoque hoc libro, Diſt. XX. Quare nullo negotio aliud quoddam epitheton, adhibito Gradu ad Parnaſum, qui liber nonnullis profanandae Criticae fons eſt, pro τῷ *bruta* quaeri poſſet; ſed tutius meo judicio, atque admonente Cl. Cannegietero, ſtatuerimus, hominis hoc inepti & magiſtelli eſſe putidum commentum, quam Dionyſii noſtri vel Aviani Diſtichon opinari. Et adſtipulatur idem Vir. Cl. quantum ad Avianum attinet, ad eumdem Auctorem loco citato. Nunc etiam vide ejuſdem Reſcripta Boxhorn. Cap. XXIV. Quia tamen omnes Codd. ſcripti Editionesque typis exaratae adnoſcunt, & dedita quaſi opera in eumdem hunc errorem ſeſe proruunt, rejicere non debui, ſed tamen aliis literis, *curſivas* vocant, inprimendum curavi.

XII.

P. Εἰ σθένος εὐπάλαμον σέο τὸν χρόα συμπεριφράλτει,
Σπεῦδε καὶ * εὖ Φρονέειν, ὡς γὰρ δόξεις ἀνδρεῖος.
Al. - - - * εὐΦρονέων.
S. Ἤν σοι ἐνακμάζῃ ςιβαρὸν σθένος ἐν μελέεσσι,
Τοῦ Φρονέειν μελέδαιν᾽· οὕτως ἀνδρεῖος ἀκούσεις.
Vel: Ἤν γέ σοι ἀκμάζῃ ςιβαρὸν σθένος ἐν μελέεσσιν,
Σπούδασον φρονέειν· οὕτως ἀνδρεῖος ἂν εἴης.

XIII.

ravi. ARNTZENIUS.

Unum praecipio tibi plus hominem &c.] Id eſt, *magis*. Seneca Lib. de Brevit. Cap. v. Plusque & *iterum timenda cum Antonio mulier*. Sic & ipſe Tullius, aliique. Unde non audiendus Horatius Turſellinus, qui Cap. cxxvii. de part. L. L. auctor eſt, ne *plus* temere pro *magis* uſurpetur. WACHIUS. Leid. tert. & Editt. Boill. inmutato etiam verborum ordine legunt: *Unum praecipio hominem plus eſſe timendum*. Male. Editt. autem Aug. Vind. Eraſm. Gryph. Cord. & Cruc. *Unum hominem tibi praecipio plus eſſe timendum*, Aliter Scriver. *Unum percipies h. p. e. t.* Qua auctoritate neſcio: hoc ſcio, ubique Auctorem meum praecepta praeſcribere, non autem, quid rerum uſus doceat, monere. Ad mentem Diſtichi facit locus Plin. Lib. vii. Hiſt. Nat. Prooem. *Denique cetera animantia in ſuo genere probe degunt: congregari videmus, & ſtare contra diſſimilia: Leonum feritas inter ſe non dimicat: ſerpentum morſus non petit ſerpentes: ne maris quidem belluae ac piſces, niſi in diverſa genera, ſaeviunt. At hercule homini plurima ex homine ſunt mala.* Veriſſime! ARNTZENIUS.

XII. *Quum tibi praevalidae &c.*] Monachalia ſunt Planudea, inerudita, inamoena. SCALIG. Manil. Lib. v. verſ. 74.

— *& flectere equorum*
Praevalidas vires *ac torto ſtringere gyro.*

ARNTZENIUS.

Fac ſapias, &c.] Vide ad Diſtich. ix. lib. ii. DAUMIUS. Nil mutant Codd. MSS. nec Editt. quaedam optimae notae. Cod. Turic. habet: *Fac ſapia. ſic tu poteris &c.* Vir autem Doctus in margine libri conjecerat: *Fac ſapias animo poteris ſic fortis h.* qua in re fere ipſi adſtipulantur Editt. duae *Fac ſapias animo p. ſic f. h.* Tremon. *F. ſ. a. & pot. vir fortis h.* Florent. Sed nil mutat Scriver. nec mutandi cauſſam video; τὸ *animo* quidem hic eleganter abundaret, ut ſaepe alibi. Vid. infr.

XIII.

Auxilium a notis petito, ſi forte laboras, (cus.
Nec quiſquam melior Medicus, quam fidus ami-

XIV.

Quum ſis ipſe nocens, moritur cur victima pro te?
Stultitia eſt morte alterius ſperare ſalutem.

XV.

infr. Lib. iv. Diſt. xxxi. Attamen ex ſuperioribus haec lectio videtur repetita. *Fortis* dicitur hoc loco non tam qui *corporis viribus*, quam qui *animi pollet conſilio.* Atque ſic vexatiſſimum capio Phaedri locum lib. i. Fabul. v. ℣. 8.

Secundam, quia ſum fortis, *tribuetis mihi &c.*

Nec putem, ταυτολογεῖν ibi Phaedrum. Simili autem fere modo Phormionem *Virum fortem* vocat Geta ob induſtriam & recta in corde inſtructa conſilia ap. Ter. Phorm. Act. ii. Sc. ii. ℣. 10. O Vir fortis *atque amicus.* & alibi. Plane vero *fortes* habebantur, qui & corpore & animo praeſtabant, unde *Viri fortes* dicuntur etiam Heroës, ut Hercules, Theſeus, alii. vid. Serv. ad Virg. lib. i. Aeneid. v. 197. Heros, Vir fortis, *ſemideus, plus ab homine habens, ut ait Heſiodus.* Qui locus reperitur in Heſiod. Ἔργ. καὶ ἡμέρ. verſ. 158. Ceterum cum hoc Diſticho conferatur locus Sall. Bell. Catil. Cap. ii. *Sed diu magnum inter mortales certamen fuit, vine corporis an virtute animi res militaris magis procederent.... Utrumque per ſe indigens, alterum alterius auxilio eget.* ARNTZENIUS.

XIII. *Auxilium a notis petito,*] Auxilium intelligit, quam Graeci vocant νοσηλείαν, nimirum opem, quae aegris ab aſſidentibus praeſtatur. Oppianus βουρῆς νοσήλια dixit, quae reficiendo aegro dantur. Itaque nos ea voce uſi ſumus in noſtra metaphraſi. Planudes more ſuo συμμαχίαν, quia in ſuo Gloſſario hoc viderat. SCALIGER. Corporis morbos aperi Medico: animi morbos aperi fideli amico. Ille pharmacis ſanat, hic verbis. Aliter. Si quid morbi inciderit, magis amicum arceſſe, quam Medicum. ERASMUS. Amicis intimis. BARTHIUS.

Si forte laboras,] *Labores* Leid. pr. Coll. Voſſ. & Cod. Turic. nil vero mutant Editt. vel reliqui Codd. τὸ *laborare* autem de animo hic capit Eraſm. pro *ſollicitari, animi quadam aegritudine & angore adfici.* Fateor quidem, ſic ſaepius apud optimos occurrere Scriptores. Cicer. Orat. pro Caecin. cap. xxviii. *Conſolatus eſt me & oſtendit in hac ipſa cauſſa nihil eſſe, quod* laborarem. Ubi plura vid. apud Paſſerat. adde Flor. Lib. iv. Cap. xi. §. 10. Cic. Lib. iv. Famil. Ep. ix. & hoc ſenſu vox *labor* ſaepius reperitur apud Terent.

XIII.

P. Συμμαχίην παρὰ γνωστῶν αἰτεῖν, εἴποτε κάμνῃς·
Πιστοῦ γὰρ φίλου ἰητὴρ προφερέστερος οὐδείς.

S. Ἢν κάμνησθα, μέτελθε νοσήλια σοὶ παρ' ἑταίρων·
Οὐ πιστοῖο φίλου τίς ἀμείνων ἐστὶν ἰητρός.

XIV.

P. Εἰ σὺ πταίεις; τὶ θνήσκει σοῦ ἕκητι τὸ θῦμα;
Ἀφραδὲς εἰν ἑτέρου μόρῳ ἔλπεσθαι σωθῆναι.

S. Εἰ σὺ ἐν αἰτίᾳ ἐσσὶ, τὶ θῦμα, θάνοι σεῦ ἕκητι;
Σκαιὸν ἐν ἀλλοτρίῳ θανάτῳ βίου ἐλπίδ' ἀνάπτειν.

Vel: Τίπτε θάνοι σεῦ ἕκατι τὸ θῦμα, σὺ δ' ἤλιτες αὐτὸς;
Ἐν μόρῳ ἀλλοτρίῳ ζῆν ἔλπεσθ' ἀφραδές ἐστι.

XV.

rent. Andr. Act. iv. Sc. iii. ℣. 5. *Verum ex eo nunc miſera quem capit laborem.* Immo *laborem* & *dolorem* idem Auctor conjungit ibidem Act. v. Sc. i. ℣. 12. Verum omnia haec me permovere non potuerunt, ut Eraſmi expoſitioni adſurgerem. Hoc etenim praecipi a noſtro puto, ut aegrotus potius Medico noto, quam ignoto utatur; aptius autem hoc conſilium eſt veterum temporibus, quam noſtris. Hodie Medicos habemus viros honeſtos, certe honeſte educatos & nonnumquam primi ordinis Viros, in quibus facile quis adquieſcat. Olim fuerunt nonnulli etiam tales, plurimi vero vix liberaliter educati, nonnulli etiam circulatores, circumforanei, quos Graeci περιοδευτὰς dicebant, qui quaeſtus cauſſa urbes & vicos circumibant. Vid. Briſſon. Lex. Jurid. voce περιοδευταί. Talibus hominibus ignotis non vult caput committi, quibus, ut eſt apud Phaedr. Lib. i. Fab. xiv. Vir Sapiens ne pedes quidem calceandos committit. Sed ſuadet eligendum Medicum notum, amicum, cujus fidem quis & dexteritatem perſpectam habeat. Accedit tamen, quod hanc etiam expoſitionem veroſimiliorem reddit, *conſilium* ab amicis, *auxilium* a Medicis praeſtari. Vid. quae diximus ſupr. Lib. ii. Diſt. xxii. ARNTZENIUS.

Nec quisquam melior &c.] *Ne quisquam mel.* M. Cod. Turic. fruſtra. ARNTZENIUS.

XIV. *Quum ſis ipſe nocens &c.*] Veteres credebant expiari ſcelus commiſſum, mactata pecude, quae nihil commiſerat, & pro alieno peccato innocens dabat

S

XV.

Quum tibi vel ſocium, vel fidum quaeris amicum,
Non tibi fortuna eſt hominis, ſed vita petenda.

XVI.

dabat poenas, cum is, qui peccavit, potius mactari debuerit, quam victima. Stulte autem ſperabant, alienam mortem ſibi ſaluti fore, cum ſua quemque mala de ſuo dependere oporteat. ERASM. Τὸ *moritur* exulat a Leid. pr. a manu pr. *nocens* autem *noxium* denotat, Cicero pro Sext. Roſc. cap. LVI. *Quare facile omnes patimur, eſſe quam plurimos accuſatores, quod innocens, ſi accuſatus ſit, abſolvi poteſt:* nocens, *niſi accuſatus fuerit, condemnari non poteſt &c.* Et alibi. ARNTZ.

Stultitia eſt morte &c.] Celeſtina, Act. I. pag. 23. *Malo es eſperar ſalud en muerte agena.* Quod Barthius vertit pag. 12. Pornoboſcodidaſcali: *Salutem ſuam in alterius pernicie ponere malum eſſe ajunt.* DAUMIUS. *Stultitiae eſt morte* Vet. Reg. reliqui Codd. nil mutant, non etiam Editt. niſi Florent. *Stultitia eſt in morte &c. in mortem* Boill. male. Ceterum falſus eſt Boxhorn. dum ait in Diſſertatione: „ Porro quae de non cedendis „ victimis non ſemel hic incul- „ cat Auctor, Chriſtianum eum „ fuiſſe & a ſacrificiis gentium „ longe alieniſſimum, ſatis pro- „ bant &c. " Vid. Diſtich. XXXVIII. huj. Libri. At mirari ſubit Viri, ceteroquin non indocti, inſcitiam ſeu potius contradicendi & detrectandi, ut ita dicam, pruriginem atque libidinem. Eadem ſane ratione probaret, Perſium, Horatium, Ovidium alioſque praeſtantiſſimos Poëtas haud paucos Chriſtianorum Poëtarum catalogo inſcribi debere. Ovid. XX. Heroid. ✝. 179.

Siſte metum, virgo, ſtabili potiere ſalute;
Fac modo polliciti conſcia templa colas.
Nec bove mactato Coeleſtia Numina gaudent;
Sed, quae praeſtanda eſt & ſine teſte, fide.

Alia hujus generis reperies apud Kipping. in Antiquit. Rom. Lib. I. Cap. XI. Ceterum operae erit de hoc Diſticho conſuluiſſe Cl. Henr. Cannegiet. Reſcript. Boxhorn. Capp. VIII. & XIV. ARNTZENIUS.

XV. *Vel fidum quaeris amicum,*] *Amicum quaeris* inverſo verborum ordine Leid. pr. perperam. ARNTZENIUS.

Non tibi fortuna eſt hominis, ſed vita petenda.] Hominis illius nempe, quem ſocium, vel amicum tibi quaeris. At Planudes:

Οὐχὶ τύχη μεςέπων, ὁ βίος δ' ἰχνευτέος ἔτω.

Quum tibi aliquem amicum paras, noli fortunam hominum inveſtigare.

Non ſunt ſani capitis iſta. SCALIGER. Παιδαρίων ἕνεκα monendum, venuſte & ex conſue-

XV.

P. Εὖτ᾽ ἂν ἑταῖρον, ἢ αὖ πιστὸν φίλον, ὦ φίλε, δίζῃ·
Οὐχὶ τύχη μερόπων, ὁ βίος δ᾽ ἰχνευτέος ἤτω.

S. Εἴγε φίλον τινά σοι ζηλεῖς, ἢ πιστὸν ἑταῖρον,
Οὐχὶ τύχην, μᾶλλον δ᾽ αὐτοῦ βίον ἀνδρὸς ἐρεύνα.

XVI.

ſuetudine Latinorum aliquid inter participium & verbum ſubſtantivum interponi. Sic noſter Diſt. XLV. Lib. IV.

Quam primum rapienda tibi eſt occaſio prima.

Sic & alii, quorum exempla, cum paſſim ſunt obvia, laudare ſupervacaneum fuerit. WACHIUS. Τὸ *eſt* exulat a Leid. tert. Sed aliter haec diſtinguit Leid. pr. *Non tibi fortuna eſt, b. ſ. v. pet.* Doctiſſ. Scriverius, neſcio qua auctoritate pro *petenda* edidit *putanda*, id eſt, *aeſtimanda.* Nobis tamen, licet forſan non adſpernanda haec Scriverii ſit conjectura, τὸ *petere* melius τῷ *quaerere*, quod modo praeceſſerat, reſpondere videtur; praeterquam quod omnes omnino Codd. pro hac lectione conſtanti conſenſu pugnant. Non quidem Scriverium, ſed eos peccare cenſemus, qui ſine ulla Librorum veterum aut MSS. auctoritate pro lubitu ſecare, verba commutare, & neſcio quid non? turpiter ſuſtinent, ſibique, quod foedius multo eſt, ſi locum quemdam, ut ipſi jactitant, emendarint, vel potius, ut alii cenſent, omnino corruperint, tamquam de domita Carthagine, victoque Annibale canunt triumphum. *Petenda* autem notabit *adpetenda*, *quaerenda* quemadmodum hanc vocem explicat Serv. ad Virg. lib. II. Aeneid. verſ. 637. Clarior tamen eſt illa ſignificatio apud eumdem Virgil. lib. IV. Georg. ℣. 218.

- - *Pulcramque* petunt *per vulnera mortem.*

Horat. lib. I. Ep. VI. ℣. 16.

Ultra quam ſatis eſt virtutem ſi petat *ipſam.*

Cic. de Amic. cap. III. Quid ſi *probanda* legeretur? Suet. in Caeſar. cap. LXV. *Militem neque a moribus neque a fortuna* probabat. Verum cum illud ſcripti editique libri omnes amplectuntur, hac emendatione facile carebimus. Ceterum Cl. J. Fr. Reitzius ad partes vocans haec Dionyſii verba in Ambig. p. 433. hujus tamen Poëtae auctoritatem nullam eſſe exiſtimat; quod nollem viro Eruditiſſ. excidiſſet. Hoc enim ſi ſtatuamus, quid fiet tandem de Summorum Virorum ipſiuſque Scaligeri judicio, *qui ſerio teſtantur, neque meliorem librum, neque purius loquentem hac Poëſi exſtare: immo mirantur ſtuporem hodiernorum, qui de aureolo illo Libro non melius judicent, utpote cujus character & dictionis puritas Veterem arguunt.* Ut totidem

XVI.

Utere quaeſitis opibus: fuge nomen avari:
Quo tibi divitias, ſi ſemper pauper abundas?

XVII.

verbis ſcribit Taubmann. ad Plaut. Trinumm. Act. II. Sc. I. ✱. 17. & ad Amphitr. Act. II. Sc. II. ✱. 1. Porro autem *vitam* ſaepe pro *tempore* vel *ſeculo* ſumi ſupr. vidimus Lib. I. Diſt. V. Hoc loco vero nil aliud notat, niſi *mores* vel *vitae genus*. Juſt. Lib. XXII. Cap. I. §. 5. de Agathocle. *Poſthaec apud utrumque ſexum famoſus* vitam *latrociniis mutavit*. Hoc ſenſu *vitam* & *mores* junxit Salluſt. Jugurth. Cap. LXXXV. §. 27. *Nam me quidem, ex animi ſententia, nulla oratio laedere poteſt. Quippe vera neceſſe eſt bene praedicet; falſam* vita moreſque *mei ſuperant*. Et centies apud Terent. & alios. Ceterum huc ſpectant verba Cicer. de Amicit. Cap. XXI. *Omnino omnium horum vitiorum atque incommodorum una cautio eſt, atque una proviſio, ut ne nimis cito diligere incipiamus, neve indignos. Digni autem ſunt amicitia, quibus in ipſis ineſt cauſſa, cur diligantur.* & Cap. XXII. *Quocirca (dicendum eſt enim ſaepius) cum judicaveris, diligere oportet: non cum dilexeris, judicare &c.* Et ibidem Cap. VIII. *Quid enim Africanus indigens mei? minime hercle: ac ne ego quidem illius: ſed ego admiratione quadam virtutis ejus: ille viciſſim opinione fortaſſe nonnulla, quam de moribus meis habebat, me dilexit.* Denique ad hoc Diſtichon promiſit nonnulla Cl. Reſcriptorum Auctor. Capite, quod nunc ejus Diſſertationi accedet, XXXIII. ARNTZEN.

XVI. Utere *quaeſitis opibus*:] Theognis: τῶν αὐτοῦ κτεάνων εὖ παρεχέμεν. & ita vertimus. At Planudes χρῶ τοῖς κερδηθεῖσιν. Ignoravit *quaeſita* eſſe in genere τὰ κτήματα, ſive ea nobis parentes noſtri, ſive nos quaeſivimus. & ita auctor alibi uſurpat. SCALIGER. Vid. Rivin. ad Salisber. Eutheticon, aut Nutheticon? ✱. 287. DAUMIUS. *Qaeſitis* id eſt, *adquiſitis*. Vide ſupra Lib. I. Diſt. XXIV. Nil mutant noſtri Codd. vel Editt. excepto Leid. tert. qui τὸ *ſed* interſerit. *Sed fuge nomen avari*. Sic fere in vulgatis. male. ARNTZENIUS.

Fuge nomen avari:] Planudes κνιπίης οὔνομα φεῦγε. Nos ſcimus τὸν κνίπα dici, quem aliter κίμβικα καὶ κυμινοπρίστην vocabant. Quod ſi κνιπίας, & Ionice κνιπίης formetur, non refragabimur, ſed Planudes κνιπίην pro avaritia videtur nova incude fabricaſſe: quod non magis licere, quam κιμβικίαν ἀπὸ τοῦ κίμβικος putamus. SCALIG.

Quid tibi divitiae,] Columbanus Carm. II. ✱. 39. Galterus VIII. Alexandr. ✱. 427.

Quid tibi divitiis opus eſt, quas ſemper avaro
Eſuriem pariunt? Quanto tibi plura paraſti,

Tanto

XVI.

P. Χρῶ τοῖς κερδηθεῖσι, κνιπίης οὔνομα φεύγων·
Τίπτ' ὄφελος πλούτȣ, εἰ πλȣτεῖς αἰὲν ἀπαιτῶν;

S. Τῶν σαυτοῦ κτεάνων εὖ πάσχειν· μηδ' ἔσο κίμβιξ·
Τίς προκοπὴ πλούτοιο, πενητεύοντά σε πλȣτεῖν;

Vel: Χρῶ σοῖσι κτεάτεσσι· τὸ κίμβικος οὔνομα φεῦγε.

XVII.

Tanto plura cupis, & habendis acrius ardes;
Sicque fontem ſaties, defectum copia nutrit.

DAUMIUS. *Quid t. divitiae, s. s. p. abundes* Leid. pr. & Editt. quaedam recentiores. *Quid tibi divitias* Coll. Voſſ. Sed in omnia alia abeunt. Vet. Chart. Membr. Voſſ. & Leid. tert. *Quid tibi divitiae proſunt, ſi pauper abundas.* Quod receperunt Editiones Aug. Vind. Euchar. Trem. Pulmman. Pariſ. Chouet. Flor. Boill. Eraſm. Gryph. Cord. & Scriver. Sed perverſe omnes. Genuinam, ni fallor, dedimus lectionem ex veſtigiis Coll. Voſſ. eaque confirmatur lectione Cod. Turic. *divitiae ſi ſemper pauper abundes?* ubi poſt *divitiae* ante *ſi* raſura eſt, ac ſi *divitias* ibi ſcriptum fuiſſet, ut notavit adcuratiſſ. Hagenbuchius; deſumta etenim procul dubio haec ſunt ex Horat. lib. I. Ep. v. ℣. 12.

Quo mihi fortunam, ſi non conceditur uti.

Ubi quidam Codd. habent. *fortunas*, quod rejicit Cl. Bentl. & aliis exemplis rem inluſtrat, ſuamque lectionem confirmat. Nec aliter Juven. Sat. XIV. ℣. 135.

Sed quo divitias haec per tormenta coactas.

Notiſſimum eſt *quid*, *qui*, *quo* ſaepius in MSS. Codd. confundi. Vide Elegantiſſ. Broukhuſ. ad Propert. Lib. I. El. x. ℣. 58. *Quo* autem in his ſimilibusque locutionibus antique dicitur pro *cui* ſcilicet *uſui*. Veteres namque caſu tertio pro *cui* dixerunt *quoi* vel *quo*: Vid. Eruditiſſ. Perizon. ad Sanct. Minerv. Lib. III. Cap. XIV. §. 7. p. 486. & eod Cap. §. 39. p. 522. Edit. Amſtelaed. ult. 1733. ARNTZENIUS.

Si ſemper pauper abundas.] Planudes εἰ πλȣτεῖς αἰὲν ἀπαιτῶν. Hic quoque ἀπαιτῶν pro ἐπαιτῶν poſuit. Et praeterea ἐπαιτῶν eſt mendicans, non mendicus, id eſt ἐπαίτης. Itaque minus male dixiſſet:

- - - Εἰ πλȣτεῖς αἰὲν ἐπαίτης.

Sed ne ſic quidem bene. Dicendum enim erat:

- - - Εἰ πλȣτῶν αἰὲν ἐπαιτεῖς.

Sed ἐπαίτης aut ἐπαιτῶν hic locum non habet. Πένης aut πενητεύων, aut ἀπορῶν ſubſtituendum erat. Senſus eſt: quid proſunt divitiae, ſi in tantis divitiis pauper es? Εἰ πλȣτῶν πενητεύεις. ut vertimus. SCALIGER.

XVII.

Si famam ſervare cupis, dum vivis, honeſtam;
Fac fugias animo, quae ſunt mala gaudia vitae.

XVIII.

Qium ſapias animo, noli ridere ſenectam;
Nam quicumque ſenet, ſenſus puerilis in illo eſt.

XIX.

XVII. *Si famam ſervare cupis, dum vivis, boneſtam,*] Ex Solone apud Demetrium potes vertere, ἐὰν θέλῃς τρόπου καλοκαγαθίαν φυλάσσειν. Hoc eſt, exiſtimationem tueri. non quod καλοκαγαθία ſit exiſtimatio, ſed quod illa ab hac. Putido verbo προφυλάσσειν utitur Planudes. Nam ſimplex φυλάσσειν ſufficit. SCALIGER. Vid. Freher. lib. II. de Exiſtim. cap. III. n. 3. pag. 102. DAUMIUS. *Honeſtum* erat in Leid. pr. a m. poſt. perperam. ARNTZEN.

Fac fugias animo,] Vacat hic, ſi ita vis, τὸ *animo*, ut mox etiam Diſticho ſequenti, & ſupr. Lib. IV. Diſt. I.

- - *Si vis* animo *eſſe beatus.*

Nec minus infr. Diſt. XXX.

Quod blandum eſt animo *&c.* Cujuſque rei exempla plura invenias apud Poëtas & alios. Sic Terent. Andr. Act. I. Sc. V. ℣. 38. *Quam ego* animo *egregie caram pro uxore babueram.* Egeſipp. Lib. I. de Excid. Urbis Hieroſ. Cap. XLII. in fin. *Antipater.... exultabat* animo, *& ſuperabat omnes verſutia.* Adde Cic. de Senect. Cap. XII. Saepe etiam *corde*, *pectore* eodem pleonasmo dicuntur. Quod agam alias. Vide ſupr. Lib. I. Diſt. XXVI. & quae notat Cl. Canneg. ad Avian. Fab. XXXVII. ℣. 14. In multis autem τὸ *animo*, ſi verbis vel nominibus addatur vehementiorum animi adfectum ſignificat. Salluſt. Jugurth. cap. XIV. §. 22. *Jamjam frater*, animo *meo cariſſime &c.* Ubi τὸ *meo* ſuſpectum habet Eruditiſſ. Cortius. Similia ſunt quae notavit Heinſ. ad Ovid. Metam. lib. V. ℣. 261. Nonnumquam tamen illud *animo* vel *animis* corruptum eſt. Exemplum exſtat apud Liv. Lib. XXX. Cap. IV. §. 8. *Quia* nimis *cupere Romanus pacem videbatur.* ubi Codd. nonnulli habent *animis*. Denique vero per *mala gaudia vitae* intelligit *voluptates*, quo ſenſu Virg. dixit *mala mentis gaudia* Lib. VI. Æneid. ℣. 278.

...... *&* mala mentis
Gaudia, *mortiferumque &c.*

Quem Virgilii locum optime interpretatur Senec. Epiſt. LIX. *Itaque cum dicit Virg. noſter:* & mala mentis Gaudia; *diſerte quidem dicit, ſed parum proprie; nullum enim malum gaudium eſt. Voluptatibus boc nomen impoſuit, & , quod voluit, expreſſit; ſignificavit enim bomines, malo ſuo laetos.* ARNTZEN.

XVIII. *Quum ſapias animo,*] Cum

XVII.

P. Τίμιον εἰ φήμην ἐθέλοις βιόων προφυλάσσειν,
Σπεῦδε φυγεῖν κραδίηθε κακὰς τέρψεις βιότοιο.
S. Ἢν τηρεῖν ἐθέλησθα διὰ ζωῆς κλέος ἐσθλὸν,
Φεῦγε νόου φυλακαῖσι βίου κακόχαρτα δέλετρα,
Vel: Εἰ λῇς εὐδοκιμῶν ἐν εὐκλείῃσι διὰ ζῆν.

XVIII.

P. Ἀρτίφρων τελέθων νόα μὴ χλεύαζε γεραιόν·
Πάντεσι γὰρ πολιοῖς παίδων φρένες εἰσὶ νεογνῶν.
S. Ἀρτίφρων τελέθων μὴ δὴ χλεύαζε τὸ γῆρας·
Νηπιαχῶς φρονέει γὰρ, ὅτις μέτρον ἵκετο γήρως.

XIX.

Cum per aetatem vigeat ingenium tuum & animi vis, noli deridere ſenectutem, quae minus animo valeat. Deſipiſcit enim omnis ſenex, & ad puerilem ſtultitiam redit. Aetatis igitur vitium ferendum, non ridendum eſt. ERASMUS. *Quum ſapiens vivas* exhibet Membran. Voſſ. perperam & ex diſſona ea Libri II. Praefatione repetitum. *Quum ſapis annoſam noli ridere ſenectam.* olim conjecerat Cl. Havercamp. quod nimium nobis a ductu literarum recedere videtur. Et tamen *Quum ſapis* totidem] literis Cod. Turic. Alius meus Amicus legit: *Quum ſapias*, mimo *noli ridere ſenectam.* Si liceat mihi dicere, quod ſentiam, magis ingenioſe, quam vere. Fateor quidem τὸ *mimo* cum ſingulis ductuum τοῦ *animi* apicibus optime convenire. Non ignoramus etiam, quod creduli iſti, oblivioſi & diſſoluti ſenes, haud raro fallaciis ſervorum vel adoleſcentium miſere naſo circumducti & decepti, in Comoediis ab hiſtrionibus vel mimis ſpectantium riſui exponuntur, ut ex Plauto & Terentio, Graecis & Latinis abunde conſtat; cujusque rei meminit quoque Caecil. apud Caton. Maj. de Seneſt. cap. XI. *Nam quos ait Caecilius comicos ſtultos ſenes, hos ſignificat &c.* Addo etiam, voces *animus* & *mimus* non ſemel ab indoctis librariis inter ſe commutatas fuiſſe, quod dudum alii docuerunt. Vid. Cl. Duker. ad Flor. Lib. II. Cap. XIV. n. 4. Canneg. ad Avian. Fab. V. ỳ. 9. Attamen adſeverare ſuſtineo, quod nulla hic opus eſt correctio. Si *animo ſapere* minus probatur, quomodo magis probabitur *animi ſapientia*, quod

XIX.

Diſce aliquid; nam, quum ſubito fortuna receſſit,
Ars remanet, vitamque hominis non deſerit umquam.

eſt in Lib. I. Diſt. x? Saepe ſane vox *animus* vacat, ut modo Diſticho praecedenti oſtendi. Scio *ſapere* de lingua & guſtu etiam dici, quare luſus in hoc verbo eſt apud Plaut. Mil. Glor. Act. II. Sc. VI. ỷ. 103. *Sat edepol ſcio occiſam ſaepe* ſapere *plus multo ſuem.* Vid. Cl. Reitzium in Ambig. in *ſapio.* p. 537. ſed quia ſermo eſt de puerili ſenum ſenſu, certe *animi ſapientia* hoc loco requiritur. Quod ſi verum, quae injuria eſt non ferre Auctorem plene dicentem, quod alii efferunt per ellipſin; nam ſi quis *ſapere* dicitur, utique *corde* vel *animo* ſapere intelligitur. Simili modo *accipere* millies apud Cicer. aliosque pro *audire* dicitur per ellipſin; cum tamen plena haec locutio apud eumdem Cic. aliosque *accipere auribus* reperiatur. Cujus rei exempla memorare putidum exiſtimarim. ARNTZENIUS.

Noli ridere ſenectam;] *Deridere* Leid. pr. *irridere* Leid. tert. & Editt. Eraſm. Gryph. Cord. & Cruç. & ſic edidit Scriver. Editionesque fere omnes. Sed ſimplex *ridere* pro *deridere* vel *irridere* frequentiſſimum, eaque lectio plurimis Codd. eſt adprobata. Error videtur amanuenſium, qui ſimplex *ridere* hoc ſenſu concoquere haud poterant.

XX.

ARNTZENIUS.

Nam quicunque ſenet,] A Sophocle Πάλιν γὰρ αὖθις παῖς ὁ γηράσκων ἀνήρ. SCALIGER. Excerpta Sophoclis:

Πάλιν γὰρ αὖθις παῖς ὁ γηράσκων ἀνήρ.

Namque aetas hominis ultima in puerum redit.

OPITIUS. Plato lib. I. de Leg. ὁ γέρων, inquit, δὶς παῖς γένοιτ' ἄν. *Senex bis fuerit puer.* De cetero τὸ *ſenere* verbum eſt antiquum, quod Veteres quoque Poëtae Pacuvius & Accius uſurparunt. WACHIUS. Doctiſſ. Opitius, ut ſolet nonnumquam, hoc Sophoclis exemplum Scaligero ſublegit. *Nam quocunque ſene puerili ſenſus in illo eſt.* Leid. pr. Pro parte adſtipulantur Membr. Voſſ. Veterr. Reg. & Leid. tert. *Nam quocunque ſene ſenſus puerilis in illo eſt.* Cod. quoque Turic. *quocumque ſene* ſcriptum habet. Reliqui autem Codd. vel Editt. Antiquae nil mutant. Exceptis Euchar. Trem. Gryph. Boill. Eraſm. & Pulm. exhibentes, *Nam quicunque ſenex, ſenſus puerilis in illo eſt.* Quod ſequitur Scriverius, qui tamen verba tranſponit *puerilis ſenſus.* Neutram ego harum lectionum ſequendam exiſtimo. Quidam meus amicus proxime ad Leid. pr. refingebat: *Nam quicunque ſenex*

pue-

XIX.

P. Καὶ τέχνην μάθε· ὅττι τύχης τροχαλῶς ἀπιούσης,
Τέχνη μίμνει, καὶ μερόπων βίον οὐκ ἀπολείπει.

S. Τεχνίδιον τὶ μάθοις· Τῆς εὐτυχίης γ᾽ ἀπιούσης·
Ανδρὶ μένει, καὶ ζῶντα τὸ τεχνίον οὐκ ἀπολείπει.

Vel: Σπυδάζοις τι μαθεῖν· ἡ μὲν τύχη αὐτίκ᾽ ἀπέπτη·
Ἡ δὲ τέχνη μίμνει τε καὶ οὐκ ἀπολείπεται ἀνδρός.

XX.

puerilis, ſenſus in illa eſt. Hac nimirum ſententia; Licet ſenex pueriliter admodum ſaepe ſe gerat, animi tamen vim quamdam obtinet & ſenſus aliquis ipſi conſtat. At! licet aliquid adjumenti pro ſua ſententia ex Cicer. de Seneࣕ. cap. XIX. habere poſſet: *Mens enim & ratio & conſilium in ſenibus eſt, qui ſi nulli fuiſſent, nullae omnino civitates eſſent.* Adde quae Freinsh. notat ad Flor. Lib. I. Cap. XVI. §. 10. Non tamen ipſi adſentior. Hoc mihi potius Gnomologus dicere videtur. Noli ridere ſenes, ne & ipſe poſtea ſenex factus ridearis; nam ſenex quicumque eſt, puerilia agit & ridenda, atque adeo & tu, ſi ſenueris, ſecundum proverbium: *bis pueri ſenes.* & Virgil. illud Ecl. IV. ℣. 51.

Omnia fert aetas, animum quoque, &c.

Ubi. vid. Emmen. & Serv. Et hinc Maximianus Eleg. I. in Catalect. Pithoei p. 427.

Jam pavor eſt vidiſſe ſenem: nec credere poſſis
Hunc hominem, humana qui ratione caret.

ARNTZENIUS.

XIX. *Diſce aliquid;*] Nihil venuſtum in Planudeanis, quibus noſtra opponere nulla invidia eſt: niſi fortaſſe haec magis placent:

Σπούδασόν τι μαθεῖν. ἡ μὲν τύχη
αὐτίκ᾽ ἀπέπτη·
Ἡ δὲ τέχνη μίμνει τε καὶ οὐκ
ἀπολείπεται ἀνδρός.

Sive hoc, ſive alterum, ſive utrumque amplecteris, tibi nihil de ſententia deperit. SCALIGER.

Fortuna receſſit,] *Recedit* Leid. tert. atque Editt. Aug. Vind. Euchar. Trem. Pulm. Pariſ. Scriver. Boill. Eraſm. Gryph. Cord. & Cruc. Notanda hoc loco ſunt verba, quae Nero ſemper in ore habuiſſe dicitur apud Sueton. Ner. cap. XL. *Τὸ τεχνίον πᾶσα γαῖα τρέφει.* Hoc eſt, *Artificem omnis alit terra.* Notumque illud:

Diſce bonas artes, moneo, Romana juventus.

mox *umquam* pro *unquam* ſaniori orthographia eſt in Cod. Turic. ARNTZEN.

 XX. *Por-*

XX.

Perſpicito tecum tacitus, quid quiſque loquatur;
Sermo hominum mores & celat & indicat idem.

XXI.

Exerce ſtudium, quamvis perceperis artem;
Ut cura ingenium, ſic & manus adjuvat uſum.

XXII.

XX. *Perſpicito tecum tacitus,*] Vid. Tſcherningium Prov. Alis. pag. 430. DAUMIUS. *Pro tacite.* Sic frequenter Poëtae. Horat. Lib. I. Carm. Od. II.

Serus in coelum redeat.

Et lib. I. Epiſt. XVII.

Refer, & ſine vivat ineptus.

Et multa ejusmodi alia. WACHIUS. Alii *tacite.* Sic Phaedr.

Forte una tacite *profert e ſtagno caput.*

Ceterum maxima hoc loco inter Codd. eſt diſcrepantia. *Proſpicito cuncta tacitus, quid &c.* Coll. Voſſ. Leid. ſec. Boill. Gryph. & Pulm. in Marg. *Perſpicito cuncta tacitus, quid &c.* Leid. pr. Veterr. Reg. Membr. Voſſ. & Editt. Aug. Vind. Euchar. Trem. Erasm. & Pulm. Nulla harum lectionum nobis probatur; ſane τὸ *quid* parum reſpondet τῷ *cuncta.* Quam ob cauſſam in Leid. tert. ſcriptum legi *Proſpicito cuncta tacitus, quae.* Male tamen. Nec reliqui libri hic ſibi conſtant. *Proſpicito tecum tacitus, quid &c.* Edit. Florent. *Perſpice cunctando tacitus, quid &c.* Scriver. *Perſpicito cuncta* Cod. Turic. ſed liturarum nota, quae typis exprimi non poteſt. Receptam demum lectionem, eamque genuinam, ut ex veſtigiis hiſce colligo, reperi in Edit. Pariſ. Editionibusque noviſſimis & optimis omnibus. Primo, ſignificatio τοῦ *proſpicere* ſenſui horum verborum non convenit. Vid. Cl. Burmann. ad Phaedr. Lib. I. Fab. XVII. ℣. 8. *Perſpicere* autem notat diligenter animadvertere, attendere, quod qui faciunt, *perſpicaces* dicuntur. Hujus autem ſignificationis exempla ut adferam, nemo deſiderat. Deinde praepoſitiones *per* & *pro* ſaepiſſime in compoſitis permutarunt non attenti librarii, qua de re vid. quae diximus ſupra Lib. II. Diſt. XXIV. Tertio loco τὸ *cuncta* ex verbis illis eſt, quae inſanum in modum amarunt librarii, locisque plurimis, quod hoc loco pro τῷ *tecum* factum videtur, ſuppoſuerunt. Vid. quae ſupra notavimus Lib. IV. Diſt. XI. adde inſuper Pier. ad Virgil. Lib. I. Aen. ℣. 285. Cl. Drakenb. ad Liv. Lib. IV. Cap. LIX. §. 7. Denique vero res vulgo nota eſt, voces *tecum, ſecum, mecum* in conſideratione tacita eſſe uſitatiſſimas. ARNTZEN.

Sermo etenim mores & celat & indicat idem.] Eadem forma loquendi in Mimiambo:

Aetas

XX.

P. Φράζεο πάντα σιωπῇ, τίπτε λέγουσιν ἕκαςοι·
Ἦθεα γὰρ μερόπων γυμνοῖ λόγος ἠδὲ καλύπτει.
S. Ἅττα λέγει τοι ἕκαςος ἀκὴν βασάνιζε σιωπῇ·
Ἦθεα γὰρ μερόπων κεύθει λόγος, ἠδ᾽ ἀπογυμνοῖ.

XXI.

P. Ἄσκει σὴν τέχνην, καίπερ τήνδ᾽ ἐκμελετήσας·
Ὡς μελέτη γὰρ νῷ, ταῖς χερσὶν ἐθισμὸς ἀρήγει.
S. Ἄσκει τὴν μελέτην, εἰ καὶ τέχνην ἐδιδάχθης·
Ἡ μελέτη τὸν νοῦν, χεὶρ τὴν ἄσκησιν ἐθίζει.
Vel: Ὡς μελέτη τὸν νοῦν, ὡς χεὶρ ἄσκησιν ἐθίζει.

XXII.

Aetas cinaedum celat, aetas indicat. ὕστερον πρότερον eſt apud Planudem: quod non probamus. Auctoris enim ordo ſequendus erat. SCALIGER. Huc facit illud Veterum Ebraeorum: הדבור שלוח השכל *Sermo eſt nuncius mentis.* Bene ergo Perſae: *Quamdiu*, inquiunt, *aliquis nullum verbum prolocutus, dedecus & decus ejus ignorantur.* Vide mihi ſis Levini Warneri Proverb. Perſ. LXXIII. WACHIUS. Sic erat in quibusdam recentioribus Editt. Antiqua Pariſ. & ſola Coll. Voſſ. modo varians lectio oculos conferentis non effugerit. Dum reliqui ſex Codd. MSS. Editioneſque Antiquae fere omnes ut & Scriver. in receptam lectionem ſummo conſenſu ſeſe proruunt. Sed Coll. Cod. Turic. *Sermo hominum mores ac celat ac iudicat idem.* τὸ *u* in *iudicat* ſcriptum erat in raſura. Sed male. ARNTZ.

XXI. *Exerce ſtudium, &c.*] Praeter eam interpretationem, quam dedimus, potes & hac uti:

Τὴν μελέτην καὶ περ τέχνην δεδαημένος ἄσκει.

Simile illi— μελέτη δὲ τοὶ ὀφέλλει. Planudes:

Ἄσκει σὴν τέχνην καίπερ τήν δ᾽ ἐκμελετήσας·

Atqui pure graeciſſantibus ἐκμελετᾶν eſt exercere artem, non diſcere. Et μελέται ſunt exercitationes artis, quam didicimus, non quam ignoramus. SCALIGER. Ut evaneſcunt diſciplinae, niſi exercitatione confirmes: ſic artificium opere confirmandum erit, ne excidat. ERASMUS. Nec Codd. MSS. nec libri typis exarati hic quidquam mutant. *Exercere ſtudium* hoc ſenſu paullo inſolentius dictum videri poſſet. Cum autem ſimiles

XXII.

Multum venturi ne cures tempora fati:
Non metuit mortem, qui ſcit contemnere vitam.

XXIII.

les fere locutiones, ut *exercere cantus*, *exercere pacem*, *exercere ſtilum*, *exercere labores* apud optimos quosque reperiantur, facile adquieſco, immo ipſe Ovid. dixit: *exercere ſtudia Dianae.* Ep. iv. Heroid. ℣. 87.

Quid juvat incinctae ſtudia exercere Dianae.

Fateor, non ſimpliciter dicit *exercere ſtudia*, ſed definite *ſtudia Dianae*. Secundum hanc tamen dicendi rationem non minus latine dici autumo, *artis alicujus ſtudium exercere*, id eſt, *in artem ſtudioſe incumbere*, vel, ut Erasm. ait, *artificium opere confirmare*. Nam, ut Ovidius alibi: *ſeris venit uſus ab annis.* Adeoque mox eleganter adjicit: *Sic & manus adjuvat uſum.* ARNTZENIUS.

Ut cura ingenium,] Planudeanorum piget pudetque. SCALIG.

Adjuvat uſum.] Leid. ſec. & Coll. Voſſ. *adjuvat virum.* Perperam. nec melius in Cod. Turic. *adjuvat virum ipſum.* pro *virum* indicat reponendum eſſe *ipſum.* ſed infeliciter. Male etiam in Edit. Florent. *Sic cura ingenium, ſicut manus adjuvat uſum.* Perite autem & eleganter hoc loco voces *cura* & *uſus* diſtinguuntur, ut infra quoque Diſt. xxvii.

Diſcere ne ceſſes: cura ſapientia creſcit;
Rara datur longo prudentia temporis uſu.

Cura tribuitur *ingenio*, *manus uſui*; *cura* namque animi eſt & doctrinae, *manus* eſt artificii. Inde *cura* pro ſtudio, qui libris ſcribendis adhibeatur & collocetur, occurrit apud Phaedr. Lib. ii. Epilog. ℣. 10.

Si livor obtrectare curam voluerit.

Ad quem locum otium nobis facit Cl. Burmann. *Manus* autem *uſui* tribui & artificis eſſe multis docuit Cl. Canneg. ad Avian. Fab. xxi. ℣. 12. & Fab. xxiv. ℣. 5. ARNTZEN.

XXII. *Multum venturi &c.*] Planudes:

Μή ποτ' ἐπερχομένης ὥρης ἐμπάζεο πότμον.

Praepoſtere ac voluit auctor. At quid vetabat dicere totidem verbis?

Μή ποτ' ἐπερχομένῳ ὥρῃ ἐμπάζεο πότμου.

vel ἐπερχομένου. SCALIGER. Si vis liber eſſe a metu mortis, diſce vitam non magni facere, &, quemadmodum eleganter docet Ariſtoteles, nullius rei jucunda fruitio eſt, niſi quam aliquo modo contemſeris. ERASMUS. Pulmanni & Mylii Edd. *Multum ne cures venturi t. f.* DAUMIUS. Sic non Daumius tantum, ſed poſteriores fere omnes ediderunt, iſtique qui nobis Chouetinam, Florent.

XXII.

P. Μή ποτ᾽ ἐπερχομένης ὤρης ἐμπάζεο πότμιον·
Ο᾽υ γὰρ δείδιεν οἶτον, ὃς οἶδε βίον διαπαίζειν.

S. Μὴ πότμοιο μερίμνα ἐπερχομένοιο τελευτήν·
Οὐ τρομέει τὴν μοῖραν ὁ τὴνζωὴν ἀθερίζων.

Vel: Οὐ τρομέει δὲ τὸν οἶτον, ὃς οὐχ ἀλέγει βιότοιο.

XXIII.

rent. Aug. Vind. Pariſ. Pulm. Trem. Eraſm. Gryph. aliasque procurarunt. Inſignis autem hic eſt librorum diſcrepantia. Quatuor Cl. Havercampi Collationes nil monent, quare Codices eos vulgatum ſequi ſtatuimus, uti & Leid. tert. alii aliter. *Venturi ne cures multum.* Leid. pr. & ſec. Sed in nulla hoc Editione obvium fuit. Vitioſe quoque circumfertur in Euchar. *Multum nec cures v. t. f.* In quo tamen veſtigia verae, ut videtur, lectionis adſervantur; *c* enim ex initio vocis ſequentis fini τῦ *ne* adhaeſit, quo vitio nil etiam frequentius eſt in ſcriptis Codicibus. Solus autem Scriver. ingenium ſtilumque Auctoris conſuluiſſe videtur, cum edidit. *Ne multum cures v. t. f.* Fateor quidem, Auctorem noſtrum aliquoties τὸ *ne* in initio verſus ponere, non tamen ubique, invitis etiam Codd. ad eamdem loquendi normam formandus eſt. *facti* pro *fati* eſt in Cod. Turic. at *c* cum puncto ſuo inferne ſcripto fere abraſum. erat. ARNTZENIUS.

Non metuit mortem; &c.] Conſentiunt hic Codices noſtri MSS. ab iis quaedam tamen recedunt Editiones, exhibentes *Non timet is mortem* &c. Sic Aug. Vind. Euchar. Pariſ. Pulm. Trem. Plant. Eraſm. Gryph. aliaeque. Quarum Pariſ. & Pulm. Editt. receptam lectionem in margine ſervant. In Chouet. vero & Cruc. & margine Pulm. tranſpoſitis inſuper verbis legebatur: *Non mortem metuit.* Sed nil mutamus. Porro *contempnere* pro *contemnere* habet Leid. tert. & Cod. Turic. vitioſe ex perverſa diverſorum temporum ſcribendi ratione. Sic ſupra quoque hoc Libro Diſt. XI. *Scit contemnere* non ſine gravitate quadam dicitur, vid. quae dedimus ſupra Lib. I. Diſt. III. Ceterum hic iterum ignorantiam (venia ſit verbo!) vel potius obtrectandi libidinem profitetur Erud. Boxhorn. dum eadem dici ait hoc loco & D. XXII. Lib. I. Sed in hoc quoque ab ipſo, ceteroquin haud indocto Viro, diſſentire liceat; Libro primo enim haec eſt, ni fallor, ſententia: mortem non timendam, & ratio redditur, quia,

XXIII.

Diſce, ſed a doctis, indoctos ipſe doceto;
Propaganda etenim eſt rerum doctrina bonarum.

XXIV.

Hoc bibe, quod poſſis, ſi tu vis vivere ſanus:
Morbi cauſa mali nimia eſt quaecumque voluptas.

XXV.

quia, qui mortem metuit, perdit id, ob quod vivit, ſeu *vivat*, hoc eſt *laetetur*. Hoc loco vero alia omnino & diverſiſſima eſt cauſſa, quemadmodum nemini non ſtatim adparet. Neque ſic ſolum Auctor noſter, ſed & alii judicarunt. Cicer. de Seneſt. Cap. XIX. *Quarta reſtat cauſſa, quae maxime angere atque ſollicitam habere noſtram aetatem videtur, appropinquatio mortis, quae certe a ſenectute non poteſt longe abeſſe. O miſerum ſenem, qui mortem contemnendam eſſe in tam longa aetate non viderit! quae aut plane negligenda eſt, ſi omnino exſtinguit animum, aut etiam optanda, ſi aliquo eum deducit, ubi ſit futurus aeternus. Atqui tertium certe nihil inveniri poteſt. Quid igitur timeam, ſi aut non miſer poſt mortem, aut beatus etiam futurus ſim.* Quem locum pluribus hic exprimi curavi, quod unice ad ſententiam hujus Diſt. facere videbatur. Alia poſſent adferri ex Quinctil. Declam. IV. Cap. X. & XI. *Illa, illa aeſtimemus, propter quae fatigamus votis Deos, propter quae brevem querimur aetatem. Nempe ſunt vanitas, cupido, luxuria, libido.* Et quae ſequuntur hujus generis alia. Sall. Catill. Cap. LI. §. 20. *In luctu atque miſeriis mortem aerumnarum requiem, non cruciatum eſſe; eam cuncta mortalium mala diſſolvere; ultra neque curae neque gaudio locum eſſe.* Ubi videnda ſunt quoque quae congeſſit Eruditiſſ. Cortius. ARNTZEN.

Qui ſcit contemnere vitam.] Planudes ὃς οἶδε βίον διαπαίζειν. Portentum, quod procurari non poteſt, niſi ipſius interitu. SCALIGER.

XXIII. *Diſce. ſed a doctis,*] Eraſm. Colloq. Ἀστραγαλισμῷ initio: *Diſce*, inquit Cato, *ſed a doctis.* DAUMIUS.

Propaganda etenim &c.] Ridicula τμῆσις. Planudes, διὰ [illegible]. & totum denique Diſtichon non diſcrepat a genio aliorum. SCALIGER. Τὸ *eſt* exſulat ab Editt. noſtris omnibus, excepta Pariſ. & Florent. nos autem auctoritati Codd. obſequuti Leidd. pr. & ſec. Coll. Voſſ. Vet. Reg. & Vet. Chart. in contextum recepimus. Vid. quae hac de re ſupra dicta ſunt Lib. I. Diſt. XIII. *Propaganda eſt etenim* turbato verborum ordine Leid. tert. *bonorum* prave erat in Leid. pr. a m. poſt. ARNTZEN.

XXIV. *Hoc bibe, quod poſſis,*] Nos:

XXIII.

P. Μάνθανε πρῶτα πρὸς εἴδολος, εὖ δὲ σόφιζ' ἀδιδάκτυς·
Τῶν ἀγαθῶν διὰ γὰρ δόσιμον τελέθει τὸ δίδαγμα.

S. Μάνθαν' ἀπ' ἐμπείρων, σὺ δ' ἀπείρυς ἐσθλὰ δίδαξον·
Ἐσθλῶν γὰρ διδαχὴν εἰς πολλοὺς δεῖ διαδοῦναι.

XXIV.

P. Τόσσον πῖν', ὅσσον δύνῃ, ἢν ἐθέλῃς ὑγιαίνειν·
Πᾶσα γὰρ * οὖν σπατάλη δεινῆς νόσυ ἐστὶν ἀφορμή.

Al: - - - * γὰρ ἡ σπ.

S. Πῖνε * τὸ μέτρον σοῦ, εἴ σοι φίλον ἔσθ' ὑγιαίνειν·
Ἡ γὰρ ἄγαν σπατάλη λυγρῆς νόσυ αἴτιόν ἐστιν.

Vel: * Καδδύναμιν πίνειν, εἴ σοι &c.

XXV.

Nos: *πίνε τὸ μέτρον σοῦ*, ex Theognide, apud quem *μέτρον οἴνυ ἔχειν* dicitur, qui bibit ad hilaritatem, ſed citra ebrietatem.

- - - *μέτρον γὰρ ἔχω μελιηδέος οἴνυ.*
Οὔτέ τι γὰρ νήφω, οὔτε λίην μεθύω.

Huic locutioni accedunt interpretes Pythagorei.

- - - *μέτρον δὲ λέγειν, ὅ, τι μή σ' ἀνιήσει.*

SCALIG. Lege *poſcis*. Barthius. Joh. Balbus Januenſis in Catholico, voce *Pos*, in hoc Catonis Diſticho legit: *quod pos ſis*; quaſi *pos* pro *potis* dixiſſet. Ex divulſione forte vocis, vel inſcita librariorum ſcriptura, quae & non ita pridem Typographea redoccupavit, eruditiſſimis ſuperiore ſeculo Viris contra novaturientes ſpreta. Non enim finales literae, quod & ex Orientalibus linguis clarum, terminant ſyllabam, ſed vocem. Et quanta ambiguitatum ſeges inde propullulat! Aliud enim eſt *compoſſum*, aliud *compos ſum*; aliud *graeciſſat*, aliud *graecis ſat*. Sic diſcrimen eſt inter *juſſit*, & *jus ſit*; *perpeſſum* & *perpes ſum*; *ipſiſſimus*, *ipſis ſimus*; *faſſum*, *fas ſum*: *craſſum*, *cras ſum*; *ſuccuſſit*, *ſuccus ſit*; *doctiſſimus*, *doctis ſimus*; *gratiſſimus*, *gratis ſimus*; *arceſſivimus*, *arces ſivimus*; *faceſſunt*, *faces ſunt*; *tuſſit*, *tus ſit*; *impoſſibilis*, *impos ſibilis*, *exoſſatio*, *exos ſatio*; *peſſum*, *pes ſum*; *neceſſitas*, *neces ſitas*; *meritiſſimus*, *meritis ſimus*, & mille talia. Cur autem τὸ *pos* (de quo Varro IV. de L. L. initio pag. 3. Gothofr. Edit.)

exo-

XXV.

Laudaris quodcumque palam, quodcumque probaris,
Hoc, vide, ne rurſus levitatis crimine damnes.

XXVI.

exoleverit, ſuperſtitibus tamen compoſitis, *compos*, *incompos*, *impos*, *praepos*, *propos* in Gloſſ. Iſid. (quod tamen Voſſius in *praepos* mutare mavult, III. de Vit. Serm. Cap. XXXVIII. pag. 559.) *divipos*, *omnipos*, *vepos*, *viripos*, pluribus egi in Diatriba recenſita de Lat. Linguae Radicibus amiſſis. DAUMIUS. *Quo poſſis* Leid. ſec. Vet. Reg. & Edit. Florent. *quod poſſis* Cod. Turic. Sed *d* in τῷ *quod* alia manus deinceps adſcripſit. Nullam autem rationem video, cur *pos ſis* pro *poſſis* praeferat Barth. credibile etenim non eſt, Auctorem recentiorem verbis antiquatis & obſoletis delectatum fuiſſe. Nec ulli MSS. vel Codices typis exarari huic conjecturae adſurgunt. Mirari ſane numquam non ſoleo, cum video, nonnullos Viros Doctos ſimilia verba optimis quoque linguae Latinae Scriptoribus haud raro obtrudere conatos fuiſſe, quod quam infelix ſibi ſumſerint negotium, illi ſciunt, qui haud ignorant, aliter Latinos tempore Ennii & Plauti, aliter Tullii Cic. & Tranquilli, aliter demum Aviani & Dionyſii tempore locutos fuiſſe, alia huc ſpectantia notavimus infra Diſt. XLVIII. ARNTZ.

Si tu vis vivere ſanus;) *Si vis tu vivere ſanus* Leid. pr. ſec. & Cod. Turic. Vir Doctus, quia nonnihil offenderet τὸ *tu* ſubſtituebat *ſi curas v. s.* verum hoc modo Auctor ſaepius loquitur. Vid. Diſt. XXIX. huj. Libri. Et alibi. Nec alterius ſtilum ex noſtro debemus formare. ARNTZEN.

Morbi cauſſa mali nim. eſt quaec. vol.] Vetus Codex Pulmanni: *Morbi cauſſa mali eſt homini quandoque voluptas*. Vide Barth. Lib. CXLII. Adv. Cap. VIII. DAUMIUS. *Morbi cauſa mali namque eſt quaecunque voluptas* Leid. pr. a. m. ſec. in marg. & Membr. Voſſ. τὸ *nimia* enim deficit in eod. Leid. a m. priori. *Morbus cauſa mali eſt quaecunque voluptas* Leid. ſec. *Morbus cauſa mali nimia eſt quaecunque voluptas* Coll. Voſſ. & Vet. Reg. *Morbi cauſa mali eſt homini quaecumque v.* Cod. Turic. Sed *i* in *mali*, item *homini quaecumque v.* in raſura ſunt ſcripta omnia. Praeterea variant quoque Editiones: *Morbi cauſa m. namque. e. quandoque. v.* Pulm. in marg. qui monet quoque, alios legere: *Morbi namque m. c. e. quandoque v.* quomodo inveni in Editt. Chouet. Cord. & Cruc. Pleraeque autem vetuſtiones, & in iis Eraſm. habent: *Morbi c. m. e. homini quandoque v. Morbi c. m. e. hominum quaecumque voluptas.* Boill. Nil quidem mutavi, nec mutavit Scriver. Attamen haec ſcripturae va-

XXV.

P. Αἰνεῖς ἀμφαδίην τι· καὶ ὡς καλὸν δοκιμάζεις·
Ἄθρει μὴ τοῦτ' αὖ πάλιν εὐκολίῃ καταμέμψῃ.
S. Ὅττι περ αἰνήσαις κατενώπιον, ἢ δοκιμάσαις,
Μὴ τῷ δ' εὐχερίῃσι νόου πάλι μῶμον ἀνάψῃς.
Vel: Μὴ τόδε μωμᾶσθαι πάλι κυφοσύνῃσι νόοιο.

XXVI.

varietas vitium arguere videtur. Auget ſuſpicionem *τὸ mali*, cur namque morbus *malus*, an quia & *bonus?* Sed quis umquam ita locutus. Quid ſi diſtinguas *mali voluptas*, id eſt, *voluptas mali* eſt *cauſa morbi?* Sed non omnino hoc ſatisfacit. Videant acutiores! ex mente Diſtichi canit Horat.

Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.

ARNTZENIUS.

XXV. *Laudaris quodcunque palam*, &c.] Sententia hujus Diſtichi monoſticho veteri comprehenditur:

Τὸν αὐτὸν αἰνεῖν καὶ ψέγειν, ἀνδρὸς κακοῦ.

Planudes defective *αἰνεῖς*, pro *εἰ αἰνεῖς*: quod eſt abſurdum. SCALIGER. Levis & inconſtans videberis: ſi quod aliquando coram multis laudaris, idem poſtea damnes. Quod ſi mutaſti ſententiam, fac ſileas. Fortaſſe pro *vide* legendum eſt *fuge*. (*crimine*,) id eſt, ſuſpicione, & cum vituperio. ERASM. *L. quaecumque* Memb. Voſſ. *Quodcumque* meliori orthographia Cod. Turic.

Quodcumque probaris,] *Utcumque probaris* Leid. ſec. & Coll. Voſſ. *dictuque probaris* Cod. Turicenſ. Sed *dictuque* in raſura eſt. ARNTZEN.

Hoc vide ne rurſus.] *Vide*, correpto *e*. apud Plaut. Pſeud. I. I. 146. Trin. III. III. 34. Perſium Sat. I. ℣. 122. Val. Flacc. Lib. V. ℣. 593. Sic in *vide ſis* apud Ter. II. Heaut. II. (al. III.) ℣. 128. & 133. Etiam in *viden*. Vide Barth. ad X. Theb. ℣. 897. pag. 1260. Ubi non bene Lutatius, qui naturaliter longam ait Syllabam, non attendens, Veteres etiam *videre* in tertia dixiſſe, quod in *dividere* etiam apparet. Sic *cave* ultima brevi in Naevil Lycurgo apud Non. Marcell. in *contendere*, apud Plautum Aulul. III. Sc. VI. ℣. 47. Catull. Carm. LI. ℣. 59. & Epith. Manlii. ℣. 152. Horat. I. Epiſt. XIII. ℣. 19. Libr. II. Serm. III. 38. & 177. Ovid. I. Triſt. I. 25. II. Art. Am. 531. Edit. Heinſ. I. Am. El. VIII. 72. III. Pont. I. ℣. 45. Cic. Arat. ℣. 296. pag. 10. Edit. Grotii. Propert. Lib. I. Eleg. VII. ℣. 25. Ib. El. X. 21. II. El. XIII. (Scal. X.) ℣. 41. IV. Eleg. IV.

de Tarpeia 48. ut Heinſius corrigit pag. 365. in Art. Amator. & noſtrum Catonem infra Diſt. XLIII. Sic *vale* Ovid. I. Triſt. VII. ℣. 21. Virgil. III. Ecl. LXXIX. Vetus inſcriptio apud Pyth.Lib.III.Epig.Vet.pag.105.

Semper perpetuo vale mi cariſſime conjux.

Quibus adde *reſponde*, apud Martial. Lib. III. Epig. IV. ℣. 7. Vid. Baſil. Pernae. A. 1559. Hadr. Junii, Scriverii & Schrevelii Editiones. Rader. ad hunc locum fol. 218. Scalig. ad Manil. pag. 742. Barth. Adverſ. XI. Cap. XIII. col. 536. Contra Calderini, Aldinae 1501. 1517. Colinaei Pariſienſis, Micylli, Baſileenſis, Geſnerii Tigurina pag. 43. Ita & uſus Franciſcus Mourettus Pſalmo IV. ℣. 5. Antiquis enim haec verba ad tertiam flexionem referebantur. *Spondit* ſane apud Prudentium Romano ℣. 470. ex MS. edidit Weitzius, ſi alicujus tamen pretii ea lectio eſt. Corripitur & *jube* a Plauto, Amphitr. III. II. ℣. 65. Vide Marcil. ad Perſium pag. 38. Terentio, V. Adelph. VII. ℣. 10. & 16. *tace* a Plauto Pſeud. I. I. ℣. 38. *extorque* a Prudentio, Hymno Vincentii, ℣. 60. Sed is ſpondeum forte jambi loco admiſit. *ſalve* a Martiali, XI. Epig. ult. ℣. 109. ut Vet. libros ibi habere affirmat Scaliger ad Manil. d. l. Sed recte Radero, Barthio ac Gronovio apud Schrevel. pag. 795. vulgata placet lectio *ſolve*. Janus Pannonius tamen, Poëta elegantiſſimus, in Paneg. Guarini ℣. 898. corripit:

Optime doctorum, doctiſſime ſalve bonorum.

Τὸ *fave*, quod e Gratii Cynegetico producitur ℣. 462. ſphalma Editionis Pithoeanae eſt. Legendum enim ibi claret *lave*, uti & Logi, Trognefii, ac nuperrima Editio habet. Breviarunt ejusmodi *imperativos*, auſu ſane non imitabili, ſeculi ſequioris & recentioris inſtaurata litterarum politia, non uni Poëtae, ut *auge* Fortunatus Lib. X. Cap. XXV. ℣. 26. verſu a Front. Ducaeo Notis ad Concilia aliquot, Tomo III. Concil. Binii fol. 1672. Edit. 1606. reſtituto:

-- *Aeternaque regna requirens*
Immortale piis actibus auge decus.

A Brovero in utraque Edit. & Edd. Bibl. PP. Colon. turpiter neglecto, ideoque a Labbeo in operum Fortunati promiſſa Editione non inſuperhabendo. Sic Recentioribus *auge*. P. P. Fleming. Lib. IX. Epigr. XXXIX. ℣. 2. *urge* Idem V. Epigr. LXXII. ℣. 5. & Lib. VIII. Epig. IX. ℣. 7. *praebe* Theodulphus Aurelian. Paraenet. ad Judices ℣. 632.

Hujus remigium morbis tu praebe *ſalubre.*

Spangenberg. precat. Eccleſ. Dom. VIII. Trin. ℣. 6.

Exigere indultos te duce praebe *dies.*

Metellus Quirin. Ecl. VIII. ℣. 40.

-- *Velox mihi* praebe *ſecurem.*

Incertus ad ſaxeum cubile D. Honorati Archiepiſcopi Arelat. apud

apud Vinc. Barral. part. I. Chronol. Lirin. pag. 38.

Praebe tuos vultus Antiſtes inclite coelo.

Eobanus Heſſus Iliad. Hom. IX. ℣. 762. ac Pſ. LXXXVI. ℣. 15. Quamquam hic recentiores Editiones mutarunt. Et alibi *miſce.* Fortunatus Lib. VII. Cap. XXVI. ℣. 2. Sed ille alibi, ut Lib. I. de Vita Martini, ℣. 39. *miſcam.* Ergo a *miſco*, *miſcis*, quod & in Lex. Cyrilli exſtat, col. 515. Ita Incertus in Praetermiſſis Vet. Epigrammatum Pythoeanis pag. 606.

Non dedigneris dicere, miſce, *puer.*

Joh. Fabricius Montanus Libro Silvar. Carm. VII. ℣. 90. Boiſſardus, Poëmatum prima Baſileenſi Editione pag. 28. b. *immiſce* Joh. Boccatius Eclog. VII. verſ. 100. *permiſce* Ant. Orſus, T. II. Poët. Italor. pag. 149. *dele* Petrus de Riga Autorae parte I. Exodo, verſ. 1204.

Vel me de libro Rex bone dele tuo.

Ubi Aegidius Levita Pariſienſis in ſua interpolatione, cujus exemplum MS. in Paulina Bibliotheca Lipſiae, & in Rhedingeriana Uratislaviae denuo interpolatum, ſupereſt, *tolle* ſuppoſuit. *tene* Luſcinius verſione Epig. IV. Lib. I. Anthol. Graecorum Cap. XIII. fol. 207. Edit. Riv. *ſuſtine* Auctor Diſtichorum Dialogis Petrarchae de Rem. utr. Fort. praefixorum, ſive Sebaſt. Brant. ſive alius Lib. II. Dial. 122. & Janus Gruterus Variis T. II. Poët. Belg. pag. 812. P. Fleming. Lib. IX. Epigr. X. 3. *abſtine* Petrus Candidus apud Philelſum Lib. XVI. Epiſtol. XXXIV. & Boiſſard. pag. 26. b. dictae Editionis. Fleming. Lib. VII. Epigr. X. ℣. I. *perſuade* Eob. Heſſus II. Iliad. ℣. 216. *exerce* Stigel. Volum. II. Lib. III. Eleg. XXXI. verſ. 43. Quod nec Siberi correxit Editio, quae aliis tamen locis medelam attulit. *indulge* Ael. Julius Crottus Lib. III. Stromat. III. Carm. XLI. ℣. 163. *reſponde* Boiſſardus pag. 33. b. *admove* Palingenius Lib. V. Zodiaci ℣. 704. *amove* Marq. Freherus T. III. Poët. Germ. pag. 309. *habe* Janus Kotteritius Propemptico ad Petr. Jugertum, ℣. 37.

Quare habe *ſis illud, quod poſt tibi, non mihi trado;*
Sed quod ego haud habeo, cur dare quei potero?

vide Sal. Frencelius, Epigr. Silvula I. Semita II. Epigr. Antep. ℣. 5. pag. 218. Alia alibi.

DAUMIUS. Sic omnes Codd. typis & manu exarati, niſi quod Leid. ſec. & Editt. multae, *rurſum* pro *rurſus* praeferunt. Ceterum ultimam ſyllabam τȣ̃ *vide* ſaepius corripi monuerunt Viri Docti ad Phaedr. Lib. III. Fab. VI. ℣. 3. Et quamvis non patiatur Cl. Burmann. hanc ſcabiem Phaedro ſuo ſeu Valerio Flacco adfricari. Vid. quae erudite diſſerit ad eamdem Lib. V. Argon. ℣. 595. non tamen juſta ſatis hic cauſſa eſt, cur invitis omnibus MSS. τὸ *vide* in *fuge* vel aliud quid mutaretur. Quo tandem, ſi hoc liceat! Sed, cum Daum. hic plurima contulerit, huic moleſtiae inpune ſuperſe-

XXVI.

Tranquillis rebus, ſemper adverſa timeto:
Rurſus in adverſis melius ſperare memento.

XXVII.

Diſcere ne ceſſes: cura ſapientia creſcit:
Rara datur longo prudentia temporis uſu.

XXVIII.

debimus. ARNTZEN.

Levitatis crimine] Vid. quae diximus ſupra Lib. I. Diſt. VII. Huc facit quodammodo locus Horat. Lib. I. Ep. XVIII. ℣. 67.

Qualem commendes, etiam atque etiam adſpice; ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.

ARNTZENIUS.

XXVI. *Tranquillis rebus,*] Confer ſupra Diſt. XVIII. Lib. II. DAUMIUS. Sapienter quoque Seneca Tragicus in Thyeſte ℣. 616. 617.

Nemo confidat nimium ſecundis,
Nemo deſperet meliora lapſis.

WACHIUS.

Semper quae adverſa timeto:] Sic circumfertur hodie in vulgatis, nec aliter Vet. Chart. & Coll. Voſſ. Τὸ *quae* exulat a Leid. pr. & ſec. Genuina & vera lectio! cui adſtipulatur, ut laetus video Cod. Turic. cum etenim dormitantes & indocti librarii ad caeſuram non attenderent, pro hac, ut ſunt liberales, dederunt vel etiam ex Lib. I. Diſt. XVIII. reformarunt: *quae ſunt adverſa caveto.* Uti habent Leid. tert. Vet. Reg. Membr. Voſſ. & Cod. Turic. in illis verſibus, qui Diſt. VII. Lib. II. ſubjiciuntur, ut ibi monuimus pag. 161. Quod ſequuntur etiam Editores Aug. Vind. Euchar. Trem. Pulm. Chouet. Florent. Boill. Eraſm. Gryph. Cord. Cruc. & Pariſ. pro parte, is etenim *timeto* pro *caveto* exhibet, quomodo Scriverius quoque exprimi curavit. De caeſura Auctori noſtro adamata, vid. quae dixi ſupr. Lib. I. Diſt. VII. τὸ *ſemper* hic locum facile tuetur; omnino enim emphaſin, eamque elegantem & plane neceſſariam habet. Imitatur fere, ut ita dicam, Horat. Lib. II. Od. X. ℣. I.

Rectius vives, Licini, neque altum
Semper *urguendo; &c.*

Notandum enim, hanc Horatii Odam in animo habuiſſe Dionyſium, cum haec ſcriberet. Certe ſententia haec deſumta videtur ex eadem Oda ℣. 13.

Sperat infeſtis, metuit ſecundis
Alteram ſortem bene praeparatum
Pectus.

Ceterum tautologiae crimen, in quo fingendo mirum ſe artificem praebet Doctiſſ. Boxhornius ſupra dilui Lib. I. Diſt. XVIII. ARNTZEN.

Rurſus in adverſis] *Rebus* pro *rurſus* habent Leid. tert. Veterr. Reg. Editt. Flor. Boill. & Scriver.

XXVI.

P. Εἰν εὐημερίῃ τἀναντία πάντα φυλάσσου· (ἥξειν.
Ἔμπαλι δυσπραγέων δὲ τὰ κρείττονα προσδόκα
S. Εὐτυχέων τὸ τύχης ἐς ἐναντίον ἀσταθὲς ἄθρει·
Δυστυχέων δὲ πάλιν περὶ σοῦ σχεῖν ἐλπίδ᾽ ἀμείνω.

XXVII.

P. Μάνθανε μὴ λήγων, μελέτη σοφίην γὰρ ἀέξει·
Καὶ μακρῇσι τριβαῖς ὀλίγη σύνεσις ἐπορίσθη.
S. Μάνθανε μὴ λήγων· μελέτη σοφίην μάλ᾽ ὀφέλλει·
Μακρῇ γὰρ πείρῃ σπανίως χρόνος ἄνδρα σοφίζει.
Vel: Ταῖς μακραῖσι τριβαῖς μεγάλη σύνεσις πεπόρισται.

XXVIII.

ver. Quod ſi quis textui reſti-tuendum putaverit, non magno opere repugnarim; Auctorem etenim eadem verba uno eodemque Diſticho ſaepius repetere, jam notius eſt, quam ut amplius moneri mereatur. Vid. ſupr. Lib. I. Diſt. xxvi. Hic denique adſcribendus locus Rutil. Itin. Lib. I. ℣. 121.

Adverſis *ſollemne tuis* ſperare *ſecunda*.

Ubi vid. V. D. ARNTZEN.

XXVII. *Diſcere ne ceſſa: cura ſapientia &c.*] Juxta Solonis ſententiam, oportet ſeneſcere ſemper aliquid addiſcentes. Nam (*rara*) hoc eſt, ſingularis & eximia prudentia, contingit (*longo uſu*) id eſt, diutina experientia aetatis. Quamquam mihi magis probatur, hic ut ſit ſenſus: Semper diſce, ſtudio creſcit ſapientia. Nam pauci ſunt, qui prudentes evadunt experientia rerum. Vel quia paucis contingit diu vivere: vel quia complures ſtultitiam non exuunt hac vita. Certiſſima ac breviſſima ad ſapientiam via eſt doctrina. ERASMUS. Sic vulgatae & recentiores Editt. *ne ceſſes* Leid. pr. tert. Coll. Voſſ. Vet. Reg. & Cod. Turic. Quibus adſtipulantur antiquae Editt. Aug. Vind. Euchar. Pariſ. Pulm. Trem. Scriver. aliaeque. Nec multum abit Leid. ſec. *ne ceſſes*; quamobrem lectionem, ut nunc in textu eſt, admittendam duxi. De hujus conſtructionis diſcrepantia, vide quae diximus ſupr. Libr. I. Diſt. xxxv. De ſignificatione autem τοῦ *creſcere* Lib. I. Diſt. xxxix. ARNTZEN.

Cura ſapientia creſcit:] Dixi ad Diſt. xxi. *Curam* & *uſum* diſtingui, quod & hoc Diſticho probatur. Notanda autem inſuper hic differentia inter *ſapientiam* & *pruden-*

XXVIII.

Parce laudato; nam quem tu ſaepe probaris,
Una dies, qualis fuerit, oſtendet, amicus.

XXIX.

Ne pudeat, quae neſcieris, te velle doceri:
Scire aliquid laus eſt, culpa eſt nil diſcere velle.

XXX.

dentiam. Illa *cura* creſcit, haec *uſu*. Illa ergo *doctrinae* eſt, haec *artificii*. Non ignoro tamen multa ſupereſſe apud Ciceronem aliosque, ex quibus conſtat *ſapientiam* & *prudentiam* eamdem fere ſignificare virtutem, adeoque ſumi quaſi eſſent ſynonyma, ſic Lib. I. de Offic. Cap. v. *Velut ex ea parte, quae prima deſcripta eſt, in qua* ſapientiam *&* prudentiam *ponimus*. Nec aliter fere Cap. XLIII. *Princepsque omnium virtutum illa* ſapientia, *quam σοφίαν Graeci vocant*: prudentiam *enim, quam Graeci φρόνησιν, aliam quandam intelligimus, quae eſt rerum expetendarum fugiendarumque ſcientia*. Sed tamen *prudentiam* nonnumquam *artificii* eſſe non *ſcientiae*, id eſt, *uſus* non *intellectus* forte probari poſſet ex Virg. Lib. II. G. ℣. 373.

Praecipue dum frons tenera, im-
prudensque laborum.

Vid. inſuper Gaſſend. ad Cicer. Lib. I. de Offic. Cap. v. Quod ſi quis roget, qui ergo differat hoc Diſtichon a XXI. hujus Libri? ingenue, me id ignorare, fateor. Haec olim. Poſteriorem ſententiam meam de hoc Diſt. mox dicam. ARNTZEN.

Rara datur longo prudentia temporis uſu.] Haec videtur mens hujus loci: Sapientiam ex literis diſcendam, non ex longo temporis uſu. Sic igitur vertendum:

Μακρῇ γὰρ πείρῃ σπανίως χρόνος ἄνδρα σοφίζει.

Sed mira eſt ſententia, communi ſenſui ac veterum ſcriptis contraria, experientia longi temporis raro acquiri ſapientiam. Quis hoc concedat? Aliter ſentiebat Comicus:

Ὅσαι τέχναι γεγόνασι, ταύτας, ὦ Λάχης,
Πάσας ἐδίδαξεν ὁ χρόνος, οὐχ ὁ διδάσκαλος.

Ego arbitror *rara* hic non σπανία eſſe, ſed ἔξοχος, ἀκριβής, quae hanc ſententiam efficit:

Ἔξοχα γὰρ μακρῇ πείρῃ χρόνος ἄνδρα σοφίζει.

Ut intelligamus, ſtudio longi temporis & magno literarum uſu raram & praecellentem ſapientiam nobis acquiri. Quae eſt prorſus ſententia illius Comici, quam modo produximus. Utriusque ſententiae interpretationem & μετάφρασιν dedimus, utra verior, arbitrii lectoris facimus. SCALIG. Vide Theod. Ebertum Elect. Sect. XLII. El. II. pag. 254. *Raram prudentiam*, pro *ſingulari* & *excellenti*, etiam Joh. Friſius in ſua Expoſitione Tiguri anno 1561. edita, &

Len-

XXVIII.

P. Αἴνει φειδόμενος· Οὐ πολλάκι γὰρ δοκιμάζεις,
Ἦμαρ ἓν ἐμφανίσει σοι, ποῖός τις φίλος ἦεν.

S. Αἴνει φειδομένως· Οὐ πολλάκι γὰρ δοκιμάσαις,
Εἴ ποτέ σοι, ποῖός τις ἔην φίλος, ἦμαρ ἐλέγξει.

XXIX.

P. Μὴ αἰσχυνθῇς ταῦτα μαθεῖν, ἅπερ οὐ δεδάηκας·
Αἶσχος, μήτι μαθεῖν ἐθέλειν, τὸ δ᾽ ἐναντίον αἶνος.

S. Μή τι καταισχύνοιο μαθεῖν, τόπερ οὐκ ἐδιδάχθης·
Αἰνετόν ἐςι μάθησις, ὁ δ᾽ ἀγνοίης ἔρος αἰσχρόν.

XXX.

Lentulus in Italica ſua, accipit: & quosdam ita capere etiam Corderius monet. DAUMIUS. Codd. iterum atque Editt. nihil mutant. Olim, fateor, diſtiguendum hic cenſui inter *ſapientiam* & *prudentiam*. Quid? Si jam dicamus, *ſapientiam* & *prudentiam* fere eamdem hic denotare virtutem. ut centies. Tum haec erit ſententia: Diſcendum ſemper eſſe adhibito ſtudio, cura & attentione ſumma, utpote quibus ſolis creſcit ſapientia: ſed raram & ſaepe nullam eam eſſe prudentiam, quam quis ipſo rerum uſu ſibi comparare ſtudeat, quod, credo, Jureconſultorum ſimiae & Medici circumforanei potiſſimum experiuntur. Et hoc Erasmus voluiſſe videtur. Sic ſupra Lib. I. Diſt. XIII.

> Rara fides *ideo eſt, quia multi multa loquuntur.*

Ubi vid. quae notavi. Sic certe hoc Diſt. ſenſu differt omnino a Diſt. XXI. hujus Lib. ARNTZ.

XXVIII. *Una dies, qualis fuerit &c.*] Vetus Diſtichon:

> Οὐκ ἔςι μείζων βάσανος χρόνου οὐδενὸς ἔργου,
> Ὅς καὶ ὑπὸ στέρνοις ἀνδρὸς ἔδειξε νόον.

SCALIG. *Oſtendit* Coll. Voſſ. Leid. pr. ſec. & Codex. Turic. Vid. quae ſupra diximus Lib. I. Diſt. XXIII. pro eo *monſtrabit* reperi in Leid. tert. Vet. Reg. & Membr. Voſſ. nec aliter Editt. Ant. omnes, interque has Boill. Eraſm. Gryph. Cord. Cruc. & Scriver. Sed hoc ita indocti mutarunt, ut evitarent caeſuram. Vid. ſupra Lib. I. Diſt. VII. Haec certe non tantum poſt primum, ſecundum & tertium, ſed etiam poſt quartum pedem nonnumquam locum habet, ut norunt praetextati. ARNTZ.

XXIX. *Ne pudeat &c.*] Isleb. Adag. 365. b. DAUMIUS. *Non pudeat* Leid. ſec. Col. Voſſ. & Cod. Turic. Deſumtum hoc videtur ex Horat. Art. Poët. ✝. 88. *Cur*

XXX.

Cum Venere & Baccho lis eſt, ſed juncta voluptas:
Quod blandum eſt animo complectere, ſed fuge lites.

XXXI.

Cur neſcire pudens prave, quam diſcere malo?

Ceterum de locutione *te velle doceri* conſule Cl. Canneg. Reſcript. Boxhorn. Cap. Differt. novo XXXIII. ARNTZEN.

Culpa eſt nil diſcere velle.] In vulgatis, *pudor eſt nil diſcere velle.* Eſt autem Cleobuli ſapientis: *φιλομαθῆ μᾶλλον, ἢ ἀμαθῆ εἶναι.* SCALIGER. *Pudor eſt &c.* habent quoque Editt. Aug. Vind. Euchar. Pulm. Trem. Chouet. Eraſm. Gryph. Cord. Cruc. aliaeque. Sed invitis Codicibus omnibus, quae lectio ideo recepta videtur, quod verbum *pudeat* modo praeceſſerit, vel etiam quod elegantius *laus* & *pudor* opponi, librarii exiſtimarint. *Turpe eſt* legunt Veterr. Chart. & Membr. Voſſ. nec non Editt. Flor. & Boill. Sed vocem *culpa* ſervandam exiſtimo; tum quod nomina ſubſtantiva *laus* & *culpa*, rectius inter ſe apponantur, quam *laus* & *turpe*, tum quoque, quod, cum dixiſſet: *ne pudeat doceri*, mitiorem ſane vocem, ut ſalva eſſet *αντίθεσις*, adhibere haud debuerit; ideoque *culpa*, id eſt, *delictum, crimen* eſt, *nil diſcere velle.* Sic fere Ter. Hecyr. Act. IV. Sc. IV. ℣. 40. *Cenſen' te poſſe reperire ullam mulierem, quae careat culpa? An quia non delinquunt Viri &c.* Et alia bene multa. *nihil diſcere velle.* Cod. Turic. ARNTZ.

XXX. *Cum venere & Baccho &c.*] Excerpe quod ineſt boni, fuge quod adjunctum eſt mali. Exhilarat potatio, diſcutit curas. utere hac commoditate. Sed rurſus ebrietas incitat ad jurgia. hoc cave. Item, Venus delectat, ſed habet ſua jurgia. Ama igitur abſque diſſidiis. ERASM. Salesb. Epiſt. CCLXVI. pag. 449. *Cum Cerere tamen & Baccho lis eſt. Sed in cerevifia, quae apud vos vincit, regnat, imperat, praevalet Ceres, & ingenia veſtratum acuit, ut Franciam noſtram vervecum patriam credas, Francos eſſe verveces.* DAUMIUS. Ut recte intelligamus hoc Diſtichon, obſervanda eſt locutio *Lis eſt cum Venere & Baccho*, id eſt, *lites vel jurgia comitantur Venerem & Bacchum.* Simile quid eſt apud Sil. Ital. Lib. XV. Punic. ℣. 98. Ubi Virtus Herculem adlocuta ait:

Mecum honor & laudes & laeto Gloria vultu,
Et decus, ac niveis Victoria concolor alis.

Id eſt *Honor, laudes &c. comitantur me.* Uti paullo ante de Voluptate dixerat Silius: *Ebrietas tibi fida comes &c.* Nec aliter fere Virg. IV. AEn. ℣. 115. ubi Juno ait:

Mecum erit *iſte* labor, *&c.*

ARNTZEN.

Sed juncta voluptas:] Barthius legit: *ceu juncta.* Velut eſt voluptas, ſic & rixa. Pulm.

XXX.

P. Εὐφροσύνη καὶ ἔρις Βάκχῳ Παφίῃ τε σύνεισιν·
Ὧν τὸ μὲν ἀσπάζυ, φεύγειν δ᾽ ἔριδας κέλομαί σε.

S. Κύπριδι καὶ Βάκχῳ ἔρις εὐφροσύνη τε σύνεισιν·
Ἀσπάζυ τὸ προσηνὲς ἐὸν, τὰ δὲ νείκεα φεῦγε.

XXXI.

Pulm. Edit. *Et juncta.* DAUMIUS. *Voluntas* Leid. pr. quae voces ſaepius in MSS. confunduntur. Vid. ſupr. Lib. II. Diſt. XXVIII. *Cum Venere & Baccho levis eſt conjuncta voluptas.* Vir quidam Doctus conjiciebat. Sed ſimilibus conjecturis ſine literarum, credo, detrimento facillime carebimus. Attamen non aegre ferat Lector, ſi in recipiendis Eruditorum conjecturis & pro vera lectione obtrudendis, forſan cautior eſſe ſoleam, quam par eſt. Malſcius ait: *Correxi: & juncta voluptas.* Sic tamen ante ipſum correxerunt Editt. antiquiores fere omnes, ut Aug. Vind. Euchar. Pariſ. Trem. Chouet. Eraſm. Gryph. Cord. Cruc. aliaeque. Et, quod nemo neſcit, ſaepius haec vocabula confundi, docuit Fab. ad Juſt. Lib. I. Cap. VI. §. 1. Vide etiam variantes & Modium ad Curt. Lib. VI. Cap. III. §. 3. Attamen τὸ *ſed* hinc moveri non patior, potiſſimum quia omnes noſtri MSS. in hanc vocem conſpirant. *Sed* hoc loco notat *ſed &*, *ſed etiam*, uti ſic Graeci dicunt ἀλλὰ ἀντὶ τῶν ἀλλὰ καὶ. Sic Salluſt. Catil. Cap. XVIII. §. 7. *Jam tum non Conſulibus modo*, ſed *plerisque ſenatoribus perniciem machinabantur.* Ubi Vid. Doctiſſ. Cort. & Acutiſſimum Duker. ad Flor. Lib. III. Cap. IV. §. 4. Erud. Drak. ad Liv. Lib. II. Cap. VI. §. 1. & in primis Cujac. Lib. XXV. Obſerv. Cap. X. qui τὸ *ſed* pro *ſed &* recte dici exemplis comfirmat. Hinc itaque ex Haverc. Cod. atque Edit. Aſcenſ. Egeſipp. emendandus. Lib. I. de excid. Urbis Hieroſ. Lib. I. Cap. XXVIII. *Qui non mediocri pecunia*, ſed *muneribus opimis Antonii animum ſibi devinxerat.* Ubi in vulgatis legitur: ſed & *muneribus.* Dicit itaque Auctor hoc Diſticho: cum Venere quidem & Baccho lis eſt, id eſt, amor & vinum, ſi inmodice utaris, pugnant quidem inter ſe, & mala conciliant; unde verſu altero, *ſed fuge lites* has Veneris & Bacchi. At voluptas etiam iisdem eſt adjuncta, ſi modum ſerves. Hanc itaque voluptatem, blandam gratamque animo, complectere. ARNTZEN.

Quod lautum eſt &c.] Inepte. Repone ex Pithoeana, *Quod blandum eſt.* quod nos ſequimur, τὸ προσηνὲς ἐόν. SCALIGER. *Quod lautum eſt animo* Coll. Voſſ. Vet. Reg. Veterr. Chart. Membr. Voſſ. Leid. tert.

XXXI.

Demiſſos animo ac tacitos vitare memento.
Qua flumen placidum eſt, forſan latet altius unda.

XXXII.

& Codex Turic. Sed in raſura. Varias etiam ob cauſſas exiſtimare licet, ſic habere Leid. pr. & ſec. Nec aliter quoque Editt. Aug. Vind. Euchar. Pariſ. Pulm. Trem. Boill. Eraſm. Gryph. Cord. Cruc. & Chouet. Quarum ultima hoc modo diſtinguit: *Quod lautum eſt, animo &c.* Sed tamen mutare nil audeo, hoc ſenſu *alea blanda* vocatur apud Ovid. Lib. I. Art. ✝. 452.

Sic, ne perdiderit, non ceſſat perdere luſor,
Et revocat cupidas alea blanda *manus.*

Ubi videndus eſt Heinſ. Similia alibi paſſim. Sive autem τὸ *animo* ad *blandum* ſive ad *compleƈtere*, ut eſt in Edit. Chouet. referas, ſi ita vis, utroque loco vacat, certe citra diſpendium abeſſe poteſt. Vide quae diximus ſupra Lib. IV. Diſt. XVII. *Quod libitum eſt animo &c.* edidit Scriverius. Denique pro *compleƈtere*, *ſed* Cod. Turic. ſcriptum habet *compleƈte tu.* τὸ *tu* in raſura ſcriptum eſt, & poſt eamdem vocem iterum raſura eſt trium circiter literarum. ARNTZEN.

XXXI. *Demiſſos animo &c.*] Planudes, τοὺς θυμῷ μαλακοὺς, quod Latinis non reſpondet. Intelligit enim non μαλακοὺς, neque effaeminatos, ſed χαμαιζήλους καὶ κατηφεῖς. SCALIGER. Triſtes ac tacitos vita. Videntur enim aliquid magni mali moliri. Quemadmodum cavendum eſt flumen ea parte, qua tranquillum eſt. Nam illud profundiſſimum eſſe ſolet. Ita Caeſar magis metuebat Brutum & Caſſium, pallidos ac tacitos, quam Antonium ebrium. ERASMUS. Vide Curtium Lib. VII. & ad eum Joan. Loccenium pag. 122. Et Eraſmi Alberti Fab. XLIX. Buchner. Paneg. Metſchii: *Quo altior unda, hoc & placidius labitur: Vadoſa ac humilis ſtrepitum edit, dum, quae non ſupereminet illiſa ſaxis vehementius ſonat, hoc ipſo paupertatem ſuam confeſſa. Perinde graves atque modeſti, quiete agunt: ventoſi ac leves, multa movent, dum quae praeſtare non poſſunt, inaniter jaƈtant.* DAUMIUS. Sic circumfertur hodie in vulgatis. Multum variant hic Leid. pr. & ſec. Vet. Chart. Nec non Coll. Voſſ. *Dimiſſos animo & tacitos* exhibentes. Quae leƈtio forſan nonnullis placere poſſet. *Dimittere animum* dicuntur, qui varia & diverſa animo agitant conſilia. Sic Ovid. Lib. VIII. Met. ✝. 188. de Daedalo,

Dixit: & ignotas animum di-*mittit in artes.*

Ubi eodem modo nonnulli Libri ſcribunt *demittit*. Vide Nobiliſſ. Heinſ. & Cl. Burmann. Sed vereor, ut huic loco haec ſit apta ſignificatio; nam qui di-

XXXI.

P. Τοὺς θυμῷ μαλακοὺς καὶ σιγαλέυς πεφύλαξο·
Εὔκηλος ποταμὸς γὰρ ἀεὶ τάχα βένθεα κεύθει.

S. Φεῦγε χαμαιζήλυς καὶ σιγηλῶν γένος ἀνδρῶν·
Ἧ χῦμ' εὔκηλον, τάχα δὲ βάθυ κρύπτεται ὕδωρ.

XXXII.

dimiſſus reſpondebit *placido flumini*, quod eſt in altero verſu. Certe cujus animus in varias curas eſt diſtractus non placido, ſed turbato flumini comparandus eſt. Quare praeſtat lectio, quae eſt in Editt. Antiquis Aug. Vind. Trem. & Pulm. *Demiſſos animo ac tacitos.* Nec aliter Florent. & Scriver. Niſi quod hi *&* pro *ac* ſervant, quibus fere adſtipulatur Codex Turic. exhibens: *Dimiſſos animo & tacitos*, &c. Primo τὸ *ac*, quod eſt in optimis Codd. atque Editt. genuinum videtur. Licet enim in Diſtichis hiſce elegantias veterum atque optimorum, qui ante conſonantem potius *ac*, ante vocalem vero *&* vel *atque* euphoniae cauſſa dixerunt, haud quaerendas exiſtimem, optimis tamen libris adhaerendum putavi. De hac autem Veterum elegantia vide, quae notarunt Viri Cl. Burmann. ad Sueton. Caeſ. Cap. XXVI. Drakenb. ad Liv. Lib. X. Cap. XXXVI. §. 17. & Lib. XLI. Cap. XXIV. §. 18. Deinde autem τὸ *Demiſſum animo* rectiſſime, ni fallor, convenit placido & profundo gurgiti. Cicer. pro Fontej. Cap. XI. *Exiſtimatis eos hic ſagatos braccatosque verſari, animo demiſſo atque* humili. Pro Cluent. Cap. XXI. *Exigebat* animum, *jam demiſſum & oppreſſum Oppianicus.* Ceterum contra legipediam peccat Leid. tert. *Dimiſſos animo tacitoſque vitare &c.* neque aliter Boill. *Demiſſos animo tacitoſque vitare m.* Pro quo *cavere* eſt, ut videtur, in Membr. Voſſ. ARNTZENIUS.

Qua flumen placidum eſt, &c.] *Quod flumen plac. eſt* Leid. pr. & Cod. Turic. qui etiam transponit ſequentia: *Placidum eſt flumen forſan l. a. u. Quo flumen eſt placidum* Leid. tert. *Quo flumen placidum*, omiſſo *eſt*, Edit. Boill. Ridiculo autem errore Leid. ſec. *Quod fuit mens placidum eſt, forſan latet altius unda.* A recepta lectione recedit etiam Edit. Florent. *Quod flumen placitum.* Quod nonnullae ex recentioribus ſequuntur. Sed cave, quidquam mutes. *Qua* hic ſumitur pro *qua parte*, vid. Drakenb. ad Liv. Lib. II. Cap. XXXI. §. 2. *Flumen* recte *placidum* dicitur, quod ſaevis non agitatur undis. Ovid. Lib. I. Metam. ℣. 702.

--placidum *Ladonis ad amnem.*

Ubi quidam docti *placitum* ſubſtituunt, ſed, vulgatum cum Editore noviſſimo recte ibidem re-

XXXII.

Quum tibi diſpliceat rerum fortuna tuarum,
Alterius ſpecta, quo ſit diſcrimine pejor.

XXXIII.

Quod potes, id tenta; nam litus carpere remis
Tutius eſt multo, quam velum tendere in altum.

XXXIV.

retineri poſſe, exiſtimo. Lib. vi. Faſt. ℣. 227.

Donec ab Iliacâ placidus *purgamina Veſtâ*
Detulerit flavis in mare Tybris aquis.

Sic *pontus placidus* apud eundem Ep. xviii. Her. ℣. 24. & *aquae placidae* xix. Heroid. ℣. 482. *placidum mare*. Ep. xix. Heroid.

Et facias placidum *per mare tutus iter.*

Curt. Lib. iii. Cap. 1. §. 4. Et in genere quietis eſſe epitheton, docuit Serv. ad Virg. Lib. 1. Aeneid. ℣. 691. ARNTZENIUS.

XXXII. *Quum tibi diſpliceat &c.*] Quoties taedet te tuae ſortis, confer eam, cum aliorum fortuna. Et videbis te nihilo pejorem, hoc eſt, infeliciorem, multis. ERASMUS. Iterum hic ridiculum in modum aberrant Leid. pr. & ſec. *Cum fort. tuarum rerum tibi diſpliceat ipſi.* Nec melius Coll. Voſſ. aut Cod. Turic. *Quum fortuna tua rerum tibi diſplicet ipſi.* Reliqui autem Codd. vel antiquiores Editt. nil mutant. ARNTZEN.

Alterius ſpecta, quo ſis &c.] Planudes legit *quo ſit*. Et recte. Nihil magis aerumnas levat, quam quum fortunam alterius cum noſtra comparando perſpicimus, quanto deterior eorum quam noſtra ſit. Timocles Comicus:

Ἅπαντα γὰρ τοι μείζον' ἢ πέπονθέ τις
Ἀτυχήματ' ἄλλοις γεγονότ' ἐννοούμενος,
Τὰς αὐτὸς αὐτοῦ συμφορὰς ῥᾷον φέρει.

Quae plane hoc Diſtichon interpretantur. SCALIG. Etiam Barthius mavult, *quo ſit*. Confer Rittershuſ. Praefat. in Querolum. Incertus aevi cadentis verſifex:

Ut mala prudenter tua portes & ſapienter,
Inſpice majores aliorum ſaepe dolores.

DAUMIUS. *Quo ſis* Leid. tert. Nec non Editt. Antiquiores omnes. *Cui ſis* Coll. Voſſ. & Cod. Turic. in quo ante *ſpecta* raſura eſt duarum literarum. *Cui ſit* Leid. pr. & ſec. Quae ſcripturà profectà videtur a perverſa conſuetudine ſcribendi, qua *cui* pro *qui* & *qui* pro *cui* ſaepius exarari ſolebat. Si libet vide, quae de hac re diximus ſupra Lib. 1. Diſt. xiii. Quae etiam cauſſa eſt, cur P. Scriver. *qui* in ſua Editione exhibeat. *Quo ſis* Veter. Chart.

XXXII.

P. Εὖτ' ἂν τῇ τῶν σῶν ἄχθῃ χαλεπῶν φίλος αἴσῃ,
Βλέψοι ἐς ἄλλυ δυσπραγίαν, πόσσον ἔπλετο χείρων.
S. Εἴ σε τύχη τῆς σῆς αἴσης μὴ πάμπαν ἀρέσκει,
Εἴσιδ' ἐς ἄλλυ πότμον, ὅσῳ τεοῦ ἐςὶ χερείων.

XXXIII.

P. Τοῖς δυνατοῖς ἐπιχείρει· ἄπλεσθαι γὰρ ἐρετμοῖς
Θῖνα βεβαιότερον, ἢ λαῖφος ἐς ὕψος ἀείρειν.
S. Τοῖς δυνατοῖς ἐπιχείρει· ἐρεἸμοῖς πλεῖν γὰρ ἄμεινον
Θῖνα πάρ' εἰναλίην, ἢ * λαίφει ὅλῳ πελαγίζειν.
Al: - - - * ἢ λαίφεσιν οἶδμα περᾶσαι.

XXXIV.

Chart. & Membr. Voſſ. *Quo ſit* autem ſolus Veterr. Reg. Et recentiores quaedam Editt. Quod ferri poteſt, ut τὸ *quo* referatur ad *diſcrimine*. *Diſcrimen* hic eſt quaſi *diſcernimen*, quo res inter ſe comparatae diſcernuntur. Hinc Gyges, puer formoſiſſimus, figurate dicitur *diſcrimen obſcurum*, id eſt, reddens diſcrimen & judicium obſcurum & incertum, an puer an puella haberi debeat apud Horat. Lib. III. Od. V. ℣. 23.

Quem ſi puellarum inſereres choro,
Mire ſagacis falleret hoſpites
Diſcrimen obſcurum, *ſolutis*
Crinibus, ambiguoque vultu.

Sed quod miror, illud eſt, quod Eruditiſſ. Eraſm. in brevi ſua expoſitione ait: *Et videbis te nihilo pejorem, hoc eſt infeliciorem multis.* Τὸ *pejor* itaque refert ad *alterius* & explicat *infelicior*. At ingenue fateor, me vocem hanc hac ſignificatione legere non meminiſſe. Felicius ſane Scaliger τὸ *pejor* ad *fortunam* refert & optime Auctoris mentem explicat. Sane *pejor fortuna* quid ſit, nemo neſcit. Et *pejor homo* omnino dicitur, ſed longe alio ſenſu quam hoc loco requiritur. Quare etiam haud ſpernenda nobis viſa eſt facilis Viri Docti conjectura, pro *qui* refingentis *quae:*

Alterius ſpecta, quae *ſit diſcrimine pejor.*

Hoc ſenſu, ſpecta fortunam alterius, quae ſit *pejor*, id eſt, *deterior* quam tua. Vellem unus Codex vel antiquior Edit. addiceret! Nunc autem mutare nil audeo. ARNTZEN.

XXXIII. *Quod potes, id tenta;*] Aggredere tuta magis, quam magna. Tutius enim tuto navigare juxta littus, & remis

mis uti, quam paſſis velis periclitari in fluctibus. Nec enim in omnibus favent venti fortunae. ERASMUS. *Quod potes id tempta* Leid. tert. & Cod. Turic. qui vitioſam hanc orthographiam, quod ſemel tantum monendum duxi, ubique fere profitentur. Vid. quae diximus ſupr. Lib. IV. Diſt. XXIII. *Potes* autem hoc loco cum effectu capiendum, idemque notat, quod *potes praeſtare* vel *facere*. Sic Virgil. Ecl. VII. ℣. 23.

> - - *Aut*, *ſi non* poſſumus *omnes*,
> *Hic arguta ſacra pendebit fiſtula pinu.*

Ecl. VIII. ℣. 63.

> *Dicite*, *Pierides*. *Non omnia* poſſumus *omnes*.

Phaedr. Lib. III. Fab. XIII. ℣. 14.

> *Apertum eſt*, *quis non* poſſit, *aut quis fecerit*.

Ubi locutionem hanc pluribus inluſtrat Celeb. Burmann. Commentario maj. Ceterum uti *poſſe* hoc loco, ſimiliter *velle* nonnumquam a Scriptoribus abſolute uſurpatur; ut tum ſubintelligatur infinitivus ſenſui conveniens. Sic *velle* pro *velle capere* vel *occupare*, urbem nimirum. Flor. Lib. III. Cap. I. §. 11. *Et Zamam quidem fruſtra diu* voluit. Ubi Vid. Optimus Dukerus. Val. Flacc. Lib. I. verſ. 67.

> - - - *Nunc aërii plantaria* vellet
> *Perſeus*, *aut currum &c.*

Ubi Vid. magnus Burmann. & Cl. Drak. ad Sil. Ital. Lib. IX. ℣. 7. Cicero de Amicit Cap. IX. in f. *Ortum quidem Amicitiae videtis*, *niſi quid ad haec forte* vultis. Contra verbum *penetrare* nonnumquam ſine effectu capiendum pro *penetrare velle*. Flor. Lib. III. Cap. XXII. §. 2. *Miſſusque in Oceanum*, *Fortunatas inſulas* penetravit. id eſt, *penetrare voluit*. Ut recte docuit Duker. Sertorius enim non penetravit inſulas Fortunatas, ſed tantum ejus conſilium fuit eo ſe recipiendi. ARNTZEN.

Nam litus carpere remis &c.] Planudes βαρβαρίζει. ἄπτεσθαι τοῦ ἐρετμοῖς θῖνα. SCALIGER. Elegans translatio a navigantibus accepta, Poëtis non infrequens, qua ii dicuntur *litus carpere*, qui alta fugientes, mediocria tanquam tutiora eligunt. In eam ſententiam Seneca Tragicus in Hercule Oetaeo ℣. 694.

> Stringat *tenuis* litora *puppis*,
> *Nec magna meas aura Phaſelos*
> *Jubeat medium ſcindere pontum.*

Vide mihi Philologicum in Curtium indicem Clariſſimi Loccenii pag. 17. 18. WACHIUS. *Litus* exhibet Leid. tert. atque Editt. Pulm. & Flor. Quae vera & recta eſt hujus vocis orthographia. Vide, quae notarunt Viri Docti, quos citat Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. Lib. I. ℣. 25. adde Voſſ. in Etymol. & Cellar. de Orthogr. Notari autem velim hoc loco, phraſin *litora carpere* non tantum proprie dici de eo, qui navi mare, ſed & de eo, qui curru litora tranſit. Sic de Hippolyto apud Ovid. Lib. XV. Metam. ℣. 507.

> *Jamque Corinthiaci* carpebam litora *ponti*;
> *Cum mare ſurrexit*. - - -

Immo qui pedibus. Sic enim

locus

locus capiendus videtur apud Ovid. Lib. xii. Metam. ℣. 195.

--- Nec Caenis in ullos
Denupſit thalamos: ſecretaque litora carpens
Aequorei vim paſſa Dei eſt.

Qua ratione *arva legere* dicitur apud Stat. ii. Achill. ℣. 73. de venatore, qui tranſit, notante Celeberr. Burmann. ad Ovid. Lib. iv. Metam. ℣. 289. ARNTZENIUS.

Tutius eſt multo,] Claud. Praefat. de Rapt. Proſ. ℣. 5.

Tranquillis primum trepidus ſe credidit undis,
Litora ſecuro tramite ſumma legens.

DAUMIUS. *Multum* ſcribit Leid. pr. a manu ſec. deërat enim a manu pr. at *multo* omnino exſulat e Cod. Turic. Mox minus recte etiam in Leid. ſec. *Tutius multo eſto, quam vela intendere in altum.* Reliqui Codices nil mutant. ARNTZEN.

Quam velum tendere in altum.] Puto legendum, *quam velis tendere in altum.* Quod ſi error non eſt, *velum tendere* erit velificari: quod nuſpiam memini me legere in eam notionem. Eſto igitur, ſi Diis placet, *velum tendere in altum*, velificari in alto mari: quod ἱστίοις πλεῖν, πελαγίζειν, μετεωρίζεσθαι Graecis dicitur. Planudes λαῖφος ἐς ὕψος ἀείρειν, *tollere velum in ſublime.* Erroris anſam praebuit ignoratio nominis *altum*, quod non ὕψος ſignificat, ut ipſe putat, ſed τὸ πέλαγος. Tota metaphraſis nugatoria. SCALIGER. Apud Virgilium *Tendunt vela noti*, iii. Aeneid. ℣. 268. & ibid. verſ. 683. legas, *Ventis intendere vela ſecundis.* & v. Aeneid. verſ. 33. *Vela ſecundi intendunt Zephyri.* Val. Flacc. Lib. iv. verſ. 422. *tendebant carbaſa venti.* Sic Horatius Lib. iv. Od. xii. verſ. 2. *Impellunt animae lintea Thraciae.* Vide ad eum Comment. Bernardi Parthenii Spilimbergii pag. 151. b. Franciſc. Philelfus Decade v. Satyr. Hecatoſtich. x. verſ. 15.

Cedendum eſt quandoque mari, littusque petendum
Tantiſper, dum ceſſet hiems, ventusque *ſecundo*
Tendat vela *ſinu.*

DAUMIUS. Nil mutant Codd. MSS. nec libri typis exarati. *Quam velo tendère* Malſcius legit, qui furtum ingenioſus ad omne hoc etiam ſublegit Scaligero, eâ tamen cautione & differentia, ut ipſe *velo*, ille *velis* praeferat. Hunc autem locum Scaliger ita conſtituiſſe videri poſſet ad imitationem Flori Lib. iv. Cap. xi. §. 8. *Prima dux fugae regina, cum aurea puppe, veloque purpureo, ſe in altum dedit.* Attamen haec Flori verba non omnino conveniunt; non enim illis modus velificationis, ut a Catone, ſed inſtrumenta navis, ut *puppis aurea, velumque purpureum* deſcribuntur. Quare hic potius Daumium ſequimur. At forſan dicat aliquis, in locis a Daumio congeſtis *Venti* dicuntur *vela tendere* non *homines*, ut apud Dionyſium noſtrum, quod non negamus; Verum an non ipſa natura docet, a vento tendi & repleri non poſſe vela, niſi prius ab homine excutiantur,

XXXIV.

Contra hominem juſtum prave contendere noli;
Semper enim Deus injuſtas ulciſcitur iras.

XXXV.

Ereptis opibus, noli moerere dolendo:
Sed gaude potius, tibi ſi contingat habere.

XXXVI.

tur, tendantur & vento opponantur? Et paret hoc e Virgil. Lib. III. AEneid. ℣. 266.

- - - - tum litore funem
Deripere, excuſſosque jubet laxare rudentis.
Tendunt vela noti: fugimus &c.

ARNTZENIUS.

XXXIV. *Prave contendere noli;*] Noli (*prave*), hoc eſt, malitioſe, & data opera, ac perverſe, contendere cum homine juſto. Nam Deus nunquam hoc relinquit inultum. ERASMUS. *plane cont. n.* eſt in Col. Voſſ. *noli contendere prave* Leid. tert. atque Editt. Chouet. Florent. Boill. Cord. Cruc. & Pulmann. in marg. *Noli contra hominem juſtum contendere prave*; Cod. Turic. ARNTZEN.

Semper enim Deus &c.] Planudes:

Τὰς ἀδίκους ὀργὰς γὰρ ἀμύνεται ἶφι τὸ θεῖον.

Bene proceſſerat illi, ſi τὸ ἶφι non addidiſſit. Quid opus tam violento fulcro? SCALIGER. *Saepe* pro *ſemper* reperi in Edit. Florent. perperam; Nam, quod ait Valer. Max. Lib. I. Ex. Ext. 3. *Tarditatem ſupplicii gravitate compenſat.* Tò *Deus* quid hic ſignificet, ſupra diximus Lib. I. Diſt. I. *Irae* autem ſunt *rixae*, *contentiones*, ut alibi nonnunquam. Immo Auctor noſter vocabulum hoc, ut datis ad me litteris monuit Cl. Cannegieterus, pro *lite* uti videtur, quam ſignificationem ſane poſtulant verba *juſtum* & *contendere*, quae ex foro videntur deducta & non inperite hic uſurpata, immo eo modo, qui arguit non vulgarem Poëtae noſtri intelligentiam. Vide, ſis Briſſon. Lexico Jurid. Huc etiam pertinet τὸ *prave*. Hinc *prava* & *injuſta* conjungit Terent. Heaut. IV. VII. II. *Quam multa* injuſta *ac* prava *fiunt.* At *recta* & *prava* opponuntur ab eodem Phorm. Act. V. Sc. II. verſ. 6. *His nunc praemium eſt, qui* recta prava *faciunt.* Hoc ergo noſter in hoc Diſticho praeciperet, homini juſto injuſtam litem non eſſe inferendam. Conſule Cl. Reſcriptorum Auctorem. Cap. XXVII. ARNTZEN.

XXXV. *Noli tu flere querendo:*] Si divitiae contingunt, gaude: ſi ereptae fuerint, noli te cruciare, ſed tunc utere philoſophia. Neque enim tantum boni habent, ut ſit admodum dolendum, ſi perierint: neque rurſus tantum mali, ut non ſint libenter accipiendae, ſi forte

XXXIV.

P. Ἀντίον ἀνδρὶ δικαίῳ μὴ φλαύρως ποτ' ἐρίσσῃς·
Τὰς ἀδίκους ὀργὰς γὰρ ἀμύνεται ἶφι τὸ θεῖον.

S. Μὴ βούλου ἀδίκως ἐριδαινέμεν ἀνδρὶ δικαίῳ·
Τῶν ἀνόμων θεός ἐστιν ἀεὶ τιμήορος ὀργῶν.

XXXV.

P. Γυμνωθεὶς τῶν σῶν, μὴ ἀνιῶ, μηδ' ὀλοφύρου·
Χαῖρε δὲ μᾶλλον, ἐπεὶ συνέβη σοι ἔχειν * ἀπολέσσαι.

Al: * - - - - - - ἀπολαῦσαι.

S. Τῶν σεῦ ἀτεμβόμενος μὴ ποτνιῶ ἀχνύμενος κῆρ·
Χαῖρε δὲ μᾶλλον ὅταν * τινὰ συμβῇ σοι κτεατίζειν.

Vel: * - - - ὅταν συμβαίῃ σοι κτεατίζειν.

XXXVI.

te contigerint. Conſtat carmen eſſe depravatum. Arbitror legendum, *noli moerere querendo.* Planudes videtur hoc ſenſiſſe: ereptas opes ne deplores, ſed gaude potius habuiſſe te, quod perderes Sed dubium non eſt, quin a Planude ſcriptum fuerit, ἀπολαῦσαι, pro ἀπολέσθαι. Porro *querendo* non eſt a quaero, ſed a queror deponenti verbo: pro quo Planudes vertit. ὀλοφύρεσθαι. Hic caſus erit exemplo, nonnunquam e duobus codicibus depravatis reſtitui veram lectionem. Deinde, quantopere expediat, autorum monumenta non uni linguae fuiſſe commiſſa. ERASMUS. Vett. Edd. Aſcenſius. Lentulus, & Pulmannus ad oram: *noli moerere dolendo*; qui in textu edidit: *noli gaudere merendo.* DAUMIUS. Sic peſſime exhibent Editt. vulgatae. Nec multo melius Euchar. Pulm. Eraſm. & Gryph. *noli gaudere dolendo:* Ridicule. Ceterum *noli merere dolendo* eſt in Leid. pr. & ſec. nec non Cod. Turicenſi, quod tamen mirum videri non debet, cum in multis MSS. raro *ae* vel *oe* occurrat. Sed per *ae noli maerere d.* Leid. tert. per *oe noli moerere d.* in Vet. Chart. Veterr. Reg. Coll. & Membr. Voſſ. Quod ſequuntur etiam Editt. Antiquae, Pariſ. Trem. Chouet. Florent. aliaeque, ut & Scriver. Quis autem de veritate hujus lectionis, tot MSS. Codd. confirmatae, merito dubitare poteſt? Orthographia etiam ea τοῦ *moerere* prae reliquis commendatur. Vid. Dauſq. in Orthogr. voce *moereo.* Vult vero Auctor, ne

XXXVI.

Eſt jactura gravis, quae ſunt, amittere damnis;
Sunt quaedam, quae ferre decet patienter amicum.

XXXVII.

quis diu ſemperque & nimium doleat opes amiſſas, qui ipſe ſalvus evaſerit; nec tamen omnem moeroris adfectum eripit ei, qui rerum jacturam fecit & damnum paſſus eſt, quod humana fragilitate majus; ſed hoc vult, ut mature animum a moerore & moeſtitia revocet, nec ei indulgeat. Vult, inquam, quod ſaepe Cicero Amicis praecipit, ut ratione minuat tollatque triſtitiam; nam *moerere dolendo* eſt ita moerere, ut in dolorem abeat diuturnam prima mentis confuſio. Sic ſane inter *moerorem* & *dolorem* diſtinguit Cicer. ad Attic. Lib. XII. Ep. XXVII. Moerorem *minui*, dolorem *non potui &c.* Et hinc *moeſtitudo inmoderata* dicitur apud Egeſipp. Lib. I. Cap. VIII. Plura, ad hanc differentiam demonſtrandam, habet Popm. de differentiis verb. voce *dolor*. *Moerere dolendo* autem hic ſimili ratione dicitur, ac *mori dolendo* apud Ovid. Ep. XIX. Heroid. verſ. 177.

Quod ſi quam ſciero; moriar
(*mihi crede*) dolendo.

Et hinc eleganter ſcripſit Egeſipp. Lib. II. de Excid. Urbis Hieroſ. Cap. VI. *Moerore animi conſumtus eſt*. Nemo itaque, credo, locutionem *moerere dolendo*, tot MSS. auctoritate probatam, ſuſpectam habebit, aut Dionyſio noſtro indignam judicabit.

ARNTZENIUS.

Sed gaude potius, tibi quum contingit habere.] Planudes:

Χαῖρε δὲ μᾶλλον, ἐπεὶ συνέζη σοι ἔχειν ἀπολέσαι.

Quamquam & imperite & obſcure loquitur, tamen apparet contrariam ſententiam extuliſſe. Nam haec eſt mens Gnomologi: Quemadmodum gaudendum, quoties contingit habere, ita non moerendum, quoties deſinimus habere: quod expreſſius apud Senecam Epiſtola XCIX; *Danda opera erat, ut magis gauderes, quod habueris, quam moereres, quod amiſeras.* Poſtea: *Quid doles amiſiſſe, ſi habuiſſe non prodeſt?* Quam ſententiam Senecae melius expreſſiſſet Gnomologus, ſi ſcripſiſſet, *tibi quod contingit habere.* Eſt autem figura ὕστερον πρότερον apud Gnomologum, qua & alibi non ſemel utitur. SCALIGER. Vet. Editio & Pulm. *tibi ſi contingat.* Aſcenſ. *ſi te contingat h.* DAUMIUS. Τὸ *tibi* exulat a Leid. pr. & ſcribitur porro, *ſi contingit haberi.* Nec parum ab hac lectione deflectunt Veterr. Reg. & Chart. *Si te contingit habere.* A quibus non multum abit Leid. tert. *ſ. te contingat h.* Solus autem Membr. Voſſ. *tibi ſi contingat habere*, quod multae ſequuntur Editt. Euchar. Trem. Pulm. Pariſ. Chouet. Florent. Eraſm. Gryph. Cord. & Cruc.

XXXVI.

P. Ἔστι μὲν ἄλγος ἐπαχθὲς, ἅ τις κέκτητ', ἀποβάλλειν·
Ἔμπης δ' εἰσὶν, ἃ τὸν φρονέοντα φέρειν ἐπέοικεν.

S. Ἄτλητον βλάβος ἐστὶ, τύχαις τὰ ἐνόντ' ἀποβάλλειν·
Ἔστιν δ', ἄτλα φέρειν, φίλε, δεῖ τετληότι θυμῷ.

XXXVII.

Cruc. In quibus tamen nonnullae *contingit* praeferunt. *Si contigit* Cod. Turic. *Si tibi contingat* Edit. Boill. *Habere* autem hic notat *ſalvere*, ſeu *ſalvum* & *incolumen eſſe*. Hodie quidem, fateor, pro eo *avere* ſcribimus, ſed Veteres & *havere* & *habere* dixerunt. Sane in antiquis monumentis frequentius reperias *have* quam *ave*, ut notat Manut. de Orthograph. & Dauſq. voce *have*. Qui addit, non minus recte *habe* quam *have* dici, hoc inter alia probat auctoritate MSS. & ex iis, quae adfert Cujacius Lib. I. Obſerv. Cap. XV. Sane nulla eſt frequentior commutatio, quam *b* & *v* in vetuſtis Codd. ut jam ſup. docui. Lib. I. Diſt. XVIII. *Avere* autem pro *ſalvum* & *incolumem eſſe* occurrit ap. Suet. Vit. Claud. Cap. XXI. §. 14. *Sed cum, proclamantibus naumachiariis*, ave *Imperator, morituri te ſalutant, reſpondiſſet*, avete *vos*. Ubi vid. Sabell. Et apud Mamertinum in gratiarum actione pro Conſulatu ad Julianum Imperatorem Cap. XXIX. *Cum is* avere *jubeat, qui jam fecit, ut* averem. Sic certe elegantem hujus Diſtichi ſententiam demonſtravimus. Miror itaque, niſi error ſit typographicus, quod hoc epigramma plane ab editione Aug. Vind. exulet. ARNTZEN.

XXXVI. *Quae ſunt, amittere damnis:*] Si verbulo laedat amicus, ferendum eſt. At damna rerum nemo poteſt aequo animo ferre. In his igitur cavendum, ne laedamus amicum. ERASMUS. Τὸ *ſunt* non comparet in Leid. ſec. Uti etiam, altera voce detracta, verbis *quae ſunt* veniam dat & commeatum Membr. Voſſ. *amitte* habet Cod. Turic. ARNTZEN.

Quae ferre decet patienter amicum.] Ita Vett. Edd. Pulm. Friſ. Cord. & Lentuli. Rhythmicus Cato, quem *novum* olim appellarunt:

> *Non eſt cauſa levis damnoſe perdere quaevis:*
> *Quaedam portabit patienter, quisquis amabit.*

Aſcenſius: *Eorum quae amittimus partim irrecuperabilia ſunt, nec ſublevantem admittunt, cujusmodi ſunt virtus & bona fama, & eorum quidem amiſſio gravis ac moleſta eſt, quia fit cum damnis: partim vero recuperandi ſpem concedunt, quales ſunt re-*

rum poſſeſſiones, quarum damna amici nobiſcum ferent. Qui meliorem ſenſum comminiſci poteſt, faciat. Friſius: *Si amicus damnum tibi in rebus per imprudentiam dederit, non idcirco debes ab ejus amicitia diſcedere.* Nonnulli legunt: *Quae ferre decet ſapienter amicum*, quemadmodum & Planudes vertit. Cic. Laelio: *Eſt enim varius & multiplex uſus amicitiae; multaeque cauſſae ſuſpicionum, offenſionumque dantur; quas tum evitare, tum elevare, tum ferre ſapientis eſt.* Barthius diſtinguit & legit:

> *Eſt jactura gravis, quae ſunt, amittere:* Damnis
> *Sunt quaedam quae ferre decet patienter amicum.*

Multa ſunt, quae amittere optabile ſit. Juven. Sat. XII. ℣. 34.

> - - *imitatus Caſtora, qui ſe*
> *Eunuchum ipſe facit, cupiens evadere damno*
> *Teſticulorum.* - - -

Idem Lib. CXLVIII. Adv. Cap. X.

> *Eſt jactura gravis, quae ſunt, amittere damnis;*
> *Sunt quaedam, quae ferre decet patienter, amice.*

Ut ne amicum alloquatur Cato noſter? Non placet. Neque probat Vetus Liber, in quo diſerte ſcriptum offendimus *amicûm*. Puto eam veram lectionem eſſe, diſtinctione ſenſum legitimum reſtituente, *amicum damnis.* Sunt enim quaedam, quae amittere lucroſum putet vir ſapiens, quorum longam ſeriem adnumerare liceat. Scribendum ergo:

> *Eſt jactura gravis, quae ſunt, amittere?*

Adhibenda nota interrogationis. Putaſne, inquit, gravem jacturam eſſe eorum, quae habeas, cum ea amittenda ſint?

> - - - *Damnis*
> *Sunt quaedam quae ferre decet patienter amicûm.*

Ego te docebo eſſe quaedam, quae amiſſa patienter te ferre conveniat, ipſis tuis damnis amicûm. Sic & venuſta & utili ſententia haec procedunt, hactenus fere nulla, inutili certe, lecta & interpretata. Hucusque Barthius noſter. DAUMIUS. *Amice* erat in Coll. Voſſ. Vet. Reg. & Leid. ſec. paucisque Editt. ſed pejoris notae. Adeo ut genuinum non putem. *Amicum* praefert Leid. pr. tert. Vet. Chart. Membr. Voſſ. &, ut videtur, Cod. Turic. Nec non Editt. antiquiores omnes. Quarum auctoritate hoc in textum recepimus. Quae autem horum verborum ſententia ſit, ingenue fateor me ſatis perſpicere non poſſe; ſi enim gravis eſt jactura poſſeſſa amittere, cur Diſticho ſuperiore ereptis opibus gaudere vult? Anne haec contraria? Mire haec torquet Badius: „ Quoniam, *inquit*, „ Poëta modo docuit, non eſſe „ moerendum nimis, quamvis, „ bona nobis erepta ſint; nunc „ oſtendit quando dolendum „ non eſt, videlicet, quando „ amiſimus ea ſine noſtra aut „ culpa aut negligentia. Quan„ do vero cum damno noſtrae „ famae aut virtutis noſtro vi„ tio patimur detrimentum re„ rum, tum hercule moleſta & „ gravis eſt jactura. Certe poſ-

„ ſeſſio

„ ſeſſio rerum, quae non re-
„ cuperari poſſunt, leniter &
„ nos & amici nobiſcum ferre
„ debemus. Qui meliorem ſen-
„ ſum comminiſci poteſt, fa-
„ ciat." Bonum factum! quod haec adjicit. Si enim haec horum verborum eſſet ſententia, non tam multi, iique Eruditiſſimi Viri haec adeo tentaſſent. Quid Barth. voluerit ex Daumii notis adparet. Scriverius edidit: *Quae ferre docet patienter amicus.* Sed id reſpuunt Codd. & Editiones noſtrae, nec tamen id, ſi maxime legeretur, ſatisfaceret. Quemadmodum diſplicet quoque, quod Malſcius dedit: *Sed quaedam, quae ferre decet, patieris amice.* Quid hic ſit *amice pati*, ipſe videat. Quid? quod Eruditiſſ. Bentleius ad Hor. Lib. III. Od. II. ℣. 1. p. 147. adnotat, neminem *amice pati* pro *facile* & *aequo animo pati* umquam dixiſſe, adeoque latine dici non poſſe. Ceterum Vir Doctus, datis ad me literis & mutatis τῦ *damni* & *amicum* locis, hoc modo legebat:

Eſt jactura gravis, qui ſunt, amittere amicos,
Sunt quaedam, quae ferre docet patientia, damna.

Et quamvis non ſine exemplo ſit, ut verba ex altero verſu, immo Diſticho in aliud commigrent. Vid. ſup. Lib. II. Diſt. I. vix tamen probabilis eſt conjectura. Eidem tamen favet locus Senecae Epiſt. XCIX. *Quod damnorum omnium maximum eſt, ſi amicum perdidiſſes &c.* Sed nihil ego conſtituo. Liberum cuique maneat judicium. Haec olim fere ſcripſeram. Nunc vero nulla hic correctione aut emendatione opus videtur. *Damna* hic ſunt *profuſiones nimiae, nimiae largitiones.* Plin. Paneg. Cap. XII. §. 2. *accipimus obſides ergo, non emimus, nec ingentibus* damnis *inmenſisque muneribus paciſcimur, ut vicerimus.* Ubi omnino videndae ſunt notae Fraternae. Plaut. Trucul. Act. V. ℣. 58.

Stultus atque inſanus damnis *certant, nos ſalvae ſumus.*

Hinc *damnoſi* dicuntur *prodigi.* Vid. quae ſupra notavimus. Lib. I. Diſt. XXXIX. p. 137. & Burmann. ad Petron. Sat. Cap. CXIX. p. prioris Edit. 562. & *alea damnoſa* apud Martialem, & Juven. Sat. XIV. ℣. 4.

Si damnoſa *ſenem juvat alea, &c.*

Uti autem hoc loco *jactura* dicitur *gravis*, quae fit *damnis*, hoc eſt, *profuſionibus* ac *largitionibus nimiis*, ſic *jacturae turpes* vocantur, quae fiunt inmenſis maliſque muneribus apud Senec. de Vita Beata Cap. XXIII. *Donabit ex recta & probabili cauſſa, nam inter* turpes jacturas *malum munus eſt.* Quem locum Arntzenius laudat ad Plin. Pan. Cap. modo ad partes vocato. Dicit itaque hoc verſu Gnomologus: Gravis ac merito dolenda Patrimonii, bonorumque tuorum jactura eſt, quam pateris ſtulta profuſione ac largitione nimia. Habes revera, quod doleas, tibique inputes. At verſu altero, amicorum rationem habens, non ſine judicio ſubjicit:

XXXVII.

Tempora longa tibi noli promittere vitae:
Quocumque ingrederis, ſequitur mors, corporis umbra.

XXXVIII.

Ture Deum placa: vitulum ſine creſcat aratro;
Ne credas placare Deum, quum caede litatur.

XXXIX.

Sunt quaedam, quae ferre decet patienter amicum.

Id eſt, quaedam ſunt poſſeſſionum tuarum ac commodorum jacturae ac damna, amicorum aut propinquorum cauſſa facienda, quae te amicum patienter ferre decet. Hinc Cicer. de Amic. Cap. XVI. *Multaeque res ſunt, in quibus de ſuis commodis viri boni multa detrahunt. detrahique patiuntur, ut iis amici potius, quam ipſi fruantur.* & quae hoc Cap. ſequuntur. Quibus adde, quae differit Cap. XIX. Nodus itaque & difficultas omnis in τῷ *damnis*, quo auctor elegantiſſime & latine admodum pro *nimiis profuſionibus* ac *largitionibus* uſus eſt. Haec ſimpliciſſima verborum expoſitio ſuadere videtur, ut a conjecturis, temere factis, abſtineamus. ARNTZENIUS.

XXXVII. *Tempora longa tibi &c.*] Jam monuimus Planudae ſolemnem κατάχρησιν eſſe καιροὺς ἀντὶ τοῦ χρόνους dicere. Ut ecce, καιροὺς βιοτῆς ἀντὶ τοῦ μῆκος βίου. Quis intelligit? SCALIG.

Quocunque ingrederis, ſequitur &c.] Mortem corporis umbram dixerit, ut quae nunquam corpus deſerat non magis quam umbra. Videtur tamen legendum *corpus ut umbra.* Quod ſequuti ſumus. Eſt enim ſententiae longe convenientius. Planudi non ignoſcimus, poſteriorem in σκιὰ corripienti. SCALIGER. Nemo poteſt ſibi longaevitatem promittere: quum mors hominem, quocunque eat, non aliter inſequatur, quam umbra corpus. Fortaſſe legendum, *corpus ut umbra.* Nam ſic reddidit Planudes. ERASMUS. Lectio Scaligeri, Eraſmi & aliorum editiones habent *corporis umbra*, quaſi mors nunquam corpus deſerat, non magis quam umbra. OPITIUS. Etiam Friſius, Corderius, Lentulus, & Pulmannus ad oram ſuae Editionis cum Auſonio proditae legunt: *Corpus ut umbra.* Aſcenſius, Seb. Brant. & Vetus Auctor Quatuor Noviſſimorum, Cap. III. *Corporis umbram.* Scaligeri lectionem retinet Lipſ. Editio. Scaliger vero Planudi non ignoſcit poſteriorem in σκιὰ corripienti. Eum Barthius veteri illo tuetur:

Τῆς ἀρετῆς σκιὰ γυιοκόρος φθόνος ἐστὶ βροτοῖσι.

Cujusnam Auctoris nunc non ſuccurrit. Vereor autem, ne recentioris ſit monetae. Legitur in Emblemate Poëmatum

Jani

XXXVII.

P. Μὴ μακροὺς σαυτῷ καιροὺς βιοτῆς καθυπισχνοῦ·
Ὡς σκιὰ σώματι γὰρ μόρος ἕσπεται, ἧπερ ἀφίξῃ.

S. Μή σοι ἐπαγγέλλευ μήκιστον τέρμα βίοιο·
Σώματι γὰρ, σκιὰ ὡς, ἕπεται μόρος, ἧχι πορεύῃ.

XXXVIII.

P. & S. Ἱλάσκευ θυέεσσι θεὸν· λίπε μόσχον ἀρότρῳ·
Μηδέ μιν εὐμενίσαι δόκει αἵματι καὶ σφαγίοισι.

XXXIX.

Jani Jac. Boiſſardi, Baſileenſi A. 1574. Editioni praefixo. Et forte ipſius Boiſſardi eſt, qui non ſemel in eo libello in Syllabas peccat. Corripuit tamen Nazianzenus Carm. xv. de vitae itineribus. verſ. 23. χνοῦς, σκιὰ, φάσμα, δρόσος, πνοιὴ, πτερὸν, ἀτμὶς ὄνειρος. It. Heinſius Eclog. x. Virgilii v. penult. AEmil. Portus, Pſalm. LVII. ℣. 4. & XCI. ℣. 12. &c. Et Zuberus hoc Diſticho. DAUMIUS. *Corporis umbra* legunt ſex Codd. MSS. atque Editt. Aug. Vind. Euchar. Scriver. aliaeque. adſtipulatur Cod. Turic. Quae lectio pluribus Codd. adprobata optima ſane eſt, ut mox oſtendam. *Corporis umbram* ſervat Leid. tert. Editt. Florent. Boill. & quaedam aliae. Qualis varietas etiam eſt apud Ovid. Lib. III. Ex Pont. Ep. III. ℣. 3. *Corpus ut umbra* denique reperi in Edit. Pariſ. Chouet. Cord. Cruc. & Pulmann. in margine. Sed eleganter *mors* hic dicitur *corporis umbra*, quia poſt mortem praeter umbram nihil eſt reliquum. Inde Ovid. Lib. XI. Metam. ℣. 660.

Invenieſque tuo pro conjuge conjugis umbram.

Umbra autem ea corporis formam habebat, ut notum ex Poëtis. Si tamen poſt mortem major corpore adparebat, defunctus in Deorum numerum relatus credebatur. Vid. quae notant Viri Docti ad Virgilii Lib. II. AEneid. ℣. 773. Non video itaque, cur Scaliger, Eraſmus, eosque ſecuti, hic contra omnes Codd. voluerint *corpus ut umbra*. cum illud *corporis umbra* antiquitati Romanorumque placitis multo adcommodatius ſit. ARNTZEN.

XXXVIII. *Ture Deum placa*:] Quod Horatius mirari ſolebat, quoties bonus verſus excidebat Choerilo, id nos in Planude experimur: qui in hoc Diſticho feliciter reddendo ſibi diſſimilis eſt. Meliora ab eo non exigimus. SCALIG. Non gaudet Deus morte pecudum. Ergo thure litandum eſt illi, id eſt, re innoxia, & minimi ſum-

ſumptus. ERASMUS. Hinc iterum Chriſtianum Auctorem noſtrum fuiſſe probare conatur Boxhorn. in Diſſert. Quare etiam pro *ture* reponit *tute*. At fruſtra. Quae ei reponenda ſunt, ſupra vid. Lib. IV. Diſt. XIV. Adde Canneg. Reſcript. Boxhorn. Capp. XI. XV. XVI. XVII. & XIX. & Pagan. Gaudent. in Theſaur. Jur. Roman. Tom. III. p. 403. Hinc quoque Virg. Lib. I. AEneid. ℣. 416.

- - - *Ubi templum illi, centumque* Sabaeo
Ture *calent arae, ſertisque recentibus balant.*

Sed inſuper hic notari debet, quod rariſſime, niſi in extis inſpiciendis, ſacrificabatur ſine additis precibus, unde *ture* & *mero ſupplicare* dixit Sueton. in Auguſt. Cap. XXXV. Vid. ſis, Ampliſſ. Cuper. Lib. II. Obſerv. Cap. I. pag. 147. Adeo, ut hoc loco dicat Auctor, Deum non placari animalium ſeu victimarum caede ſed ture & precibus. Ceterum omnes Codicum Collationes atque Editiones per adſpirationem ſcribunt *thure;* quaſi a verbo *θύειν*, hoc eſt *rem ſacram facere* nomen deduceretur. Sed alii adſpirationem omittendam cenſent & a *tundendo* dictum volunt. Vid. Pier. ad Virg. Lib. I. AEneid. ℣. 417. Alia etiam collegit Dauſquius in Orthogr. voce *tus* pag. 322. recte itaque prior manus adſpirationem omiſit in Cod. Turic. ARNTZENIUS.

Vitulum ſine creſcat aratro;] Vid. Georg. Pictor. de ſpeciebus Magiae. Cap. XI. Diſtinctionem omittit Vlitius, ſic commentans ad Gratii Cyneg. ℣. 217. pag. 179.

Hic trepidas artes & vix novitate ſedentes
Vidit, qua proprior patuit via.

Vidit artes, qua propior patuit via Helleniſmus eſt, ut apud Mellitiſſimum Anacreonta:

Ἐγὼ δὲ τὰς κόμας μέν,
Εἴτ' εἰσὶν, εἴτ' ἀπῆλθον,
Οὐκ οἶδα, id eſt, κατὰ λέξιν:
Ego ſed meos capillos,
An ſint mihi, vel abſint,
Ignoro.

Qualis illi propria eſt ſermonis inaffecti ἀφέλεια. Plauto nihil familiarius. Sed & poſterioris aevi Juvencus, Lib. IV.

- - *Cunctos ſi credere fas eſt,*
Quod tua labentes poſſint praecepta negare.

Quae vulgo peſſime diſtinguuntur, Dionyſius Cato in moralibus Diſtichis; *Vitulum ſine creſcat aratro.* Vide Jod. Bad. Aſcenſium ad B. Mantuani Lib. III. Silv. VIII. ℣. 10. Tom. III. fol. 186. DAUMIUS. *Vitulum ſine creſcat aratro* pro *vitulus ſine creſcat.* Modus loquendi Latinis non ignotus, quem a Graecis habere videntur. Terent. Adelph. V. IV. 20. *Illum ut vivat optant.* Senec. Lib. IV. de Benef. Cap. XXXII. *Deos veriſimile eſt ut tractent.* Vide alia & plura iſtius locutionis exempla ad hunc Senecae locum a Magno Gronovio congeſta. WACHIUS. *Vitulus* ſola Edit. Pariſ. Et recte viderunt Commentatores locutionem Helleniſmum. Vide, ne actum agamus, quae notavit Sanctius in Minerv. Lib. IV, Cap.

Cap. xii. pag. 730. & Cl. Perizon. ad eumdem Lib. ii. Cap. v. n. 5. Badii tamen verba his addere liceat: „ Elegans locutio, *vitulum ſine creſcat aratro*, ex graeco fonte manans. Graeci enim ſaepe priori verbo jungunt, quod poſterioris eſt, ut *ſcis me quid velim*, pro ſcis quid ego velim. Itaque hoc loco dixeris: *vitulus ſine creſcat aratro*: Sed non latine, neque tam eleganter: Latinitas enim vult non tam eſſe, quam videri congrua." ARNTZEN.

Ne credas placare Deum,] *Ne credas gaudere Deum* Leid. ſec. Coll. Voſſ. Vet. Reg. Sed Editt. non adſtipulantur. *Ne credas placere Deum, dum &c.* Edit. Tremon. *Nec credas &c.* Editt. Pariſ. Cord. Cruc. & Pulmann. in margine. male. Sic *ne* & *nec* ſaepiſſime inter ſe commutari jam aliquoties vidimus. *Placari ne crede Deum, &c.* Scriver. Quod cum ſit contra conſtantem MSS. lectionem, licet forte placere poſſet, neutiquam ego admittendum cenſeo. Tò *placere* in raſura ſcriptum eſt in Cod. Turic. Neminem autem in hoc Diſt. debet offendere repetitio *placa* & *placare*, cum ea potius inter delicias Auctoris noſtri reponenda ſit, quamque in optimis Poëtis obſervare licet. ARNTZENIUS.

Quum caede litatur.] Vett. Edd. Friſ. Cord. Lent. & Pulm. *dum caede*. DAUMIUS. *Q. c. ditatur* Leid. pr. & ſec. *Dum* pro *quum* habent etiam Editt. noſtrae numero undecim. *cum caede* Cod. Turic. Tò *litare* autem hic eſt Καλλιερεῖν, (non Καλλιεργεῖν ut vitioſe editum eſt in noviſſima Livii Editione Lib. viii. Cap. ix. §. 1. in nota Gronovii.) ſive *immolata hoſtia* vel *victima Deos placare*. Flor. Lib. iv. Cap. ii. §. 94. *Nec perlitare centum victimis potuerat.* Sueton. in Vit. Caeſ. Cap. lxxxi. in f. *Dein pluribus hoſtiis caeſis, quum* litare *non poſſet, introiit curiam, ſpreta religione.* Livius loco modo laud: *Atqui bene habet, inquit Decius, ſi ab Collega* litatum eſt. Ubi plura dabunt Gronov. & Drakenb. Hinc Virgilius non victima, aut *caede*, ut noſter, ſed *anima litandum* dicit Lib. ii. ℣. 118.

Sanguine quaerendi reditus, animaque litandum
Argolica.

Ubi Vid. Serv. & Taubm. Et ſimili fere ratione loquendi dicebant *litare manibus*, id eſt, ultione iis ſatisfacere, eosque placare. Vid. Duker. ad Flor. Lib. ii. Cap. v. §. 5. Proprie autem *victima* dicebatur *litare*, cum in extis ejus felicia reperirentur ſigna. Ovid. Lib. xv. Metam. ℣. 794.

Victima *nulla* litat: *magnosque inſtare tumultus*
Fibra monet, caeſumque caput reperitur in extis.

Ubi Vid. eſt Burm. Ceterum *litare*, in primis apud Poëtas, in genere notat *ſacra facere*, *ſacrificare*, ut egregie docuerunt Graev. & Duker. ad Flor. Lib. iii. Cap. iv. §. 2. quibus adde Eruditiſſ. Oudend. ad Lucan.

XXXIX.

Cede locum laeſus Fortunae, cede potenti:
Laedere qui potuit, prodeſſe aliquando valebit.

XL.

Quum quid peccaris; caſtiga te ipſe ſubinde:
Vulnera dum ſanas, dolor eſt medicina doloris.

XLI.

can. Lib. I. verſ. 632. ARNTZENIUS.

XXXIX. *Cede locum laeſus Fortunae, &c.*] Planudes aliter diſtinguit, omnia ad unam Fortunam referens:

Cede locum laeſus: Fortunae cede potenti:
Laedere quae potuit, prodeſſe aliquando valebit.

Sed hoc non ſentiebat Gnomologus, neque commode dixeris, Fortunam, quae laeſerit, aliquando profuturam. Nam quis abſurditatem non animadvertit? *Cede locum.* Planudes: Δὸς τόπον ἠνορέῃφι τύχης. Violentiam vocare ἠνορέην, eſt non ſolum barbariſmus, ſed etiam hallucinatio. SCALIGER. *Cede locum laeſis fortuna* Memb. Voſſ. male. Hacc enim lectio cum Diſtichi membro ſequenti non congruit. Perperam quoque Editt. nonnullae antiquiores ac recentiores diſtinguunt: *Cede locum laeſus, fortunae c. potenti.* Bene autem receptam etiam a nobis ſcripturam ſervat Scriverius. *cede potente* Cod. Turic. Duo ex ſententia Auctoris noſtri potiſſimum cavenda, *fortuna & potentes;* quare praecipit, ut, ſi laedamur ab iis, cedamus nec obnitamur, quia nequaquam pares ſumus; immo ira eorum inſtabilis eſt, & brevi mitigatur & nonnumquam mutatur in favorem. *Cedere fortunae* elegantiſſima in primis atque uſitatiſſima formula eſt, notione *obſequi fortunae*, eamque ferre ſine certamine & conflictatione, etiam cum poſſes reſiſtere. Sall. Catil. Cap. XXXIV. §. 2. *Se falſis criminibus circumventum, quoniam factioni inimicorum reſiſtere nequiret,* fortunae cedere, *Maſſiliam in exſilium proficiſci.* Ubi Erud. Cortius locutionem hanc egregie inluſtrat in excurſu Num. IV. pag. 400. Adde quae ſupra diximus ad breviorem Sentent. XI. Ceterum *potentes* hic ſunt, qui *gratia* & *auctoritate* in urbe *valent*, quo ſenſu Phaedrus dicit Lib. II. Fab. III. ℣. I.

Contra potentes *nemo eſt munitus ſatis.*

Flor. Lib. IV. Cap. II. §. 9. *Cato adverſus* potentes *ſemper obliquus.* Sic *potentia* adſcribitur Pauſaniae ap. Cornel. Nep. Cap. III. *Sperans, ſe etiam pecunia &* potentia *inſtans periculum poſſe depellere, domum rediit.* Cicer. de Amic. Cap. XVII. *Inbecilla natura eſt ad contemnendam* poten-

XXXIX.

P. Δὸς τόπον ἠνορέηφι τύχης, καὶ ὕπεικε κακωθείς·
Ἥ γε γὰρ ἔσχε λυμῆναι, σχοίη καί ποτ᾽ ὀνῆναι.
S. Εἶκε τύχῃ μάλα περ βεβλαμμένος· εἶκε κραταιῷ·
Ὁ βλάψας τὸ πρῶτον ἔχοι πάλι καί σε ὀνῆσαι.

XL.

P. Εἴ ποθ᾽ ἁμαρτήσῃς, παίδευε σὺ σαυτὸν ἔπειτα·
Τραύματα γὰρ θεραπεύομεν, ἄλγεσιν ἄλγος ἀκεῖται.
S. Ἢν τί ποτε πταίσῃς, πυκνῶς ἐπίπληξον ἑαυτῷ,
Τραῦμ᾽ ὅτε δὴ θεραπεύετ᾽, ἄκος πέλει ἄλγεος ἄλγος.
Al: Ἢν ποθ᾽ ἁμαρτήσῃς, πυκνῶς ἐπίπληξον ἑαυτῷ·
Τράυμαθ᾽ ὅταν θεραπεύετ᾽, ἄκος πέλει ἄλγεος ἄλγος.

XLI.

ſententiam. Eodemque Cap. *poteſtates* hoc ſenſu occurrunt. Sed in hiſce otium nobis fecit ſummus Burmann. ad Phaedr. Lib. III. Fab. V. verſ. 6. ARNTZ.

Laedere qui potuit,] Planudes, ut paulo ante monuimus, legerat *laedere quae potuit*, referens ad Fortunam. Sed abſurditatem ſententiae nemo non videt. Neque illud probum eſt, λυμῆναι, ἀντὶ τοῦ βλάπτειν, ὀνῆναι, ἀντὶ τοῦ ὀνῆσαι. SCALIGER. Mylius legit. *Cedere*. Scribas pro εἴκειν, ἥττειν DAUMIUS. *Laedere quod poterit, poterit prodeſſe aliquando*. Leid. pr. & ſec. *Laedere qui poterit, prodeſſe aliquando valebit*. Coll. Voſſ. & Vet. Reg. *Laedere qui potuit* Cod. Turic. Sed τὸ *u* in raſura ſcriptum exſtat, interque *u* & *i* raſura eſt unius literae, ut videatur olim *poterit* ſcriptum fuiſſe. *Laedere qui potuit, aliquando prodeſſe valebit*. Leid. tert. & Edit. Boill. Sed reliquae Editt. nil mutant, exceptis Aug. Vind. Euchar. Tremon. & Gryph. quae exhibent: *Cedere qui potuit &c.* Male; nusquam enim Noſter idem vocabulum ter repetit. ARNTZ.

XL. *Caſtiga te ipſe ſubinde*:] Planudes: παίδευε σὺ σαυτὸν ἔπειτα Verbum παιδεύειν caſtigandi notione legitur tantum in Sacris, ubi Hebraicum *jaſar.*, ſemper hoc verbo exprimitur. Sed ignotum priſco Helleniſmo. SCALIG. Vide Diſt. IV. Lib. I. WACHIUS. Nihil hic mutant Editt. vel Codd. noſtri. *Subinde* hic eſt, *deinde*, *paullo poſt*, *mox*. Horat. Lib. I. Epiſt. VIII. ℣. 15.

Si dicet, recte: primum gaudere,

XLI.

Damnaris numquam poſt longum tempus amicum:
Mutavit mores; ſed pignora prima memento.

XLII.

Gratior officiis, quo ſis mage carior, eſto:
Ne nomen ſubeas, quod dicitur, officiperdi.

XLIII.

dere, ſubinde
Praeceptum auriculis hoc inſtillare memento.

De cujus vocis ſignificationibus, vide, quae diſſerit Cl. Duker. ad Flor. Lib. II. Cap. X. §. 3. ARNTZEN.

Dolor eſt medicina doloris.] Ridicula prorſus eſt aberratio Leid. ſec. *dolorem med. d.* cujus rei ratio tamen facile reddi poteſt; cum nimirum librarius voculam *eſt* per notam hoc modo *÷* expreſſam videret, nec ad ſignum adpoſitum adtenderet, pro ea dedit *dolore*, unde mox factum eſt *dolorem*, cum ſequens vox a litera *m* initium capiat. Quales errores frequentes admodum in MSS. occurrunt. ARNTZEN.

XLI. *Damnaris nunquam poſt longum &c.*] Planudes:

Μὴ πῶν πουλυχρονίοιο φίλου φιλίην ἀποείπῃς.

Non longaevi amicitiam abjicias.

Per πολυχρόνιον amicum intelligi vult, eum, quocum tibi longus uſus amicitiae. Sed verbum Graecum potius ſignificat longaevum, non antiquae amicitiae hominem. Quis, quamvis Graece peritiſſimus, aliter poteſt accipere? SCALIG. *Damnabis nunquam* Leid. pr. ARNTZENIUS.

Mutavit mores;] Barthius diſtinguit: *Mutavit mores?* DAUMIUS. Per interrogationem haec diſtinguentem Barthium non audio, conjunctio *ſi* hic eleganter ἐλλείπει. ſic, ut de Plauto aliisque taceam, ſaepiſſime Terent. Eunuch. Act. II. Sc. II. ℣. 21. *Negat quis, nego. ait, ajo.* Ubi eodem modo, quemadmodum Barthius hoc. l. verba illa per interrogationem diſtinguit noviſſ. Editor, quod fieri nolim. Alia exempla lubens mitto, Vid. Cl. Drak. ad Liv. Lib. XXI. Cap. X. §. 6. Sanctium in Minerva Lib. IV. Cap. VII. voc. *ſi*. Quid autem, ſi amicus mores mutaverit, prudenter fieri poſſit, docet nos Cic. de Amicit. Cap. XXI. *Amicitiae . . . diſſuendae magis, quam diſcindendae. Niſi quaedam admodum intolerabilis injuria excesserit, ut neque rectum, neque honeſtum ſit, neque fieri poſſit, ut non ſtatim alienatio disjunctioque facienda ſit: ſin autem aut* morum *aut ſtudiorum* commutatio *quaedam, ut fieri ſolet, facta erit, ... cavendum erit, ne non ſolum amicitiae depoſitae, ſed inimicitiae etiam ſuſceptae videantur. Nihil enim eſt turpius, quam*

cum

XLI.

P. Μὴ πουλυχρονίοιο φίλου φιλίην ἀποσείου·
Ἤθεα κεῖνος ἄμειψε, σὺ μνώεο τῶν πρὶν ὁμήρων.
S. Μὴ καταγινώσκοιο χρόνον μετὰ μακρὸν ἑταίρου·
Εἰ καὶ ἄμειψε τρόπους, τὰ πάλαι μέμνησο δίκαια.

XLII.

P. Ἴσθ' ἐν προστασίῃ χαρίεις, ἵνα φίλτερος εἴης,
Καὶ μὴ φῶσί σε τῆς ἀρχῆς ὀλετῆρα κάκιστον.
S. Τῶν εὐεργεσιῶν χάριν ἴσθ', ἵνα * φίλτερος εἴης·
Καὶ μὴ ὁ θρυλληθεὶς ὀλεσίχαρις αὐτὸς ἀκούσῃς.
Vel: - - - * μᾶλλον ἀρέσκῃς.

XLIII.

cum eo bellum gerere, quicum familiariter vixeris. Notandum vero, ut hic apud Dionyſium: *mutavit mores*, ſic apud Cicero hoc loco: *commutatio morum.* Sane ubique fere formulas Veterum, optimorumque Scriptorum loquendi rationes imitatur Dionyſius noſter. ARNTZ.

Sed pignora prima memento.] Planudes: σὺ μνώεο τῶν πρὶν ὁμήρων. *Priores obſides aut priora depoſita memento.* Obſcure & inficete. SCALIGER. *Prima* non comparet in Leid. pr. a manu pr. Recte autem dicit *pignora. Pignus* vel *pignora* ſunt quocunque *fides* fit. Ovid. xv. Heroid. ỳ. 103.

- - - - - *nec tu,*
Admoneat quod te, pignus *amantis habes.*

Ubi ſatis exemplorum notavit Cl. Burmann. Inter *pignera* autem & *pignora* quomodo diſtinguant Grammatici, docet Agroetius de Orthogr. p. 269. Sed doctos hanc ſpernere diſtinctionem, docuit Cl. Drakenb. ad Liv. Lib. iii. Cap. xxxviii. §. 12. & Lib. ix. Cap. xv. §. 7. Denique elegans hic eſt uſus τοῦ *ſed*, pro quo alii *at*, id eſt, *attamen* potiſſimum ſcribere ſolent. Cicero Orat. pro Haruſp. Reſp. Cap. lxi. *Sed tamen facile reticuiſſem*: Sed *baec oratio omnis fuit non auctoritatis meae, ſed publicae religionis.* Vel etiam particula haec videri poſſet πλεονάζειν, uti *at* apud Terent. Adelph. Act. iv. Sc. vii. ỳ. 26. *Quae, quantum poteſt, aliquo abjicienda eſt: Si non pretio,* at *gratiis.* Ubi vid. Doctiſſ. Farnab. Quidquid ſequaris, aptam commodamque hujus Diſtichi habes ſententiam. ARNTZENIUS.

XLII. *Gratior officiis, quo ſis mage*

mage charior, *eſto*:] Apud hunc auctorem, & alios vetuſtiores officium eſt beneficium, ut in illo:

> *Officium alterius cunctis narrare memento.*

Quo gratior quis erga benefactorem, eo chariorem illi futurum dixit. Planudes vero τὸ *gratior* χαρίεις vertit: quum tamen eo intelligatur ἐυχάριστος, ἐυγνώμων. Neque hoc contentus, abſurdiſſime officium προστασίαν vertit, id eſt, magiſtratum. Unde in ſequenti verſiculo, aequipollente verbo ἀρχὴν interpretatur. Hoc modo magiſtratum, quem ſecundum legis rigorem δυσπαραίτητον eſſe oportet, ἀνθρωπάρεσκον facit. Quod ſi verum erat, officium eſſe ἀρχὴν aut προστασίαν, non officiis, ſed officio dicendum erat: item, gratior in officio, non gratior officio. SCALIG. Ut ſis charus omnibus, eſto gratus (*officiis*), id eſt, beneficiis & bene meritis. Inviſum enim apud omnes eſt nomen officiperdae; ſic enim vocant eum, in quem collatum officium perditur. Nihil enim tam perit, atque id, quod confertur in ingratum. ERASMUS. *Mage* vel *magis* additum comparativo per pleonaſmum, qui Scriptoribus tam proſa, quam pedeſtri oratione utentibus non eſt infrequens. Virgil. Culice ℣. 78.

> *Quis* magis *optato queat eſſe beatior aevo?*

Alia exempla in Auctoribus paſſim ſunt obvia, & bene multa Viri Docti pridem congeſſerunt. WACHIUS. Vid. quae ſupra diximus Lib. I. Diſt. xv. *Quo ſis mage clarior* Leid. pr. *Cum ſis mage charior* Leid. tert. & Vet. Chart. *carior* pro *charior* exhibet Cod. Turic. recte, ut mox patebit. Varie autem diſtinguunt Editiones: *Gratior officiis*, *quo ſis mage*, *carior eſto*: Pulm. & Pariſ. *Gratior officiis*, *quo ſis mage carior*, *eſto*. Edit. Chonet. aliaeque recentiores. Rectius, ut putat, Scriver. & quaedam aliae *Gratior officiis quo ſis mage*, *carior eſto*. & paullo aliter Edit. Florent. *Gratior officiis quo ſis*, *mage carior eſto*. Utraque diſtinctio fere eodem redit. Rationem vero, cur ita diſtingui velit, ipſe dedit P. Scriverius, eamque manu ſua enotavit ad marginem Editionis Plantinianae anni 1599. forma, quam octavam vocant; quem librum nobiſcum humaniſſime communicavit Clariſſ. Petrus Burmannus, Junior; cuius Viri ſplendidiſſima Bibliotheca prae reliquis nitet Doctiſſimorum Virorum notis MSS. anecdotis, Codicibusque manu exaratis. Scripſit illic Scriverius: „Quid „verba perdam. Non aſſequitur (*Eraſmus*) Poëtae mentem. nec aſſecutus olim Maximus Planudes, qui haec Diſticha graeca fecit. Sed nec Illuſtris Scaliger haec digne interpretatur, qui fere ſuccinit Eraſmo, atque arbitratur, vetari nos hoc Diſticho inmemores eſſe beneficii; cum longe aliud praecipiat Cato. Nimirum: quo beneficiis gratior ſis, carior eſto magis ac parcior, ne officiperdam te omnes dicant,

„ cant, id eſt, qui beneficia „ ſua perdat. Haec mens eſt „ hujus Diſtichi; nec audio re- „ clamantes". Non reclamamus quidem, manes candidiſſimi. Libenter equidem huic expoſitioni, verborumque diſtinctioni adplauderem, ſi τὸ *carior* ſenſu, quo exponitur, commode diceretur, & Diſtichi Sententia, quam jam olim Scaliger & Eraſmus recte expoſuerunt, permitteret. Fateor, *cara* dicuntur, quae rara & pauca ideoque magni pretii ſunt, ut *annona cara* & ſimilia: verum an ideo *homo carus* & *carior* pro *parcior* dici poſſit, judicent alii. Eraſmi certe ſententia de ſignificatione *Officiperdi* omnino firmatur expoſitione Iſidor. Gloſſar. p. Edit. Graevii poſt Martinii Lexicon, p. 41. *Officiperdi, qui ſui laboris non habeant remunerationem. Catoni quoque dicuntur officiperdi.* Hunc autem Iſidori locum, quem mox Daumius etiam ad partes vocat, fateor, me debere Erudit. P. Burmanno, qui literis ſuis, ad me datis, quibus locum enotarat, haec addidit. „ Ita edidit Graevius, & ante „ eum Vulcanius aliique. Sed „ rectius in Gloſſario Joſephi „ Scaligeri MS. quo deſcri- „ bendo nunc occupor, ipſe „ Catonis verſus citatur: *Offi-* „ *ciperdi, qui ſui laboris non ha-* „ *bent remunerationem. Cato:* „ *quod dicitur officiperdi.* Quod „ in verſu Catonis cauſſam de- „ dit alteri lectioni *Catoni quo-* „ *que.* Sed ex more Gramma- „ ticorum & praeſertim Gloſ- „ ſatorum ſimplicius eſt no- „ men Auctoris, & ejus verba „ exhibere, ut hic: *Cato: quod* „ *dicitur officiperdi.* &c. ita ſem- „ per, cum ex Plauto, Afra- „ nio, Lucilio, vel ſimilibus „ quid proferunt". Haec Vir Cl. Ceterum elegans eſt pleonaſmus τοῦ *mage* Juſt. Lib. III. Cap. II. §. 7. *Non inventione earum* magis, *quam exemplo* clarior. Ubi multa congeſſerunt Bernecc. & Vorſt. Iterum Lib. XII. Cap. XI. §. 2. *Nec a debitoribus* magis, *quam a creditoribus* gratius *excepta*. Pomp. Mel. de ſitu Orbis Lib. II. Cap. VI. ℣. 10. *Magisque & magis* latior *ad occidentem abit*. Plaut. quoque Poenul. Act. II. Sc. I. ℣. 15. Nec alia ratio eſt τοῦ *minus*. Vid. Cl. Duker. ad Flor. Lib. IV. Cap. II. §. 47. Eruditiſſ. Torren. ad Valer. Max. Lib. III. Cap. VII. §. 13. Nec aliter Graeci. Vid. AElian. Lib. VI. Var. Hiſtor. Cap. VI. qui ita ſaepe. ARNTZENIUS.

Ne nomen ſubeas, *&c.*] Pithoeana Editio:

Ne nomen ſubeas, quod dicunt, officiperdi.

Sive igitur officiperda ſive officiperdus, quod utrumque probum eſt, & utro modo dicatur, non refert, eſt is, in quem omnia ingeſta beneficia, tanquam in dolium rimoſum, effluunt: *&* *qui*, ut Seneca loquitur, *beneficia haurit perforato animo*, & tranſmittit, quicquid accepit. Nos ὀλεσίκαρπον non male, ut puto, reddidimus, quomodo Homero ſalix

ὀλε-

XLIII.

Suſpectus caveas, ne ſis miſer omnibus horis;
Nam timidis & ſuſpectis aptiſſima mors eſt.

XLIV.

ὀλετίκαρπος. SCALIG. *Officiperdi homines*, apud Petr. Bleſenſem Epiſt. xxv. Gloſſ. Iſid. & Exc. Pithoeana: *Officiperdi, qui ſui laboris non habeant remunerationem. Catoni quoque dicuntur Officiperdi.* Hanc Lectionem etiam ſervant vetus Colonienſis, Lipſienſis, Aſcenſii, & Branti Editiones. At Eraſmus, Pulmannus, Corderius, Friſius, & Scip. Lentulus *officiperda* maluerunt. DAUMIUS. Ita *officia* pro *beneficiis* etiam Manilius accipit Lib. III.

Format amicitias, & ſaepe cadentia fruſtra
Officia, *& cultus.---*

In hominibus abſurdo & incivili ingenio, qui officium non agnoſcebant, hi dicebantur apud vulgum Romanorum *officiperdae*. Barth. Lib. XXII. Adv. Cap. XV. col. 1102. *Officiperdium*, quando perditur opera in officio ingrati, ex Gloſſ. MS. laudat Barthius. Rigalt. ad Phaedrum, pag. 80. 81. Edit. II. Lutet. 1617. WACHIUS. *Ne nomen ſubeas, quod dicunt, officiperdi.* Leid. pr. & ſec. Coll. Voſſ. Membr. Voſſ. & Vet. Reg. quibus adſtipulatur Cod. Turic. Solus autem Vet. Chart & Leid. tert. in receptam lectionem conſpirant. Editt vetuſtae exhibent: *Ne nomen ſubeas, quod dicitur officiperda.* ut Eraſm. Gryph. Cord. & Cruc. una tamen & altera *officiperdi.* quod recentiores Editores ſequuti ſunt. Dum alii, in quibus Scriverius etiam, dederunt *officiperdae.* Utrumque *officiperda* & *officiperdus* in uſu fuiſſe videtur. Videantur illa, quae collegit Du Cange Gloſſar. Med. Latinit. voce *officiperdi.* Adeo ut mirum non ſit, diſcordare hic inter ſe Codd. atque Editiones. Cum autem dicit noſter: *Ne nomen ſ.* quod dicitur, *officiperdi.* indicare videtur, τὸ *officiperdi* nomen rarius eſſe. Similiter P. Bleſenſis Epiſt. xxv.

Nam genus hoc hominum, quod dicitur *officiperdi.*

Ad eamdem rationem Plin. dicit. Lib. XVII. Hiſt. Nat. Cap. XXVI. *Salix ob id dicta* frugiperda. ARNTZENIUS.

XLIII. *Suſpectus cave ſis, &c.*] Suſpectus pro ſuſpicaci non novum eſt. Tertullianus non raro utitur, ut in Apologetico, *fallerent ſuſpectos.* Λανθάνοιεν τοὺς ὑποπτεύοντας. Et alibi frequenter. Neque ſine exemplo eſt. Graecis enim ὕποπτος non ſolum, quem alii ſuſpicantur, ſed & qui alios ſuſpicatur. Gloſſae ὕποπτος, *Suſpectus, Suſpicioſus.* Euripides, Hecuba:

ὕποπτος ὢν τῆς Τρωϊκῆς ἁλώσεως.

hoc eſt, ὑποπτεύων τὴν Τρωϊκὴν ἅλωσιν. SCALIGER. Qui ſibi fingit periculum, is nunquam

non

XLIII.

P: Φράζεο μήποθ' ὕποπτος ἐὼν ἀεὶ ἄθλιος εἴης·
Δειλοῖς γὰρ καὶ ὑπόπτοις λώϊτερος μόρος ἢ ζῆν.
S. Μήποθ' ὕποπτος ἔμεν, μὴ νωλεμὲς ἄθλιος εἴης·
Δειλοῖς γὰρ θάνατος καὶ ὑποπτεύουσιν ἀρηρεῖν.
Id: Μή ποθ' ὑποπτεύειν, μὴ συνεχὲς ἄθλιος εἴης:

XLIV.

non miſer vivit. Nihil igitur huic aptius, quam mors: quandoquidem non poteſt jucunde vivere. *Suſpectus*, hic accipit active, pro ſuſpicioſo. ERASMUS. Col. Lipſ. Eraſm. Aſcenſ. Pulm. Lentulus, aliique legunt: *Suſpectus caveas*. DAUMIUS. *Suſpectus caveas* Leid. pr. & tert. Nec non Vet. Chart. Membr. Voſſ. & Cod. Turic. qui tamen τὸ *a* ultimae Syllabae in *caveas* in raſura ſcriptum habet. Nec aliter recentiores & antiquae Editt. fere omnes, ita ſane exhibent, Boill. Eraſm. Gryph. Cord. & Cruc. quare hoc in textum recepimus, etiamſi illud etiam defendi poſſet. Minus recte autem Leid. ſec. & Coll. Voſſ. *Suſpectus caveris*. Τὸ *Suſpectus* autem active pro *ſuſpicaci* non tantum noſtro, ſed & Apul. fonti iſti omnium urbanitatum, fuit uſitatum. Lib. IX. Aſin. aurei p. m. 799. Edit. Lugd. *Ipſa tarditate magis magisque* ſuſpectus *dira minatur Myrmeci ſupplicia &c.* Et paullo poſt pag. 800. Suſpectusque *e re nata, quae geſta ſunt &c.* Ubi Beroaldus notat. Suſpectus, *hic, ut etiam paullo ſupra, ſignificat* ſuſpicans, *activa ſignificatione. Videtur autem bifariam dici* ſuſpectus *ſicut* ſuſpicioſus, *&* qui ſuſpicatur, *&* qui ſuſpectus eſt. *Item* ignarus *&* qui ignorat *&* qui ignoratur. Sic ille. Vid. etiam Pricaeum. Talia plurima eſſe vocabula, quae activa & paſſiva ſignificatione capi poſſunt, ſupra diximus Lib. I, Diſt. XL. Ratio autem, cur τὸ *ſuſpectus* hic active pro *ſuſpicaci* capi debeat, haec eſt; quod *ſuſpectus* ſive *ſuſpicax* hic dicitur *timidus* & *miſer boris omnibus*. Quod certe de eo, qui ipſe aliis ſuſpectus eſt, conſulendi ſenſu, recte dici non poſſet. Hic namque malus eſt plerumque, habetque quod ſibi inputet, & revera timeat. Neque huic Cato noſter aut quisquam bonus dixerit: *Caveas ſuſpectus, ne boris omnibus ſis miſer.* Nec melius eodem hoc ſenſu adderetur ratio, quam reddit verſu altero: *Nam timidis & ſuſpectis aptiſſima mors eſt*. Τὸ *ſuſpectus* hic active & paſſive ſumi poſſe quondam cenſebat Badius. Sed ſibi habeat hanc interpretationem. Elegans eſt illud *miſer omnibus boris*, ut apud Plin.

XLIV.

Quum ſervos fueris proprios mercatus in uſus,
Et famulos dicas, homines tamen eſſe memento.

XLV.

Nemo mortalium omnibus horis *ſapit.* Et hinc Horat. Lib. II. Serm. VI. ✝. 62.

- - *Nunc ſomno & inertibus* horis
Ducere ſollicitae jucunda oblivia vitae.

Mox vitio typothetarum erat *omnibus bonoris* in Aug. Vind. Perperam etiam *aptiſſima ros eſt* in Vet. Reg. denique *omnibus oris* Cod. Turic. idemque mox pro *aptiſſima* praefert *abtiſſima.* ARNTZEN.

Nam timidis & ſuſpectis a. m. e.) Hinc Juſt. Lib. II. Cap. XIII. §. 11. *Neque enim ulla eſt metuentibus quies.* Ubi Vid. Berneccc. Addit: *timidis & ſuſpectis aptiſſima mors eſt.* quia Veteres ἀυτοχειρίαν licitam credebant, hinc Plin. Lib. II. Hiſt. Nat. Cap. VII. *Namque nec ſibi poteſt* (Deus) *mortem conſciſcere, ſi velit, quod homini dedit optimum in tantis vitae poenis.* ARNTZEN.

XLIV. *Quum ſervos f. &c.*] Sic utere ſervis tuis, licet emptitiis, ut memineris homines eſſe, non pecudes. Quod empti ſunt, fortunae fuit: quod homines ſunt, in hoc tibi ſunt pares. ERASMUS. *Quum ſervos fueris* unanimi conſenſu praeferunt Codices manu & typis exarati antiquiores omnes, niſi quod Editt. quaedam verba tranſponunt *Quum fueris ſervos &c.* ut Boill, Eraſm. & Gryph. Aliter *Cum fueris proprios famulos* Cod. Tur. Sed poſt *cum* omnia in raſura. ARNTZEN.

Ut ſervos dicas.] Hoc eſt, καίτοι δούλους ὄντας. Quanquam ſervos eſſe dicas. Vulgatae editiones inemendate: *Et famulos dicas &c.* quod quum ſecutus ſit Planudes, perſpicuitatem ſententiae nubilo verſionis ſuae obſcuravit. SCALIGER. Eraſmus, Col. Lipſ. Pulm. Lent. Aſcenſius & Hier. Paduan. parte IV. Lib. III. Cap. IX. legunt

Cum fueris ſervos proprios mercatus in uſus,
Et famulos dicas, homines tamen eſſe memento.

Brantus: *Hos famulos dicas.* DAUMIUS. Ut pro *quamvis.* Notum illud Ovidii Lib. III. Epiſt. IV. ✝. 79.

Ut deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas.

WACHIUS. *Et famulos dicas,* habent quoque omnes Codd. MSS. & Editiones vetuſtae, Turicenſi adſtipulante. & ſane conjunctio *&* locum, ni fallor, hic facile tuetur. Attamen Scriv. & illuſtris Scalig. non plane ſine ratione, ut videtur, ediderunt:

Quum famulos f. p. m. i. u.
Ut ſervos dicas, h. t. e. m.

Videbant enim gravius eſſe, *ſervum* dicere quam *famulum*; ſane vox *ſervus* infert jus vitae & necis, ideoque a *ſervando* dicitur. Iſidor. Lib. IX. Cap. IV.

p. m.

XLIV.

P. Ἢν ὠνήσῃς σαυτῷ δμῶας πρὸς θεραπείην,
Σφᾶς τε καλεῖς δούλους, κ' ἀνθρώπους ὄντας ἐπίσω.

S. Εἰς ἰδίας χρείας * ὠνησάμενος θεράποντας,
Ἀνθρώπους μέμνησο πέλειν δούλους περ ἐόντας.

Vel: - - - * χρήσεις.

XLV.

p. m. 1052. Famuli *ſunt ex propria ſervorum familia orti.* Servi *autem vocabulum inde traxerunt, quod hi, qui jure belli poſſent occidi, a victoribus* conſervabantur *&* ſervi *fiebant.* Adde Donat. ad Terent. Adelph. Act. II. Sc. I. ℣. 28. Attamen in tanto Codicum vetuſtorum Editionumque antiquiſſimarum conſenſu non temere quidquam obtrudendum cenſeo. Pro recepta lectione dici poteſt, quod ſervi, in uſus emti domeſticos, in famulorum numerum familiamque tranſibant; ab his etenim *Familia* dicta eſt. Vid. Becmann. de Orig. Ling. Lat. voce *Phago.* & Voſſium Etymol. voce *Familia.* Non video, quid magno opere offendere poſſit. ARNTZEN.

Homines tamen eſſe memento.] Menander:

Κἂν δοῦλος ᾖ τὶς, οὐδὲν ἧττον, δέσποτα,
Ἄνθρωπος οὗτός ἐστι. - - -

Juvenalis. *Uſque adeone ſervus homo eſt?* SCALIG. Philemon comparatione cum Menandro:

Εἰς χεῖρα δοῦλον δεσπότου μὴ συμβαλῇς·
Κἂν δοῦλός ἐστι σάρκα τὴν αὐτὴν ἔχει.

Nolito ſervum tradere in manus beri:
Servus licet ſit, carnem eandem habet tamen.

In hanc mentem Seneca Epiſt. XLVII. *Libenter ex his, qui a te veniunt, cognovi, familiariter te cum ſervis tuis vivere. Hoc prudentiam tuam, hoc eruditionem decet. Servi ſunt! immo* homines, *&c.* Vide & Macrob. Lib. I. Cap. XI. item Salvian. de Gubern. Dei Lib. IV. OPITIUS. Vid. Reineſium p. 130. ad Fragm. Petronii Tragurienſe. Ceterum Barthius ad Lib. II. Silv. Papinii, Carm. VI. ℣. 14. ſcribit: Ex communi Romanorum Dominorum more loquitur, qui ambigebant ſaepe ex nimia ſuperbia, utrum *homo* eſſet *ſervus*; Itaque humanitatem amici ſui occulte hic commendat. Juvenalis Sat. VI. ℣. 222. *O demens, ita* ſervus homo *eſt?* Dionyſius Cato, Lib. IV. Diſt. XLIV.

Cum famulos fueris proprios mercatus in uſus,
Ut ſervos dicas, homines tamen eſſe memento.

Confer eundem Barthium ad Claudian. IV. Conf. Hon. ℣. 616. pag. 708. Lib. V. Silv. Papin. V.

XLV.

Quam primum rapienda tibi eſt occaſio prima;
Ne rurſus quaeras, quae jam neglexeris ante.

XLVI.

Morte repentina noli gaudere malorum:
Felices obeunt, quorum ſine crimine vita eſt.

XLVII.

ỷ. 73. p. 508. Lib. LI. Adv. Cap. XII. col. 2403. & Lib. CXLIV. Cap. XLVIII. Sic, an leno homo eſſet, dubitatum, apud Plautum Poen. Prol. ỷ. 89. DAUMIUS. Praeter Auctores in hanc rem Clariſſimis Opitio & Daumio laudatos, confer quoque maximi nominis Virum, Hugonem Grotium Lib. III. Cap. XIV. num. 3. de Jure Belli & Pacis; nec non Doctiſſimum Johannem Freinshemium ad Flor. Lib. III. Cap. XX. §. I. WACHIUS. Nonnihil huc pertinet locus Plinii Lib. IX. Epiſt. XII. *Atque ita hoc, quod es pater, utere, ut memineris & te hominem eſſe* & hominis *patrem*. Magis ad rem Senec. Epiſt. XLVII. Quem locum, ut nunc video, ad partes jam vocavit Opitius. Sed digna eſt epiſtola, ut a capite perlegatur ad calcem. Nec ſine ratione haec inculcat Auctor, noverat enim, quo loco Romae ſervi a multis haberentur. Notiſſimum locum Juvenalis jam notarunt alii. Certe pecudum potius, quam hominum numero cenſebantur. Vid. Leg. 2. ff. ad Legem Aquiliam. & plura apud Pignor. de Servis p. 8. *Hominum genus* dicuntur a Floro, ſed ita, ut illos *ſecundum hominum genus* adpellet Lib. III. Cap. XX. §. I. ARNTZEN.

XLV. *Quam primum rapienda t. e.*] Non laudo Planudis λαβὼν ἀντὶ τοῦ καιροῦ, neque μήτε δίωκε ἀντὶ τοῦ, ἵνα μὴ διώκῃς. Et, ut uno verbo dicam, τὸ πᾶν βαρβαρίζει. SCALIGER. Occaſio, quam ante dixit frontem habere capillatam, ſtatim eſt arripienda: ne, ſi ſe ſubduxerit, fruſtra quaeras poſtea, quae prius contempſeras. ERASMUS. Horat. Epod. XIII. ỷ. 3.

- - Rapiamus *amici*
Occaſionem *de die*.

Symmach. I. Epiſt. VII.

Occaſionem rapere *prudentis eſt*.

DAUMIUS. Leid. tert. *Q. p. r. tibi occaſio prima eſt.* male. Nec melius Vet. Reg.. *Quum primum*. Voce conjuncta *Quamprimum* ſcribunt Editt. Pariſ. Chouet. & Scriver. ARNTZENIUS.

Ne rurſus &c.] Τὸ *rurſus* ponitur pro *contra*, *viciſſim*. Vid. ſupr. Lib. IV. Diſt. VII. eleganti oppoſitione, *ne contra* vel *viciſſim quaeras, quae ante neglexeris*. Eleganter imitatur Virgil. Lib. IV. AEneid. ỷ. 534. Ubi Dido:

En

XLV.

P. Ἄρπασον αἶψα λαβὴν τὴν πρωτίστως ἐπιοῦσαν,
Μηδὲ δίωκε παλίνδρομος ὧν πάρος ἐξαθέρισσας.

S. Αὐτίκα τοῦ πρώτου καιροῦ μελέδαινε λαβέσθαι,
Μὴ πάλι δίζηαι περ, ἃ πρὶν ὀλίγωρος ἀφῆκας.

Al: Αὐτίκα μέμνησαι καιροῦ πρώτοιο λαβέσθαι.

XLVI.

P. Μὴ ἐπίχαιρε κακῶν θανάτοις φίλος ἐξαπιναίοις·
Ὅττι καὶ ἐσθλοὶ θνήσκουσ', ὧν βίος ἄμμορος αἴσχους.

S. Αἰφνιδίῳ δειλῶν θανάτῳ μὴ σφόδρ' ἐπίχαιρε·
Εὐτυχέες θνήσκουσι, τέων βίος ἐστὶν ἀθῷος.

XLVII.

En quid ago? rurſus*ne procos irriſa priores*
Experiar? Nomadumque petam connubia ſupplex,
Quos ego ſim toties jam dedignata maritos.

Ubi videndus eſt Serv. &, quae ſupra dixi Lib. IV. Diſt. VII. Mox *ipſe* loco *τοῦ ante* erat in Membr. Voſſ. ARNTZEN.

XLVI. *Morte repentina &c.*] Neque hic nobis ſatisfacit. Infulſit etiam *φίλος*, quod in Latino non eſt. SCALIGER. Si mali ſubito moriantur, dolendum magis eſt, quam gaudendum. Gaudendum potius in morte bonorum, quorum mors felix eſt. Vel ſic, ut vertit Planudes, tametſi malus auctor. Si videris malos ſubito tolli, noli gaudere. Contingit idem bonis viris & innocentibus. Ut intelligas, hoc caſu accidere, non vindicta Numinis. Haec indicavi, non ut inſecter Planudem: ſed ut nobis Graeci viciſſim ignoſcant, ſicubi labimur in peregrina lingua. ERASMUS. Nihil hic mutant Codd. ſcripti vel editi. Attamen vix dubito, quin pro *malorum* ſcribendum ſit hoc loco *tuorum.* Puto, mutarunt hoc, qui neſciebant, mortem repentinam atque inopinatam in voto fuiſſe mortalibus nonnullis priſcis. Vide, quos citat Pitiſc. Plinium nempe & Plutarchum ad Sueton. Jul. Caeſar. Cap. LXXXVII. *Et pridie, quam occideretur, in ſermone natum ſuper coenam apud M. Lepidum, quiſnam eſſet finis vitae commodiſſimus, repentinum inopinatumque praetulerat.* Talem obitum Graeca voce dicebant *εὐθανασίαν*. Sueton. Auguſt. Cap. XCIX. *Nam fere quoties audiſſet,* cito

XLVII.

Quum tibi ſit conjux, ne res & fama laboret,
Vitandum ducas inimicum nomen amici.

XLVIII.

cito *ac nullo cruciatu* defunctum *quempiam*, *ſibi & ſuis εὐθανασίαν ſimilem* (*hoc enim & verbo uti ſolebat*) *precabatur*. ubi vid. Torrent. qui alium ex Cicerone locum laudat. Hoc ergo nobis videtur praecipere Gnomologus: Gaude non tam tuos morte repentina, id eſt, optata exſtinctos, quam quod ſine crimine vixerint. Alio modo genuinam hujus Diſt. lectionem reſtituere conatus eſt Doctiſſimus Corn. Valer. Hugo Vonck, qui in Specimine Critico Cap. XXVII. quod in hac Editione, in notarum excurſu edi curavimus, ita nos legere jubet:

Morte repentina noli gaudere malorum,
Et tales *obeunt quorum ſine crimine vita eſt.*

Τῷ *Felices* mutato in *Et tales*, hac quidem ſententia: non eſt gaudendum morte repentina pravorum hominum, quod & *tales*, qui recte vitam inſtituunt, quotidie mori videamus. Adſtruit conjecturam quibusdam Scriptorum locis, quos ibi vide. Alii alias faciunt conjecturas. Omnia Lectoris judicio relinquimus. Tacentibus enim Codd. nemini temere quidquam obtrudendum. ARNTZEN.

Felices obeunt.] Deeſt τὸ *Sic*. Qui repentina morte moriuntur nullis foedati criminibus, felices ſunt. In repentina morte nullum eſt probrum, niſi quis probris contaminatus ita moriatur. Planudis interpretatio paulo obſcurior. SCALIGER. Elegantia eſt in τῷ *Felices*. Sic Ovid. Lib. X. Metam. ℣. 329. Felices *quibus iſta licent!* &c. & infinita alia. Conſule doctos interpretes ad Plin. Paneg. Cap. II. §. 8. Mox τὸ *eſt* exulat a Leid. ſec. & Vet. Reg. ARNTZ.

XLVII. *Quum tibi ſit conjux*,] Et hic quoque duarum vocularum *nec* & *ne* lectio diverſam ſententiam in editionibus peperit. Pithoeana habet, *ne*, quam ſequimur. Si tibi ſit res, & uxor, cavendum, ne quis nomine tenus amicus nimium familiaris, cum uxore tua conſuetudinem non honeſtam habeat, unde tua fama laboret: & praeterea mulier in moechum bona tua congerat, unde res familiaris tua laboret. Ita *nomen amici* erit amicus ipſe, ut *nomen agelli* Val. Catoni *agellus*. *Amicus inimicus*, φίλος ἄφιλος. Si retines *nec*, haec erit ſententia: ſi felix es & à conjugio, & à re familiari, fuge eſſe fictus amicus, ut verbo tenus, non etiam re amicis prodeſſe velis, quum integris rebus tuis non poſſis illis opem in re crepera navare. Tunc ita verterim:

Ἢν γαμετὴν οἰκηρὰν ἔχῃς, τὰ δὲ χρήματα σῶα.

Καὶ

XLVII.

P. Πτωχὸς ἐὼν καὶ ἔχων κάλλει περίπυστον ἄκοιτιν·
Πλαττόμενον φιλίην κακὸν ἐχθρὸν πάγχυ φυλάσσου·

S. Εἰ σύλλεκτρον ἔχεις, ἵνα μή σοι τὰ κτέατ' ἔῤῥοι,
Καὶ κλέος ἐσθλὸν ὄλοιτ', ἄφιλον φίλον αἰὲν ἀλεύου.

Id: Εἰ μὲν ἄκοιτιν ἔχεις οἴκοι, τὰ δὲ χρήματα ἔῤῥει,
Καὶ σὺ ὀνειδίζῃ, ἄφιλον φίλον ἀντιφυλάττου.

Al: Ἢν μὲν ἄκοιτιν ἔχῃς, ἵνα μὴ τὰ σὰ χρήματα ἔῤῥοι,
Αἰσχρά τ' ἀκούσειας, ἄφιλον φίλον ἀντιφυλάττου.

XLVIII.

Καὶ σάον κλέος ᾖ, ἀφίλου φίλου ὄνομα φεῦγε.

Tanquam velit dicere: non debet fictus eſſe amicus ille, cui omnes partes felicitatis conſtant, à matrimonio, à fama, à re familiari. Nihil eum excuſat, quin opem amicis ferat. SCALIGER. Si pauper habueris uxorem, quae laboret fama, hoc eſt, de qua homines male loquantur, (*ducas*) id eſt, exiſtimes, nomen amici vitandum eſſe, utpote inimicum famae tuae. Videberis enim proſtituere uxorem hoc praetextu. Et hoc nomine divites pauperum uxores captant. Ita propemodum Planudes, tametſi poteſt & alius eſſe ſenſus. Nimirum hic: Si tibi ſit uxor re ſatis lauta famaque ſecunda, noli te dare in familiaritatem potentum: ne quid labis uxori tibique contrahas. ERASMUS. Marq. Freher. de Infamia, Lib. III. Cap. XVII. n. 34. pag. 484. Haec duo ſunt incompatibilia, Materfamilias & Pellex in una domo, ut Terentius ait Adelphis. Et uxore ducta exigendae ſunt ſtatim concubinae. Plautus Milite: *Quid illa faciemus concubina, quae domi eſt? Vin' tu illam actutum amovere a te, ut abeat per gratiam. Jube, ſis, aurum atque ornamenta, quae illi inſtruxti, mulierem dono habere; auferre abs te, quod lubeat ſibi. Dicas uxorem tibi neceſſum eſſe ducere; cognatos perſuadere, amicos cogere.* Et ſic in l. *Ex ea parte* 121. §. 1. ff. de Verb. Oblig. proponitur ſponſa a viro ſtipulari ducenta poenae nomine; ſi concubinae conſuetudinem tempore matrimonii repetiiſſet, quae ſtipulatio, ut ſumme bonis moribus conſentanea, ibi a Papiniano probatur. Et ſane, non poſſe hoc ſine certa famae labe fieri, vel Cato monet:

Cum conjux tibi ſit, ne res & fama laboret,
Vitandum ducas inimicum nomen amicae.

Id eſt, ut ne ſit quis ſimul uni mulieri maritus, & amicus alteri: non uxorem habeat & amicam: hoc enim eſt concubinae nomen. l. Maſſurius 144. ff. de Verb.Sign. ut *amicus* quoque pro *amatore*, quemque vulgo *concubinarium* vocant, dicitur. Statius Synephebis: *Prob Deum fidem, ab* amico *amante argentum accipere meretrix non volt.* apud Tullium I. de Natura Deorum: additque cauſam Cato; *ne fama laboret.* Sane ita etiam ſentit Bald. in l. 2. C. de Inceſt. Nupt. Confer Isleb. Adag. fol. 29. a. Haec ille. *Ne res & fama* ex Editione Pithoeana legit Scaliger, atque ſic exponit, uti & nos interpretati ſumus: Si tibi ſit res & Uxor, cavendum, ne quis nomine tenus amicus nimium familiaris cum uxore tua conſuetudinem non honeſtam habeat, unde tua fama laboret: & praeterea mulier in moechum bona tua congerat, unde res familiaris tua laboret. Ita *nomen amici* erit amicus ipſe: Ut *nomen agelli* valet Catoni agellus. *Amicus inimicus* φίλος ἄφιλος. OPITIUS. Oxymoron. Vide Voſſ. Inſtitut. Orat. Lib. V. Cap. XII. pag. 412. *Nomen* pro *re*, ad tumorem ſignandum. *Nomen faemineum*, pro *faemina*, Ovid. II. Heroid. ℣. 112. Per *avorum nomina*, id eſt, per *avos*. Id. II. Ep. Her. ℣. 19. *Populi Romani nomen*, id eſt, *populus Romanus*. Cic. pro Arch. *Nomen amantis*, id eſt, *amans*. Ovid. I. Met. 474. Plura alibi. Vide & Lud. de la Cerd. ad XII. AEneid. ℣. 530. fol. 733. b. Barth. ad VI. Theb. Papin. ℣. 17. pag. 349. Palmerium Spicil. ad Petron. pag. 818. T. IV. Theſ. Crit. Bulaeum ad Val. Flacc. pag. 47. 55. Vetus Codex: *Cum conjux tibi ſit, nec res, & fama laborat, &c.* *Nomen amici:* Recte veteris Codicis Gloſſa de adulteris hoc excipit. Vel ſit ſenſus: ne laedas amicos opum cauſſa. *Nomen amici*, nomine amicum, re inimicum. DAUMIUS. *Nomen amici* Periphraſis nota & Auctoribus non inſolens. Ita Juſt. Lib. XII. Cap. IV. *Patriae nomen*, eſt *ipſa patria*. Solin. Cap. II. Polyhiſtoris: *Nomen Sardi maris*, eſt *ipſum mare Sardum*. Quem ad locum vide mihi ſis Maximum Salmaſium, in vaſto illo opere, quod Exercitationes Plinianas in Solinum inſcripſit, pag. 73. & ad laudatum Juſtini Clariſſimum Graevium. WACHIUS. Locutionem ſive periphraſin hanc latius illuſtrat Taubm. ad Plaut. Amphitr. Act. II. Sc. II. ℣. 4. ubi hunc quoque Catonis verſum laudans inquit: „ *Nomen amici* pro *amico*. Praeterea, *inimicum nomen amici*, ſive *inimicus amicus* eſt helleniſmus, φίλος ἄφιλος, qui videtur & non eſt amicus. Haec ille. Ὀξύμωρον eſſe oſtendit Voſſius, a Daumio, ut video, laudatus in Inſtit. Orator. Lib. V. Cap. XII. in f. & eodem modo explicat. Ceterum *Conjunx* ſcribunt Editt. Boill. & Cruc. de qua orthographia vide, quae ſupra dixi Lib. I. Diſt. VIII. *Quum tibi ſit conjux ne res nec fama laboret*,

boret, Edit. Pariſ. *Quum t. s. c. nec opes & fama laboret*, Membr. Voſſ. quod repetitum videtur e Lib. I. Diſt. XXVIII. *Quum tibi ſit conjux, ne res & fama laboret*, habent Codd. Coll. Voſſ. Veterr. Reg. Vetusque Chart. quod ferri poteſt. Non enim dicit, omnes omnino amicos eſſe evitandos, ſed tantum *inimicum amici nomen*, ſive amicos nomine tenus, qui amicitiam in fronte, aliud quid in corde gerunt. Attamen praeſtare videtur lectio, quae eſt in tribus quatuorve aliis MSS. Leid. I. & 3. *Quum conjux tibi ſit, nec res, & fama laboret*, quibus fere accinit Leid. ſec. niſi quod hic *cum* pro *quum* praefert. Cod. vero Turic. *Quum conjux tibi ſit, nec &c.* puncto tamen ſub *c* poſito, quibus adſtipulantur fere Editt. antiquiſſimae hoc modo: *Quum tibi ſit conjux, nec res, & f. l.* Sic certe Aug. Vind. Euchar. Tremon. Pulm. Chouet. Florent. Boill. Eraſm. Gryph. Cord. & Cruc. Dicit itaque, ſi verba ſimpliciter explices: Quum pauper duxeris uxorem, nec opibus abundes, & fama ejus jam laboret, tum ſane vitandum ducas inimicum amici nomen, id eſt amicos, qui praetextu amicitiae pauperum uxores captant & corrumpunt. Recte omnino addit: *& fama laboret*, nimirum Conjugis tuae, ceteroquin verſu altero *nomen amici inimicum* minus concinne diceretur; Conjuge enim proba & honeſta, licet etiam res familiaris ſit exigua, non eſt, quod corruptores timeas, aut vitandos ducas. Significanter idcirco ait, *vitandum ducas*. Ceterum, *ne* & *nec* haud raro in MSS. commutari, jam ſaepius vidimus. Vid. Lib. I. Diſt. XVII. Denique inter *rem* & *famam*, uti hoc loco diſtinguit etiam Terent. Phorm. Act. II. Sc. I. verſ. 41. *Ex qua re minus rei foret aut famae temperans.* ubi Vid. eſt Donat. In textu tamen nihil mutavi. ARNTZENIUS.

Nec res & fama laboret,] Planudes legit: *Et res & fama laboret.* vertit enim πτωχὸς ἐὰν, id eſt, res laboret tua, & mendicus ſis. Sed omiſit, *fama laboret.* Illud vero ridiculum: - - - ἔχων κάλλει περίπυστον ἄκοιτιν. Gnomologus vero non magis in uxore, quam in marito κάλλος περίπυστον exigit. SCALIGER.

Inimicum nomen amici.] *Inimici nomen amici* Leid. ſec. Coll. Voſſ. & Vet. Reg. Sed illud malim. *Inimicum nomen* dicit, ut oſtendat, aliquem & ſimul amicum & conjugem eſſe poſſe, ut modo oſtendimus, Ideoque diſtincte dicit: *Nomen amici inimicum.* Pro *amici* Scriver. *amicae* edidit, forte ex conjectura Freheri. Omnibus autem Editt. atque Codd. noſtris diſſentientibus, huic emendationi, pro qua multa promiſit Cl. Cannegieterus, difficulter ſubſcriberem. Concedimus tamen Jura Romana ex quorumdam ſententia coelibi non ſolum, ſed maritis quoque amicas usque ad tempora Conſtantini conceſſiſſe. Ita, inquam, nonnulli exiſtimant, ob legem I. Cod.

XLVIII.

Quum tibi contigerit ſtudio cognoſcere multa,
Fac diſcas multa, vita neſcire docere.

XLIX.

de Concubin. Cujus legis Auctor Conſtantinus legitur. Quamquam autem licuit, non tamen honeſtum fuit; Non enim omne, quod licet, honeſtum eſt, vid. quae diximus ſupr. Lib. I. Diſt. XXXI. Et dixere Paulli alter Apoſtolus, alter Juriſperitus, *non omne quod licet honeſtum eſt*. Conſulenda ſunt, quae Cl. Reſcriptorum Auctor de hoc Diſticho erudite diſſeruit Capp. XX. XXI. & XXII. ARNTZEN.

XLVIII. *Quum tibi contigerit &c.*] Uno Diſticho comprehendit, quod alibi diverſis locis: *Multa legas facito.* Item: *Ne pudeat, quae neſcieris, te velle doceri.* Ex Cleobulo ſupra adduximus: *πολυμαθῆ μᾶλλον ἢ ἀμαθῆ εἶναι.* Planudes aride & *ἰλλιπῶς, φεῦγε τι τὴν ἀμέλειαν.* & neſcio, quorſum *τὸ τὶ*. SCALIGER. Quo plura didiceris, hoc plura ſtude cognoſcere, ne videaris indocilis ullius rei. ERASMUS. *Quum tibi contingit* Editt. habent vetuſtae. *Quum tibi contingat* Editt. Boill. Eraſm. & Gryph. ARNTZEN.

Studio cognoſcere multa,] Vir quidam Doctus conjiciebat *avido cognoſcere multa*, ſed qua ſpecie veri, non video. ARNTZENIUS.

Fac diſcas multa, & vita nil velle doceri.] Vett. Edd. Liſp. & Coll. *Vita neſcire doceri.* Pulchre, judicio Barth. Aſcenſ. Friſ. Cord. Lent. & Pulm. *Vites nil velle doceri.* DAUMIUS. Sic vulgati. Quibus adſtipulatur Pulm. Edit. in Marg. Pejus Edit. Cruc. *F. d. m. & vites nil velle doceri.* Nec melius Tremon. *Fac multa ut diſcas, vites neſcire doceri.* Ab hac paullulum abit Pariſ. *Fac plura ut diſcas, vites neſcire doceri.* Et omiſſo *τῷ &*: *Fac diſcas multa, vites neſcire doceri.* Eraſm. Gryph. & Cord. Tum *Fac d. multa, vita neſcire doceri.* Boill. Cord. Chouet. Euchar. & Pulm. in textu. In quibus verae lectionis veſtigia. His totidem verbis literarumque apicibus adſtipulatur MS. Leid. pr. Reliqui Codd. Leidenſes, corrupti ſint licet, ducunt tamen ad genuinae lectionis cubilia. Leid. tert. exhibet: *Fac diſcas multa vita nil diſcere velle.* Sed *τὰ nil diſcere velle.* a manu ſpuria ſunt profecta. Vitioſe quoque Leid. ſec. *Fac diſtat multa vita neſcire doceri.* Diligenter autem eſt notanda lectio Coll. Voſſii, licet idem mendum cum Leid. ſec. & aliud inſuper habeat: *Fac diſtat multa & tu neſcire docere.* Obſerva, inquam, *τὸ docere* active hic poni. Ex tot jam varietatibus verum facile eruetur. Non dubito, quin Auctor ſcripſerit:

Quum tibi contigerit ſtudio cognoſcere multa,

Fac

XLVIII.

P. Εἰ συνέβη σε μαθεῖν μακρὸν ἐσπυδακότα πολλὰ,
Σπεῦδε μαθεῖν καὶ πλείονα, φεῦγε δὲ τὴν ἀμέλειαν,
S. Ἢν ποτε πυλυμαθῆ συμβῇ μελέτη σὲ γενέσθαι,
Πλεῖστα μάνθαν', αἰνήσασθαι δὲ μαθεῖν τι παραίλου.

XLIX.

Fas diſcas multa, vita neſcire docere.

Confirmat hanc lectionem Cod. Turicenſ. quem cum Edit. adcurate admodum contulit Eruditiſſ. Joannes Gaſp. Hagenbuchius. Cui Viro cum vehementer placeret, hanc ejusdem expoſitionem Collationi ſuae adſcripſit: „Qui multa ſtudio cognovit multo, multa adhuc diſcenda ſibi credat: Sed &, alios ut multa, quae uſu & ſtudio ipſe jam cognita habet, docere poſſit, ſedulo curet; quia abſonum eſſet, ſi ex iis, quae cognovit, nullus ad alios promanare poſſet fructus. Neque opus inter *multa* & *vita* copulam *&* interponi; *a* enim breve in *multa* ob caeſuram commode producitur. Quumque ſuperiores varietates enotarem, aliquoties obſervavi, ultimas breves in caeſuris produci. Unde *Laetanda eſt vita*, &c. ſupra Lib. II. Diſt. IV. (vide Notas) tolerari poteſt, ut *laetare* ibi ἀρχαικῶς ſit *laetificare*." Hactenus Vir Doctus. Profecto haec verborum expoſitio ipſius Dionyſii praecepto quodammodo reſpondet. L. IV. Diſt. XXIII.

Diſce, ſed a doctis, indoctos ipſe doceto;
Propoganda etenim eſt rerum doctrina bonarum.

De productione Syllabarum per caeſuram, Auctori noſtro adamata, vid. quae ſupra notavi Lib. I. Diſt. VII. & XXVI. aliisque locis. Porro τὸ *neſcire* elegantiſſima ſignificatione pro *non poſſe* hoc loco ponitur. Sic Ovid. fere Lib. I. Ex Pont. El. III. ℣. 23.

Tollere nodoſam neſcit *medicina podagram.*

Terent. Heaut. V. Sc. I. ℣. 61. Neſcis *ineſcare homines Sannio.* Adelph. Act. I. Sc. I. ℣. 52. *Fateatur* neſcire *imperare liberis.* Livius Lib. IX. Cap. III. §. 12. *Quae victa quieſcere* neſciat. ubi plura collegit Cl. Drakenb. Ceterum Malſcius, ex diverſis, quas dixi, lectionibus unam hanc conflat, *Multa face ut diſcas, vites nil velle doceri.* Sed aliter ſues olent, aliter catuli. *Face* pro *fac*, ſimiliaque alia Plauto potius Enniove, quam recentioris aevi Scriptori convenientia eſſe, nemo paullo doctior dubitabit: & tamen ſunt Viri Docti, qui has obſoletas delicias non tantum recentioribus Scriptoribus, ſed & Livio, immo ipſi Ciceroni obtrudere haud gravantur.

XLIX.

Miraris verbis nudis me ſcribere verſus?
Hos brevitas ſenſus fecit conjungere binos.

tur. Vid. mihi Cl. Drakenb. ad Liv. Lib. III. XXXIX. §. 4. & quae dixi ſupra Lib. I. Diſt. XXXIII. Ad ſententiam denique hujus Diſtichi ſpectat locus Ciceronis de Senect. Cap. XIV. *Ut honeſtum illud Solonis ſit, quod ait verſiculo quodam, ut ante dixi, ſeneſcere ſe multa indies addiſcentem,* &c. ARNTZEN.

XLIX. *Miraris verbis* &c.] Sordidum Planudis τὸ ϛιχȣργεῖν, & monachale. Ridiculum etiam τὸ νȣ̃ βραχύτης, ἀντὶ τȣ̃ τῆς συντομίας τῆς περιοχῆς, τῆς βραχυλογίας. Nam νȣ̃ βραχύτης in longiſſima Marſi Amazonide, contra quam voluit Auctor. νȣ̃ βραχύτης non eſt brevitas arguta ſententiae, ſed defectus ſenſus communis. SCALIGER. Sententia nudis verbis explicanda eſt, melius enim meminimus, quae brevia ſunt. Idcirco nudis verbis ſingula praecepta, ſingulis Diſtichis complecti voluit, ut apertior eſſet & brevior. ERASMUS. Prae ſe fert optimus Vates exiguitatem Spiritus in ſe Poëtici & Doctrinae Philoſophicae. BARTH. Ad Brit. Lib. IX. ℣. 741. pag. 632. *Miraris verſus nudis m. s. verbis?* Leid. ſec. Coll. Voſſ. & Edit. Pariſ. vide quae ſupra diximus Lib. II. Diſt. XXI. Receptae lectioni adſtipulatur Cod. Tur. Tò *nudus* vel *nuda*, quod hic habemus, ſaepiſſime quidem apud alios Scriptores ſenſu occurrit metaphorico. Juſt. Lib. XXIX. Cap. III. §. 3. *Eique ne* nudum *uxoris* nomen *adferret, exercitum Gryphi ſolicitatum, velut dotalem ad maritum deducit.* Plin. Lib. IV. Ep. XIV. *Ex quibus tamen, ſi nonnulla tibi paullo petulantiora videbuntur, erit eruditionis tuae cogitare, ſummos illos & graviſſimos viros, qui talia ſcripſerunt, non modo laſcivia rerum, ſed ne* verbis *quidem* nudis *abſtinuiſſe.* Ubi *nuptis* legunt alii. Attamen iis non adſentior. Similiter *nudi commentarii* apud Cicer. in Brut. Cap. LXXV. & Sueton. Caeſar. Cap. LVI. ubi de Commentariis Caeſaris. *Commentarios ſcripſit valde quidem probandos:* nudi *ſunt, recti, & venuſti* &c. Ut clare ſatis me explicem, dicam haec ſenſu quidem dici metaphorico, ſed alia ſignificatione, quam *nuda verba* hoc loco pro *verbis ſimplicibus, claris, non obſcuris.* An alibi hac notione reperiantur, dubito. Neque ideo dignitas Dionyſii quidquam imminuitur. Hoc enim Diſtichon, ut nunc eſt, ſpurium, vel ſaltim corruptiſſimum eſſe, nemo attentior negabit, & e ſequentibus clariſſime adparebit. Si pro *verbis nudis* legeretur *verbis puris* ferri poſſet: Horat. Lib. I. Serm. IV. ℣. 54.

Non ſatis eſt puris *verſum perſcribere* verbis.

Profecto ſenſus ſuaderet, hoc Diſti-

XLIX.

P. Θαυμάσεις ἐπέεσσι στιχουργήσαντά μὲ γυμνοῖς;
Τοῦτο δὲ νοῦ βραχύτης δρᾷ σὺν δύο ταῦτα τιθεῖσα.
S. Ὅττι συνείρω ἔπη γυμνοῖσι λόγοισι τέθηπας;
Ἥ γε δὴ εὐσταλίη γνώμης τάδε σὺν δύ' ἕνωσε.

Diſtichon ex Horatio hoc modo refingeretur:

Non ſatis eſt, puris verſus me ſcribere verbis.

Vel ex auctoritate Leid. ſec. Coll. Voſſ. & Edit. Pariſ.

Non ſatis eſt, puris verbis me ſcribere verſus;
Hos brevitas ſenſus fecit conjungere binos.

Vel, ſi alios Codd. ſequamur, ut mox dicam:

Non ſatis eſt, puris verbis me ſcribere verſus;
Hoc brevitas ſenſus fecit conjungere binos.

Hoc, id eſt, *ob hoc*, quod illud ſcribere puris verbis ſatis non ſit. Talia fingi poſſent, & ſpeciem haberent; Utraque etiam Diſtichi membra tum melius cohaererent. Sed quis ſanior, ſine ulla alia Godicum auctoritate genuinam hanc eſſe lectionem adſeverare auderet. ARNTZENIUS.

Hos brevitas ſenſus fecit &c.] Aſcenſius, Lipſienſis vetus & Colon. Editiones: *Haec brevitas.* Optime, judico Barthii. Imperator Ali: *Praeſtantia ſermonis conſiſtit in brevitate.* Notae Nobiliſſimi Barthii continuantur Adverſariorum Libro cx. Cap. xvi. Lib. cxxxvii. Cap. xx. Lib. cxlii. Cap. viii. & xviii. Lib. cxlviii. Cap. x. xi. & xiv. DAUMIUS. *Haec brevitas* legit quoque Leid. tert. & Edit. Boill. *Hoc brevitas fecit ſenſus &c.* Leid. pr. & ſec. Coll. Voſſ. Vet. Chart. & Membr. Voſſ.

Hoc brevitas fecit ſenſus conjungere bonos.

Cod. Turic. Sed perperam; peccat enim in legipediam. *Hoc* ſaepe quidem valet *ob hoc*. Ovid. Lib. ii. Triſt. Eleg. i. ℣. 306.

Protinus hoc *vetiti criminis acta rea eſt.*

Et centies alibi. Sed utrum eligas, non video, quo modo haec cum priori hujus Diſt. membro, ut nunc ſunt in textu, conveniant. Nam ne omnia hic examinemus, puerumque bullatum & praetextatum, Parentis *verſus* & monita ſalutaria intempeſtive & petulanter mirantem, rideamus, non, inquam, reperio reſponſum prioris verſus interrogationi ſatis adcommodatum. Miror ſane Doctos eſſe Viros, quibus hoc hominis commentum placeat; equidem non dubito, Diſtichon hoc ad eorum ſedem hinc relegare, quem horum Librorum Praefationibus adſignavi, quae ſane tales ſunt, ut ineptum indocti hominis, audacis tamen, & putidum

tidum ingenium prodant. Idem cenſuit Eruditiſſ. Canneg. Reſcript. Boxhorn. Cap. XXVIII. Ceterum collationi ſuae hic adſeverat Optimus Joan. Gaſp. Hagenbuchius : „ Hic verſus „ in MS. (non in edito) ſupra „ jam legitur in Libri ſecundi „ fine. Ubi tamen *ſenſum* eſt „ non ſenſus, errore librarii „ manifeſto. At illic quoque „ *binos* eſt, quum heic ſit *bonos*, quod non librario, ſed „ forte illis tribuendum, qui „ haec Diſticha ſingillatim di„ ſpectuere; quam tamen in „ duos verſus deſcriptionem „ non eſſe in MS. ſupra mo„ nui." At τὸ *bonos*, ut dixi, peccat in metrum. ARNTZ.

FINIS LIBRI IV.

APPENDIX,
SIVE
EXCURSUS NOTARUM
ET
OBSERVATIONUM.

Eraſmus Tomo v. *Milite Chriſtiano*, *Canone* v. *Fol.* 32.

TUrpe ſit Chriſtianis ignorare, quod gentilis quidam Poëta non ignoravit, qui de pietate praecipiens:

Si Deus, inquit, *eſt animus*, *nobis ut Carmina dicunt*,
Hic tibi praecipue ſit pura mente colendus.

Nec contemnamus Autorem, vel ethnicum, vel minutum. Sententia eſt magno etiam Theologo digna, & ut ego quidem deprehendi, tam intellecta a paucis, quam a nemine non lecta. Ea vero eſt hujuſmodi. Similia ſimilibus afficiuntur: Tu Deum tauro caeſo, aut tureo vapore moveri magnopere credis, quaſi corpus eſſet. Mens eſt, & quidem puriſſima, ſimpliciſſimaque, proinde potiſſimum mente pura colendus eſt, &c.

A. Alciatus Lib. IV. *Parerg. Cap.* XIII. *de Catone hoc.*

QUis ejus libelli Autor fuerit, non ſatis conſtat. *Portii* enim *Catonis* procul dubio non fuit. Scripſit ille ſoluto ſermone, citaturque a veteribus non raro: ſtylus arguit Theodoſianum ſeculum, & forte *Probi Grammatici* fuit. Sed quiſquis ille fuerit, arbitror minime Chriſtianum fuiſſe. Idque vel primi Carminis argumento, quo Pythagoricum dogma aſſerit, prorſus cum Evangelio pugnans. Exiſtimat Pythagoras ſub finem aurei Carminis *animos hos hominum* in Deos verti: ἔσσεται ἀθάνατος θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός. Quem imitatus Phocylides:

Λείψαν' ἀποιχομένων ὀπίσω δὲ θεοὶ τελέθονται,
Ψυχαὶ γὰρ μίμνουσιν ἀκήριοι ἐν φθιμένοισι.

Inquit ergo: *Si animus Deus eſt*, *ut Carmina* (Sic enim Pythagorica κατ' ἐξοχὴν appellantur) *dicunt*: *Hic tibi praecipue ſit colendus*, *&c.* Duxi autem & hoc explicandum, quoniam non videtur

tur hic locus vel a quatuor Interpretibus, qui in hanc diem eum libellum interpretati ſunt, ſatis intellectus. Damnatur ab orthodoxis Tertullianus, qui bonorum animas poſt mortem in Deos verti, impiorum in daemonas videtur crediddiſſe: ſi tamen ita credidit; nihil enim impedit, quin recta interpretatione ad verum ſenſum produci id poſſit. Ad ſupra ſcripta alluſiſſe videtur etiam Virgilius:

- - Diine hunc ardorem mentibus addunt
Euryale? an ſua cuique Deus fit dira cupido?

Menander apud Plutarchum:

Ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ἐστιν ἐν ἑκάστῳ θεός.
Unicuique ſuus eſt animus Deus.

Unde & illud Oraculum ἕπου θεῷ apud Plutarchum Lib. de audiendo. Haec ille. Vir Doctus, Amicus noſter cariſſimus, nuper acerbo noſtro cum dolore vivis exemptus, M. Joh. Fidlerus, Reichenb. Variſcus, primum Libri I. Diſtichon ita legere olim tentabat, interpunctione mutata:

Si Deus eſt animus nobis, ut carmina dicunt.

Eo ſenſu: Nobis animus eſt Deus. h. e. Ἐν αὐτῷ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν, docente Paulo Act. XVII. ℣. 28. Deinde quod Cato ait *Carmina hoc dicere*, non in genere accipiebat de Poëtis, nec enim ex iſtis tantum innoteſcere nobis, Deum eſſe, eſſe animum, &c. inquiebat: ſed Catonem reſpexiſſe ad diviniſſimas Veterum Sententias, qualis illa Empedoclis a Germaniae noſtrae Phoenice pag. 241. ad Claudianum priore Edit. allegata. Et quod Aug. Politianus ait in Lamia, Tom. III. pag. 17. Edit. Gryph. 1533. *Deus eſt animus nobis, Deus profecto, ſive hoc Euripides primus dicere auſus, ſive Hermotimus, ſive Anaxagoras.* Super hac ſententia cum judicium Nobiliſſimi Barthii τοῦ πάνυ exploraremus, inter alia his verbis reſpondit: Conjecturam in Catonem penitus veram eſſe putarem, ſi congruerent illa *pura mente ſuum animum quemque colere.* Cum autem mens omnino ipſius quaedam medulla ſit, & ita *mens animi* a multis bonis Auctoribus intelligatur, Catonis alium ſenſum eſſe puto, cui quod ſublimitas vindicetur, nihil puto cauſſae eſſe, cum humilitatem contra affectaſſe videatur, & ea mente jam olim ſit puerilibus ſtudiis addictus. Senſus eſt ſimplex & optimus. Cum conſtet ratione & auctoritate Deum animum eſſe, colendum ante omnia & quidem pura mente: neceſſe enim talem animum eſſe illud ſummum bonum, qui nulla re magis quam puritate gaudeat. Quomodo Tibullus:

Caſta placent ſuperis, pura cum veſte venite,
Et manibus puris ſumite fontis aquam.

Et

Et plures alii. Itaque nulla opus correctione puto, & recte expreſſiſſe ſummum illud Scaligeri ingenium:

Εἰ θεός ἐςι νοῦς, ὡς θέσφατα φησὶ παλαιῶν,
Καὶ σύ μαλ᾽ ἐνδυκέως καθαρῷ νοὶ τόνδε σέβιζε.

Qui & ſingulari prudentia per *Carmina* omnem de Diis ſermonem, ſive doctrinam veterum, intelligendam docuit divina illa velut *περιφράσει*, cum vetus Theologia Ethnicorum ſententiis talibus conſtiterit, ut memoriae facile infigi ſummae poſſent, quae *carmina* rectiſſime dicuntur, etiamſi ſoluta metro. Poterat nulla difficultate; *ἀντὶ παλαιῶν, ποιητῶν* Heros noſter ſcribere, ſed longe eſt illud eruditius, &c. Scripſit autem Cato ut Pythagoricus, qui Deum purificata mente adeundum ſanxerunt, & longis logis eam purificationem explicarunt & commendarunt, de qua re conſulere potes aurea Commentaria in Aureum Carmen Hieroclis, Libri mihi, dum fata Deusque ſinebant, cum paucis commendati. Pythagoricam in his verſibus doctrinam notavit olim & Alciatus Pareg. Lib. IV. Cap. XIII. ſi recte numerorum memini. Et ſcripſit eo tempore hic Cato, quo Platonica & Pythagorica *θέσφατα* permiſta & conjuncta erant, regnantibus in tali Philoſophia Plotino, Jamblicho; Attico, Proclo, Hierocle, Antonino, Juliano, Maximo Tyrio, Themiſtio, Porphyrio & pluribus aliis. Haec ille. Qui de *purgatione mentis* ſcribit ſequentia ad Claud. Mamertum, pag. 442. Hoc flagitat a diſcipulis ſapientiae etiam non ſemel Triſmegiſtus, & noſter Libro primo Cap. XXV. *Hic, ſi purgata mentis intentius acie, ſubrutilare tibi jam debet, quid ſit anima.* Et Cap. XXVI. Ubi loqui Deus inducitur: *Nequaquam me vel incorporeus, niſi purgatus, videt.* Itaque Deum allocuturus ſaepius purgationem talem ſibi exoptat David Rex & Propheta. Ceterum Catonem hunc forte innuit Bernardus Morlanenſis his verſibus Lib. II. de Cont. Mundi, ℣. 805. inter Poëtas nominans:

Flaccus Horatius, & Cato, Perſius, & Juvenalis,
Quid facerent modo, ſi foret bis modo vita ſodalis?

Et ita cenſebat Barthius. Ubi tamen legam: *Quid facerent rogo*; etſi nulla Editio ſic praeferat. DAUMIUS.

Paganinus Gaudentius in Additamento Critico.

CAP. XVIII.

Diſtichorum Catonis an auctor Auſonius?

FUit nonnemo, qui exiſtimavit Diſtichorum, quae ſub nomine Catonis circumferuntur, auctorem eſſe Auſonium Burdigalenſem. Ut explodatur haec ſententia, id etiam poterit obſer-

ſervari, quod auctor *Diſtichorum* ait Lib. IV. thure eſſe Deum placandum:

Thure Deum placa, vitulum ſine creſcat aratro,
Ne credas placare Deum, dum caede litatur.

Auſonius vero ipſe diſerte in ſuis verſibus negat eſſe cremandum thus in parecbaſi:

Nec tus cremandum poſtulo
Nec liba cruſti mellei,
Foculumque vivi ceſpitis
Vanis relinquo altaribus,
Deus precandus eſt mihi
Ac filius ſummi Dei.

Sed dices, ſi Auſonius fuit Chriſtianus, cur negat eſſe utendum thure? nonne Chriſtiani utebantur thure in templo? Reſpondeo, & dico, Chriſtianos uſos fuiſſe tempore Auſonii, & hodie uti thure, non tanquam incendendo thus ſacrificetur, ſed quia ejuſmodi incenſio eſt appendix ſacrificii, quod in Eccleſia unicum eſt Corporis, & Sanguinis Domini. At gentes ſacrificabant thure, libis, victimis caeſis. hoc faciendum negat Auſonius.

CAP. XIX.

An errores gentilium in Diſtichis Catonis?

DE Diſtichis quae circumferuntur ſub nomine Catonis, ſic Scaliger *Auſonian. Lect.* Lib. II. Cap. XXXII. *Haec vero Diſticha quis non videt adbuc erroribus gentilium inſigniter delibuta eſſe? id quod ex multis illius opuſculi partibus patet.* Unus locus mihi moleſtus eſt: *Thure Deum placa.* Neſcio an poſſit explicari metaphorice, quaſi dicat: noli facere magnos ſumptus in ſacrificiis. Qua de re Plato egit *in Alcibiade.* Et Perſius pro thure, dixit: farre. *Sat.* II. ℣. ult.

Hoc cedo, ut admoveam templis, & farre litabo.

Alius etiam locus poſſet faceſſere negotium:

Uxorem fuge ne ducas ſub nomine dotis,
Nec retinere velis, ſi coeperit eſſe moleſta.

Quaſi liceat ita rejicere uxorem, ut ipſa vivente ad alteras nuptias tranſeatur. Sic quidam hoc Diſtichon expoſuerunt. hic duo poſſunt dici. Primo, quod aliquando apud Chriſtianos fuit id in more *l. ſi conſtante* IX. *C. de Repudiis.* & videre eſt in *formulario* Marculphi Lib. II. vide *notas.* Bignonii, pag. 575. id quia adverſatur legi Euangelicae, plane eſt ſublatum. Secundo, quod hic ſermo ſit de ſimplici rejectione, non ut tranſeatur ad alias nuptias.

CAP.

CAP. XX.

Rejicitur quaedam argumentatio Joſ. Scaligeri.

JOſeph. Scaliger Lib. II. Cap. XXXII. *Auſonian. lectionum*, ut oſtendat Auſonium non eſſe auctorem Diſtichorum, quae dicuntur Catonis, ſic ſcribit: *Qui poſſunt illa eſſe Auſonii: cum Auſonius ſerio Chriſtianus fuerit, neque aliter piis Auguſtis acceptus fuiſſet, niſi & ipſe Chriſtianus fuiſſet? haec vero Diſticha quis non videt adhuc erroribus gentilium inſigniter delibuta eſſe?* Reſpondeo. Scimus Auſonium fuiſſe Chriſtianum. Hoc clamant ipſius carmina. Ephemeris praeſertim in *Parecbaſi*, & oratione, quae incipit, *Omnipotens.* At quod ita colligit Scaliger, *neque aliter Auguſtis acceptus fuiſſet; niſi & ipſe Chriſtianus fuiſſet*, id exigui eſt roboris; nam Tribonianus fuit τὸ πάντα apud Juſtinianum, & tamen Tribonianum fuiſſe ἄθεον teſtantur locupletes Scriptores. Suidas: iſte fuit Ἕλλην καὶ ἄθεος. Honorius, & Arcadius tanti fecerunt Claudianum, licet pervicaciſſimum paganum (ut eum vocat Oroſius) ut ſtatua eum honorarint poſita in foro divi Trajani. Et non multis abhinc annis Romae in ruinis vetuſtum marmor repertum fuit, quod ſtatuae Claudiani ſuppoſitum fuiſſe Pomponius Laetus aliique antiquitatis periti crediderunt. Vide Gyraldum *Dial.* 4. *de Poët. Latinis.*

Corn. Valerius Vonck in Obſervat. Miſcellan.

CAP. XVII.

Unde Auctor Praefationis in Librum ſecundum Diſtichorum Catonis Lucani bella Punica *hauſiſſe videatur.*

IN Praefatione Lib. II. *Diſtichorum Moralium*, quae vulgo Dionyſio Catoni tribui novimus, inter alia leguntur:

Si Romana cupis & Punica noſcere bella,
Lucanum quaeras, qui Martis praelia dixit.

Quum de Punicis bellis, a Lucano carmine celebratis, nihil memoriae ſit proditum, ac plane haec inter Lucani opera ignorentur, interpretes plurimi *civica bella* repoſuere. Alius exiſtimat *Bella Punica* pro quibusvis bellis gravibus uſurpaſſe ineptum hominem. Probarem; ſi liceret, nunc aliud ſuadet cerebellum meum, cui tamen ne nimis fidam. Videtur mihi Prooemii hujus architectus, quisquis ſit, corrupto uſus fuiſſe Codice, ubi Lucani opus *de Bellis Punicis* inſcribebatur. Ridebis fortaſſe. Sed audi. Id quo credam, facit Manuſcriptus, qui apud me eſt Lucani, Codex, in quo vel bis clariſſime ſcriptum, *Lucani liber de Bellis Puni-*

Punicis, & *Lucanus de Bellis Punicis*. Titulus nempe primitus fuerat, *Lucanus de Bellis Civicis*. Inde facile ſciolus aliquis *L. de B. Punicis* effingere potuit, atque ita vitium in alios deinceps libros inrepſit. Idque unicum ſufficere poſſet, niſi plura ſubpeterent, demonſtrando, alicui aevi ſerioris homini praefationem eam, ſicut & alias, deberi, neque ab ipſo Diſtichorum auctore profectam, quod, praeter ceteros, opinatus fuit Jo. Lomeier. Differt. *de ſeptem Graeciae Sapientibus*, quae in Decade I. *Diſſertationum* ejus *Philologicarum* conparet octavo.

Idem Miſcellan. Obſervat.

CAP. XXVII.

Quaedam de Diſtichis Dionyſio Catoni tribui ſolitis. Eadem aliquoties tentata. Fraudes librariorum. Et alia.

EGregia ſanequam ſunt illa Dionyſii Catonis, quae dicuntur Diſticha *de moribus ad filium*, & haud pauca complectuntur, quae a Chriſtiano ſcriptore profecta dicas. Nec idcirco tamen auctorem eorum violenta manu Sacris noſtris vindicaverim, & invito prorſus proſelyto religionem Chriſtianam inportunius Zelotes augere ſtuduerim, quam nunquam forte amplexus fuit. Quid ni enim ita argumentando, Platonem, aliusque bene multos Philoſophos, facili negotio Chriſtianos reddere liceat, ut quorum plurimae ſententiae cum Sacris foliis optime conveniunt, in aliis tamen maximopere ab iisdem divortium faciunt? Et quis quaeſo non credat, quum libri hi jam olim in Scholis juventuti fuerint expoſiti, ludimagiſtros, poſteriorum praeſertim temporum, ſtulta quadam ſuperſtitione ductos, multa, paganiſmum, pro captu eorum, redolentia, ſecaſſe, commutaſſe, & alia paſſim ſubſtituiſſe? Credebant ſcilicet indecorum & inpium, (talia tum erant ſecula) aurea iſta quidem Diſticha, a gentilium tamen opinionibus non ſemper recedentia, tenerae juventuti tradere; quapropter, quantum ullo modo potuerint, fidei Chriſtianae haud abſona reddere voluiſſe videntur. Quis unquam ſibi perſuaſerit, hominem gentilem, de rebus Divinis loquentem, unius ubique *Dei* mentionem feciſſe? credat forte verpus aliquis. Non ego. Una alterave vice, & ſaepius forte, alios ita loqui haud nego. Dudum me id docuit Celeb. Burmann. *ad Faliſci Cyneg.* ỳ. 350. pluresque Eruditorum, quos ſciens omitto. Non tamen hoc illis perpetuum fuiſſe quiſpiam dixerit. Sic ex. gr. *Lib.* I. *Diſt.* XXIII. potuit legi, *Incuſare Deos noli*. pro quo hodie viſimus *Deum*. Niſi per *Deum* velis intelligere Fortunam, cujus eadem ferme in re meminit *Lib.* IV. *Diſt.* III. Atque adeo ſignifi-

ſignificatione iſta *Deus* hic poſſet retineri, de qua notione Vid. Barth. *ad Grat.* cit. loc. & Senec. *in Thyeſte* ꝟ. 619. ita & *Lib.* II. *Diſt.* II. forſan olim lectitatum fuit, *Mitte arcana Deum.* hodie *Dei.* πολλαχοῦ enim diſerte prodit eod. *Lib.* II. *Diſt.* XXVII.

Illum *imitare* Deum, *partem qui ſpectat utramque.*

Sic *Lib.* IV. *Diſt.* XLVI. primitus aliter ſe habuiſſe, pene jurare auſim. Legimus jam:

Morte repentina noli gaudere malorum,
Felices obeunt, quorum ſine crimine vita eſt.

Videtur Auctor ſcripſiſſe, *Et tales obeunt.* Senſus eſt: non eſſe gaudendum morte repentina pravorum hominum, quod & tales, qui recte vitam inſtituunt, quotidie mori videamus. Simile quid habes apud Horat. *Carmin. Lib.* II. *Od.* XIV.

Eheu fugaces, Poſtume, Poſtume,
Labuntur anni; nec pietas moram
Rugis & inſtanti ſenectae
Adferet, indomitaeque morti.

& *Lib.* IV. *Od.* VII.

Cum ſemel occideris, & de te ſplendida Minos
Fecerit arbitria;
Non, Torquate, genus, non te facundia, non te
Reſtituet pietas.

Adjuvat conjecturam noſtram Planudis verſio, quam Eraſmus fruſtra redarguit. Alia taedii evitandi cauſſa tranſeo. At ne quis putet, inmerito librarios & ludimagiſtros criminum ejusmodi reos a me poſtulari, inſpiciat tantum Cl. Hadr. Relandi Praefationem *in Epicteti Enchiridion* p. ſi numeres, 5. 6. 7. ubi refert, in Codice Hafnienſi totum fere Epictetum ad Chriſtianam diſciplinam formatum, ubique eumdem Θεὸν pro Θεοὺς ſubſtituiſſe, pro *Socrate, Paulum*, paſſimque talia. Sic totum Caput XXIX, quod ibi de vatibus & hariolis ageretur, idem ille Codex plane omiſit. Nec potuere tamen inepti homines commentis ſuis nugaciſſimis efficere, ut non ſaepe fraudes ſuas ipſi detexerint. Ita & in Catone haud pauca loca intacta reliquerunt; auctoris paganiſmum manifeſtiſſime arguentia. Sed diutius poſt Homerum, ut ajunt, Iliada non canimus, & in otio, quod eruditus Cannegieteri labor nobis hac in parte fecit, libenter adquieſcimus. Unum tantum addo, ſemper ea me fuiſſe opinione, horum Diſtichorum Libros omnes eumdem auctorem minime habere, licet & ipſe nonnumquam brevitatis ergo ut ejusdem citaverim. Fecit, quo hoc credam, multorum Diſtichorum tautologia, quae ſane nimis frequens eſt, quam ut ſemper aut amanuenſibus aut ludimagiſtris tribui poſſe videatur. Id quod exempla abunde confirmaverint. Conſpirant ita I. 22. cum 2. 3. 3. 23. & 4. 22. I. 24. cum 2. 17. & 3. 22. I. 27. & 3. 5. I. 30. & 3.

 8. I.

8. 1. 4. & 4. 25. 1. 18. cum 2. 4. & 4. 26. 2. 6. & 4. 2. 1. 23. & 4. 3. 3. 15. & 4. 33. 2. 19. & 4. 16. Fecit & ſtili diverſitas, quae in multis perlucet. Fecerunt & Praefationes iſtae, quae (licet genuinas non eſſe facile conceſſerim) ſingulis libris ſunt adpoſitae, argumento, quod diverſorum auctorum libelli hi fuerint habiti; ſi unius enim ejusdemque omnes putaviſſent, una Praefatio cunctis, ut in aliis Libris, ſufficere potuiſſet. Hae, inquam, & plures cauſſae fuerunt, ut opinatus ſim, (quo jure, quave injuria, aliorum judicium eſto) primum Dionyſium Catonem, quis tandem ille fuerit, Diſtichorum Librum unum conpoſuiſſe. Alios deinde exemplum illius aemulatos, & in multis, uti fit, ſecutos fuiſſe. Cum vero Libri hi, ut ſimilis argumenti, unum in volumen conjungerentur, hinc natum puto, ut diverſi foetus germani fuerint habiti, & unius titulus proprius omnium factus ſit communis. Solebant enim, quae parilis erant argumenti ſcripta, eodem volumine conprehendere librarii. *Unde facile factum* (ſunt Boxhornii verba Diſſ. *de Diſtich. Cat.*) *ut poſtrema opuſcula, non expreſſis auctorum nominibus, quem ad modum ea ſaepe in antiquis Codicibus praetermitti ſcimus, prioris operis ſcriptori ſint attributa.* Ut adeo non injuria Viri Docti ſuſpicentur, exinde Senecae & Auſonio Catonis Diſticha adſcripſiſſe nonnullos, quod uno in volumine iis Scriptoribus junctas ſententias iſtas reperiſſent. Simili ex cauſſa Itinerarium, quod vulgo Antonini dicitur, a Flodoardo & Hugone Flaviniacenſi fuiſſe Aethico adſignatum, quonium in MSS. Aethici Coſmographiam excipere ſolebat, cum N. Bergerio ſeſe autumare, idque non infrequentem errando dediſſe occaſionem, notat Cl. Weſſeling. *Praefat. in Vet. Roman. Itinerar.* p. 3. & 7. Idem ergo & Diſtichis illis, de quibus cum maxime agimus, eveniſſe, haud inmerito forte ſuſpicatus fueris. Atque ita Boxhornio, eorum tautologiam culpanti, facilis reſponſio. In alia omnia abit Lomeier. Diſſ. *de ſeptem. Gr. Sapient.* p. 303. Dec. 1. *Genial. Dier.* cum Ptolom. Flavio *Conjectan.* Cap. xcv. (in Face Crit. Gruteri Tom. 1.) Quod ad *Breves* porro *Sententias* adtinet, eas cum Cannegietero lemmata Diſtichorum olim fuiſſe exiſtimaverim, qua de re uberius agit Vir Cl. *Reſcript. Boxhorn.* Cap. VII.

VA-

VARIANTES LECTIONES
AD
GRAECAM M. PLANUD. VERSIONEM,
E COD. M. MEIBOMII MS. ATQUE EDIT.
VENETA ANNI MDXLV.
IN VIII
COLLECTAE.

NOSTRA HAEC EDIT.	MS. MEIBOMII.	EDIT. VENETA.
	In Inſcriptione.	
ΔΙΣΤΟΙΧΟΙ,	δίστιχοι.	. . . .
ΛΑΤΙΝΩΝ	τῶν λατίνων.	. . . .
ΕΛΛΑΔΑ	. . . .	ἐλπίδα
Ο ΠΛΑΝΟΥΔΗΣ.	μοναχὸς ὁ πλανούδης.	μ. ὁ πλανούδιος.
	In Prooemio.	
p. 5. ὡς πλεῖστοι	. . . .	ὡς οἱ πλεῖστοι
p. 7. ὑπολήψεσιν,	ὑπολήψεσι.	ὑπολήψεσιν,
p. 9. φίλτατε	ὦ φίλτατε	. . . .
p. 9. τρόπον τινὰ	τίνα τρόπον	. . . .
p. 11. ὥστε καὶ	ὥς τε δὴ καὶ	, ...
p. 11. ἐστίν.	ἐστί.	. . . .

In brevibus Sententiis.

Nota, ordinem Sententiarum in Cod. MS. & Edit. Veneta aeque ac in Latinis turbatum eſſe,

I. Καὶ δῆτα θεῷ	. . . .	Καὶ δῆτα τῷ θεῷ
IX. Καθάριος	Καθάρειος	καθαρὸς
XIII. φρούρει	τήρει	. . . .
XIV. φύλαττε	φύλασσε	. . . .
XVII. τῶν ἀναγινωσκομένων	. . . .	τῶν ἀναγινωσκομένων

NOSTRA HAEC EDIT.	MS. MEIBOMII.	EDIT. VENETA.
Lib. II.	ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤ.	ΤΜΗΜΑ Β.
ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.	. . . .	. . . . . .
☩. 1. γυπονίας	. . . . . .	γεωργίας.
5. δίζεο	. . . . . .	δίζεαι
6. Ἐρᾶν	ἐρᾶν	. . . . . .
6. τοῦ ἐρᾶν	. . . . . .	αὐτῷ.
7. μέλοι	μέλει	μέλει.
8. ζώειν	. . . . . .	ζῆν.
10. πέλει.	μέλει	. . . . . .
D. I. γίγνου	γίνου	. . . . . .
III. τέρψεις	. . . . . .	τέρψεαι.
V. τὰ πράγματα &c.	τὸ πρᾶγμά τε τὸν καιρόν τ' ἀνάλωσας δέοντα.	eadem habet Edit. Sed pro δέοντα eſt in ea δεοντ[illegible].
VI. φεῦγε ἀεὶ	φεῦγ' ἀεὶ . . .	. . . At Meibom.
	. . . . . .	cenſebat ſcribendum
	. . . . . .	φεῦγ' ἀεὶ
ναῦς.	. . . . . .	ἡ ναῦς.
VII. πρόστρίψεις	προστρίψῃ . . .	. . . . . .
σε	. . . . . .	γε
IX. ἀκιδνόν.	. . . . . .	ἄκιδνον.
X. νόεις	. . . . . .	νέοις
XI. νείκει	. . . . . .	νείκεσι.
τοῖσιν ἑταίροις·	. . . . . .	τοῖσιν ἑτέροις·
XIII. βλάπτῃ σε	. . . . . .	βλάπτει, φέρειν
μεν	. . . . . .	μεν
XIV. γελάσει	λήσει	. . . . . .
XV. Σκαιὸν	σκαιῶν	. . . . . .
μεμνῆσθαι	μεμνῆσθαι	. . . . . .
XVII. Ἔς τ'	. . . . . .	ἔς τ'
μένῃ	μένει . . .	. . . . . .
βαιῷ	. . . . . .	καιῷ
XVIII. γίγνου	γίνου	. . . . . .
ὅτε	ὅς γε	ὅς γε
XIX. τελέθουσι	τελέθουσιν	& ſic Ed. Ven.
XX. ἀπαγγέλλοντί	. . . . . .	ἐπαγγέλλοντί
XXI. γάρ τίς	τις γαρ	. . . . . .
τοῦδε πιόντος.	τοῦδ' ἐπιόντος	. . . . . .
XXII. Κοινοῦ	Κόινου . . .	κοινῷ
ἴσχε μῦθον·	. . . . . .	ἴσχε φίλον
χροτὸς	χροὸς . . .	& ſic Edit Ven.
XXIII. Εὐμενέει	. . . . . .	εὐμένει.
τοῖς τύχῃ	τοῖς δὲ τύχῃ	& ita Edit. Ven.
πᾶν, ὃ	, πᾶν ὃ	. . . . . .

	NOSTRA HAEC EDIT.	MS. MEIBOMII.	EDIT. VENETA.
XXV.	ἐνὶ	. . . .	ἐν
	ἰώσῃς.	ἰῶσαι.	. . . .
XXVI.	ὅτ]ι	ὅτι	. . . .
	κομᾶντα	. . . .	κυμᾶσαι
	τέ]με φαλά-κρῃ.	τέ]με φαλακρά.	τύχῃ φαλακρῇ·
XXVII.	τά τ' ἐόντα	. . . .	τά τε ὄντα
	ἐσσόμεν'	ἐσσόμενα	. . . .
XXVIII.	ὑγιαίνοις·	ὑγιαίνῃς·	. . . .
	τρυφῇ γε	τρυφῇ τε	. . . .
	ἐνεκτεῖν γε	. . . .	ἐνεκτεῖν
XXIX.	ἐξολιγώρει,	. . . .	ἐξωλιγώρει,
	τινὶ	ἐνὶ	. . . .
XXX.	μελεδόνων	. . . .	μελαιδόνων
XXXI.	νοῦς μερόπων γὰρ ἆ β.	νοῦς γὰρ μερόπων ἀ β.	. . . .
Lib. III.		**ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ.**	**ΤΜΗΜΑ Γ.**
℣. 3.	ἀποίσεαι·	. . . .	ἀποίσαις·
4.	ἐξαθερίσσεις.	ἐξαθερίσσῃς.	ἐξαθερίσεις
D. I.	παύσῃς·	παύσῃ·	. . . .
		Diſt. hoc 1. in MS. erat poſt verſ. Praef. 2.	. . . .
II.	Omiſſum a Planude.		
D. III.	μύθων	μύθου,	. . . .
	ἑκάστου;	ἑκάστων.	. . . .
IV.	σεῖο	σεῖο	. . . .
V.	δ' ἡ	. . . .	δὴ
VI.	ασθενέος	ἀδρανέος	. . . .
VII.	ταῖς φροντίσι	σέο φροντίσι	. . . .
	φίλος	φίλον	φίλος
	ὀντιναοῦν	ὀντινοῦν	ὀντιναοῦν ſcrib. Meib.
VIII.	ἆυθι γελάσσῃ.	ἆυθι γελάσῃ.	ἆυθις γελάσσειε
IX.	πινάκεσσιν,	πινάκεσσι·	. . . .
	ἐπακούῃς.	ἐπακούοις	. . . .
X.	ἴοι ποτὶ	ἴῃ ποτὶ	ἴοι ſed deeſt ποτὶ
	Σμικρολόγος	. . . .	σμικροπόρος
XIII.	ἀγάγῃς	ἀγάγῃ	. . . .
	φέρειν,	φερειν·	. . . .
	ἀνάγκην	. . . .	ἀνάγκη
	ἐπαχθῆ περ	μιν, επαχθῆ	. . . .
XIV.	τῷ πολλῶν	τῶν πολλῶν	. . . .
	τίκ]ε γε	τ:π'τε	τίπτέ γε
XV.	ἀπειπῶν.	ἀπειπών.	. . . .

NOSTRA HAEC EDIT.	MS. MEIBOMII.	EDIT. VENETA.
XVI. ζηλῶν	ζηλοῦν	ζηλῶν
XVII. περὶ θεσμὸν	παρὰ θεσμὸν	. . . .
XVIII. Ἦν	. . . .	Κἂν
σαυτῷ σὺ ἴδιος	σαυτὸν σοί τινα	σὺ pro σοὶ
δικαστήν.	δικαστῇ	
	Hoc Diſt. in MS. legebatur ante XVII.	
XIX. λέγουσιν.	. . . .	λέγουσι,
XX. λόγον.	. . . .	λόγους.
XXII. ἀπλήστως.	ἀπλείστως	. . . .
τῶν σῶν γὰρ	τῶν γὰρ σῶν	. . . .
ξεῖνα	. . . .	ζεῖα
XXIII. ἐστί.	ἐστίν.	. . . .
XXIV. . . .	Totum hoc Diſtich. deeſt in MS.	
XXV. πρόσχρου, ἐθέλων	πρόσχρουε θέλων	πρόσχρου ἐθέλων
LIB. IV.	ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.	. . . .
ψ. I. Ἀσφαλία	Ασφαλία	ἀσφαλία
3. παραιφασίης	παραιφάσιας	παραινέσεις
ἀναγινώσκοις	ἀναγινώσκεις	ἀναγινώσκοις
4. δήεις	δάεις	δήεις
D. I. ἐθέλῃς	. . . .	ἐθέλεις
ἐελδόμενος	. . . .	ἐλδόμενος
ἀπαιτῇ.	ἐπαιτεῖ	ἀπαιτεῖ
II. ἐπιλείψει	ἐπιλείψοι	. . . .
ἐς	εἰς	ἐς
κατεπείξει,	. . . .	κατεπείγῃ.
III. Μή τι	. . . .	Μή τε
IV. ἀπόλειπε	ἀπόειπε	. . . .
V. χρόα	χαρακτῆρα	χρόα
VI. μυστοπόλοιο	μυστηπόλοιο	μυστοπόλοιο
χαλωομένοιο	. . . .	χολωμένοις
VII. φύλασσε ἐκεῖνα	φυλάσσεο κεῖνα	. . . .
τοῦ κέρδεος	. . . .	σοῦ κέρδους
VIII. δύνῃ	. . . .	δύνῃ τινὶ
αἰτίζοντι	. . . .	αἰτίζοντί σε
ἐν ῥέξαι	γὰρ ἐν ἔρξαις	ἔρξαι
IX. λυμαίνειν.	. . . .	λυμαίνει.
X. κυθείρης,	. . . .	κυθείρεις,
λοιμῷ	. . . .	λοιμοῖ.

NOSTRA HAEC EDIT.	MS. MEIBOMII.	EDIT. VENETA.
XI. . . .	Sequentia Diſt. usque ad XXV. deerant in MS.	. . . . . .
δεῖμον,	. . . . . .	δείμων.
Ἐν	. . . . . .	Ὀν
XII. συμπεριφράττει,	. . . . . .	περιφράττει.
ἐν φρονέειν	. . . . . .	ἐυφρονέειν
XIV. πλαίσεις	. . . . . .	πλαίων
ἐιν	. . . . . .	ἐν
XV. ἦτω	. . . . . .	ἔτω
XVI. κερδηθεῖσι κοινπίης	.	κερδιθεῖσι φιλοκερδὲς
ὄνειδμα	. . . . . .	ὄνομα
XVII. κραδίηθε	. . . . . .	κραδίηθεν
XVIII. νόα	. . . . . .	νοΐ
XIX. ὄττι	. . . . . .	ὅτι
XXI. ταῖς	. . . . . .	τὰς
XXII. πότμον·	. . . . . .	πότμον.
ὄιδε	. . . . . .	εἶδε
XXIII. πρῶτα	. . . . . .	πρῶτον
ἐν	. . . . . .	ἂν
XXV. δοκιμάζεις	. . . . . .	δοκιμάζοις
XXVI. Ἐν	. . . . . .	Ἐν
Ἔμπαλι	. . . . . .	Ἔμπαλιν
δὲ τὰ	. . . . . .	τὰ abeſt. τὸ δὲ
μελέτη, σοφίη γὰρ ἀέξει·	μ. γὰρ σοφίην ἀ. . . hinc conjicit Meib. forſ. leg. ut eſt in noſtra Edit.	μ. γὰρ σοφίην ἄξει
XXVIII. φειδόμενος·	. . . . . .	φειδομένως·
ἦεν	. . . . . .	ὄεν
XXIX. αἰσχυνθῇς	. . . . . .	αἰσχυνθεὶς
XXXI. Τοὺς θυμοῦ	τοῦ θυμοῦ	. . . . . .
XXXII. δυσπραξίαν	δυστυχίην	. . . . . .
ἔπλετο	. . . . . .	ἔπλεο
XXXIII. ἐπιχείρει·	. . . . . .	ἐπιχείρει·
ἄπτεσθαι	. . . . . .	ὅπτεσθαι
λαῖφος	. . . . . .	λίφος.
XXXIV. ἐρίσσης·	ἐρίσῃς·	ὀνίσσης·
XXXV. σοι ἔχειν	σε ἔχειν	σ' ἴσχοντ'
ἀπολαῦσαι.	ἀπολέσαι	. . . . . .
XXXVI. ἐπαχθὲς	. . . . . .	exſulat ab Ed. Ven.
XXXVII. ἔσπεται	. . . . . .	ἕπεται

NOSTRA

NOSTRA HAEC EDIT.		MS. MEIBOMII.	EDIT. VENETA.
XXXVIII.	θυίεσσι	θύεσσι	θυέεσσι
	μηδέ μιν	μὴ δέ μιν	. . .
	σφαδίοισι.	σφαδίοισι.	σφαδίαις
XXXIX.	ὕπεικε	. . .	ὑπεῖκε
	Ἤ γε	Ἤ τε.	. . .
	ὀνῆναι.	ὀνῆναι,	ὀνῆναι.
XL.	ἁμαρτήσῃς	ἁμαρτήσῃς	. . .
XLI.	πουλυχρο-	. . .	πολυχρονίου
	νίοιο	. . .	. . .
	κεῖνος	. . .	καὶ κεῖνος
	μνάεο τῶν	. . .	μέμνησο τῶν πρὶν
	πρὶν	. . .	. . .
	ὀμήρων.	. . .	ἐκείνων.
XLII.	τῆς ἀρχῆς	. . .	τῇ ἀρχῇ
XLIV.	ἀνύσσῃς	ἀνύσῃ	. . .
	καλεῖς	καλῇς	καλεῖς
	ἐπίσω.	ἐπίσω.	. . .
XLV.	Μηδὲ	Μὴ δὲ	. . .
	ἂν	. . .	ἢν
	ἐξαθέριζ-	ἐξαθερίσῃς.	ἐξαθερίσῃς.
	σαις.	. . .	
XLVII.	Πτωχὸς	. . .	Πτωχὸν
XLVIII.	φεῦγε δὲ τ. α.	φεῦγε τὴν α. forſan addendum δὲ ait Meibom.	φεῦγε τὴν α.
XLIX.	Θαυμά- σαις	Θαυμάσῃς	. . .
	ἐπίεσσι	[illegible]	. . .
	νοῦ.	. . .	abeſt ab Edit.

Sequebatur in eodem MS.

Κεφάλαια ἠθικὰ καὶ διδασκαλικὰ, τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου πατρὸς ἡμῶν Νείλου ἐπάρχου χρηματίσαντος ἐν Κωνσταντινουπόλει, μεγάλου φιλοσόφου, καὶ ἀσκητοῦ μουσικωτάτου, ἐν μέτρῳ ἡρωελεγείῳ συντεθέντα.

MARCI

MARCI ZUERII BOXHORNII

DE

D I S T I C H I S,

QUAE SUB CATONIS NOMINE
CIRCUMFERUNTUR,

D I S S E R T A T I O.

CLARISSIMO ET ERUDITISSIMO

VIRO,

JANO BODECHERO BENNINGIO,

COLLEGAE SUO CONJUNCTISSIMO

MARCUS ZUERIUS BOXHORNIUS

S. D.

TEndit ad te, Vir Clariſſime, Diſſertatio haec noſtra, unius aut alterius horae opus, ſed comparata tamen ad ſubvertendam ſententiam, qua jam dudum & noſtra & Patrum memoria plerique Eruditorum fuere occupati. Diſticha quae ſub Catonis nomine circumferuntur, aeſtimio ſuo & loco movere conamur. Quod quam feliciter a nobis factum, judicii tui eſto; qui praeter accuratam omnis Philoſophiae cognitionem, cujus prima cura in Academia noſtra merito tuo tibi eſt delata, humaniorum etiam litterarum ſcientia, quae apud tuae Profesſionis homines raro invenitur, pectus tuum & ſerio & feliciter imbuiſti. Quod & ea probant, quae in vulgus jam emiſiſti, & brevi editione Poëmatum tuorum, quibus antiquas & cordatas omnes Veneres complexus

es, aliiſque, quae premi a te ſcio, amplius probandum exſpectamus. Unicum jam rogo, ne qualecunque hoc officium noſtrum aſperneris, quod quidem indignum te, ſed in majus poſtea augendum publice hic & candide voluimus profiteri. Vale. Raptim, domi meae, Kal. Jan. CIↃ IↃ C XXXVI.

MARCI

MARCI ZUERII BOXHORNII
DE
DISTICHIS,
QUAE CATONIS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,
DISSERTATIO.

DEcreſcente ſimul cum imperio eruditione Romana, duo potiſſimum ſplendorem ejus afflixerunt. Nam & clariſſimorum hominum ſcripta, quae priſcae cordataeque elegantiae omnis atque ſcientiae faciem ſine fuco nobis potuiſſent repraeſentare, &, niſi ſequuta eſſent tam maligna tempora, ſupereſſe poterant in omnium ſaeculorum aeternitatem, ſocordia ad tam praeclara faſtidientium intercidere, & praeterea etiam a ſemieruditis quibusdam, ſubinde omnino barbaris & ineptis, quaedam vetuſtis Scriptoribus aſſuta, quae non tantum antiquitate ipſa, ſed quovis, qui primordia tantum deguſtaſſet bonarum literarum, plane erant indigna: adeo ut primae auguſtaeque eruditioni injuriam illatam ſolummodo poſſent teſtari. Quod adhuc quotidie experimur, & in maximos errores conjecit noſtra & Patrum memoria primi nominis Eruditos, qui & deteſtabili hoc fuco, & titulis, qui inania vocabula praeferebant, & judiciis aliórum, qui non tam jùſtam rationem, quam ſtuporem ſuum ſequuntur, miſere decepti, antiqua, bona, erudita credidere, quia oſtentabant nomen antiquitatis, quae frivola, inepta, ex meris ſoloeciſmis conflata, & diligenter excuſſa, cumque veteris aevi venuſtate comparata, tantum ejus deſiderium, & ejuſcemodi nugarum liberale taedium animis legentium poſſunt ingenerare. Si quis injurius in Principis ſui majeſtatem, affingat ei litteras, quas ab eo non accepit, expiando ſceleri ſubjicere ſecuri debeat

beat funeſtiſſimum caput; quid cum illis agendum cenſebimus, qui aliena & ſtolida affingunt illis, penes quorum monumenta ſtat Principatus litterarum, ex quorum norma & loqui & ſilere debemus? Certe non effugient, quamdiu guſtus aliquis eruditionis, quin tanquam falſarii antiquitatis habeantur, & ſuppoſititia eorum ſcripta, tanquam adulterina, & abortus infelicium ingeniorum proſcribantur. Perſuadeant, quod volent, hominibus ſui ſimillimis, fungis meris & miſerae juventutis ad imperitiam paedagogis; iis, qui antiquorum in ſcribendo ſimplicitate & Venere ſunt imbuti, qui nihil temere credunt, & recto judicio ad legendos Autores accedunt, nunquam palpum obtrudent. Aliter his catuli olent, aliter ſues. Non inſtitui omnia, quae huc faciunt recenſere. Actum enim agerem, cum jam pleraque communibus ſuffragiis exploſa ſint ex cavea Eruditorum. De Diſtichis moralibus, quae Catoni olim, & noſtro ſaeculo veteri alicui & Latiniſſimo Autori à doctiſſimis Viris adſcripta, nonnihil diſſerendum ſuſcepi, ut hallucinationem, ne quid gravius dicam, ſecus judicantium candidis omnibus rerum aeſtimatoribus ſemel approbarem. Intererit Reip. litterariae, gnomologicum hoc poëma loco, quem a maximis Viris accepit, tanquam injuſtum poſſeſſorem, moveri, & ad infima fere barbarorum ſubſellia damnari. Mirabuntur, ſcio, multi ſententiam hanc & atrocem adeo, & novam; ſed faxo ego, ut hac diſſertatione omnibus, qui pertinaces eſſe nolent, veritatem ejus liquido exponam. De Autore Diſtichorum variis jam olim ſententiis eſt certatum. Dionyſium Catonem laudant Simeonis Boſii veteres membranae, quas citat illuſtris Scaliger, quarum inſcriptio erat, DIONYSII CATONIS DISTICHA DE MORIBUS AD FILIUM. In codice Melchioris Goldaſti (de quo vide Cl. Barthium in Adverſariis, & Animadverſionibus ad Claudianum) Octavianus nominatur. Eſt penes me vetus liber, in membrana exaratus, in cujus praefatione Gloſſematum Autor de horum Diſtichorum Scriptore agens meminit cujusdam Tullii & Johannis Clothomii, hominum Chriſtianorum, quorum alibi, quod ſciam, mentio non exſtat. Verba ipſa apponam. Poſtquam de utroque Catone, Cenſorio atque Uticenſi egiſſet Gloſſator, atque neu-

neutrius eorum eſſe confirmaſſet, *Alii dicunt*, inquit, *quod Tullius, qui jam erat ad fidem converſus, hoc opus compoſuerit; ſed quia non audebat fateri nomen Chriſtiani, adſumſit nomen gentilis & fecit ſe Catonem appellari. Alii vero dicunt, quod quidam vir relligioſus ad inſtitutionem humanae vitae opus iſtud compoſuit. Quidam dicunt, quod Johannes Clothomius hoc opus conſcripſerit.* Satis mihi eſt gloſſas iſtas bona fide exhibuiſſe. Videant quid elicere poſſint Eruditi. Baptiſta Pius, quem ſuis temporibus cymbalum inanis juventutis fuiſſe judicat Scaliger, Diſticha Catonis Auſonio adſignavit. Quod Lib. II. Auſonianarum Lectionum Cap. XXXII. ſtrenue ridet atque exſibilat idem Scaliger. Nec ſine cauſa. Comminiſci enim non poſſum, quid Baptiſtam in hanc ſententiam impellere potuerit. Forſan ſub calcem codicis antiqui, qui Auſonii opera complectebatur, Diſticha haec exarata invenit. Quemadmodum Sulpiciae Satyra adverſus edictum Domitiani, de expellendis urbe Philoſophis, aliaque aliena, eodem loco olim legebantur. Sed nemo mediocriter Eruditorum ignorare poteſt, quomodo veteres librarii ejusdem argumenti ſcripta uno volumine conjungere aſſueverint: Unde facile factum, ut poſtrema opuſcula, non expreſſis Autorum nominibus, quemadmodum ea ſaepe in antiquis codicibus praetermitti ſcimus, prioris & potiſſimi operis Scriptori ſint attributa. Vellem autem, illuſtris Scaliger in ſua adverſus Pium Diſſertatione, quam proxime indicavi, inter caeteras rationes, quibus probare nititur, & omnino probat, Auſonium Auctorem non eſſe Diſtichorum, hanc praetermiſiſſet, quod Auſonius ſerio Chriſtianus fuerit, Diſticha autem haec erroribus gentilium inſigniter ſint delibuta. Idque, ait, ex multis illius opuſculi partibus poſſe comprobari. Et in ſuis ad eadem Diſticha Animadverſionibus ethnicum gnomologum nominavit. Neſcio certe, quare magno Viro id viſum. Aliter ego ſentio, & omnino credo Autorem fuiſſe Chriſtianum. Id jam olim perſuaſum ſatis apparet ex gloſſis antiquis, in quibus magnam Diſtichorum partem ex libris ſacris, praeſertim Eccleſiaſte, deſumptam eſſe, adductis teſtimoniis confirmatur. Noſtrae, quas jam laudavimus, Auctorem Chriſtianum eſſe diſertim aſſeverant. Certe

Phraſiologiam ſacram ubique obſervamus. Statim inter monita, quae in limine opuſculi leguntur; *Cum bonis ambula.* Ambulare hic converſari eſt, & ſic paſſim utitur vetus Sacri Codicis Interpres. Nec aliter Lib. II. Diſticho IX.

Nolo putes pravos homines peccata lucrari,
Temporibus peccata latent, ſed tempore parent.

Lucrari peccata hoc loco nihil eſt aliud, quam non tantum non poenam, ſed etiam commodum atque emolumentum ex peccatis reportare. Quam phraſin Chriſtianam eſſe, quis non videt? Paſſim legas Chriſtum fratres, caelum lucrari. Primum Diſtichorum.

Si Deus eſt animus, nobis ut carmina dicunt,
Hic tibi praecipue ſit pura mente colendus.

Expreſſum ſine dubio ex verbis Servatoris noſtri: Πνεῦμα ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτῷ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. *Deus eſt ſpiritus, & adorantes eum in ſpiritu & veritate adorare oportet.* Praeterea ſortilegia diſertim damnat Auctor Diſticho XX. Lib. II.

Quid Deus intendat, noli perquirere ſorte,
Quid ſtatuat de te, ſine te deliberat ipſe.

Per ſortem hic intelligit κληρομάντειαν. Qua quemadmodum imprimis uſi ſunt pagani, ita omnino abſtinendum Chriſtiani ſemper cenſuere. Quod plurimis Conciliorum canonibus, & Pontificum decretis poteſt comprobari. Videantur, qui de ſortilegiis inter Chriſtianos ſcripſere. Somniorum etiam vanitas indicatur Diſticho XXXII. ejusdem Libri:

Somnia ne cures. Nam mens humana quod optat,
Dum vigilans ſperat, per ſomnum cernit id ipſum.

Sic quidem vulgo legitur. Mihi certum eſt, reſcribi oportere;

Somnia ne cures. Nam mens humana quod optat,
Dum vigilat, ſpectat per ſomnum ſemper id ipſum.

Sic commodus ſenſus erui poteſt, quem in vulgata lectione deſideramus. Pro *vigilans*, *vigilat* habet liber noſter MS. Jam autem in divinationibus ex ſomniis incredibile dictu eſt, quam ſuperſtitioſae fuerint nationes. Paſſim ejus rei exempla atque teſtimonia occurrunt apud antiquos Auctores, quae ab aliis diligenter obſer-

obſervata, hic repetere non eſt neceſſe. Porro quae de non caedendis victimis non ſemel hic inculcat Auctor, Chriſtianum eum fuiſſe, & a ſacrificiis gentium longe alieniſſimum ſatis probant. Sic Diſtic. xv. Lib iv.

Quum ſis ipſe nocens, moritur cur victima pro te?
Stultitia eſt morte alterius ſperare ſalutem.

Melius, purius non loqueretur ſummus aliquis fidei noſtrae conſultus. Nec aliter ſe habet Diſtichon xxxix. eodem Libro.

Thure Deum placa: vitulum ſine creſcat aratro;
Ne credas placare Deum, cum caede litatur.

Vellem legeretur, *Tute Deum placa*, hoc eſt, *Tu ipſe.* Et forſan ſic ſcripſit Auctor. Sed nihil adſeverare audeo. Interea tamen Thymiamata, praeſertim ex thure, in ſacris Chriſtianorum aliquando uſum habuiſſe, nemo ignorare poteſt, qui veteris Eccleſiae rituum cognitione eſt inſtructus. Nemo autem hic exiſtimet, latere me, Pythagoram etiam, ejusque ſectatores improbaſſe caedes victimarum. Sed dogmata eorum, inter reliqua gentilium Philoſophorum, quam maxime olim commendabant Chriſtiani. Quod neſcire non poſſunt, qui Patrum antiquorum ſeria lectione ingenium ſuum imbuere. Puto jam ſatis luculentis teſtimoniis a me probatum, aut omnino Chriſtianum, aut, ſi cui id nimium videatur, ſemichriſtianum fuiſſe horum Diſtichorum Conditorem. Semichriſtianos voco, qui aut ad Chriſtianam fidem amplectendam haud leviter nutabant, aut ea arrepta, nondum plane exuerant omnem gentium ſuperſtitionem, quales multi olim erant. Unde etiam factum, ut in vetere Eccleſia multi ritus fuerint uſurpati, qui a paganis derivati eorum ineptias adhuc redolebant. Quod ipſum pluribus hic excutere ſuperſedeo, quia in commentario noſtro Quaeſtionum Romanarum pluribus indicamus. Atqui, inquit Scaliger, multa in his Diſtichis erroribus gentilium delibuta continentur. Certe mihi omnia diligenter iterum & iterum evolventi nihil tale eſt compertum. An Paganus eſt Auctor, quia hominem prudentem imitari vult illum Deum, qui partem utramque aſpicit, id eſt, Janum? Profecto, ſi valeat haec ratio, pro Paganis habendi ſunt plerique Chriſtianorum Poëtarum, &

& nos ipſi, qui ejusmodi loquendi rationes quotidie uſurpamus. An paganus eſt Auctor, quia vult pareri Fortunae? Quaſi vero *Fortunae* vocabulum commodo & recto ſenſu ex Chriſtiano homine non poſſit audiri. Magnus Eraſmus, ille noſtras, Scriptorem, de quo agimus, a fide noſtra averſum fuiſſe conatur oſtendere ex Diſticho XIV. Lib. III. quod ita habet;

Uxorem fuge ne ducas ſub nomine dotis,
Nec retinere velis, ſi coeperit eſſe moleſta.

Ad quae verba ita commentatur Eraſmus: *Cave ne ducas uxorem dotis cauſſa. Et ſi duxeris dotatam, ne dotis reſpectu eam retineas, ſi tibi gravis ſit: ſed, contempta dote, repudies. Quanquam id apud Chriſtianos non babet locum.* Certe ſimpliciter hoc vult: Noli dotis ſolius gratia uxorem ducere. Ne poſtea, moleſtam tibi factam, relinquere velis, & non poſſis. Quod nihil adverſum fidei Chriſtianae habet. Fixum igitur eſto, Chriſtianum hunc Auctorem fuiſſe. Reſtat, ut videamus, ſitne tam elegans, Latinum, accuratum Gnomologicum hoc opuſculum, ut volunt Eruditi. Dixi tantum ab ea laude abeſſe, ut ad infima fere Barbarorum ſubſellia debeat damnari. Judicium id mihi extorſere continua tautologia, & tam dictionis, quam rerum & rationum, quae adducuntur, ineptiae. Tautologia paſſim occurrit. Idem dicitur Diſtichis XVIII. Lib. I. & XXVII. Lib. IV. Nec aliter ſe habent XXII. Lib. I. & IV. Lib. II. & XXIV. Lib. I. & XVIII. Lib. II. Et quid opus eſt omnia ejusmodi exempla hic a me coacervari? Diligens Lector ipſe per ſe obſervabit. Satis mihi eſt indicaſſe. Id interea adſeverare audeo, ex quatuor Diſtichorum libellis, vix unum juſti numeri ſuperfuturum, ſi ſupervacuae omnes eorundem monitorum repetitiones tollerentur. Nempe mos hic poſterioris & inſulſi aevi Scriptorum fuit, ut non tam rerum, quam verborum copiam oſtentarent. Ineptiae partim in brevibus illis praeceptis, quae in limine leguntur, partim in ſingulorum Librorum praefationibus, partim in ipſis Diſtichis, hoc eſt ubique, tam quoad res, quam quoad verba; dominantur. In ſententiis praeliminaribus mera confuſio, merum chaos, nihil magnificum, nihil erectum. Atqui dicat aliquis, praecepta ſunt, quae aeta-

aetatem puerorum decent, ad quos diriguntur. Fateor, pueros alloquitur, cum inquit, *Trocbo lude.* Sed ſpectat ad maritum, *Conjugem ama*, ad patrem, *Liberos erudi*, ad Judicem, *Patere legem, quam ipſe tuleris*, ad militem, *Pugna pro Patria.* Quae qui a pueris praeſtanda exiſtimat, nae ille aetates omnes confundit, & ipſum naturae jus evertit. Mitto praecepta mutila & hiantia, & imperfecta, & parum Latina. Quaeſo, quid ſibi vult poſtremum omnium, *Libenter ferto amorem?* Si hoc velit, *Gratum tibi ſit ab aliis amari*, ſupervacuum eſt praeceptum, quod quisque ſeipſum docet. Si autem intelligit, *Libenter ama*, Latinum vix erit, certe ambiguae ſententiae, *ferre*, pro *deferre amorem.* Praefationes quod concernit, illa quae praefixa Lib. II. non video quomodo ad rem faciat. An non ineptirem, ſi amorem rei militaris filio inſtillaturus ſic ordirer: Si gulae tuae proſpectum voles, fili, lege Caelium Apicium, ſummum medicinae adulatricis artificem. Si ad ſtruendas aedes magnificas animum tuum appellere decreveris, ea evolve, quae Vitruvius de architectura veterum conſignavit. At vero ſi ad militiam te componas, conſule Vegetium, Frontinum, aliosque, qui de militia & ſtratagematis veterum praeclara multa prodidere. A riſu abſtinere non poſſum, dum haec ſcribo. Idem tamen Cato eo, quem dixi, loco agit. Cur Georgicorum Virgilii, Botanologiae Macri, Pharſalidos Lucani, Naſonis amorum mentionem facit; de cordatis vitae morumque praeceptis acturus? An non ineptus eſt verſiculus eadem Praefatione,

Si quis amare velis, vel diſcere amare legendo,

An non putidum eſt, ibidem verſu antepenultimo legere;

Ut ſapiens vivas, audi quae diſcere poſſis.

Et ultimo verſu idem repetere,

Ergo ades, & quae ſit ſapientia diſce legendo.

Reliquorum Librorum Praefationes non tam libros, quibus praefixae ſunt, quam totum Opuſculum concernunt. Quod non poteſt non reprehendere, qui ſolido judicio inſtructus ad legendum accedit. Jam autem in

ipſis Diſtichis quam multa ſparſim occurrunt, quae, ſine ratione prolata, Latinas purgatasque aures merito offendere deberent. Omnia, quae pro me ſtare video, jam referre, otium meum non patitur. Potiora ſi breviter excuſſero, quis judicio meo aſſenſum non praebebit? Lib. I. Diſt. v.

Si vitam inſpicias hominum, ſi denique mores,
Cum culpas alios, nemo ſine crimine vivit.

Vix video, quid ſibi velit. Sententia & conſtructio omnino eſt inepta. Nec aliter ſentio de Diſticho xxxv. ejusdem Libri,

Ne dubita, cum magna petas impendere parva:
His etenim rebus conjungit gratia caros.

Ergo ſummum, ſi Diis placet, amicitiae vinculum eſt, petere magna, & parva praeſtare. Diſticho xxxix. *labor in damno eſſe* dicitur, pro, laborare in damno reſarciendo. Obſcura eſt dicendi ratio: Et quis Latine ſic loquitur? Diſticho xi. Lib. ii. legitur,

Cui ſcieris non eſſe parem te, tempore cede.
Victorem a victo ſuperari ſaepe videmus.

Verſiculus ſecundus nihil cum priori commune habet, cum tamen rationem ejus reddere velle videatur. Diſticho xiv. ejusdem Lib.

Invidiam nimio cultu vitare memento,

ſcio quid velit, nimio ſcilicet cultu invidiam non debere provocari; ſed an non ita loquitur, ut contrarium facilius intelligi poſſit? Memento per nimium cultum invidiam vitare. Neſcio quomodo concoquere haec potuerint Eruditi. Quam inſulſus etiam verſiculus prior Diſt. xxx.

Noli tu quaedam referenti credere ſemper,

quaedam hic ſtolide ponitur. Pro eo, *multum*, fuerat dicendum. Diſticho xxx. quis ferat illud,

Sit tibi praecipue, quod primum eſt, cura ſalutis.

Praecipue, &, *quod primum eſt*, nunquid idem ſignificant? idem videbis Diſt. vii. Lib. iii.

Segnitiem fugito, quae vitae ignavia fertur.

Aſinina tautologia eſt. Quid putidius ſingi poteſt, quam

quam Diſtichon v. Liv. iv. ſi recte ſe habeat lectio vulgata:

Dilige denari, ſed parce dilige, formam:
Quam nemo ſanctus nec honeſtus captat ab aere.

Quid eſt, parce diligère denarii formam, eamque neminem ſanctum vel honeſtum ab aere captare? Scio vulgo ſic exponi; Prudentis eſſe amare pecuniam, quoad uſum; ſtulti vero eſſe & avari, pecuniam amare, ut forma ejus atque ſpecie oculi tantum paſcantur. Praeclara quidem ſententia, ſed quomodo ea ex verbis Diſtichi elici queat, nondum video. Forſan tamen ſtupor hic non tam Auctori, quam deſcriptoribus debet imputari. Facile crediderim, primitus ita ſcriptum fuiſſe:

Dilige denarium, ſed parce dilige. Famam
Nam nemo ſanctus vel honeſtus captat ab aere.

Denarium habent omnes Libri MSS, etiam noſter. Primus Scaliger reſtituit *denarii*, nempe formam, non alia de cauſſa, quam quia ſecunda in *denarius* produci debet. Sed ea emendatione non eſt opus. *Denarium* hic triſſyllabon eſt, per licentiam poëticae contractionis. Cujusmodi exempla apud alios, etiam caſtigatiſſimos, Auctores exſtant. Quidquid ſit, nihili eſt, quod vulgo legitur. Atque haec e multis pauca. Caetera ingenio & judicio legentium remittimus, & ſatis nos pro ſententia noſtra dixiſſe exiſtimamus. Non tamen inficias eo quaedam, ſed valde pauca, bona, acuta in hoc opuſculo exſtare. quae facile eſt a reliquis diſcernere, & credibile eſt multa talia antiquitus Catonis nomine fuiſſe evulgata, quae jam periere. Et ſic factum, ut ejus meminerit vetus ſcriptor Vindicianus, Comes Archiatrorum, in Epiſtola ad Imperatorem Valentinianum, ubi ait, quendam oculorum rheumate laborantem, flentem, & gementem illud Catonis ſaepe repetiiſſe:

Corporis auxilium medico committe fideli.

Vulgo, ſed male, pro *auxilium*, *exigua*, legitur. Et Catonis ſententias in ore omnium fuiſſe, vel ſola Sulpiciae Satyra teſtari poteſt, in qua inter alia dicitur,

Quos inter priſci ſententia dia Catonis.

Cre-

Crediderim uno libello eas olim fuiſſe comprehenſas. Sed poſtea inepti homines, cum quae bona non aeſtimarent, quia non didicerant, quae bona, more ſuo corrupere, ſubſtituentes ſua, meras febres & oſcitationes. Quod hac extemporanea Diſſertatione indicandum cenſuimus. Si cui tamen ſecus videatur, judicium per me quidem integrum ipſi eſto. Aliorum enim inſaniam tollere non poſſum, ſed volui caſtigare.

FINIS.

HEN.

HENRICI CANNEGIETERI

RESCRIPTA BOXHORNIO

DE

CATONE,

IN QUIBUS DE NOMINIBUS,
AETATE ET STILO DIO-
NYSII CATONIS.

VIRO

CELEBERRIMO ATQUE ERUDITISSIMO

CAROLO ANDREAE DUKERO

S. D.

HENRICUS CANNEGIETER.

UT M. Zuerius Boxhornius, V. C. Janum Bodecherum Benningium, V. C. ſic ego Te, VIR CELEBERRIME, in cauſſa Dionyſii Catonis, damnati ab illo, a me adſerti, arbitrum capio, honoris amplitudine ac dignitate non hoc inferiorem, eruditionis autem & recti judicii laudibus ſuperiorem, ut puto. Ut adeo ſententiam tuam, ſi vivat, nec debeat aut velit refugere Boxhornius, neque alium diſceptatorem deſiderare ipſe Cato. De me quidem fateor, Tuis Virtutibus, quibus judicem in ejuſmodi negotio commendari novimus, integritate, fide, ſapientia atque admirabili doctrina ita eſſe commotum, ut tum demum non inepte quidquam dixiſſe, aut ſcripſiſſe videar, ubi illud Tibi placuerit. Et haec ipſa cauſſa eſt, qua inpulſus benevolentiam Tuam quavis inpenſa olim mihi conciliare ſtudui. Neque etiam difficulter eam ſum conſecutus, ſiquidem intellexi, induſtria atque honeſta voluntate nihil

hil Tibi carius eſſe. Imo voto meo res major eſt viſa, poſteaquam perſpexi, in aequa amicitiae jura me a Te recipi. Quem autem adoleſcentulum quondam ſuſcepiſti, eum per tempora, quae ſunt conſecuta ita es tuitus, ut nec inclinatior aetas tua, quae ſtudia hominum omnium refrigerare ſolet, de Tuo in me ſtudio quidquam inminuerit.

Hujus in me Animi monumentum exſtare volui. Tenue autem, fateor, atque exiguum eſt hoc, quod Tibi ſtatuo, ſi Meritorum Tuorum magnitudinem reſpicio. Nam Dionyſium illum Catonem, quem fidei Tuae committo, per ſe Tibi vilem videri aut contemnendum, non arbitror. Imo vero perſuaſum mihi eſt, eo illum apud Te loco ſtare, quo ſtetit olim apud ſummos Viros, Joſephum Scaligerum, Deſiderium Eraſmum, atque illos omnes, qui non opinione vulgi, ſed ex vero ingenia aeſtimare didicerunt. Madidane autem in nonnullis fuerit Boxhornii memoria, cum Diſſertationem de Catonis Diſtichis deproperaret, nemo Te peritius judicabit. Scis, quae de madida memoria illius luſerit olim Amicus ejus & Cognatus Joannes Iſacius Pontanus V. C. cum is Catulli verſum Martiali acceptum retuliſſet. Acriorem forte in contentionibus his, quae mihi cum Doctiſſimo viro ſunt factae, deprehendes, nequaquam tamen acerbum aut aſperum; ſed & ita acriorem, ut nulla cupiditas, nullus fervor abſtraxerit animum ab officio, quod tanti viri Meritis & Manibus debetur. Haec contendendi ratio, qua es animi aequitate & moderatione, Tibi probabitur. Hunc Boni omnes volent. Neque illa unquam a Me detrectabitur. Vale.

ARNHEMIAE cIↄ Iↄ cc xxxv. A. D. IX. KAL. APRIL.

HEN-

HENRICI CANNEGIETERI RESCRIPTA BOXHORNIO DE CATONE,

IN QUIBUS DE NOMINIBUS, AETATE ET STILO DIONYSII CATONIS.

CAP. I.

Occaſio Suſcepti operis exponitur. Ratio tituli redditur. Boxhornii Diſſertatio de Auctore Diſtichorum. Quibus laudatus, quibus vituperatus ſit Dionyſius Cato. Boxhornii criminoſa in judicando celeritas notata.

DEcreveram ante Dionyſii Catonis Diſtichorum Libellos ex vetuſtis codicibus caſtigare, novisque notis inſtruere. Quod moleſte ferebam, praeſtabiles Latinae Linguae Scriptores omnes, in his regionibus, terſiores emendatioresque in lucem produci: ſolum autem hunc Catonem, utiliſſimorum praeceptorum Auctorem ſqualore & ſordibus obſitum jacere. Tanto autem moleſtius id ferebam, quod haec Praecepta, in plurimis ſcholis ab aetate rudi memoriae mandari videbam: cujus quanti interſit, optima quaeque & purgatiſſima haurire, prudentiſſimus Romanae juventutis Moderator docet Inſtitutionum Oratoriarum Libro I. Cap. I. *Natura*, inquit, *tenaciſſimi ſumus eorum, quae rudibus annis percipimus: ut ſapor, quo nova inbuas, durat; nec lanarum colores, quibus ſimplex ille candor mutatus eſt, elui poſſunt. Et haec ipſa magis pertinaciter haerent, quae deteriora ſunt. Nam facile mutantur in pejus: nunc quando in bonum verteris vitia? Non adſueſcat ergo, ne dum infans quidem eſt, ſermoni, qui dediſcendus ſit.* Verum mutandum mihi deinceps hoc conſilium fuit, poſteaquam curas alias, quibus urgebar, loci nihil Catoni relinquere ſenſi. Ne tamen inde adoleſcentium ſtudiis aliquid detrimenti adferretur, circumſpexi alium, qui rem a me deſtinatam ſuſciperet & perficeret. Opportune autem ἡ ἀγαθὴ τύχη nobis *Ottonem Arntzenium* obtu-

 tu-

tulit, cujus Eruditione atque induſtria ſemper ſum delectatus. Is ut oſtendit animum propenſum in Catonem hunc, lubens ad eum detuli, quidquid inſtrumenti, quidquid opis fuit ad illum ornandum. Memor etiam promiſſi, quo publice ſum devinctus, contexui hanc Diſſertationem, qua a calumniis & obtrectationibus M. Zuerii Boxhornii eum vindicarem. Haec vero ſunt illa Reſcripta Boxhornio de Catone, quae nunc oculis uſurpas. Rationem tituli (ſi & hujus ratio reddenda) nemo quaeret, qui Auguſti Librum, Bruto de Catone reſcriptum, cogitaverit; de quo Suetonius in Auguſto Cap. LXXXV.

Boxhornius ille Diſſertationem quondam edidit de Diſtichis, quae Catonis nomine circumferuntur, quae adjecta eſt Editioni Catonis, a Petro Scriverio caſtigatae. Scripta illa primum eſt ad Clariſſimum & eruditiſſimum Virum Janum Bodecherum Benningium, Collegam ſuum conjunctiſſimum Kal. Jan. cIↄ Iↄ cxxxvI. Mox eodem anno, ſed Aug. VIII. eandem Diſſertationem inſeruit Quaeſtionibus ſuis Romanis, Cap. XIV. quae deinde publicatae ſunt iterum a Graevio in Theſauro Antiquit. Rom. Tom. v. In ea contemte atque abjecte de Auctore Diſtichorum exiſtimat: nec decore admodum ſentit de illis doctiſſimis Viris, quibus Libellus hic laudatus unquam fuit. Idque potiſſimum operam dat, ut puerorum non tantum, ſed hominum omnium manibus ineptiſſimum miſerandi hominis foetum excutiat. Verum ne crimina dictis exaggerare videar, ipſa Clariſſimi Viri verba adſcribam. Ita autem praefatur ad Janum Bodecherum. *Tendit ad te Te, Vir Clariſſime, Diſſertatio haec noſtra, unius, aut alterius horae opus, ſed comparata tamen ad ſubvertendam ſententiam, qua jam dudum & noſtra, & Patrum memoria, plerique Eruditorum fuerunt occupati. Diſticha, quae ſub Catonis nomine circumferuntur, aeſtimio ſuo & loco movere conamur.* Iterum ſub initio Diſſertationis, poſteaquam graviter queſtus eſt de injuria nonnullorum, qui priſcis Scriptoribus aliena & indigna ſuppoſuerunt, ita pergit. *De Diſtichis Moralibus, quae Catoni & noſtro ſaeculo, veteri alicui & Latiniſſimo Auctori, a doctiſſimis Viris adſcripta, nonnihil diſſerendum ſuſcepi, ut hallucinationem, ne quid gravius dicam, ſecus judicantium, candidis rerum ae-*

ſtima-

ſtimatoribus ſemel approbarem. Intererit Reipublicae Litterariae Gnomologicum hoc poema, loco, quem a maximis Viris accepit, tanquam injuſtum poſſeſſorem, moveri, & ad infima fere Barbarorum ſubſellia damnari. Nihil repono his, nihil etiam per me detractum volo de laudibus Boxhornii: Quisque eas ex ſuo arbitrio aeſtimet. Hoc tamen dico, melius illum conſulturum fuiſſe famae & opinioni, ſi in Scriptorem hunc, & illos, qui de eo bene meruerunt, aut laudes ejus praedicarunt, clementius conſuluiſſet. In horum numero fuerunt Laurentius Valla, Erasmus, Joſephus Scaliger, Petrus Pithoeus, Viri me hercle extra omnem ingenii aleam poſiti. Alia Nomina magna, quibus placuit hic Cato, longo ordine Daumius recenſet in ſua Editione. Tu autem vide, an dignos exiſtimes, quos illis opponas, Boxhornium, & quem Boxhornio comitem dat unum, Joannem Zehnerum. Addo ipſe Joannem Saubertum de Sacrificiis Cap. 1. His non mediocriter diſplicuit hic Cato. Cauſſas expoſuit Boxhornius. Is autem non teſtibus, non auctoritatibus rem hanc diſceptari vult, ſed argumentorum pondere. Addit enim: *Mirabuntur, ſcio, multi ſententiam, & atrocem adeo, & novam; ſed faxo ego, ut hac Diſſertatione omnibus, qui pertinaces eſſe nolent, veritatem ejus liquido exponam.* De ſententiae veritate nihil nunc dico, de ea tum videbimus, ubi rationum momenta expenderimus. Celeritatem autem in proferenda hac ſententia atroci & nova, quis non miratur? Ipſe namque Diſſertationem hanc, qua parum modeſte ac civiliter ſtatuit, virorumque magnorum, qui ante ſe fuerunt, *inſaniam, dum tollere non poteſt, caſtigare vult* (quibus verbis ſententiam ſuam ſive Diſſertationem claudit) *extemporaneum* vocat, & *unius aut alterius horae opus.*

CAP. II.

Virorum doctiſſimorum ſententiae de Auctore Diſtichorum recenſentur. Scriptores & MSS. antiquiores eum Catonem nominant. Quibus praeterea nominibus appelletur. Cur Philoſophus & Romanus ſit dictus.

SEd ſequamur Virum Clariſſimum, qui veritatem ſententiae ſuae liquido expoſiturus, ita incipit. *De Auctore Diſtichorum variis jam olim ſententiis eſt certatum.*

tum. Dionyſium Catonem laudant Simeonis Boſii veteres membranae, quas citat illuſtris Scaliger, quarum inſcriptio erat, DIONYSII CATONIS DISTICHA DE MORIBUS AD FILIUM. *In Codice Melioris Goldaſti (de quo vide Cl. Barthium in Adverſariis & Animadverſionibus in Claudianum) Octavianus nominatur. Eſt penes me vetus liber in membranis exaratus, in cujus praefatione Gloſſematum Auctor, de horum Diſtichorum Scriptore agens, meminit cujusdem Tullii & Johannis Clothomii, hominum Chriſtianorum, quorum alibi, quod ſcio, mentio non exſtat. Poſtquam de utroque Catone Cenſore atque Uticenſi Gloſſator, atque neutrius eorum eſſe confirmaſſet: alii dicunt*, inquit, *quod Tullius, qui jam erat ad fidem converſus, hoc opus compoſuerit: ſed quia non audebat fateri nomen Chriſtiani, adſumſit nomen Gentilis, & fecit ſe Catonem appellari. Alii vero dicunt, quod quidam vir religioſus, ad inſtitutionem humanae vitae, opus iſtud compoſuit. Quidam dicunt, quod Joannes Clothomius hoc opus conſcripſerit. Satis mihi eſt gloſſas iſtas bona fide exhibuiſſe, videant, quid elicere poſſint Eruditi. Baptiſta pius, quem ſuis temporibus cymbalum inanis juventutis fuiſſe, judicat Scaliger, Diſticha Catonis Auſonio adſignavit. Quod* Lib. II. *Auſonianarum Lectionum* Cap. XXXII. *ſtrenue ridet, atque exſibilat idem Scaliger. Nec ſine cauſſa. Comminiſci enim non poſſum, quid Baptiſtam in hanc ſententiam impellere potuerit. Forſan ſub calcem Codicis antiqui, qui Auſonii opera complectebatur, Diſticha haec exarata invenit. Quemadmodum Sulpiciae Satyra, adverſus Edictum Domitiani, de expellendis urbe Philoſophis, aliaque aliena, eodem loco legebantur. Sed nemo mediocriter Eruditorum ignorare poteſt, quomodo veteres librarii ejusdem argumenti Scripta uno volumine conjungere adſueverint. Unde facile factum, ut poſtrema opuſcula, non expreſſis Auctorum nominibus, quemadmodum ea ſaepe in antiquis codicibus praetermitti ſcimus, prioris & potiſſimi operis Scriptori ſint attributa.* Hactenus Boxhornius. Varietatem ſententiarum de Auctore Diſtichorum qui cognoſcere cupit, is inſpiciat Variorum de iis Diſtichis teſtimonia a Daumio collecta, & quae praeterea Vir Clariſſimus Jo. Alb. Fabricius in Bibliotheca Latina iis addidit. Nos celebriorum tantum ſententias perſtringemus, memores praecepti Quinctiliani Inſtitutionum Oratoriarum Lib.

I. Cap.

I. Cap. VIII. *Nam receptas, aut certe claris Auctoribus memoratas, expoſuiſſe ſatis eſt. Perſequi quidem quod quisque unquam vel contemtiſſimorum hominum dixerit; aut nimiae miſeriae, aut inanis jactantiae eſt.*

Nonnulli Auctorem incertum arbitrantur, in quorum numero eſt Joannes Sarisberienſis, de quo deinceps plura proferentur. Alii Senecam nominant. Sed hos refutat Badius Adſcenſius ob ſtili diſſimilitudinem. Plures Auſonium. inter hos Baptiſta Pius, Gulielmus Canterus in prolegomenis ad Euripidem, Auſonius Popma ad Catonis Priſci fragmenta pag. 164. Reprehendit eos Scaliger ad Auſonium Lib. II. Cap. XXXII. Nec deſunt, qui Boëthium laudant: quos refellit Ptolemaeus Flavius in Sylloge Conjectaneorum Cap. XCV. Tullium aut Joannem Clothomium commentator, quem inſpexit Boxhornius. Octavianum Melioris Goldaſti codex. At vero Plerique omnes Catonem Libello inſcribunt, ſed diverſa ſententia. Alii namque Auctoris, alii tituli nomen eſſe cenſent. In hac autem varietate illud nomen praecipue ſpectandum eſſe puto, quod Scriptores aequales, aut ſaltem proximi; &, cum hi deſunt; quod antiquiſſimi, & praeſtantiores Codices praeferunt. Hos ſi de nomine Auctoris conſulas, nullam diſcordiam aut diſſenſum invenias; ſed omnes tibi Catonem dabunt. Hoc nomine illum deſignat Vindicianus Comes Archiatrorum in epiſtola ad Imperatorem Valentinianum; Iſidorus in Gloſſis, & Auctor capituli de non adorandis imaginibus, qui a nonnullis Alcuinus perhibetur, praeceptor Caroli Magni, ab aliis vero ipſe Carolus. Idem nomen teſtatur Simeonis Boſii liber, quem evolvit Elias Vinetus: quem vide ad Edyllia Auſonii; & Joſephus Scaliger, ut ipſe teſtatur initio notarum ad haec Diſticha. Et ne de probitate Libri illius dubites, Vinetus eum viſendae antiquitatis fuiſſe ſcribit: Scaliger autem non tantum vetuſtiſſimum appellat, ſed ceteris omnibus manu exaratis codicibus praefert. Nam illum ſolum ſe reperiſſe ſcribit bonae notae, reliquos vero omnes, uti ſequiorum ſaeculorum, ita mendoſiores. In eo plenior & perfectior Liber ille, quam Scriptores: quod is aliud praeterea nomen addit, nempe *Dionyſii*; ut ſolent codices optimi nomina omnia Auctorum exhibere: Scri-

ptores vero, qui eos teſtes citant, uno contenti eſſe. Sic M. Tullius Cicero, P. Virgilius Maro, Q. Horatius Flaccus, in Librorum titulis ſcribuntur, in ſcriptis vero aliorum uno duntaxat nomine & potiſſimum poſtremo. Artis profeſſionem nonnulli addunt libri, nec non Alcuinus, aliique ſequiorum aevorum Scriptores: Qui Philoſophi nomen adſcribunt, de quo deinceps plura dicentur. In libris Graecis Planudis praeterea Romanus vocatur: ut inde cognoſcat Lector, Diſticha illa eſſe Romani hominis & Latine ſcripta, ſed a Planude in Graecam linguam verſa.

CAP. III.

Qui primus Auctorem Diſtichorum incertum dixerit. Obiter emendata Joannis Sarisberienſis lectio. Ejus ſententia inquiritur. Diſtichon XIX. *Libri* III. *exponitur, ſed ſuſpectum. Sarisberienſis lectio in ſuſpicionem adducitur.*

SCriptores ergo antiquiores omnes, usque ad ſaeculum octavum, quo Carolus Imperator & Alcuinus floruerunt, non ambigunt de nomine. Hos ſi ſequimur, quos ſane ſequi convenit, nihil obſcuri, nihil dubii, nihil morae objicitur, quo minus eum Dionyſium Catonem appellemus. Qui vero inſecuti ſunt Scriptores, eorum plurimi eodem illum nomine inſigniunt, nonnulli vero aliud turbae dederunt. Verecundius inter hos priores & doctiores: poſteriores vero inpudentius; & quanto inperitiores, tanto inpetuoſius & violentius. Inter illos primus eſt Joannes Sarisberienſis, qui inclaruit ſub Friderico Imperatore primo, ut ſcribit Joannes Trithemius. Joannes ille in multis locis verſus Catonis noſtri ſcriptis ſuis de nugis Curialium inſeruit, verum bis tantum Auctoris meminit; ut ſolet is Poëtarum nomina omittere, quorum verſibus utitur. Semel eum ſimpliciter Catonem nominat, vide Librum II. Cap. XXVII. ita autem in hoc loco,

Linque arcana Dei coelumque inquirere quid ſit.

ait Cato. Hic, ut vides, nihil dubitans eum Catonem dicit. Verum iterum cum meminit Lib. VII. Cap. III. eodem quidem nomine eum vocat, ſed mox ſubjicit, Auctorem incertum eſſe. *In libello quoque*, inquit, *quo*

par-

parvuli initiantur, ut virtutis inſtructio, & uſus teneris imbibitus (ſic legendum puto, non *ebibitus*, vide Auguſtinum de Civitate Dei Lib. I. Cap. III. unde ſumſit hoc Joannes.) *animis facile nequeat aboleri, quoniam & teſta diutius ſervat odorem ejus, quo ſemel inbuta recens eſt, ait vel Cato, vel alius, nam Auctor incertus eſt,* (Lib. III. Diſt. XIX.)

Multa legas facito, perlectis perlege multa.

Quid? ſi dicas, Joannem illum non Auctorem Libelli incertum ſcribere, ſed auctorem illius verſus? Demonſtrabimus enim dein, multa ab aliis adjecta huic Dionyſii Libello. Nemo ambigit, quin verſus hic obſcuriſſimus ſit, id quod indicium falſitatis, & malae fidei; tu vide, quae de eo Daumius: mihi quidem illa inania videntur. habebit ſenſum, ſi ita emendes:

perlecti neglige multa.

ejus ſive eorum, quae perlegiſti, multa neglige, atque imis ſenſibus non demitte. τὸ *neglige*, teſte Daumio, in nonnullis antiquiſſimis Libris Scholiaſtes vetus reperit. Videtur id quoque inventum probatumque Joanni Sariſberienſi. Quod ſi verum; culpa eſt Librariorum, quod nunc aliter in ſcriptis ejus legitur. ita namque ipſe περιφράζεται. *Sic tamen omnia legenda ſunt, ut eorum aliqua, cum lecta fuerint*, NEGLIGANTUR. Verum de hoc Arntzenius meus viderit. Non quidem abhorret haec admonitio a patre; non a Dionyſii prudentia: qui filium monet, multa in Poëtis, quos ſolos nunc ob aetatem legebat, vide Cap. XI. contemnenda & non credenda eſſe. Credo, Deorum atque Heroum flagitia, Poëtis decantata, ſignificari, quorum exempla inſidias facere ſolent lubricae aetati: Quamobrem Plato Poëtas a Republica, ut notum eſt, excluſit. Eademque haud dubie cauſſa inpulſus Quinctilianus Inſtit. Orator. I. Cap. VIII. Comoedias tum adoleſcentibus legendas praecipit, ubi firmior aetas & mores in tuto fuerint. Sed tamen, ut dixi, lectio vulgata, & tantum non omnibus codicibus recepta, quae ſenſum nullum habet, magnam doli adhibiti, & ſuppoſititii foetus ſuſpicionem injicit. Ad nomen Auctoris redeo, de quo Cap. II. Coepi dicere Scriptores alii, aetati Joannis ſuppares, uno ore Catonem vocant. At vero dein exortus eſt, neſcio quo tempore, Librarius,

qui codicem ſcripſit Melioris Goldaſti, is Octavianum nominat. Commentator autem iſte, qui gloſſas ſcripſit in haec Diſticha, inſpectas a Boxhornio, Tullio aut Clothomio ea tribui ſcribit. Incerta eſt aetas hujus Commentatoris, verum ex indiciis haud obſcuris intelligimus, ex plebe, aut dicam potius, ex faece eum Eruditorum fuiſſe. Propiores noſtris temporibus Eruditi, Senecae, Auſonio, Boethio aliisque adſcribunt, de quibus plura ante. Quoad tandem parentum noſtrorum memoria prodiit Boxhornius, qui horum nulli adſignat, ſed obſcuri atque inepti hominis foetum, aut dicam potius, abortum eſſe cenſet.

CAP. IV.

Cauſſa erroris inquiritur eorum, qui Catonem Diſtichorum Auctorem negarunt. Cur nonnulli Catonem Uticenſem hunc exiſtimarint. Praefationes libellorum horum ſuppoſititiae. Qui errores Scriptorum nomina corruperint. Scriptorum omnium mendoſiſſimi, qui in Scholis ſunt tractati. Libros aliorum a ſe auctos ſuo nomini vindicarunt nonnulli. Ob id ſequiorum temporum Hiſtorici notantur. Notatus etiam plagii Iſidorus. Virtus & Philoſophia Catonis Uticenſis inviſa Chriſtianis. Clothomii nomen unde corruptum.

HAud difficile erit, ut puto, retexere errores illorum, & vias aperire, quibus in eos prolapſi ſunt. Ante oſtendi, Carolo Magno poſteriores fuiſſe omnes, qui aut Catonis nomen negarunt Auctori Diſtichorum, aut de eo dubitarunt. Litteris hi mediocriter inbuti fuerunt: & quanquam Sariſberienſis ille ultra ſaeculi captum ſapuit, vulgatiſſimo tamen ejus errore abreptus (ſi tamen de omnium Diſtichorum Auctore loquitur) ceteris nihil acutius vidit. Prima mali labes his fuit, quod exiſtimabant, Catonem Uticenſem ſcripſiſſe eum Libellum. Id enim declarant, cum Auctorem Philoſophum nominant; quod nomen Catoni Uticenſi ab antiquioribus etiam inditum cognoverant, Plutarcho in Cat. Maj. in fin. Tertulliano in Apologetico Cap. XXXIX. Apulejo atque aliis. Inpulit eos in illam opinionem tertii Catonis invidia, notiſſimo Juvenalis Satyr. II.40. verſu nota,

- - - *tertius*

- - - *tertius e coelo cecidit Cato.*

Nam cum Libellum hunc Catonis nomine inſcriptum viderent; ceterorum parum ſolliciti, mox alterum ex Catonibus illis nobilioribus deſignari exiſtimarunt. De tertio namque hominibus ineptiſſimis relligio fuit cogitare. Poſteriori autem Catoni, quam priori id tribuere maluerunt, quod nonnulla in eo Libello ſcripta animadvertebant, quae ad Philoſophum pertinebant. Imo forte ipſe Dionyſius Philoſophi nomen Libello adſcripſit, more aliorum, qui artis, quam profitebantur, nomen, Librorum ſuorum titulo adjecerunt. Unde multi Sophiſtae in Librorum indicibus memorantur. Deditiſſimum autem Philoſophis Catonem poſteriorem, at vero priorem infeſtiſſimum acceperant, ſive ex Plutarcho, qui utriusque vitam conſcripſit, ſive ex aliis; res enim vulgatiſſima eſt. Verum ita cenſentibus moleſtiſſimus ſcrupulus rurſus injectus fuit ex praefatione hujus Libelli. Nam ab aliis ſuppoſitae praefationes paullatim ipſius Dionyſii haberi ſunt coeptae. In illa Ovidius, Macer, Lucanus memorantur, quos conſtat neutri Catoni unquam cognitos fuiſſe: imo, illis dudum mortuis, in dias luminis auras prodiiſſe. Ex his itaque difficultatibus cum ſeſe emergere non poſſent, alii aliam elabendi viam excogitaverunt. Nonnulli Auctorem Libri incertum dixerunt: alii quodcunque aliud nomen ei ſubſtituerunt. Inter illos eſt Joannes Sarisberienſis; in quo dubitationis illius, quam dixi, manifeſta veſtigia deprehendimus. Nam cum eodem Cap. XVI. Lib. II. eadem paene pagina bis Catonem Uticenſem, ſive poſteriorem, deſignaſſet; ita Catonem hunc Diſtichorum Auctorem interponit, ut nulla nota ab eo diſtinguat. Altero autem in loco, ubi hujus Auctoris meminit, tametſi proprius ad eos accedit, qui Catonem appellandum exiſtimant; diſtrictus tamen diverſitate Grammaticorum ſui temporis, quo jam natas credo alieniſſimas & inſulſas Librorum praefationes, in quarum una poſteriores Catone illo Poëtae memorantur; cum primum Catonem dixiſſet, mox memor pugnae, Auctorem incertum eſſe pronunciat; niſi, ut ſupra dixi, dubitatio illa, non de Libelli, ſed verſus illius, quem ponit, Auctore eſt intelligenda.

Quod ſi vero ex nobis quaerat aliquis, unde ille no-

minum error, quibus ſive in MSS. libris, ſive a ludimagiſtris Libellus inſcribitur; is velim recordetur, primum illorum hominum infandos auſus, quibus Scriptores antiquos contaminarunt, & ad ſuum quisque ingenium, & ſcientiae modulum conformarunt, nomina, voces, verſus, & orationes, pro arbitrio detrahentes aut ſubſtituentes: de quibus flagitiis haud ita pridem diſputavi plura in alia Diſſertatione. Cogitent praeterea multas errandi vias; quarum nonnullae doctiores etiam Viros fefellerunt, in veris Librorum Auctoribus eruendis. Unam oſtendit Boxhornius, quam & vellem ipſe eſſet ingreſſus ad inveſtigandam erroris originem de nominibus Octaviani, Tullii, Clothomii. Libris antiquis non appoſita ſemper Auctorum nomina ſcribit; complurium autem ſcripta uno corpore & uno quaſi volumine fuiſſe conjuncta: qua re factum, ut unius Auctoris, cujus nomen adjectum forte fuerat, reliqua opera omnia haberentur: atque inde Senecae & Auſonii, quorum ſcriptis adſuta erant, haec Diſticha cenſeantur. His errorum cauſſis etiam aliae accedunt; permutatio nominum Auctoris, poſſeſſoris, librarii, critici, ſive ejus, qui librum recenſuit: Imo & illius, cui dedicatus fuerat, ſive ab auctore ſive a librario. Varie enim in hac parte offenſum novimus ab iis, qui libris olim ſcribendis vitam tolerabant, quodcunque nomen obvium, pro vero Scriptoris Auctorisve nomine arripientes. Alii aliorum commiſſa detexerunt in hoc genere, atque emendarunt: ipſe fabularum Auctori Flavii Aviani nomina reddere ſum conatus, uſque adeo neglecta & perdita; ut plena in nullis Libris editis circumferrentur; in antiquo autem nonnulla adeo corrupta erant, ut Theodoſius, cui dedicatae erant fabulae, pro ipſo earum Auctore ſubſtitutus eſſet. Oſtendi etiam, nullos libros mendoſiores, quam qui in Scholis a magiſtris imorum ſubſelliorum fuerunt tractati; qualis ſane fuit hic Diſtichorum Libellus, quo Sarisberienſis Joannes parvulos initiatos ſcribit eo loco, quem ſupra expoſuimus. Idem etiam Lib. III. Cap. V. praecipit amico, ut memoriter teneat Catonis hujus verſum, quem parvulus didicerat. Quid? ſi dicamus Tullium, Octavianum, Clothomium, quos Auctores commentator jactat, de ſuo aliquid

aliquid addidiſſe huic Libello: ſive quod Praefationes ſcripſerint, ſive Diſtichorum auxerint numerum; atque ob id mox Libellum omnem ſuo nomini vindicaſſe? Fuit ſane nonnullorum ſacculorum hoc vitium, ut alienis Libris homines ſua nomina adfigerent, ob id, quod pauca a ſe addita erant. Novimus, quae ex Gellio involarit Macrobius. Virgilii vero vitam, a Suetonio Tranquillo expoſitam, auxit dein Donatus, inſcriptamque ſuo nomine, & filio conſecratam, in lucem emiſit. Jornandes totum fere Florum exſcripſit, ob ea tamen, quae ipſe adjecit, nomen ſuum operi dedit. Sed quid de Jornande ſolo dico? Plerique omnes ſequiorum temporum Hiſtorici, ac potiſſimum Chronicorum Auctores, ea conſuetudine ſunt uſi. Iſidorus Hiſpallenſis, quemadmodum undique collectis plumis ſe ornaverit, in vulgo notiſſimum eſt. Eruditiſſimus tamen Daumius non errori, ſed calliditati ac dolo, pravaeque nonnullornm Chriſtianorum relligioni falſa illa nomina inputat: qui, ut paganis hunc optimorum Praeceptorum Auctorem eriperent, cujusque ex ſua ſecta nomen ei impoſuerunt. Mihi porro a vero non alienum videtur, Chriſtianos odio Catonis Uticenſis, quem ſibi perſuadebant Auctorem hujus Libri eſſe, detraxiſſe id nomen Libro, quo puerorum teneri animi inbuebantur ad veritatem. Qui enim exercitatus eſt ſcriptis veterum Chriſtianorum, eum non fugit, quanta acerbitate exploſae, atque exagitatae ab iis fuerint Catonis hujus virtutes & Philoſophia, quas Pagani ſapientes omnes inmodicis in coelum laudibus efferebant. Vide Tertullianum in Apologetico Cap. XXXIX. Lactantium Lib. III. Cap. XVIII. Auguſtinum de Civitate Dei Lib. I. Cap. XXIV. & ſeq. De Clothomio haec Daumii eſt conjectura, corruptum id nominis eſſe ab imperitis librariis ex nomine Chryſoſtomi, quod nonnulli Chriſtianorum etiam huic Diſticha illa adſcripſerunt, opinati, ut credo, aureum hunc Libellum nullo, niſi Chryſoſtomo ſuo dignum eſſe. Quam Daumii ſententiam probatam reperi a Celeberrimo Graevio in Praefatione Tom. V. Theſauri Antiquitat. Roman.

CAP.

CAP. V.

Ficta ſunt Tullii atque Clothomii nomina. Vetus Commentator Diſtichorum refutatus & expoſitus. Auctori nomen Catonis redditur, eumque Conſtantino Magno majorem fuiſſe, oſtenditur. Scaligeri, Eraſmi, Flavii, Heinſii, Broukhuſii ſententia rejicitur. A priſcis Scriptoribus & Libris MSS. Auctor Diſtichorum Cato nominatur. A. Popmae ſententia inprobata de Varronis aliquo Libro. An Cato Cenſorius carmen de moribus ad Filium ſcripſerit? Cur de moribus *nominarit? Barthii & aliorum de eo error.* Carmen *lugubrem orationem & vitiorum exprobrationem notat.* Cantare mores *apud Terentium quid?* carmen condere *in LL.* XII. *Tabb. quid?* carmen & libellus famoſus *differunt.*

SEd ad Boxhornium revertor. Quis autem judicium Viri hujus non miratur? cum is videret, antiquiſſimos & clariſſimos Scriptores, Libroſque omnium optimos, Catonis nomen praeferre; recentiores autem quoſdam, obſcuriſſimae vitae, & nullius doctrinae homines, aliud confingere; his calculum ſuum, quam illis adjicere maluit. Sed quo magis admireris, verba ipſius & argumenta expendamus. Tullium iſtum & Joannem Clothomium homines Chriſtianos vocat, quorum alibi, quod ſciat, mentio non exſtat. Usque adeo autem ignotum fuit Chriſtianis Chriſtiani hominis nomen, qui aureolum hunc Libellum ipſis ſcripſit, ut eorum nemo id ſciverit, praeterquam unus ille, commentariorum vel centonum conſarcinator? Aut, ſi qui illorum id ſciverunt, quae haec ingrati animi labes fuit, cur illud non protulerint, atque ab oblivione & tenebris vindicaverint? usque adeone autem negligentes, & obliviosi fuerunt ſodalium ſuorum, quos nobilior Eruditionis fama commendabat, Chriſtiani illi priſci; ut Auctoris memoriam & nomen interire paſſi fuerint; beneficium, id eſt, Librum ejus retinuerint? Nemo, credo, hoc ſibi perſuaſerit facile. Ipſe mihi perſuadeo, Catonem hunc ſuum, ſive quocunque alio nomine Auctor Diſtichorum aureorum appellandus ſit, ſimilium Praeceptorum aut ſententiarum, inter Graecos Latinosque, auctoribus col-

collectoribusve paganis oppoſituros fuiſſe. Verum ait commentator ille Boxhornii: latere voluit is Tullius, non auſus Chriſtiani nomen profiteri. Sed tanto magis tantoque ardentius illos in lucem ex tenebris producturos nomen ejus fuiſſe puto, ſi non aequales metu malorum & vexationum, at ſaltem proximos & poſteros, depulſo terrore & fandi libertate data. Iterum autem quaero, qui fuerit factum, ut inde a Chriſtianorum vexationibus, quae utique Conſtantini magni imperio anteriores fuere, Chriſtianorum nullus meminerit illius Auctoris atque illius metus; ſoli autem commentatori, infelicis ac longe inde ſejuncti aevi homini, is innotuerit? Sed quia jubet Boxhornius alios videre, quid ex Gloſſis iſtius elicere poſſint, quas ſe bona fide exhibuiſſe ſcribit; age, experiamur, quid inde elici a nobis queat, debeatque. *Alii dicunt*, inquit, *quod Tullius, qui jam erat ad fidem converſus, hoc opus compoſuerit; ſed quia non audebat fateri nomen Chriſtianum, aſſumſit nomen Gentilis, & fecit ſe Catonem appellari.* Primum hinc elicio, antiquiſſimum Libro huic Auctorem fuiſſe adſcriptum Catonem; vero an falſo nomine, de eo agetur deinceps. Deinde ſcriptum fuiſſe Librum eo tempore, cum piaculum habebatur profiteri nomen aut ſacra Chriſtiani: Quod autem id tempus fuit? Nempe illud, quod Conſtantini magni ſaeculo, ut diximus, antiquius. Ab eo namque Imperatore certa quies Chriſtianis eſt impertita. certe Scriptoribus nil obfuerunt, imo ſtimulum addiderunt inſidioſa Juliani Apoſtatae conſilia. Hoc autem ſi verum, quomodo ſententiam ſuam probabit Boxhornius, qua ad infima fere Barbarorum ſubſellia Gnomologicum hunc detrudit? *Alii vero dicunt*, ita pergit homo iſte, *quod quidam vir religioſus ad inſtitutionem humanae vitae opus iſtud compoſuit.* Religioſum, credo, vocat, quem hodie Galli voce ea, ſed in Latio hoc ſenſu barbara, nominant; ex qua facundia hominis & eruditio cognoſcitur. Sed mitto hoc. Homo ille religioſus utique, cenſeo, Chriſtianus fuit. Hiccine autem Catonis nomen inviſiſſimum Chriſtianis praeſcribere voluit operi, quod ipſis commendatum eſſe volebat? Verum his non immoror diutius, mox enim docebimus, non ab homine Chriſtiano, ſed Pagano conſcriptum eſſe. De

Clo-

Clothomio quod ſequitur apud Boxhornium, aut dicam potius Commentatorem, antea monui. Videat autem Boxhornius, aut dicam potius, illi videant, qui Boxhornium ſequuntur, an alia inde ad confirmandam hujus ſententiam elicere queant. Tametſi vero hae incerti plebejique hominis opinationes nil, niſi nugas & mera ſomnia, habent; iis tamen doctioribus ſuperiorum temporum hominibus ſuſpicionem motam arbitror, Catonis nomen Auctoris non eſſe; ſed, ut de eo ſcribit Scaliger, Auſonianarum Lectionum Lib. II. Cap. XXXII. ita hominem, quicunque ille fuerit, inſcripſiſſe Diſticha, quia probitas Catonis vel proverbio omnibus nota erat. Huic ſententiae ſubſcripſerunt dein Eruditi fere omnes, ex quibus nominaſſe ſufficiet praeter Scaligerum, Erasmum in epiſtola, qua Scholia ſua in hunc Scriptorem Nevio dedicat; Ptolemaeum Flavium in Sylloge Conjectaneorum Cap. XCV. Danielem Heinſium introductione in Heſiodum; Broukhuſium ad Tibullum I. Eleg. VII. 59. Morhofium in Polyhiſtore Parte I. Lib. IV. LI. His etiam aſſentiri videtur Barthius Adverſariorum Lib. XXIX. Cap. IV. at vero Lib. CXLVIII. Cap. X. nec non aliis in locis, Dionyſium Catonem laudat. Veruntamen hoc certum eſt, invitis Scriptoribus antiquis, invitis etiam antiquis Libris, Catoni hunc foetum abjudicari. Nam ſi illos conſulis, ac potiſſimum Vindicianum, Archiatrorum Comitem, & Iſidorum, nec non Scholiaſten Horatii ad Artem verſ. 38. ambigere nullus potes, quin illi, Catonis dicta citantes, Auctorem Libri deſignarint, non titulum. Ita namque Vindicianus in Epiſtola ad Imperatorem Valentinianum. *Flens & gemens illud Catonis ſaepe dicebat:*

Corporis auxilium medico committe fideli.

ſive ut in MS. legitur epiſtolae:

Corporis exigua.

eſt hic verſus Diſtichi XXII. Lib. II. Iſidorus in gloſſis, *Catoni quoque dicuntur officiperdi.* At vero Scholiaſtes ad Artis Poëticae hunc verſum 38.

Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, aequam
Viribus.

in hunc modum commentatur: *Jam incipit dare generalia praecepta, dicens, unumquemque eam ſcribendi materiam*

debere

debere eligere, quae vires ingenii non excedit. Cato

Metiri ſe quemque decet, propriisque juvari
Laudibus.

quanquam verſus hic Aviani eſt, aut alterius cujusque, qui eum Aviano ſuppoſuit, Catonem tamen hic Dionyſium demonſtrari puto: tu vide, quae notata nobis ſunt ad Aviani fabulam v. Horum autem verba qui conſiderat, dubitare nequit, non Librum, ſed hominem, Catonis appellatione ſignificari. Et ſane, qui vocem aliquam a Catone uſurpatum ſcribit, ut Iſidorus, non is titulum arguit, ſed Scriptorem. Neque aliter, ac Vindicianus, Iſidorus, Horatii Scholiaſtes, illi loquuntur, qui Homeri, Virgilii aut cujusque alius Scriptoris ſententiam verbumve proferunt. Quod ad Libros horum Diſtichorum, antiqua manu exaratos, attinet; fateor, me nullum vidiſſe; ſed quantum ex Viris doctis, qui eos inſpexerunt: & Bibliothecarum publicarum Catalogis, quibus ii aſſervantur, cognoſcere fuit datum: omnes, qui inſcriptionem praeferunt aut titulum, ita Catonis nomen formant, ut facile perſpicias, Auctorem eo ſignificari. Sed inter omnes hos priſcos codices, prima ratio eſt habenda illius, qui olim Simeonis Boſii fuit, laudatus a Vineto & Scaligero. Eum namque hic reliquis omnibus anteponit. Titulum is ita exhibet: DIONYSII CATONIS DISTICHA DE MORIBUS AD FILIUM. Si autem in illo CATO ipſa Libri inſcriptio atque argumentum eſt, non Auctor; anne oportuit ita ſcribi: *Dionyſii Cato*, ut *M. Tullii Ciceronis Cato major*, qui notiſſimus eſt Libri index ſive titulus? aut ita, *Dionyſii Cato ſive Diſticha de moribus*? quemadmodum *M. Tullii Ciceronis Laelius, ſive de Amicitia.* Haud multo aliter Gellius & Nonius Varronis Librum citant in *Cato*, *vel de Libris educandis*; quem Librum Auſonius Popma Catonem appellatum ſuſpicatus eſt, ſed non addicentibus vetuſtis membranis, vide Gronovium ad Gellium Noctium Atticarum Lib. IV. Cap. XIX. Nec juvat ſententiam, quod addit Scaliger, Catonem Majorem ſimiliter Librum de moribus ſcripſiſſe ad filium ſuum. Gellius Librum hunc, *carmen de moribus*, inſcriptum dicit, ſed ad filium ſcriptum fuiſſe non addit. Praecepta Catonis ad filium meminit Plinius Lib. XXIX. Cap. I. ſed ea diverſa

diverſa fuiſſe videntur carmini illi, de quo deinceps plura ſequentur. Quid autem miri in eo, quod duo Catones in eodem argumento ſunt verſati, quantumvis diverſa oratione, alter proſa, alter ligata? Haud difficile erit peritis ſimilia aliorum exempla ſibi ſubjicere. Neque verius eſt, quod Barthius conjicit Adverſariorum Lib. LX. coll. 2851. Diſticha haec de moribus e majoris Catonis carmine ejusdem argumenti eſſe tranſlata. Nam ſi ea inſpexeris, quae inde decerpſit Gellius Lib. XI. Cap. II. animadvertes priſcum illum Catonem in eo non tam praecepiſſe mores, quam vitia eorum, ac labem ſui ſaeculi deploraſſe. Quare in iis fragmentis, quae nobis relicta ſunt Gellii beneficio, non ſaeculi ſui, ſed ſuperioris mores recenſet: credo, ut oſtenderet, quantum ab illis priſcis, quibus rem Romanam ſtare ſcripſit Ennius, deflexerint ſuae aetatis homines. Acriter enim in id incubuiſſe, ut, priſcis moribus revocatis, nova flagitia caſtigaret, cum Orationes ejus multiplices oſtendunt; quo pertinent quoque vociferationes, mulieribus in Provinciis ſtatuas poni, de quibus Plinius Lib. XXXIV. Cap. VI. tum Livius teſtatur Lib. XXXVI. Cap. XLI. ipſa vox *carmen*, neſcio, quam inviſam & lugubrem orationem, & vitiorum exprobrationem habeat. Ita *lex horrendi carminis* dicitur apud Livium, quod etiam aliis obſervatum: & inde bubonum cantus *carmen* appellatur Poëtis, Virgilio Aeneidos Lib. IV. verſ. 462. & Feſto Avieno in Prognoſticis 377.

Si matutinas ULULAE dant CARMINE voces.

& 415.

- - - *tum propior modulatur* NOCTUA CARMEN.

notat ergo querelam aut orationem, quae perditos mores *cantabat*: quam vocem illi rei quaſi propriam fuiſſe arguit hoc Terentii Heaut. II. 3. 19. *Qui harum* MORES CANTABAT *mihi*. huc refero Decemvirorum legem, quam Auguſtinus de Civitate Dei Lib. II. Cap. IX. ex Cicerone ita refert: *Si quis* OCCENTASSET, *ſive* CARMEN *condidiſſet*, *quod* INFAMIAM FACERET FLAGITIUMVE ALTERI. Scio & docet Cicero Tuſculanarum Diſputationum Lib. IV. Cap. II. vocum ſonis deſcripta fuiſſe jam tum carmina; ſed talibus, credo, quibus

- - - *olim*

- - - olim Fauni, vateſque canebant,
Quum neque Muſarum ſcopulos quisquam ſuperarat.

id eſt, verſibus Saturniis, qui parum aut nihil differebant ab oratione proſa, niſi quod, ut eſt apud Terentianum;

Rudem ſonum ſecuti,
Ut quaeque res ferebat;
Sic diſparis figurae
Verſus vagos locabant.

& puto innumerorum numerorum occentatores legis poena teneri etiam, quod & Julianus docet in Myſopogone, ubi ἆσμα nominat πεζῇ λέξει πεποιημένον. A quo tamen Libellum famoſum diſtinguendum puto, & diſtinguit Paullus Lib. v. Sententiarum titulo 4. §. 16 & 17.

Fruſtra etiam Boxhornius in notis ad Satyram Sulpiciae verſ. 48. exempla Librorum adfert, qui Pythagorae, Empedoclis, Orphei, aliorumque antiquiſſimorum virorum nomina mentiuntur. Nam qui illa ſcripta contexuerunt, voluerunt ea aliena videri, at vero Libelli hujus Auctor voluit eum ſuum videri, quare & nomina ſua ei praefixit.

CAP. VI.

Dionyſiorum nomen Romae non admodum rarum fuiſſe, contra Daumium oſtenditur. Sertorii Urſati ſententia rejecta de etymo nominis Dionyſii. Scholiaſtes Horatii expoſitus an refutatus. Nomen Dionyſii an ignobilium proprium. Inſcriptio antiqua correcta. Dionyſii nonnulli clari & nobiles Romae. Dempſteri lapſus. Catones plures memorantur praeter Porcios. Anonymus Ravennas tentatus. Inſtitutionum Juſtiniani antiqua lectio adſerta. Lepidum Lambecii commentum de Dionyſio Catone.

Rejectis ergo horum omnium ſententiis ſecuri ſequamur, quo ſuperiorum temporum Eruditi viri, & antiquiſſimorum Librorum auctoritas dicunt; & dicamus, Auctorem Diſtichorum fuiſſe appellatum Dionyſium Catonem. Quam ſententiam quoque Veriorem eſſe cenſuit Gerh. Jo. Voſſius in Inſtitutionibus Oratoriis Lib. v. Cap. XII. Quanquam autem credibile eſt, Catonem hunc Philoſophum fuiſſe, ſi minus Pro-

 feſſione;

feſſione; at certe Scientia atque Eruditione: non tamen exiſtimandum, eum fuiſſe Catonem minorem ſive Uticenſem: quod videntur opinati ſequiorum temporum Eruditi. Illos enim multa diſtinguunt; certe nomen. Alter namque Porcius Cato, alter vero Dionyſius vocatur. Dictio ſive ſtilus. exſtant enim nonnullae illius reliquiae, quae judicandi copiam faciunt. Neque proditum memini ab antiquioribus, qui acta omnia divini hujus Viri accuratiſſime ſcriptis conſignarunt, eum praecepta de moribus filio tradidiſſe. (a) Nihil autem video, quod noſtrae opinioni obmoveri poſſit, quo minus credatur Dionyſius Cato appellatus Auctor horum Diſtichorum. Non nomen Dionyſii; non Catonis. Daumius in notis ad titulum Diſtichorum, Dionyſii nomen rarum dicit apud Romanos, quod dubito verum. M. VLPIVS DIONYSIVS memoratur in Marmoribus Felſineis Sectione VII. Cap. VII. pag. 425. & M. JVLIVS M. F. PAL. DIONYSIVS, qui tamen Thracia oriundus. Q. AQVILIVS DIONYSIVS Fabretto Inſcriptionum Cap. III. n. 609. & Cap. X. n. 165. VIDIVS DIONYSIVS & TAMVDIVS DIONYSIVS pag. 260. CLAVDIVS DIONYSIVS pag. 262. Cap. IV. n. 167. L. AVIL. DIONYSIVS Cap. IX. n. 402. L. SITTIVS DIONYSIVS. *Salluſtius Dionyſius* eſt apud Plinium Nat. Hiſt. Lib. XXXII. Cap. VII. FVLVIVS DIONYSIVS Sertorium Urſatum in monumentis Patavinis Lib. I. Sect. IV. in quo loco nomen hoc, neſcio a qua gemma, aut tuberculo, repetit. Sed veriora docebit Lucianus ὑπὲρ τῶν εἰκόνων prope finem. (b) Horatius ignobilium hominum nominibus accenſet I. Serm. VI. verſ. 38.

Tune Syri, Damae, aut Dionyſi filius, audes
Dejicere e ſaxo cives.

Scholiaſtes haec Gentilia fuiſſe nomina ſcribit; quod verum

(a) *Credo memoraturum fuiſſe Tzetzem Chiliad.* I. 70. *ſi quid hujusmodi ab antiquioribus memoratum reperiſſet.*

(b) Ἀλλὰ τὰς προσηγορίας αὐτὰς, πόσοι ἐμιμήσαντο τὰς τῶν θεῶν Διονύσιοι, καὶ Ἡφαιστίωνες καὶ Ζήνωνες καὶ Ποσειδώνιοι καὶ Ἑρμαῖοι προσαγορευόμενος. Verum quo ſunt numero, qui Deorum appellationes imitati ſunt, Dionyſii, Hephaeſtiones, Zenones, Poſidonii, Hermaei agnominati.

erum de Syro; ſi Gentilitium nomen hic de natione
cipias: at vero de Dionyſio nego, & negat Lucia-
s. DIONYSIA Serva eſt apud Fabrettum in Inſcri-
ionibus Cap. III. n. 540. Liberta apud Onuphrium
nvinum de civitate Romana pag. 264. & Fabrett. Cap.
. n. 414. conjux liberti Cap. I. n. 35. DIONYSIVS
ertus idem Cap. II. n. 133. Cap. III. n. 226. Cap. IV.
28. Cap. X. n. 366. 386. Caſalius de Ritibus Roma-
rum hunc lapidem produxit

C VILIVS	C IVLIVS
D AVG L	STYRAX
DIONYSIVS	

d legendum verſu primo C IVLIVS. Falletur ta-
en, qui exiſtimaverit Dionyſios omnes Romae igno-
les fuiſſe: certe Viri nonnulli ornatiſſimi inter illos
emorantur, ut P. AElius Dionyſius perfectiſſimus
ir Rationalis, in lapide Fabretti Cap. II. n. 233. Plu-
us honoribus conſpicuus fuit L. AElius Helvius Dio-
ſius Clariſſimus Vir, de quo idem Cap. III. n. 517.

L. AELIO. HELVIO
DIONYSIO. C. V
IVDICI. SACRARVM. COG
NITIONVM. TOTIVS. ORIENT
PRAESIDI. SYRIAE. COELE
CORRECTORI. VTRIVSQ
ITALIAE. CVRATORI. AQV
ET. MINICIAE. CVRATOR
- - - - - - - - - -
OPERVM. PVBLICORVM
PONTIFICI. DEI. SOL
COLLEGIVM
FABRORVM. TIGNVAR
MVLTIS. IN. SE. PATROCINIIS. CO
- - - - - - - -

em lapis deſcriptus quoque eſt ab eodem Cap. X. n.
5. & Gorio in Inſcriptionibus Donii Claſſ. V. n. 60.
orum induſtria majore laude digna, quod locum
iderunt, in quo inventus lapis. inventus autem
Romae, quod plurimum facit ad inſtitutum no-

 ſtrum.

ſtrum. (*a*) Fuit & Dionyſius collega Alexandri Auguſti in conſulatu tertio. Gruterus MLXXIX. n. 11. Donius Claſſe II. n. 125. Non me fugit & recenſita modo marmora declarant, cognominis aut ſaltem ultimi nominis vice functam eſſe hanc appellationem; verum & illud ſcio, non deeſſe exempla, quibus ut hic Cato, ſic alia nomina ei ſubjunguntur. *Dionyſius Scytobrachio* memoratur Suetonio de Illuſtribus Grammaticis Cap. VII. & *Dionyſius Longinus* nobilis eſt περὶ ὕψους Scriptor. *Furius Dionyſius Philocalus* reperitur in Calendario vetuſto. DIONYSIVS SOCRATES in Inſcriptionibus Gudii pag. 109. n. 4. Catones etiam praeter Porcios illos, qui notiores ſunt (quos inter recenſendus nobilis Juriſconſultus Cenſorii filius, de quo Auctores vitae Juriſconſultorum, & Commentatores ad Pomponium in Enchiridio Lib. II. §. 38. de Origine Juris; Coraſius Miſcellaneorem Lib. IV. Cap. ult.) etiam alii celebrantur. Quae res vanum redarguit illorum timorem, qui a tertio Catone abhorruerunt. *Vetius Cato* inter Sociorum duces bello Marſico memoratur Appiano de Bello Civili Lib. I. pag. 375. (*b*) *Valerium Catonem*, cujus dirae hodie extant, laudat Suetonius eodem Libro Cap. II. huic videtur Dempſterus ad Roſini Antiquitates Lib. II. Cap. XVI. tribuere Diſticha, de quibus agimus, dum hunc verſum ei adſcribit:

Noli Fortunam, quae non eſt, dicere caecam.

Sed nullo bono Auctore. M. CATO Duumvir tempore Imperatoris Tiberii in nummis Caeſarauguſtanorum apud Seguinum in Selectis nummis Coloniarum Parte I. pag. 119. & 120. Qui videtur referre ad gentem Porciam, quod admodum incertum. (*c*) LUCRETIUS

(*a*) DIONYSIVS LEG. AVG. PR. PR. *in monumentis antiquis agri Auguſtani repertus deſcriptusque Velſero, pag.* 406. *operum.*

(*b*) *De quo plura Viri Docti ad Vellej. Paterc.* Lib. II. Cap. XVI. *adde Freinsbem. ad Flor.* Lib. III. Cap. XVIII.

(*c*) *Adde Patin. Numiſm. Imp. pag.* 52. *& Vaillant in Nummis Colon. Tom.* 1. *pag.* 100. *apud Muratorium eſt in Theſaur. Inſcr.* MDCCXXII. *n.* 11. M. PORCIVS CATO, *quem tamen ad porcios antiquos, id eſt eos, qui re publica libera fuerunt, pertinere non puto.* SER. CATO MDLV. *n.* 4.

TIUS CATO eſt in lapide Reineſii Claſſe xvii. n. 77. POPEDIUS CATO apud Gruterum in Theſ. pag. 951. n. 3. eſt & CATO pag. 868. n. 9. Sed aliter is legitur apud Ortelium in Itinerario pag. 34. *Catonem Sinopenſem*, qui Librum ſcripſit de tyrannide Hieronymi, Syracuſanorum Regis, Vir Clariſſimus Jo. Alb. Fabricius in Bibliotheca Latina ex Athenaei Lib. vi. pag. 251. producit. Alii & *Catonem* Comicum, de quo tu vide Caſaubonum in animadverſionibus Cap. 7. Qui Freheri legerit origines Palatinas pag. 24. putabit ſibi alium praeterea Catonem inventum: verum res ipſa arguit lapidem illum mutilum eſſe, ſupplendumque hoc modo EVOCATOR. DEC. Catonis inter Philoſophos ethnicos meminit quoque Anonymus Ravennas, qui tradiderunt ſolem oriri & occidere ultra Indos & Britannos: unde conſtat, neque Cenſorium eum fuiſſe, neque Uticenſem. Ita autem iſte Lib. 1. Cap. 5. *Iſidorus Yſpanienſis* (forte Iſpalenſis vel Hiſpalenſis) *nam Lignius & Catbon* (haec Monachorum eſt Orthographia, qua & noſtri nomen exaratum reperi) *atque Jamblicbus bujus mundi Pbiloſopbi.* Dubito an legendum *Licinius Cato. Catones Licinianos* commemorat Plinius Nat. Hiſt. Lib. ii. Cap. xiv. Verum illi non huc pertinent. Videant alii, an *Licinius Mucianus* deſignetur, qui res admirandas multas ſcripſit, quarum in orientali expeditione ipſe ſpectator fuit. Teſtimonio ejus ſaepe utitur Plinius, vide Ger. Jo. Voſſium de Hiſtoria Latina Lib. 1. Cap. xxvii. Verum haec altius ſcrutari non libet. *Catoni* etiam reſcripſiſſe dicitur Imperator Hadrianus §. 7. Inſtitut. de Teſtam. ordinand. Certe ita hoc nomen edidit Haloander. Sed *Catonium* praeferunt alii. Theophilus plenius *Catonium Verum* nominat, atque ita eſt in L. 1. C. de Teſtam. Haud paulo certius eſt Appuleji liberti hoc cognomen in lapide, quem ex Codice MS. V. Cl. Franciſci Redii Gudius deſcripſit, in cujus Inſcriptionibus, vulgatus eſt pag. 352. n. 14.

SEX. APPVLEIVS. SEX. L. CATO
SEX. L. SEX. SVAVIS. SEX
L. FIRMVS.

Catones (*a*) alios cum ex Faſtis, tum aliunde eruere li-

(*a*) *Adde Murator. Theſaur. Inſcr. pag.* MDLXXII. *n.* 2.

licet, ſed nos ſupervacuo labori parcimus. (a) Nulla ergo dubitandi cauſſa eſt, recte & more Romano Dionyſium Catonem dici, niſi ſi cui dubitationem addat lepidum illud Lambecii commentum, quod Morhofius refert in Polyhiſtore Parte I. Lib. IV. Cap. II. §. 4. Dionyſii nomen non verum eſſe, ſed ortum inde, quod veteres Catonem *dium* dicere conſueverunt, & adjicit in exemplum Sulpiciae verſum:

Quos inter Priſci ſententia dia Catonis.

Sed ne exiſtimes, *ſententiam diam* propriam eſſe Catoni, *ſententiam diam Valerii* diu ante Lucilius dixerat, vide Scholiaſten Horatii ad Serm. I. 2. 32.

CAP. VII.

Mos nonnullorum in ſcribendis commentariis perſtringitur. Sæcularis de inſcriptione nummi antiqui contentio. Quæ cauſſa ſit, cur Philoſophi nonnulli Chriſtiana dogmata praeceperint. Gloſſarum in Diſticha Auctores notantur. Phraſeologiae Sacris Scriptoribus propriae abſunt ab his Diſtichis. Eorum multa magiſtri triviales [illegible]. Sententiis brevioribus Catonis multae fraudes adhibitae. Cum bonis ambula, *quomodo exponendum. Ambulationes olim crebrae diſcipulorum inter ſeſe, & cum magiſtris. Auctor Queroli [illegible]. Sententiae breviores videntur Diſtichorum lemmata.* Lucrari peccata *optimis Scriptoribus conveniens. Gentilibus uſurpatae Chriſtianorum locutiones.*

INſtituerem hic de aetate Dionyſii Catonis inquirere, ſed quia ordinem, quem Boxhornius praeſcripſit, perſequi decrevi, in alium locum hanc Diſputationem diſtuli. Revertor ergo ad Diſſertationem ejus, in qua ſuperioribus haec [illegible]. *[illegible] autem, [illegible] Scaliger [illegible] Diſſertatione, quae [illegible]*, [illegible], *[illegible]* [illegible], *[illegible] Auctorem [illegible] Di*[illegible], [illegible] *Auctoris [illegible] Chri*[illegible]. [illegible] *Gentilium* [illegible] [illegible]

(a) [illegible]

tibus poſſe comprobari, & in ſuis, ad eadem Diſticha, animadverſionibus, ethnicum gnomologum nominavit. Neſcio certe, quare magno Viro id viſum. Aliter ego ſentio, & omnino credo Auctorem fuiſſe Chriſtianum. Id jam olim perſuaſum, ſatis apparet ex gloſſis antiquis, in quibus magnam Diſtichorum partem ex Libris ſacris, praeſertim Eccleſiaſte, deſumtam eſſe, adductis teſtimoniis, confirmatur. Noſtrae, quas jam laudavimus, Auctorem Chriſtianum eſſe diſertim adſeverant. Phraſiologiam ſacram certe ubique obſervamus. In his Vir Clariſſimus tria conjungit, ut Auctorem Chriſtianum fuiſſe doceat, Gloſſas antiquas, ſuas, & Phraſiologiam Auctoris ſacram. In Gloſſis antiquis teſtimonia adducuntur ex Libris Sacris ad confirmandam Gnomologi ſententiam, ergo ipſe Auctor Gnomologus Scriptoribus Sacris, aut ſaltem Chriſtianis, accenſendus videtur. Hoc argumentum ſi valet, inſignis Rabbinus fuerit Dionyſius neceſſe eſt, quia Gilbertus Wachius, Naſſenhubienſis Eccleſiae paſtor, in notis ſuis haud pauca ejus Diſticha ex Rabbinorum ſcriptis interpretatur. Non nunc libet inquirere, quemadmodum Boxhorniani ſaeculi homines commentarios ſcripſerint in Auctores utriusque linguae veteres. Qui autem commentatorum nonnullorum, qui nunc ſunt, aut paullo ante fuerunt, conſuetudinem perſpectam habet, rationem illam Boxhornii claudicare intelligit. Accepimus nuper Terentium, exſpectamusque Plautum, habemus etiam alios Scriptores ex ſacrorum Vatum & divinorum Virorum, cum qui priores illis, tum qui poſteriores fuerunt, μυροθηκίοις adeo delibutos, & utriusque Foederis floribus tam larga manu adſperſos, aut dicam potius confertos a Viris doctis hujus ſaeculi, & tamen nemo, credo, propterea Terentium Chriſtianorum, aut ſacrorum Virorum ordini inſeruerit. Quid? Joannes Laurentius Jurisconſultus plauſtra quondam legum Romanarum effudit ad Phaedri fabulas illuſtrandas, nec Slaterus parcior fuiſſet in coacervandis Sacrorum Scriptorum teſtimoniis, ſi huic feſtivum illud ſuum *obe libelle* perficere, ac Phaedrum integrum edere licuiſſet. Nemo tamen recte inde poſtea arguerit, aut Jurisconſultum fuiſſe Phaedrum aut Theologum. Hoc datum plerisque omnibus eſt, ut diſciplinam illam, cui ab ineunte aetate adſueti ſunt, aut quam

praecipue ſibi excolendam ſumſerunt, dominatricem eſſe cupiant, & fontem reliquarum omnium. Certatum mihi memini cum Theologo haud indocto, & nequaquam a ſtudiis noſtris alieno, de nummo argenteo vulgatoque P. Cariſii, qui fuit legatus Auguſti Pro Pr. in Luſitania. In quo nummo ego EMERITA legebam, ille autem integras voces Hebraeas eruebat; quarum ſententia haec eſt: *Hic praecipiet.* Unde pertinaciter contendebat, eum eſſe nummum, quem Chriſto oſtenſum docet Matthaeus Cap. XXII. verſ. 19. 20. 21. & quia ſingularis eſt, ut ajebat, hic nummus, neminique Eruditorum obſervatus, non niſi quater mille florenis Belgicis eum permutari patietur. De hoc, ut dixi, nummo certatum mihi non nihil fuit, imo certatum fuiſſet diutius atque animoſius, dubia, ut puto, victoria, niſi dudum ſilentio vadimonium deſeruiſſe videar. (*a*) Quod autem ad Dionyſii haec Diſticha attinet, mores illa hominum excolunt ad virtutem. Virtus illa eſt, quam recta ratio a Deo hominum animis indita praecipit. Hanc ipſe Deus Auctor Prophetis ſuis ac Vatibus expoſuit; rerum autem divinarum humanarumque contemplatio, doctrina atque inſtitutio ex Prophetarum ſcriptis & colloquiis (quod Viri magni cenſent) Philoſophos docuit. Non mirum ergo, ſi virtutem praecipientes, quae Deum Auctorem habet, eadem aut ſimilia, ipſi inter ſe diſſimiles, monuerint. Socratis, Platonis, Ariſtotelis atque univerſae Stoae decretis & ſententiis accommodari poſſe Sacrae Scripturae loca multa, nemo ambigit: nemo tamen ſapiens inde Scriptoribus divinis, quos hoc nomine Chriſtiani appellamus, eos inſeruerit. Seneca creditur hodie quibusdam ſua monita a Chriſtianis didiciſſe, quod tamen Viris cordatioribus nec dum perſuaſum video. Adde his, quae de Philoſophis, ſecundum Chriſtianos ſentientibus, infra proferam Cap. x. De Gloſſis illis antiquis, de quibus Boxhornius, ita exiſtimo: Aucto-

(*a*) *De illo homine dicas, quod A. Gellius Noct. Attic. Lib.* XV. *Cap.* XXX. Qui ab alio genere vitae detriti, jam & retorridi ad litterarum diſciplinas ſerius adeunt, ſi forte iidem ſunt garruli natura & ſubargutuli, oppido quam fiunt in litterarum oſtentatione inepti.

Auctorem earum monachum fuiſſe, ut fuerunt Gloſſographi antiqui tantum non omnes; in Scripturae Sacrae laciniis recenſendis bona, aut ſaltem mediocri, in ſcriptis Poëtarum aliorumque veterum nulla memoria, quae & nunquam attigit. De Gloſſis, quas ſuas nominat Boxhornius, jam ante dixi, & oſtendi, Auctorem earum aut plane ineptire, aut ea dicere, quae ſententiae Boxhornii adverſantur. Sed Phraſiologiae ſacrae exempla, quae ipſe Auctor profert, videamus. *Statim*, inquit, *inter monita, quae in limine opuſculi leguntur*, Cum bonis ambula. *Ambulare hic converſari eſt, & ſic paſſim utitur vetus Sacri Codicis Interpres.* Equidem nec omnia Diſticha, nec omnes ſententias illas conciſas & breviores, quae Diſtichis praemitti ſolent, Catonis eſſe adſeverarim. Admiſerunt in iis ludi magiſtri, quod in fabulis Aviani, imo in Libris omnibus, quos diſcipulis ſuis pueris enarrabant, patraſſe oſtendi in Diſſertatione de aetate & ſtilo Aviani Cap. XVI. Talia autem eosdem eſſe machinatos in Dionyſii hoc Libello, deinceps declarabimus pluribus. Fraudem ſententiis his adhibitam in dubium vocare nemo poterit, qui cogitet neq eodem ordine, neque numero eodem has perſcribi in veteribus Libris. Trium MSS. ſententias communicavit mecum Arntzenius, Leidenſium duorum & Collationis Voſſianae (*a*).

Inter hos autem convenit, ut inter convivas. Namque ut ordinem omittam, qui varius eſt, Leidenſis ſecundus quinquaginta ſententias habet. Primus his addit duas, Voſſianus quinque. Et tamen nullus horum cum Libris editis vulgatisque conſpirat. Quum ergo manifeſto inde crimine conſtet, aucta eſſe paullatim, ſive a librariis, ſive a ludi magiſtris, haec praecepta: quis aegre ferat, unum eorum, ut indignum Catone, expelli, atque ad ſemibarbaros Auctores remitti? Credo, me aequum poſtulare, Sed, ut verum fatear, nulla cauſſa eſt remittendi hoc, quo de agimus. Imo quae cauſſa impellit, vocem *ambulare* barbaro hic potius,

(*a*) *Turicenſis Bibliothecae J. Gaſp. Hagenbuchius, Academiae egregium decus, atque elegantioris Doctrinae ornamentum, cui hujus muneris nomine, quo lectiones ejus codicis omnes mecum communicavit, gratias ago.*

tius, quam ſuo, & Latino ſenſu accipere? Aut cur illa hic non ſignificat ſpatiatum ire? Novimus, quid parentes filiis noſtris, otii, atque animi cauſſa, ambulaturis, praecipere conſueverimus; ut, ſi ambulare velint, cum bonis & probis adoleſcentibus ambulent. Num quid idem illud praeceptum minus dignum fuit Catone, quam nobis? ad filium autem ſcripſiſſe haec praecepta creditur. Num autem rarius ambularunt Veterum filii, quam noſtri? De Veterum ambulationibus, de quibus Vitruvius atque alii, ſupervacuum fuerit hoc loco monere. Unum hoc dico, diſcipulorum inter ſeſe, & cum magiſtris ac Philoſophis, frequentes fuiſſe ambulationes, quae & ſectae Ariſtoteleae Peripateticae nomen dederunt. In Latio eaſdem uſitatas fuiſſe declarat perfidia Faliſcorum Ludimagiſtri, de quo Livius v. Cap. xxvii. & Romanae Hiſtoriae Scriptores omnes. Hunc in oculis morem habet Auctor Queroli pag. 24. *Certe ferulas non habet, neque cum turbis ambulat.* Laudanda ſane prudentia eſt Catonis noſtri, quod filium monet, ut ambulationis comitem quaerat adoleſcentem bonum & modeſtum; quia remiſſior animus, qualis eſſe ſolet in ambulando; ſive, ut ſcribit Terentius, ſpectator morum elegantiſſimus, ingenium omnium hominum a labore ad libidinem proclive eſt. Ante vero quam hoc loco a ſententiis illis brevioribus diſcedo, monendum eſſe duxi, quod nonnunquam mihi in mentem venit; tametſi illud ſequendum nemini obtrudere velim. Quin malo, quemque ſuo arbitrio ac judicio obſequi. Cogitavi crebro, an hac ſententiae lemmata, ſive inſcriptiones fuerint, & quaſi tituli Diſtichorum. Nec tamen ob id a Catone ea profecta negem, quanquam ſcio, pleraque carminum, & capitum lemmata, quae nunc in omnibus fere libris oſtentantur, ſpuria eſſe, atque a Librorum Auctoribus alieniſſima. Nam & ſimiliter ſuis Diſtichis ſimilia lemmata praefixit Martialis Epigrammatum Lib. xiv. cujus hoc Diſtichon primum eſt,

Lemmata, ſi quaeris, cur ſint adſcripta, docebo:
Ut, ſi malueris, lemmata ſola legas.

Hoc conſtat pleraque lemmata Catonis, Diſtichis ejus convenire, quae autem in utriſque diſcrepant, iſtorum culpae atque audaciae adſignari poſſunt, qui mul-

ta

ta alia in hoc Libello detraxerunt, addiderunt, immutarunt.

Exemplum alterum Phraſiologiae ſive dictionis Sacrae, & a terſis Romanorum auribus alienae, ſi Boxhornio fides, illud eſt Lib. II. Diſt. VIII.

Nolo putes, pravos homines peccata lucrari;
Temporibus peccata latent, & tempore parent.

De hoc namque Diſticho ita ille. *Lucrari peccata, hoc loco nihil eſt aliud, quam, non tantum non poenam, ſed etiam commodum, & emolumentum ex peccatis reportare. Quam phraſin Chriſtianorum eſſe, quis non videt? Paſſim legas, Chriſtum, fratres coelum lucrari.* Verum hanc Boxhornii criminationem nullo negotio confutabit, quisquis Daumii notas ad hunc locum de verbo *lucrari* legerit. Ex Manilio namque, Plinio, Quinctiliano, Statio, docuit eundem vocis uſum, quem damnat ille. Quid autem dicto huic Catoniano magis congruit, quam illud Manilii Lib. v. verſ. 319.

POENAMQUE LUCRETUR
Noxius.

Addo illi Latinum Pacatum in Panegyrico Cap. XXX. *primi ſceleris poenas lucrari quieſcendo potuiſſet*; & alium Poëtae illius locum ex Lib. IV. pag. 86. Edit. Scalig.

MORTESQUE LUCRENTUR.

Atque alium ex Hirtio de Bello Hiſpanico Cap. XXXVI. *Illo beneficio ſuum* BENEFICIUM *exiſtimabant ſe* LUCRIFACERE. Convenit ſententiae noſtri hoc Luciani ex Anthologia Lib. I. Cap. XXXI.

Ἀνθρώπους μὲν ἴσως λήσεις ἄτοπόν τι ποιήσας
Οὐ λήσεις δὲ Θεοὺς οὐδὲ λογιζόμενος.

Verum deſino ſententias ſimiles, cum in hac re, tum in alia, ex Scriptoribus antiquis proferre, quarum nullum modum aut finem fore video, ſi id agere vellem (a).

CAP.

(a) *Tu adi Priceum ad Apulej. Metam. Lib.* VIII. *pag.* 116. *& ad Actor. Cap.* XXVII. ℣. 21. *Sed fac fuiſſe hoc verbum Chriſtianum, minus vere tamen ob id Scriptor, qui eo utitur, Chriſtianus videbitur. Ob familiaritatem cum Chriſtianis verba & locutiones nonnullae Chriſtianorum uſurpatae gentilibus, in quorum numero vox* Sabatum. *Vid. Sueton. de Illuſtr. Gramm. Cap.* XXXII. *vox Juliae Domnae*, maledicte parricida, *de qua Caſaub. ad Spartian. in Geta, Cap.* III.

CAP. VIII.

Cuperi & Aliciati expoſitio poſtbabita. Mens pro Deo a Romanis in Urbe culta. Ratio varia ſacrificandi. Alii lauta, alii tenuia, alii nulla ſacra faciebant. De his Philoſophorum ſententiae. Auctor Adlocutorum ad Aſclepium his terve emendatus. Quae ſententia Dionyſii fuerit de ſacrificiis. Stoici & plerique omnes Philoſophi Deum unum ſummum credebant. Non Chriſtianis aut librariis eſt imputandum, quod Deum, non Deos, nominat Dionyſius. Deum mentem eſſe vel ſpiritum plerique Philoſophi dixerunt.

A Vocibus & verbis Boxhornius ad ſententias tranſit, ut ex his doceat, Auctorem Chriſtianorum perſuaſionibus imbutum fuiſſe. *Primum*, inquit, *Diſtichorum.*

Si Deus eſt animus, nobis ut carmina dicunt.
Hic tibi praecipue ſit pura mente colendus.

expreſſum ſine dubio ex verbis Servatoris noſtri: πνεῦμα ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτῷ, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. *Deus eſt Spiritus, & adorantes eum, in Spiritu & veritate adorare oportet.* Sed videamus, an haec verior ſit Viri Eruditiſſimi ſententia. De ſenſu primi membri prioris verſus, *ſi Deus eſt animus*, in alia omnia inter ſe diſcedunt Viri docti. Alii exponunt ita, ut dixerit Cato, animum eſſe Deum, alii, Deum eſſe animum. Secundum hos ego ſentio. Verum ab illorum partibus ſtat Gysbertus Cuperus, non Eruditionis fama, quam virtutis ornamentis magis conſpicuus, Obſervationum Lib. II. Cap. XVII. *Huc tendit*, inquit, *totum illud de moribus carmen, ut oſtendat, animum eſſe colendum.* Idem de hoc verſu ante docuerat Alciatus IV. Parerg. Cap. XIII. At vero cum puero ſcripſit hoc opus Cato, cur ita obſcurum, intricatum & perplexum dedit primum Libri totius verſum? Cur ita ſubjecti & praedicati (Philoſophorum more loquor) ſedes migravit, ut alterum in alterius locum tranſiret? qua quidem re nihil magis impedit ac turbat cogitationes puerorum, quas ſoluta, facili ac perſpicua oratione excitandas novimus. Num verſus difficultas hanc neceſſitatem inpoſuit? At vero nullo negotio expedire omnem difficultatem potuit vertendo:

Quod

Quod ſi animus Deus eſt.

Verum mitto hoc, quomodo aptabis verſum alterum huic expoſitioni? neque enim illatio ſive collectio in eo valet. Aut ſi interpretatione aliquo modo in id flecti poteſt, certe non tam commoda eſt & congrua, quam cum in noſtram ſententiam verſum priorem exponas. Neque validior eſt haec Viri illuſtris ratio, quam addit: *Credibile enim non eſt, eum voluiſſe docere, Deum eſſe animum, quod notum omnibus, ſaltem doctis.* Nam num minus notum fuit, animum ſive mentem eſſe Deum? de Romanis ſi quaerimus, Mens Dea non doctioribus tantum, ſed & vulgo notiſſima fuit, cui quidem AEdem dedicavit in urbe T. Otacilius Craſſus ex decreto Senatus, vide Livium Lib. XXIII. Cap. XXXI. Lactantium Lib. VIII. Cap. XX. Deamque hanc, dedicatam in Capitolio, proxime a M. AEmilio Scauro conſpici teſtatur Cicero de Natura Deorum II. Cap. XXIII. qui & Cap. XXXI. publice dedicatam ſcribit. Patuit ergo ea oculis omnium, ignorata a nemine. Alterum autem illud, quod doctis omnibus notum eſſe ſcribit Cuperus, ignoravit, certe negavit, M. Zuerius Boxhornius. Negat enim Dionyſium illud ex veterum Philoſophorum ſcitis, ſed ab Chriſto vero Deo didiciſſe. Verum de eo mox diſputandi locus erit. Haec Dionyſii noſtri ſententia eſt, quam Eraſmus, Scaliger atque alii docuerunt, Deum eſſe animum, atque ob id non corporis operibus aut officiis, id eſt quae corpore fiunt, tam eſſe colendum, quam praecipue mente, & quidem pura. Sed quo dilucidius appareat, quae inter diſcrepantes Gentilium veterum ac Philoſophorum opiniones, de cultu Deorum, mens Dionyſii fuerit, ſciendum eſt, nonnullos illorum magnificis atque opimis victimis Deos placaſſe, alios exiguo, alios nullo. Qui magnificis & opimis; aurum, argentum, gemmas, quaeque praeterea re, aut manu, pretioſa erant & praeſtantia, dabant. Refero etiam huc gregum pecudumque, atque ut generaliter dicam, animalium victimas, de quibus Lactantius II. Cap. VI. Qui exiguo; res inanimatas dabant, ac potiſſimum lac & far, ſed omnium maxime tus. Magnifice ſacrificabat vulgus, id eſt, omnes illi, qui animi impetum magis, quam rationem ſequebantur, nec ſanctioris Philoſophiae

phiae ſtudiis eruditi erant. Et quanto quis opibus major, aut flagitiis, & ſceleribus contaminatior, tanto lautiora & opulentiora fuerunt ſacra. Quod vero ad Philoſophos attinet, illi graviter hos corripuerunt, Poëtae etiam ſalſe & jucunde riſerunt. Hierocles in aurea Pythagoraeorum Carmina pag. 24. Καὶ ἡ τῶν προσφερομένων πολυτέλεια τιμὴ εἰς Θεὸν οὐ γίνεται, εἰ μὴ μετὰ τοῦ ἐνθέου φρονήματος προσάγοιτο. Δῶρα γὰρ καὶ θυηπολίαι ἀφρόνων, πυρὸς τροφή. καὶ ἀναθήματα, ἱεροσύλοις χορηγία. *Ipſa deinde oblationum profuſio honori Deo non cedit, ſi averſo a divinitate animo offeratur. Dona ſiquidem & hoſtiae ſtultorum hominum nihil ſunt aliud, quam ignis pabulum, & donaria, ſacrilegorum opes.* Verum metuo, ne vanus videar peritioribus, qui operam in re notiſſima probanda ſumere velim. Doctorum Virorum nullus fuit olim, quin a profuſione opum pios in Deum abſterruerit, neque a Chriſtianis Scriptoribus ea exagitata acerbius eſt, quam a ſapientioribus ethnicis. Illud forte nonnullis minus notum, inter hos fuiſſe aliquot, qui plane abſtinuerunt a ſacrificiis, cum opimis, tum tenuibus atque exiguis. De Socrate & Demonacte Philoſophis tradit Lucianus in Demonacte; de illo praeterea, in *Bis accuſato*. Piget exſcribere, quae de vanitate inmolantium idem ludit in Libello de Prometheo, & potiſſimum de Sacrificiis. Addo Mercurii Triſmegiſti ſententiam, ut illa ab Apulejo nobis prodita eſſe creditur, in Adlocutis ad Aſclepium, prope finem; non ob id duntaxat, quod loco huic convenientiſſima eſt, ſed & ut mendas inde eluamus. *Jam ergo dicentibus precationem, Aſclepius ait, ſubmiſſa voce. O Tati, ſuggeramus patri, quod juſſerit* (emenda *quod jus erit*, vel omiſſa voce *quod* parentheſi (*jus erit*) include) *ut ture addito & pigmentis* (haec corrupta apud Lactantium Lib. VI. Cap. ult. ubi hic locus deſcribitur, eſt *tus & alios odores* an inde corrigemus *ture addito & libamentis?* Vocabulo corrupto *pigmentis* congruit magis *fimentis* pro ſuffimentis, ſed ejus Auctoritas deeſt, vide tamen Voſſium in Etymol. Voc. *Fio*) *precem dicamus Deo. Quem Triſmegiſtus audiens atque commotus ait, melius, melius ominare;* (hinc reſcribe apud Lanctantium, *bene, bene ominare*, ubi nunc eſt *o mi nate*, ſed hoc etiam aliis animadverſum) *Hoc enim ſacrilegiis ſimile eſt, cum Deum*
roges,

roges, tus ceteraque incendere. Nihil enim deeſt ei, qui ipſe eſt omnia, aut in eo (ſcriptum fuit *eo*, id eſt, *quo*, quod reponendum) *ſunt omnia.* Quid Dionyſius noſter? is mediam viam ingreſſus, in illis nomen ſuum profitetur, qui nec ſplendidis, nec nullis ſacris placandum Deum cenſuerunt, ſed frugalibus ac modicis, ture nempe; grana unius aſſis dicit Tertullianus in Apologetico Cap. III. Non ergo vitulum, aut opima ſacra voluit, quare Lib. IV. Diſt. XXXVIII.

TURE *Deum placa*, VITULUM *ſine creſcat aratro:*
Nec credas placare Deum cum caede litatur.

& Libro eodem Diſt. XIV.

Quum ſis ipſe nocens, moritur cur VICTIMA *pro te,*
Stultitia eſt morte alterius ſperare ſalutem.

Et tamen ture hactenus placare praecipit, ut non illud in praecipuo cultu ponatur, ſed poſteriore loco habeatur. Monet namque, praecipue Deum colendum animo & mente; nec tamen quacunque mente ſed pura; neque hanc mentem adferri vult in aliena cauſſa, ſed a quocunque in ſua.

Hic TIBI, *inquit*, PRAECIPUE *ſit* PURA MENTE *colendus.*

Sive autem univerſum hoc Diſtichon conſideres, ſive ſingula ejus membra, nihil in eo deflectit a Philoſophorum, & graviſſimorum Virorum perſuaſionibus de Deo, atque ejus cultu. Hoc praeterea adjicio, verbum in hoc Diſticho nullum eſſe, quin rite expenſum vim ſingularem habeat, quod & obſervatum Eraſmo. Neque tamen id, de hoc ſolum Diſticho apparebit illi, qui diligentius cogitarit; ſed & de cunctis reliquis: quae plus in receſſu habent, quam in fronte praeferre videntur. Rem ita colligit Auctor: Si Deus eſt animus, animo eſt colendus. De vocabulo *ſi*, ſi conſulto opus eſt, conſule Broukhuſium ad Propertium Lib. III. Eleg. XXIII. Deum autem ſimili, id eſt, animum animo delectari, dudum Pythagorei docuerunt, teſte Hierocle in Commentario in aurea Pythogorae Carmina. ὡς γὰρ φασὶν οἱ πυθαγόρειοι, τιμήσεις τὸν θεὸν ἄριστα, ἐὰν τῷ θεῷ τὴν διάνοιαν ὁμοιώσῃς. *Deum ajunt Pythagorei honore adficias quam optime, ſi eidem fias* ANIMO SIMILIS. Neque aliter viſum Stoicis, quare ipſe Hierocles, Stoicorum decretis addictus, hanc ſententiam ita corroborat,

roborat, τὸ δὲ ἔνθεον φρόνημα διαρκῶς ἡδρασμένον συνάπτει θεῷ. χωρεῖν γὰρ ἀνάγκη τὸ ὅμοιον πρὸς τὸ ὅμοιον. *At divinus animus probe confirmatus Deo adjungit, eſt enim neceſſe*, QUOD SIMILE EST, AD SIMILE TENDERE. Vides hos ſimiliter unum Deum nominare, Pythagoram dico, & Stoicos. Sed quid ſolos hic Pythagoreos aut Stoicos memoro? Nullus Philoſophorum eſt, certe eorum, qui Deum eſſe crediderunt, quin unum Deum ſummum dixerint. Nemo ignorat, quantum exemplorum ex antiquorum ſcriptis collegerint Eccleſiae primae illuſtres Viri, Juſtinus Martyr, Clemens Alexandrinus, Tertullianus, Arnobius, Lactantius, Cyrillus aliique. Et ne Graecis, cultioribusque populis hanc perſuaſionem propriam fuiſſe opinemur, teſtis eſt Maximus Tyrius in oratione prima, Scythas, Perſas ac Hyperboreos, gentesque omnes ac nationes, quamtumvis moribus inter ſe diverſas, una tamen animorum conſpiratione ſtatuiſſe, Deum unum ac principem eſſe, a quo res humanae gubernentur. (a) Imo vero Minucius Felix Cap. XVIII. & Lactantius divinarum Inſtitutionum Lib. II. Cap. I. ita hominum pectoribus hanc veritatem inſitam ſcribunt, ut vulgus etiam & multitudo, ſermone ſuo, tantum unum Deum nominet. Hunc autem illum Deum credo, quem Plato Opificem appellare conſuevit, de quo praeter ipſum Platonem Plutarchus in Quaeſtionibus Platonicis, quae legiſſe juvabit; nonnulla etiam Athanagoras de Legatione Cap. VI. dabit. Hic eſt, cui pro incolumitate imperii ſui vota fieri cupit a Judaeis Julianus Epiſtola XXV. quem κρείττονα dicit δημιουργόν. ut intelligas eundem eſſe, quem Judaei colebant. Neque alium fuiſſe puto, per quem Syneſius, Platonicis non minus, quam Chriſtianis ſtudiis innutritus, jurare conſuevit, vide Epiſtolam ejus IV. in qua hunc Deum ſcribit, ὃν φιλοσοφία πρεσβεύει. adde Epiſtol. XCV. pag. 236. Stoici hunc Naturam nominabant, quo nomine etiam noſter deſignat, Lib. I. Diſt. XXI.

Infantem nudum cum te NATURA *crearit.*

Ex qua re, ut & ex indiciis aliis quam plurimis, ſuſpicamur, Catonem hunc a Stoica ſecta non alienum fuiſſe,

(a) *Adde Serm.* XXVIII. *in fin.*

iiſſe, quae aevo ejus prae ceteris excolebatur, vide oſſium de Philoſophorum ſectis Cap. XIX. Conve-ienter itaque vitae ſuae, & diſciplinae, quam profi-batur Dionyſius, unum ſemper Deum appellat: quod ſtitutum tenuit etiam Antonius Imperator in aureo e ſe Libello, nec raro infeſtiſſimus Chriſtiano nomi-i hoſtis Symmachus, de quo Juretus in Miſcellaneis ib. V. Epiſt. XIII. Quare nollem ſcriptum a Scali-ero, ſummo Viro, in notis ad Lib. IV. Diſt. X. ab uctore ſemper Deos in plurali fuiſſe dictos, ſed mu-tum id in Deum a Magiſtris Chriſtianis. Taedet in oc genere plura proferre; & tamen devoranda erunt edia, quae Boxhornii iniquitas imperat. Nam quid otum perſpectumque magis hominibus, non plane in-eritis, quam Deum animum mentemque dici Philo-ophis, & praecipue Stoicis? Et tamen cum hos, ut olet, ſecutus Cato idem dicat, Boxhornio inde hriſtianus eſt deprehenſus. Quanto autem verius actantius hanc de Deo mente, ſive animo opinio-em, non Chriſtianis peculiarem, ſed plerisque Phi-oſophis Graecis communem eſſe oſtendit Divinarum ſtitutionum Lib. I. Cap. V. In eum enim conſpi-ſſe dicit Thaletem Mileſium, Pythagoram, Anaxa-oram, Ariſtotelem, Ciceronem. Ipſum Ciceronem conſulere cupis, inſpice de Natura Deorum Lib I. ap. XII. Ex recentioribus adi Lipſium de Phyſiolo-a Stoica Lib. I. Cap. IX. Errat porro Boxhornius, exiſtimat, Chriſtianis ſolis Deum Spiritum fuiſſe editum. Nam Stobaeus tradit Poſidonium ſcripſiſſe ὡς εἶναι πνεῦμα διῆκον δὶ ὅλȣ τȣ̃ κόσμȣ. *Deum eſſe* SPIRI-UM *permeantem per totum mundum.* De Cleanthe vi-e Tertullianum in Apologetico Cap. XXI. His ad-nge, quae Cyrillus de Spiritu Sancto diſputat adver-us Julianum Lib. I. pag. 34, 35. Ipſumque Maronem on longe afuiſſe a veritate Chriſtiana Lactantius onet Lib. I. Cap. I. quum ita de Deo canit AEnei-os Lib. VI. verſ. 107.

Principio coelum ac terras, camposque liquentes,
Lucentemque globum Lunae, Titaniaque aſtra,
SPIRITUS *intus alit: totamque infuſa per artus*
MENS *agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.*

uic congruit Manilius Lib. II.

Cum SPIRITUS UNUS
Per cunctas habitat partes, atque irrigat orbem.

Quam ſententiam Pythagorae adſcribunt Quinctilianus Inſt. Orat Lib. VII. Cap. III. Lactantius de Ira Cap. XI. & Salvianus de Gubernatione Dei. Quemadmodum autem myſteriis Chriſtianorum eam accommodet Minucius Felix, vide in Octavio Cap. XIX.

CAP. IX.

Refelluntur illi, qui carmina *Philoſophorum ſententias exponunt. Filio puero ſcripſit haec Diſticha Dionyſius. A Poëtarum lectione veteres litterarum ſtudia auſpicabantur. Grammatici praecipue Magiſtri dicti. Hi Poëtas enarrabant. Qui Poëtae potiſſimum enarrati. Prae ceteris Virgilius. Flores ex Poëtis diſcendos dabant pueris. Dionyſii aliquot Diſticha exponuntur. Unius lectio tentatur.* Multi multa *de re incerta & vulgata.* loqui, *id eſt, jactare, polliceri. Dionyſius ex Pacuvio expoſitus. Philoſophi apud Pacuvium pro Poëtis. Mendoſum Diſt.* VI. *Lib.* III. *Dicta multa obſcura ob amiſſos Auctores. Philoſophi antiquiſſimi verſibus praecepta tradebant. Aurea Pythagorae Carmina an* κατ' ἐξοχὴν Carmina *dicantur Dionyſio. Poëtae quanto antiquiores tanto veriora de Deo tradiderunt. Homeri de Deo perſuaſio.*

EX his intelligimus, Poëtas aeque, ac Philoſophos, de Deo tradidiſſe, quae Auctor ſibi ac filio carminibus dicta ſcribit. Et ſi a Poëtis; quae cauſſa eſt, cur *carmina* hic Philoſophorum placita interpretantur? ut interpretantur Viri doctiſſimi. Imo, ut verum fatear, ſignificatio haec aliena eſt hoc loco, forte & aliena ab uſu purioris linguae. Formulas verborum ſolemnes, preces, diras, querelas, & quaecunque modulato nonnihil ſono pronunciabantur, aut ſuſurrabantur *carmina* dici ſcio: Verum ea nihil ad Philoſophorum decreta. Adde ab aetate filii, cui ſcripſit hoc Diſtichon Cato, ut reliqua omnia, Philoſophorum diſciplinas abhorrere. Puer namque ille fuit, Poëtarum carminibus mediocriter, ut credo, imbutus, a Philoſophorum vero gravioribus literis longe per aetatem remotus. Hic enim Inſtitutionis ac diſciplinarum ordo

fuit

fuit apud Veteres, ut a Poëtarum lectione auſpicarentur litterarum ſtudia, atque orbem illum Doctrinae, quam Graeci ἐγκυκλοπαιδείαν vocant. Delibatis Poëtarum floribus, inde ad Philoſophorum Diſputationes & Scholas ſe conferebant. Quare Petronius ita praecipit Cap. v.

Det PRIMOS VERSIBUS ANNOS,
Moeoniumque bibat felici pectore fontem.
Mox & Socratico plenus grege mutet habenas
Liber.

Qui & aptiſſime addit *Liber*, quod cum ad Philoſophos ducerentur adoleſcentes, liberiorem vivendi poteſtatem accipiebant. Huc ſpectat narratio Simonis Terentiani in Andria I. 1. 24.

Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis, Soſia,
LIBERIUS *vivendi fuit poteſtas. Nam antea*
Qui ſcire poſſes, aut ingenium noſcere,
Dum aetas aut magiſter prohibebant? SO. *ita eſt.*
SI. *Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli,*
Ut animum ad aliquod ſtudium adjungant, aut equos
Alere, aut canes ad venandum, aut ad PHILOSOPHOS.

Filium Dionyſii necdum manum ferulae magiſtri ſubduxiſſe ex eo cognoſcimus, quod pater in ſententiis brevioribus monet *Magiſtrum metue.* Videntur autem peculiari nomine Grammatici magiſtri nominati, vide Suetonium de Illuſtribus Grammaticis Cap. XXIII. (*a*) quibus id tributum fuit, ut Poëtas diſcipulis enarrarent. Quinctilianus Lib. I. Cap. III. Perſpicimus inde rationem, cur in hoc Libello, Poëtarum identidem dicta, non etiam Philoſophorum diſciplinas, tangat, ut mox docebimus. Quod ſi audire lubet, qui Poëtarum prae ceteris legendi, nominabit hos Auſonius in Protreptico ad nepotem ſuum verſ. 45. ubi ita:

Perlege quodcunque eſt memorabile. Priva monebo.
Conditor Iliados, & amabilis orſa Menandri,

Evol-

(*a*) *Gell. Lib.* IV. *Cap.* I. & *Lib.* XVIII. *Cap.* IV. *Nonius Marcellus in voc.* Educit. Educit obſtetrix, educat nutrix, inſtituit Paedagogus, docet magiſter. *adde L.* III. *C. Th.* & *L.* I. *C. Juſtin. de Stud. liberal. Adde tamen quae de hoc praecepto diſputavi infr. Cap.* XXVI. *pag.* 117.

Evolvenda tibi. Tu flexu & acumine vocis,
Innumeros numeros doctis accentibus effer.

Et poſt nonnullos verſus

Te praeeunte, nepos, modulata Poëmata Flacci,
Altiſonumque iterum fas eſt didiciſſe Maronem.
Tu quoque, qui Latium, lecto ſermone, Terenti,
Comis, & adſtricto percurris pulpita ſocco,
Ad nova vix memorem diverbia coge ſenectam.

Vides, in his Poëtis, qui aetati tenerae praelegebantur, fuiſſe Virgilium: cujus carmina a Quinto Caecilio Attici liberto, atque adeo aequali Poëtae, jam pueris enarrata docet Suetonius de Illuſtribus Grammaticis Cap. XVI. (a) Vides, eundem Virgilium inter eos Poëtas eſſe, qui Deum mentem & ſpiritum dixerunt. Quid ergo prohibet hujus verſus accipere, quibus id doceri ſcribit Dionyſius? Hoc nemo negat, verſus hujus cujusque generis hominibus in promtu fuiſſe, ut digitos unguesque; & cuicunque loco expedite accommodatos. Quae res Sortibus, ac potiſſimum Centonibus Virgilianis originem dedit. Imo cum carmina dicuntur, nec memorentur cujus ea fuerint, ſuſpicio eſt Virgilii ſignificari: Sicuti quum Poëtam dicimus, nec addimus nomen, ſubauditur apud Graecos egregius Homerus, apud nos Virgilius, quae verba ſunt Juſtiniani, aut dicam potius Architectorum inſtitutionum juris Juſtinianei §. 2. de jure Naturali Gentium & Civili. Illud novimus, & teſtatur Ovidius, Carminibus Virgilii, ac potiſſimum AEneide, nullum in Latio opus clarius exſtare. Quare non tantum una cum reliquis Poëtis, quos memorat Auſonius, ediſcebatur; ſed & omnium primus & Princeps. Quinctilianus Lib. X. Cap. I. *Itaque ut apud illos Homerus, ſic apud nos* VIRGILIUS *auſpicatiſſimum dederit exordium.* Auguſtinus de Civitate Lib. I. Cap. III. a parvulis lectum ſcribit; *ut Poëta magnus, omniumque praeclariſſimus atque optimus, teneris inbibitus annis, non facile oblivione poſſit aboleri.* Quare non dubito bonos magiſtros, diſcipulis infantiae proximis, quibus litterarum formas, ſcriben-

(a) *Quae & ſemper dein praelegentibus magiſtris cantata, id eſt memoriter recitata fuerunt a pueris. Macrob. Saturnal. Lib.* I. *Cap.* XXIV.

bendive artem praeibant, verſus ex Poëta, honeſtum aliquid monentes, praeſcripſiſſe: de qua conſuetudine conſulendus Quinctilianus eodem in loco. Quodſi autem alicui viſum fuerit vocem *carmina* latius interpretari, nequaquam equidem intercedo: licetque per me, non ſolius Virgilii, ſed & aliorum Poëtarum carmina intelligantur: quum negari nequeat, placuiſſe eam de Deo opinionem non minus Poëtis, quam Philoſophis. Ipſe Menander, quem pueris enarratum oſtendimus, ea docuit de Deo uno, quorum haudquaquam Chriſtianum pudeat,

Τὸν ὄντα πάντων κύριον γενικώτατον,
Καὶ πατέρα. τοῦτον διατέλει τιμῶν μόνον,
Ἀγαθῶν τοιούτων εὑρετὴν καὶ κτίστορα.
Eum, qui eſt omnium dominus, & maximus creator,
Et pater. hunc conſtanter ſolum colito.
Cum ſit talium bonorum inventor & conditor.

Scio de Auctore horum verſuum non convenire inter Doctores Eccleſiae veteris: Sed cujuscumque ii ſunt, non aliena produnt a Chriſtianorum aut Philoſophorum, atque ipſius Dionyſii, ſecta. Non autem credibile eſt, integros ſemper Poëtas fuiſſe enarratos diſcipulis, multo minus memoriae mandatos, ſed, ut canit Lucretius,

Floriferis ut apes in ſaltibus omnia libant.

Sic omnia undique Grammatici depaſcebantur aurea dicta, quae diſcenda pueris dabant. Quales Livii verſus Horatio dictare ſolitus Orbilius, vide Lib. II. Epiſtolam I. 69. Neſcio, an huc pertineat Ennii dictum elegans, quod puero ſibi lectum ſcribit Phaedrus Lib. IV. fabula ultima. Qui mos etiam Syri mimi, aliorumque ſententias dedit. Quin imo ad talia Poëtarum dicta reſpici puto Diſt. XIII. Lib. I.

Rem tibi promiſſam certo promittere noli:
Rara fides ideo eſt, quia multi multa loquuntur.

Didicerat puer ex Horatio Lib. I. Carm. XXXV. 21.

Te ſpes, & albo rara Fides colit
Velata panno, nec comitem abnegat.

Horatiani verſus ſenſum declarat pater in illo Diſticho. Auſim inde *Spem* in verſu ejus primo, quod nonnulli ſcripti & editi Libri habent, praeferre, ſi in altero pro *ideo* ſubſtituere liceat ex Horatii verſu altero *comes*. Certe Horatius Spem & Fidem comites facit For-

 tunae,

tunae, atque adeo & comites inter ſe. Dicit hoc modo Dionyſius, fidem eſſe raram comitem ſpei, quia multi pollicentur incerta multa & vana. *Multi multa* dicebatur, cum res certae atque incertae, verae & falſae fama vulgi ferebantur. Martialis Lib. VI. Epigram. LVI.

Quae ratio eſt? inquis. ſcis MULTOS dicere MULTA.

(*a*) *Loqui* autem jactare, polliceri ſignificat, plura docui ad Aviani fabulam I. (*b*) Didicerat ſimiliter Dionyſii filius ex Pacuvio, vide Auctorem ad Herennium Lib. II. Cap. XXIII.

FORTUNAM *inſanam eſſe & CAECAM & brutam perbibent Philoſophi.*

Didicerat praeterea ex eodem:

Sunt autem alii Philoſophi, qui contra Fortunam NEGANT
ESSE ULLAM.

Imo & hoc didicerat ex illo

Sed TEMERITATE *omnia autument* REGI.

Quid in illa priſcorum Philoſophorum ambiguitate, quam veteris Poëtae carminibus perceperat, ſequatur, quid fugiat, hoc ſuo Diſticho monet pater:

Quum ſis incautus, NEC REM RATIONE GUBERNES;
Noli FORTUNAM, QUAE NON EST, *dicere* CAECAM.

Quod Diſtichon eſt III. Lib. IV. Quum autem ex his, quae legerat & memoriae mandaverat ex Pacuvio filius,

(*a*) *Fuit & quaſi proverbii loco* multi multa, *certe fuit crebrum Cic. pro Roſcio Amerin. Cap.* XLV. Nemo eſt enim qui neſciat, propter magnitudinem rerum multa multos, partim connivente, partim imprudente L. Sulla, commiſiſſe. *Cicer. Lib.* XIII. *fam. Ep.* II. Propter opera inſtituta multa multorum, *& Ep.* V. Cum multi a me petant multa. *Sueton. in Aug. Cap.* XXIX. Multaque a multis exſtructa ſunt. *in Tib. Cap.* I. Multa multorum Claudiorum egregia merita. *Adde Plin. Lib.* IV. *Cap.* IV. *Lib.* VIII. *Ep.* VIII. *& Lib.* IX. *Ep.* XIII. *Spartian. in Hadrian. Cap.* XXVII. *Trebell. Poll. de* XXX. *Tyran. Cap.* VII.

(*b*) *Quibus convenit hoc Petronii Cap.* XXXVII. multa loquor.

lius, quaedam credi non vult, intelligimus quo pertineat monitum Lib. III. Diſt. XIX.

> *Nam miranda canunt, ſed* NON CREDENDA POETAE.

Modo hoc Diſtichon Dionyſii ſit, de quo antea diſſeruimus Cap. III. Poëtas autem intelligi, cum Philoſophos nominat Pacuvius, dubitandum non eſt. Hoc praeterea nemo dubitabit, qui Catoni noſtro pacuvianos illos verſus in oculis fuiſſe perſpexerit, quin verba illa Diſtichi, *quae non eſt*, interpretetur, quae nulla eſt, quo ſenſu ea etiam accepit Sariſberienſis Joannes in Policratico Lib. III. Cap. VIII. quod addo, quia Eraſmus ambigue exponit, Scriverius etiam mutat. De ſegnitie porro ex Poëta didicerat neſcio quid, quod pater Diſt. VI. Lib. III. in memoriam revocat; nam quod nunc in eo legitur:

> - - - *Quae vitae ignavia fertur.*

Mendoſum eſt, vide Cap. XXXI. Fuerunt autem illa inter ſelectiores Poëtarum flores, quos diſcipulis colligebant magiſtri; de quibus ita Quinctilianus Inſtitut. Orator. Lib. I. Cap. I. *Etiam dicta clarorum Virorum, & electos, ex Poëtis maxime, locos ediſcere inter luſum licet.* Adde quae idem de hoc inſtituto dein Cap. VIII. Dicta autem Philoſophorum ſimilia Stobaeus collegit (*a*).

Verum, ſi volunt, demus tandem carmina, de quibus Dionyſius, Philoſophorum ſcita fuiſſe; dummodo id nobis viciſſim illi concedant, verſibus ea a Philoſophis adſtricta fuiſſe. Siquidem ante Phereciden, qui praeceptor fuit Pythagorae, doctrinam ſuam ligata oratione connectere fuerunt ſoliti Philóſophi; de quo

(*a*) *Haec dicta Poëtarum olim, ut inter adſuetos, perſpicua erant & dilucida; nobis, dum caremus illis Poëtis, obſcura admodum ſunt! Ecquis, quaeſo, mortalium intelligat hoc Plinii Lib.* I. *Ep.* II. Nam vim tantorum verborum pauci, quos aequus amavit, adſequi poſſunt, *niſi hoc Virgilii nobis ſervaſſet temporis benignitas:*

> Pauci quos aequus amavit
> Juppiter.

Quod ut nunc, ſic & olim tritiſſimum fuit. Quod autem deſiderantur cum maxime Poëtae nonnulli, quorum dicta reſpicit Dionyſius, inde factum, ut quae inter patrem & filium trita & perſpectiſſima erant, hodie intellectum noſtrum fugiant.

quo Pherecide conſulatur Apulejus in Floridis haud longe a fine. (a) Alciatus Parergon Lib. IV. Cap. XIII. Pythagorae carmina, quae aurea appellari conſueverunt, a Dionyſio deſignari ſcripſit. Quae tamen hodie hoc nomine circumferuntur, in iis fruſtra Dionyſii de Deo ſententiam quaeras, quam tamen ex aliis ſupra eruimus Cap. VIII. pag. 39. De Poëtis hoc porro tenendum: quanto antiquiores illi fuerunt, tanto saniora de Deo ſenſiſſe. Imo nonnulli illorum Moſis ſcripta legiſſe creduntur, quorum de Deo perſuaſiones conſervarunt nobis ac prodiderunt antiquiſſimi inter Chriſtianos Scriptores. Juſtinus Martyr nec Homerum excludit ab eorum numero, qui recte & vere de Deo fuerunt opinati, de quo vide virum Illuſtrem Gyſbertum Cuperum in Apotheoſi Homeri pag. 106. quod & Plutarchus demonſtrat in Libro de Homero Cap. LIX. In quo illud praeterea addit, quod nequaquam hic praetereundum eſt, docuiſſe hunc Poëtam, Deum eſſe mentem. Quia autem indigna deinde de Dis eſt fabulatus, apud inferos inpietatis eum poenas luere ſcribunt nonnulli, ob quam etiam cauſſam a civitate ſua excluſit Plato. Kuſterus in Hiſtoria Homeri Parte I. Sectione VI.

CAP. X.

De cultu Dei optime inter Dionyſium & Ciceronem convenit. Cur corpus purum, & praecipue mens pura in Sacris requiratur. Quid ſit mens pura & purae manus. Vocem tibi *cur addidit Dionyſius Diſt. I. Lib. I. Scelerum ſibi conſcii preces & vota ad Deos aliis delegabant. Mulierum preces gratioſiores eſſe apud Deos credebantur. Vopiſcus, Petronius, Terentius, Phaedrus illuſtrantur. Ciceronis animus nimis fractus in exilio. Ejus Epiſtolae & Salluſtio lux adfunditur. Tenuit ſuperſtitio de validioribus mulierum ſupplicationibus nonnullos Chriſtianos. Philoſophi conſentanea nonnulla divinis litteris docuerunt.*

REſtat, ut oſtendamus, poſterioris verſus Dionyſiani ſententiam non abhorrere a Philoſophorum, Poëtarumque antiquiorum placitis; qua Deum praecipue

(a) *Adde Plutarch. de Pythiae Oraculis Cap.* XXIV.

pne pura mente colendum eſſe admonemur. Optime vero hic noſtro convenit & Ciceroni, qui, quod ille filio, ipſe ſuis civibus praeſcripſit Lib. II. de Legibus Cap. VIII. *Ad Divos adeunto* CASTE. *Pietatem adhibento.* OPES AMOVENTO. Quae ſi rite examines, ſenſu nil differunt a Catonis illo verſu. Quin & illud convenit, quod uterque, hoc caput & principium praeceptionum ſuarum eſſe voluit. Neque etiam hoc abit ab inſtituto Veterum, quibus ubique ἐκ Διὸς ἀρχαί: quod & ſolenne iis, qui monita ſcripſerunt, ut Theognis, Pythagoras, aut dicam potius Pythagoreorum dictorum editor. Cauſſam exponit Hierocles in Commentariis. Quum ergo puram mentem praecipue requirit, non excludit alios honores Deo faciendos, lacte, ture, aliiſque frugalibus Sacris. Neque etiam excludit alia pura, quae in Sacris adhibenda, ut veſtem, manus, pedes, denique oculos, aures, & paene dixerim membra omnia, quae cuncta in Sacris caſta & pura erant ſervanda. Sed inter haec praecipue exigit, ut mens ſit pura. Appoſite iterum Cicero, ubi legem, quam modo tulerat, explanat ita Cap. X. CASTE *jubet lex adire ad Deos*, ANIMO *videlicet, in quo ſunt omnia. Nec tollit* CASTIMONIAM CORPORIS. *Sed hoc oportet intelligi, cum multum animus corpori praeſtet; obſerveturque, ut* CASTA CORPORA *adhibeantur, multo eſſe in* ANIMIS *id ſervandum magis. Nam illud vel aſperſione aquae, vel dierum numero tollitur: animi labes nec diuturnitate vaneſcere, nec omnibus undis elui poteſt.* Aliorum ſimilia docentium nomina protulit Opitius & plura Daumius, qui eorum magnam ſtruem facit: nec placet nobis eam augere. Unum addo Epicharmi dictum ſane aureum, ex quo cognoſcitur, quare mens pura praecipue requiratur a Dionyſio: Καθαρὸν τὸν νοῦν ἐὰν ἔχῃς, ἅπαν τὸ σῶμα καθαρὸς εἶ. PURAM *ſi* MENTEM HABEAS, *es purus toto* CORPORE. Meminit hujus Clemens Alexandrinus Stromaton Lib. VII. De Senecae ſententia vide Epiſtol. LXXXVIII. & quae ex Libris ejus Lactantius profert Lib. VI. Cap. XXV. Quae ſit mens caſta & pura, ſi ſcire deſideras, Grammatici reſpondebunt eſſe vacuam ſcelere. Certe ita puras manus interpretatur Scholiaſtes Horatii Epodon Lib. XVII. 49. & ſic Cicero pro Milone Cap. XXIII. PURA MENTE

TE *atque integra Milonem*, NULLO SCELERE IMBUTUM. Ex Philoſopho ſi quaeris, aut Poëta, qui Socratico rore perfuſus, aut dicam potius, Stoicis diſciplinis excultus ſit, Perſius tibi hoc interpretamenti loco dabit Satyra III. in fine.

Compoſitum jus faſque animo, ſanctosque receſſus
Mentis, & incoctum generoſo pectus honeſto.

Quod ejus graviſſimum dictum ſummis laudibus merito effert Lactantius Lib. II. Cap. IV. Neque vacat, quod jam ſupra dicere inſtitui, in illo Dionyſii verſu vox *tibi:* qua monet, ut Deum ipſe placet filius ſua, non alterius, caſtitate, id eſt, non pura victima, aut pura mente pontificis, aut alterius hominis. Hac ergo voce caſtigat illorum conſuetudinem, qui ſibi ſcelerum conſcii, non ipſi Deos adibant, ſed alium hominem, integrum vitae & purum, quaerebant; cui tanquam gratioſiori ad Deum ſua vota delegabant. Plurimi pontificibus & ſacerdotibus, nonnulli mulieribus has ſuas partes demandabant; quod horum perſonis atque animis caſtitas & ſanctitas major ineſſe credebatur, quam ceterorum. Hinc puros, mundos, ſanctos pontifices appellat Ulpius Syllanus ad Vopiſcum in Aureliano Cap. XIX. (a) adde Suetonium in Tito Cap. IX. & Julianum in fragmento pag. 302. de matronis Petronius Cap. XLIV. Qui, quo magis intelligas Catoni noſtro congruere, addit MENTIBUS PURIS *Jovem aquam exorabant.* Scite adoleſcens flagitioſior apud Comicum in Adelphis IV. 5. 69. Uxorem ducturus patrem rogat, ut pro ſe rem divinam faciat, quod credebat ei magis obtemperaturos Deos, quo vir is melior eſſet. Eadem ratio impulit Milvium, ut eſt in fabula, quam, ex Divionenſi codice deſcriptam, Phaedro tribuit Gudius, ut matrem rogaret, circumire loca ſancta, & pro ſalute ſua vota facere maxima. Neſcio, an & ſimili ſuperſtitione motus Cicero in exilio, quod omnem ei animi fortitudinem, & Philoſophiam eripuit, ad Terentiam ſuam, quam caſtiſſime ſemper Deos coluiſſe dicit familiarium Lib. XIV. Epiſt. IV. ſcribat, ut, depulſo morbo ſuo, ipſa Apollini & Aeſculapio ſatisfaciat,

vide

(a) Agite igitur pontifices, qua puri, qua mundi, qua ſancti, qua veſtitu, animoque commodi templum adſcendite.

vide Epiſtol. VII. Viris namque ſapientia & conſtantia praeditis, inanis & vana haec mulierum religio viſa: Quare & Cato apud Salluſtium in Catilina Cap. LII. *non votis*, inquit, *neque* SUPPLICIIS MULIEBRIBUS *auxilia Deorum parantur. Vigilando, agendo, bene conſulendo proſpera omnia cedunt.* Non deleviſſe illam ſuperſtitionem ex animo plane Chriſtianos antiquos, certe non Antiochenſes, veroſimile mihi ſit ex iis, quae Julianus in Miſopogone tradit, miſſas fuiſſe mulieres anus ab illis, ut ad ſepulchra mortuorum vota facerent. Nam Chriſtianos tangi illo loco, nemo, credo, dubitat. Ex his manifeſtum fieri puto, nihil in hoc Diſticho eſſe, quin Gentilium, ſi non omnium, religioni, ſaltem Philoſophorum perſuaſioni, ac ſcitis ſit conſentaneum. Quod ſi autem clamet quis, non abhorrere etiam ab Apoſtolorum praeceptis & Chriſtianorum caerimoniis, non refragabor huic; quin admonebo potius, ut memor ſit Tertulliani, qui de Anima Cap. II. *plane non negabimus*, inquit, *aliquando Philoſophos juxta noſtra ſenſiſſe.* Auguſtinus porro de Civitate Dei Lib. VIII. Cap. IX. rationem exponit, qua Plato intelligentiam, divinae & Moſaïcae doctrinae conſentaneam, accepit, quae tamen ratio in nonnullis mihi dubia videtur. Haec Lactantii eſt ſententia Lib. I. Cap. V. Si pagani Poëtae & Philoſophi, in perpetuum defendiſſent, quae natura ducente ſenſerunt, futurum fuiſſe, ut, quam Chriſtiani ſequuntur, doctrinam conprehenſa veritate tenuiſſent. Mox etiam productis exemplis, Senecam de Deo perquam multa Chriſtianorum oraculis ſimilia locutum eſſe, oſtendit. Hieronymus etiam in Commentario in Jeſaiam Cap. XI. Stoicos teſtatur noſtro dogmati in pleriſque concordare. Stoicis autem proniorem fuiſſe Dionyſium ante nobis demonſtratum eſt.

CAP. XI.

Sors quamcumque divinationem ſignificat. Negatur Dionyſium propterea Chriſtianum videri, quia ſortilegia damnat. Philoſophis improbatae ſortes omnes, & futurorum inveſtigationes. Res ſuperas, inferas, & quae extra terram ſunt, ſcrutari hominem, nefas habebatur. Diſt. II. *Lib.* II.

II. illuſtratur. Unde Poëtarum deprecationes, & ficti Deorum juſſus orti. Divinatio cur dicta. Fata ſcrutari impium exiſtimarunt Stoici. Haruſpicina atque auguratio riſae ſunt a Romanis ſapientioribus.

SEd ecce alterum argumentum; quo Boxhornius Catonem Chriſtianum fuiſſe oſtendit. *Praeterea*, inquit, *ſortilegia diſertim damnat Auctor Diſt.* XII. *Lib.* II.

Quid Deus intendat, noli perquirere ſorte:
Quid ſtatuat de te, ſine te deliberet ipſe.

Per ſortem bic intelligit κληρομαντείαν. *Qua quemadmodum inprimis uſi ſunt Pagani, ita omnino abſtinendum Chriſtiani ſemper cenſuere; quod plurimis conciliorum canonibus & Pontificum decretis poteſt comprobari. Videantur qui de ſortilegiis inter Chriſtianos ſcripſere.* Summa dictorum huc redit. Sortilegia damnat Cato, ergo eſt Chriſtianus. Nam voce *ſortis*, ſola ſortilegia hic deſignari putat Boxhornius: Ego vero omnem vaticinandi modum. Vocabulum enim hoc latiſſime patet, & divinationem omnem complectitur, etiam eam, quae ſortitione non peragebatur, quod docuit Vir Clariſſimus Jacobus Perizonius, nunquam mihi ſine laude dicendus, ad Aelianum Variarum Hiſtoriarum Lib. III. Cap. XLV. Philoſophi omnes, certe morum probitate conſpicui, & quorum ars non comparata erat ad jactantiam & avaritiam, inveſtigationem futurorum damnarunt; ſive quod eam vanam arbitrabantur, & illa praeſciri poſſe negarent; (De qua vanitate multa diſputat Cicero in Libris de Divinatione.) Sive quod fas non arbitrabantur. Non negat Auctor praeſagiri poſſe imminentia; quo iterum ſeſe Stoicum probat; quam Stoicorum ſententiam ridet Cicero de Divinatione Lib. II. Cap. XLI. atque in aliis locis: ſed diſſuadet ſollicitari Deum ob ea, quae ipſi de homine decreta ſunt. Haec namque multis veterum ſedit ſententia, terram hominibus cognoſcendam exercendamque eſſe datam, cetera omnia divino conſilio ſeparata a mortalium cura, & nefas eſſe ab his inquiri. Talia ſunt, quae ſupra terram, ut aſtra, coelum: ſub ea; inferi: Quae cingunt eam; aquae atque Oceanus. Hinc religio mare atque Oceanum navigare, vide quae de hac re habet Cl. Burmannus ad Valerium Flaccum Lib. I. 196. quibus

bus adde carmen de navigatione Druſi in Catalectis. Virgilius Poëtarum ſapientiſſimus non, niſi venia rogata, & cum religione, inferorum res deſcribit AEneidos Lib. vi. 263.

Dii, quibus imperium eſt animarum, umbraeque ſilentes.
SIT MIHI FAS *audita loqui: ſit numine veſtro*
Pandere res, alta terra & caligine merſas. (a)

Neque aliter Poëtae illi, qui Phaenomena & Aſtronomica cecinerunt, quorum manibus noſtris tractantur Libri, Aratus, Germanicus, Avienus. Credo eandem religionem commoviſſe etiam noſtrum, cum ſcriberet Lib. II. Diſt. II.

Mitte arcana Dei, coelumque inquirere quid ſit.
Cum ſis mortalis, quae ſunt mortalia cura.

Notum eſt illud Socratis, *quod ſupra nos, nihil ad nos:* de quo vide Lactantium Lib. III. Cap. XIX. Hinc credo defluxiſſe Poëtarum veterum conſuetudinem, quorum cura potiſſimum occupata erat in θεολογουμένοις, ut aut ſolemni quadam precatione Deum placent, cujus Sacra movent, aut numine ejus ſeſe adflatos jactent. Germanicus quidem & Avienus imperio Jovis ad aſtra deſcribenda ſeſe accedere fingunt. Et nihil vulgarius Poëtis, quam Apollinis, Muſarumve opem aut efflagitare, aut efflagitatam atque impetratam fingere.

Ad caeleſtia vero cum pertineat rerum futurarum cognitio, propterea eam filio ſuo interdixit Dionyſius in hoc Diſticho, quo de agimus. Quid? Romani priſci anne ob id futurorum ſcientiam divinationem dixiſſe videntur, ut docerent Divis eam eſſe tributam, non hominibus? Hoc certum, quacunque de cauſſa religio haec inceſſerit Antiquorum animos, Stoicis curioſitatem hanc minus probatam fuiſſe. Inde Imperator Antoninus Lib. VII. §. 8. Τὰ μέλλοντα μὴ ταρασσέτω. Ἥξεις γὰρ ἐπ᾽ αὐτὰ, ἐὰν δεήσῃ, φέρων τὸν αὐτὸν λόγον, ᾧ νῦν πρὸς τὰ παρόντα χρῇ. DE FUTURIS SOLICITUS NE SIS. *Accedes*

(a) *Theſeus expoſiturus Amphytryoni ea, quae apud inferos viderat, pacem Deorum poſtulat, & veniam precatur, vid. Senec. Hercul. Fur. ✝. 592. Herodotus quoque divina cum tangit, ſemper hoc addit, ea quae a ſacerdotibus audierat, non ſeſe enunciaturum, vid. Lib. II. ſub init.*

cedes enim ad ea, ſi ita fuerit opus, ratione inſtructus eadem, qua nunc ad praeſentia uteris. Atque initio Lib. XII. Πάντα ἐκεῖνα, ἐφ' ἃ διὰ περιόδου εὔχῃ ἐλθεῖν, ἤδη ἔχειν δύνασαι, ἐὰν μὴ σαυτῷ φθονῇς. Τοῦτο δέ ἐστιν, ἐὰν πᾶν τὸ παρελθὸν καταλίπῃς, καὶ τὸ μέλλον ἐπιτρέψῃς τῇ προνοίᾳ, καὶ τὸ παρὸν μόνον ἀπευθύνῃς. *Iſta omnia, quae per ambages adſequi contendis, jam conſequi potes, niſi tibi ipſe invideas. Hoc autem fiet, ſi praeteritum omne miſſum feceris,* FUTURUM OMNE PROVIDENTIAE DIVINAE PERMISERIS, *& quod praeſens eſt, tantum ad pietatis ac juſtitiae normam direxeris.* Adde Arrianum in Epictetum Lib. II. Cap. VII. Quid ſanctius Romae Haruſpicina atque augurio? Et tamen non minus, quam reliqua omnia, divinationis & vaticiniorum genera irriſa lepide atque exploſa fuerunt a ſapientioribus. In vulgo notum vetus eſt illud Catonis dictum, quod Cicero ſcitum nominat, Cotta etiam probat, de Divinatione Lib. II. Cap. XXVI. qui mirari ſe ajebat, quod non rideret haruſpex, haruſpicem ſi videat. Ridet etiam, certe elevat augurationem ipſe Augur Cicero in eodem de Divinatione Lib. II. Cap. XXXIII. & quae inde capita plura ſequuntur; in quo Libro omnem vaticinandi rationem rejicit, & inanem atque irritam docet. Metuo me hercle, ne, ſi omnia, a viris ſapientibus eadem de re prodita, in medium hic conferam, taedia Eruditioribus moveam. Quo loco Accius habuerit Augures ex hoc illius dicto intelligitur:

> *Nihil credo auguribus, qui aures verbis divitant*
> *Alienas, ſuas ut auro locupletent domos.*

Ut autem Dionyſius noſter filium, ita Favorinus Philoſophus adoleſcentes omnes dehortatur ab inquiſitione futurorum, & fatorum ſcrutatione, cujus ſententiam Gellius exponit Noctium Atticarum Lib. XIV. Cap. I. quae tanto pulchrior eſt, quod rationes plures complectitur, quas ex ipſo ſcriptore cognoſci malo.

CAP. XII.

Errat Boxbornius opinatus, ſortilegia probata viris gravibus inter paganos. Chriſtiani priſci ſortes frequenter conſuluerunt. Auſpiciis etiam, atque auguriis operam dederunt. Eorum ſuperſtitio notatur. Sortes ſanctae eorum notan-

notantur. An Conſtantinus in Divos relatus? Primi Imperatores Chriſtiani Pontifices Maximi fuerunt. Sortilegia neque omnia, neque ſemper impunita fuerunt legibus Principum Romanorum Gentilium. Vaticinationes paene omnium principum conſtitutionibus vetitae. Ulpiani & Paulli ea de re cautiones laudantur. Dionyſius non quae legibus interdicta, ſed quae moribus turpia ſunt, vetat. Vix legibus cupiditas conſulendi bariolos & vates Romae reprimi potuit. Viliores homines Romae ſortilegos, ditiores alios vates conſulebant. Ipſi legum latores ab his non abſtinuerunt. Auguſti ſuos magos habuerunt. Suſpectus eo nomine eſt Marcus Imperator.

VErum ſi vult ita Boxhornius, ſortilegia hic ſola vetari cenſeamus; tametſi quae cauſſa eſt cenſendi κληρομαντείαν magis, quam omnem μαντείαν eſſe interdictam a Dionyſio? longe autem aberrat à vero, opinatus Chriſtianos pejus a ſortibus & ſortilegiis abhorruiſſe, quam inter Gentiles Viros graves, & Philoſophos. Imo tantum illud a vero deflectit, ut contra ſit dicendum, Chriſtianis, atque Eccleſiae veteris ſacerdotibus, probatas & frequentatas ſortes, at vero probae & rectae Philoſophiae Auctores ab iis abſtinuiſſe. Nam Stoici, certe Q. Cicero, qui Stoicorum ſententiam tuitus a divinandi arte non omnino abhorret, ſortilegia tamen, ut vana atque irrita, proſcribit. Hanc is orationi ſuae clauſulam ſubjicit M. Fratris Lib. I. Cap. LVIII. de Divinatione. *Haec habui*, inquit, *de divinatione quae dicerem. Nunc illa teſtabor, non me ſortilegos, neque eos, qui quaeſtus cauſſa bariolentur, ne pſychomantia quidem, quibus Appius amicus tuus uti ſolebat, agnoſcere.* Continuo his ſubjicit notiſſimos Ennii verſus, quibus non hoc tantum, ſed omne paene vatum genus graviter perſtringit. At vero M. Frater de Divinatione Lib. II. cum omnem oraculorum ac vaticiniorum fidem inpugnat, tum praecipue ſortium ambiguam & fallacem rationem explodit; unde factum ſcribit, id quod maxime huc pertinet, cur Viri praeſtabiliores, imo paene cujusque conditionis homines, eas contemſerint, & in conſilium adhibere deſierint. Vere ergo Juvenalis ad mediocrium hominum Divinationem eas rejicit Satyra VI. 582. Sed ipſum Marcum audi

Cap.

Cap. XLI. quod ita finit. *Quis enim magiſtratus, aut quis illuſtrior utitur ſortibus? ceteris vero in locis ſortes plane refrixerunt. Quod Carneadem Clitomachus ſcribit dicere ſolitum, nusquam ſe fortunatiorem, quam Praeneſte, vidiſſe Fortunam. Ergo hoc divinationis genus omittamus.*

Contra vero tantum abeſt Chriſtianos omnes abſtinuiſſe ab indagatione rerum futurarum, atque a ſortilegiis, ut etiam Conſtantinus Imperator haruſpicinam & magicas artes permiſerit, vide Lib. I. II. III. Cod. Theod. de Maleficis & Mathematicis. Imo tempore Zenonis Auguſti a Chriſtianis de coelo ſervatum, auguriaque & auſpicia pullaria, dudum a ſapientioribus Paganis neglecta atque irriſa, adhibita quis credat; niſi Salvianus idoneus auctor eſſet, in eo de Gubernatione Dei Libro, in quo profligatiſſimos Chriſtianorum mores, non Romanorum tantum nequitia, ſed & barbarorum inmanitate tetriores deflet. Sed ipſum Salvianum audi Lib. VI. pag. 106. *Nec ſolum hoc*, inquit, *ſed ſunt alia majora. Quid enim? num quid non conſulibus &* PULLI *adhuc* GENTILIUM SACRILEGIORUM MORE *paſcuntur? & volantis pennae* AUGURIA QUAERUNTUR? *ac paene omnia fiunt, quae etiam illi quondam* PAGANI *veteres frivola atque* IRRIDENDA *duxerunt?* (*a*) Quis credat, in templis atque in aris ex divinis Libris ſortes a Chriſtianis fuiſſe lectas, non ignorantibus ac non invitis ſacerdotibus, niſi ſanctiſſimi vetuſtae Eccleſiae Patres fidem facerent? Sed quid fidem hos feciſſe dico? Ipſe Auguſtinus ad Januarium ſcribens hunc ſortiendi modum nequaquam condemnat, modo non ad mundi hujus vanitatem, ſed in rebus divinis & pio voto inſtituatur. Quam ob rem ſortes has religioſo nomine *ſanctas* fuiſſe appellatas ſcribit Iſidorus Originum Lib. VIII. Cap. IX. (*b*) Neque illae captae ſunt, niſi invocato Dei auxilio, ut docet Gregorius

(*a*) *De Athenaſio Alexandriae Epiſcopo, qui ex auſpiciis & ſortibus futura praedixit, vid. Ammian Marcellin. Lib.* XV. *pag.* 47.

(*b*) *Conſule Auctorem van de Kercklyke Geſtichten*, I. *Deel*, *bladz.* 86. *Commentariosque in eum. Adde ſortes Apoſtolorum ex collectione Synodorum Petri Pithoei, quae memorantur in codice Canonum Veteris Eccleſiae Romanae Fr. Pithoei, pag.* 370.

gorius Turonenſis Lib. iv. Cap. xvi. ubi omnem ſortiendi rationem a Chriſtianis uſurpatam exponit. Adde quae de ea congeſſit Antonius van Dale in Libro de Oraculorum Ethnicorum origine atque Auctoribus Cap. xiv. pag. 315. 316. pertinent huc quoque ſortes ex legibus Friſionum ad detegendum homicidam, at in quanta cauſſa! adhibitae. Atque intelliges ex Chriſtianorum more Chriſtianaque pietate tractas *ſuper altare mittebantur, vel ſi juxta Eccleſiam fieri non potuerit, ſuper reliquias ſanctorum.* Inſpice Tit. xiv. & Hanſenium de jure jurando veterum Cap. xxviii. Mihi quidem vere de multis Chriſtianis antiquorum temporum dici poſſe videtur, quod Ammianus Marcellinus, ipſe, ut nonnullis eſt creditum, Chriſtianus affirmat de Conſtantio Imperatore Lib. xxi. in fine. *Chriſtianam religionem abſolutam & ſimplicem anili ſuperſtitione confudiſſe*: Ritus certe gentilium religioſos nequaquam expaverunt. Anne in Divos relatus ipſe mutatorum Sacrorum Auctor, Conſtantinus Magnus? Sed ſcio elevari fidem hanc Eutropii. Hoc nemo negare recte poterit, primos Principes, qui Chriſtianam philoſophiam, ut eam Salvianus nominat, ſunt profeſſi, Pontificatum maximum Sacrorum gentilium geſſiſſe, qua de re exſtat Jo. Andreae Boſii Exercitatio. Verum haec miſſa facio, atque ad ſortes ſanctas divinasque redeo. Non dubium eſt, illum ex divinis Libris ſortiendi modum eſſe inventum ad imaginem ſortium Homericarum & Virgilianarum, quod & Caſaubono eſt monitum in Commentario ad Spartianum in Hadriano Cap. ii. Verum igitur non eſt, quod ſcribit Boxhornius *Chriſtianos ab omni κληρομαντεία* OMNINO *abſtinendum* SEMPER *cenſuiſſe.* Quod addit de Conciliorum canonibus & pontificum decretis, ex quibus ſortes Chriſtianis interdictas colligit: Do equidem nonnullas ſortes ſacerdotibus damnatas fuiſſe aliquando, ſed ſuperſtitionem inde ex pectoribus Chriſtianorum omnium evulſam non puto. Frequentatae identidem in vulgo non tantum, ſed & inter ipſos antiſtites fuerunt nonnunquam. Quinimo quanto acerbius publice coercetur ſuperſtitio, tanto validius in obſcuro gliſcere, & latius ſerpere ſolet.

Sed fallitur iterum Boxhornius, ſi credit quocunque

tempore ſortilegorum praeſtigiis legum vinculis Romae ſolutas fuiſſe. Summa magis licentia eſt his aeruſcatoribus in urbe, quam lege permiſſa. Auguſtus, certe Maecenas in ea oratione, ex qua ille rem publicam conſtituit, praeter Auſpices & Augures, qui antiquiſſima religione conſecrati habebantur & ſancti, vates alios probaſſe non videtur. Imo vero reliquos tolerandos eſſe non cenſuit. Legi velim, quae de ea re Dion Lib. LII. pag. 490. Sed ne Auguſto & Maecenati dumtaxat diſplicuiſſe intelligas has artes; ſaepiſſime interdictum eſt, & fere ab omnibus Principibus, *ne quis omnino hujuſmodi ineptiis ſeſe immiſceret*, quae verba ſunt Ulpiani in fragmento, quod Auctor Collationis legum Moſaicarum & Romanarum conſervavit titulo XV. in quo etiam memorat Juriſconſultus, varie punitos fuiſſe, qui eas artes exercuerunt, pro ratione conſultationis. Capite namque poenas luerunt, qui de ſalute Principis, vel de ſumma reipublicae conſuluerunt, quod & Julius Paullus docet in Receptis Sententiis Lib. V. Cap. XXI. cujus moderationem & ſapientiſſimum conſilium quis non laudibus extollit, quod ſubjungit vaticinantium poenis? Nam cum inter Auctores Romani juris tractatum ſciret, utrum profeſſio ſola artis vetitae damnaretur, an etiam ſcientia, (de qua dubitatione nonnihil quoque Ulpianus loco dicto) quanquam pronior videtur abſolventibus ſcientiam, nihilo minus tamen melius quemque facturum ſcribit, abſtinere ipſa ſcientia & Libris ejus. Ut adeo intelligas adhaeſiſſe huic ſcientiae aliquam labem & maculam, quae tametſi legibus non inurebatur, prudentium tamen & gravium Virorum opinione & judicio adſperſa fuit. In quorum Virorum numero fuit Dionyſius, qui abſtineri vult non tantum ab arte & ſcientia, ſed etiam ab exercitatione, atque a conſultatione eorum, qui illas profitentur. Vide autem quantum diſcrepet Boxhornius a ſententia Scriptoris illius, qui collationem legum Divinarum & Romanarum inſtituit. Is enim leges Romanorum Imperatorum, de pellendis coercendiſque vaticinatoribus, collegit & commiſit cum legibus divinis, ut oſtenderet utrarumque Auctoribus de ea re idem fuiſſe viſum conſtituere, quibus diverſa placuiſſe monet Boxhornius. Ita vero

vero idem utriſque placuit; ut naſcentis Eccleſiae antiſtites nonnulli retinuerint tenacius & probarint ſortes, quas Sanctorum appellabant, de quibus modo dixi. (*a*)

Verum alia porro via inſiſto ad redarguendum Boxhornium, atque adigendum, ut aut Dionyſium Chriſtianum fuiſſe neget, aut Chriſtianis impunita ſortilegia ajat. Nam ſi legibus Chriſtianorum prohibitam dicit divinationem per ſortes, cur eas vetuit Dionyſius, ut Boxhornius credit, Chriſtianus? Perpende Diſticha & monita omnia: nihil vetitum in iis videbis, quod legibus erat interdictum: neque opus ſane, imo non conveniens conſilio monentis; qui in titulo Libri non ſe legum vindicem, ſed morum emendatorem profitetur. Non enim de legibus, ſed de Moribus Librum inſcribit. Neque fefellit conſilium hoc Auctorem prologi, tametſi is homo fuit in rebus ceteris parum intelligens. Non credo de hoc nodo cogitaſſe Boxhornium, quem tamen ſi quis eum nobis objiciendum cenſebit, haud difficulter diſſolvemus. Nam tam alte ſuperſtitio Romae radices egerat in pectoribus hominum, ut nullis ea legibus tolli atque erui potuerit. Mens avida futurorum, parum repreſſa imperantium minis, ſemper clam palamve per vetitum nefas ruebat.

Quid leges ſine moribus
Vanae proficiunt?

Et vere de legibus illis dicas, quod Plautus in Trinummo IV. 3 30.

Mores leges perduxerunt jam in poteſtatem ſuam,
Magis quis ſunt obnoxioſi, quam parentes liberis.
Eae miſerae etiam ad parietem ſunt fixae clavis ferreis.
Ubi malos mores adfigi multo fuerat aequius.

Ipſae illae crebrae, de impoſtoribus hujusmodi non conſulendis, ſanctiones (de quibus Ulpianus dicto loco, ubi ab omnibus fere Principibus de iis cautum fuiſſe ſcribit) (*b*), arguunt, negligentius leges illas ſervatas fuiſſe. Veriſſimum eſt hoc Taciti, de iſto hominum genere, dictum, Hiſtoriarum Lib. I. Cap. XXII. genus

(*a*) *De uſu ſortium permiſſo vetitove in Eccleſia exſtant Ameſii, Voetii & Gatackeri concertationes.*

(*b*) *Adde Lipſ. ad Tacit. Annal. Lib.* I. *Excurſ. G.*

genus hominum potentibus infidum. ſperantibus fallax, quod in civitate noſtra & VETABITUR *ſemper* ET RETINEBITUR. Solutiores enim poenae (ſi tamen poenae fuerunt ſtatutae, non de re communi, ſed de re ſua privata, conſulentibus) licentiae cauſſam dabant & occaſionem. Sed quaecunque res invitarit, atque inflammarit ſuperſtitioſorum animos, Juvenalis tempore inſanam fuiſſe eam cupiditatem, ac potiſſimum mulierum, ex Satyra illius ſexta animadvertimus. Ex qua praeterea illud ſcimus, id quod & ſupra tetigimus, plebejorum ac vulgarium hominum fuiſſe ſortilegos conſulere, dum honeſtiores reſponſa ab auguribus, Phrygibus, & Indis petebant. Quae ipſa res argumento eſt, non a ſortilegio ſolo Dionyſium retraxiſſe filium, quod ab eo ipſa vitae dignitas abſterrebat. Sed ita Juvenalis v. 582.

> *Si* MEDIOCRIS *erit, ſpatium luſtrabit utrinque*
> *Metarum,* & SORTES DUCET, *frontemque manumque*
> *Praebebit vati crebrum popiſma roganti.*
> *Divitibus reſponſa dabunt Phryx augur & Indus*
> *Conductus; dabit aſtrorum mundique peritus,*
> *Atque aliquis ſenior, qui publica fulgura condit.*

Imo ipſi illi Principes, qui gravioribus edictis & legibus aeruſcatores iſtos perſequebantur, & urbe expellebant, non deſierunt tamen, quotieſcunque ſua res animuſque ferret, vatum atque hariolorum opera uti. Res certa exemplo Tiberii atque aliorum. (*a*) Imo ipſe Marcus Imperator, Stoicorum praeceptis innutritus, ſevere admodum de vaticinatoribus iſtis ſtatuit, vide L. xxx. D. de poenis. Exemplum ejus adfert Ulpianus Collat. leg. Moſaicar & Romanar. tit. xv. Nihilo ſecius tamen ſuſpectus eſt eos conſuluiſſe, ſin minus in iis cauſis, quas tradit Julius Capitolinus in ejus vita Cap. xix. & Lampridius in Heliogabalo, at ſaltem

(*a*) *Unde & ſuos Magos Auguſti habuerunt, lapideſque vetuſti eos loquuntur, vid. Murator. Theſ. Inſcr.* XXIII. 13. *& quae diſputavi in Miſcell. Obſervationibus novis anni* 1742. *Tom.* IV *pag.* 197. *Qualem magian & quos magos probarit Conſtantinus ipſe docet in L.* III. *C. Th. de malefic. & notam. eoſdem probatos fuiſſe Imperatoribus aliis credibile.*

tem in bello Marcomannico, rebus duris urgentibus, vide Dionis Caſſii Excerpta Lib lxxi pag. 805. Per me licet impetratae aquae, expeditique ex rebus difficillimis exercitus beneficium, ſuorum precibus inputent Chriſtiani, cum antiquae, tum noſtrae Eccleſiae. Quod tamen ex ipſius Antonini teſtimonio id ſeſe demonſtrare poſſe putant, eum Imperatorem in illo bello vetitis a ſe artibus eſſe uſum, inter quos eſt Joſephus Scaliger in animadverſionibus ad Euſebium, tum credam, ſi oſtenderint, Librum primum ejus poſt praelium cum Quadis ſcriptum fuiſſe.

C A P. XIII.

Diſt. xxxi. *Lib.* ii. *a calumniis Boxhornii vindicatur. Dionyſius non ob id Chriſtianus cenſendus, quod ſomniorum vanitatem redarguit. Redarguerunt eam in primis gentiles ſcriptores. P. Scriverii lectio defenſa. Boxhornii emendatio rejicitur. Aliae conjecturae proponuntur. Videtur Scriverius uſus MS. in caſtigandis Diſtichis.* Cernere & videre per ſomnum, per quietem, *id eſt ſomniare.*

SEd promoveamus pedem ad ſomniorum vanitatem; quam quia coarguit Dionyſius, Chriſtianis favere eſt viſus Boxhornio, ita autem hic pergit. *Somniorum etiam vanitas indicatur Diſt.* xxxi. ejusdem Lib. ii.

Somnia ne cures, nam mens humana quod optat,
Dum vigilans ſperat, per ſomnum cernit id ipſum.

Sic quidem vulgo legitur, mihi certum eſt reſcribi oportere:

Somnia ne cures, nam mens humana quod optat,
Dum vigilat, ſpectat per ſomnum SEMPER *id ipſum.*

Sic commodus ſenſus erui poteſt, quem in vulgata lectione deſideramus. Pro vigilans vigilat habet liber noſter MS. jam autem in divinationibus ex ſomniis incredibile dictu eſt, quam ſuperſtitioſae fuerint nationes; paſſim ejus rei exempla atque teſtimonia occurrunt apud antiquos Auctores, quae ab aliis diligenter obſervata hic repetere non eſt neceſſe. Bonum factum, Boxhornium credere, opem poſſe ferri Libello Dionyſii ab arte critica; quae res arguit, opinione Boxhornii antiquiorem eum eſſe; ſi quidem rarus huic arti locus in ſcriptoribus recentibus, qui a temporis longinquitate nihil detrimenti ceperunt. Ceterum

terum eruditiſſimus Daumius, magno exemplorum congeſto acervo, docuit, idem de ſomniorum vanitate paganos ſcriptores monuiſſe, quae hic a Dionyſio monita videmus. Adde illorum nominibus, ſi opus eſt, Ciceronem de Divinatione Lib. II. Cap. LVIII. & Macrobium in ſomnium Scipionis Lib. I. Cap. III. neque quidquam attinet commemorare plures: ſi quidem, ut puto, nemo ambiget, quin de incerto ſomniorum eventu longe plura monuerint pagani, quam rerum divinarum, id eſt veteris, novique foederis ſcriptores. Ex Chriſtianis autem, qui illis ſcriptoribus poſteriores ſunt, inſomniorum praeſagia non tantum probat Syneſius in Libro, quem de inſomniis ſcripſit, ſed & artem incubandi tradit; eamque ſibi teneri, filiisque tenendam praecipiendamque ſcribit pag. 145. adde Nicephori Scholia pag. 405. ubi de diſcrimine ſomniorum & *χρηματισμῶν*. Inter gentes vero quis ſaniorum ſcriptorum levitatem ſomniandi non exagitavit? negat Quinctilianus Lib. IV. Inſtit. Orat. Cap. II. recte ab iis argumenta, aut ſaltem ſpeciem argumentorum peti ab adoleſcentibus in declamando, quod *ſomniorum & ſuperſtitionum colores, ipſa jam facilitate, Auctoritatem perdiderunt.* Verum non ſatis habuit Boxhornius ſententiam Diſtichi ſollicitaſſe, voces etiam privas tentat, nam non placet illi lectio a Scriverio edita:

Dum VIGILANS *ſperat*,

Tametſi quid in ea eſt, quod jure reprehendi poſſit? reſpondet huic quodammodo hoc mimographi:

Amans quod ſuſpicatur VIGILANS, SOMNIAT.

Magis etiam convenit hoc Terentii in Andria V. VI. 7.

- - - *ille ſomniat*
Ea, quae VIGILANS *voluit.*

At vero quid alienius a codicum antiquorum conſpiratione, quam illa Boxhornii conjectura? facile largior, lectionem vulgatam vix commodam habere interpretationem, quae lectio haec eſt:

Somnia ne cures, nam mens humana quod optat,
Dum vigilat, ſperat, per ſomnum cernit id ipſum.

Quam & ſequitur Joannes Sariſberienſis, Lib. II. Cap. XVI. Verum ea aut ex codice Scriveriano (nam mihi perſuadere nequeo, Petrum Scriverium, inſigni doctrina & probitate Virum, ſine Scriptorum & vetuſtorum

rum Librorum Auctoritate migrare in his Diſtichis quidquam voluiſſe) aut facili alterius ſyllabae mutatione emendatur hoc modo.

- - - *Nam mens humana quod* OPTANS,
Dum vigilat, ſperat.

Aut ita.

- - - *Nam mens humana quod optat,*
Dum vigilat SPERANS.

Quae ipſa lectio etiam in Scriverii Editione reperitur pag. 212. Hoc puto liquere, ſi unum ex tribus indicativis in participium mutes, ſententiam exire idoneam, nec opus eſſe duarum integrarum vocum immutatione. *Optare* & *ſperare* quid differat, nemo ignorat. Recte Wachius, quantumvis rerum vulgarium notator, *per ſomnum cernit* exponit ſomniat. Juſtinus Lib. I. Cap. IV. *Hic per* SOMNUM VIDIT *ex naturalibus filiae, quam unicam habebat, vitem enatam. Videre per quietem* dixit Suetonius, atque alii.

CAP. XIV.

Diſt. XIV. *Lib.* IV. *exponitur. Male Dionyſius Chriſtianis accenſetur, quod victimas damnat. Quod ſtultitiam dicit alterius morte ſalutem exſpectare, a Chriſtianorum dogmate abhorret. Sapientiores Gentiles victimis & ſacrificiis ſcelera aboleri poſſe non crediderunt.*

SEd quale tibi hoc commentum Boxhornii videtur, quod ſequitur? *Porro quae de non caedendis victimis non ſemel hic inculcat Auctor, Chriſtianum eum fuiſſe, & a ſacrificiis gentium longe alieniſſimum, ſatis probant.* Sic *Diſt.* XIV. *Lib.* IV.

Quum ſis ipſe nocens, moritur cur victima pro te,
Stultitia eſt morte alterius ſperare ſalutem.

Melius, purius non loqueretur ſummus aliquis fidei noſtrae conſultus. Ego vero hic omnia diverſa cenſeo. Anne enim Chriſtus victima pro nobis mortuus eſt? Anne is morte ſua ſalutem humano generi redemit! Anne inde Chriſtiani omnes alterius morte ſalutem ſperamus? Nemo ergo, non dico ſummus aliquis fidei noſtrae conſultus, ſed etiam recens initiatus myſteriis hoc negaverit. Omitto divinorum virorum teſtimonia, quae

 pueri

pueri pariter & puellae noſtrae, ut neceſſarium carmen, diſcunt & promte decantant. Sed, ais, Dionyſius hic pecorum victimam, aut quamcunque humanam intelligit. Non nego id, ſed velim mihi dari unum Chriſtiani veteris dictum, quo is praecipiens κατηχουμένοις aut pueris, (quorum numero accenſendus Dionyſii puer, ſi Chriſtianus fuit, quem fuiſſe ille cenſet, nos negamus) ſtultos dicat eos, qui morte alterius ſalutem ſperent; ita ut ex iis, quae antecedunt, aut quae ſubſequuntur, intelligi nequeat de gentilium ſacrificiis eum loqui? At vero cum negat, noxiorum ſcelera non expiari victimarum cruore, quid aliud quaeſo docet, quam quod Viri ſapientiſſimi inter Gentiles dudum ante Dionyſium clamarunt omnes? Ex plurimis paucos in medium producam. Plautus in prologo Rudentis v. 22.

Atque hoc SCELESTI *in animum inducunt ſuum*,
JOVEM SE PLACARE POSSE DONIS, HOSTIIS:
ET OPERAM *&* SUMTUM PERDUUNT: *id eo fit, quia*
Nihil ei acceptum eſt a perjuris ſupplicii.

Cicero pro Cluentio Cap. LXVIII. *Neque intelligit, pietate & religione & juſtis precibus Deorum mentes, non contaminata ſuperſtitione*, NEQUE *ad ſcelus perficiendum* CAESIS HOSTIIS POSSE PLACARI. Sed nemo Dionyſii mentem ac ſenſum, de rebus divinis, quem cum hoc Diſticho, tum alibi declarat, melius expoſuit, quam Seneca ejusdem Philoſophiae Stoicae cultor de beneficiis Lib. I. Cap. VI. *Nec in victimis quidem, licet optimae ſint, auroque praefulgeant, Deorum eſt honos; ſed pia ac recta voluntate venerantium. Itaque boni etiam farre & fitilla religioſi ſunt, mali rurſus non effugiunt inpietatem*, QUAMVIS ARAS SANGUINE MULTO CRUENTAVERINT.

CAP. XV.

Diſt. XXXVIII. *Lib.* IV. *expenditur. Hoc unice Auctorem gentilem fuiſſe oſtendit. Boxhornii conjectura redarguitur. Quae fuerit Dionyſii perſuaſio de ſacris. Qui inter gentiles Sacra opima non probarint. A Romulo & Numa*

ma Sacra tenuia inſtituta. Talia etiam praeſcripta a Pythagora, Lycurgo atque aliis. Antiquiſſima Sacra vino, melle, lacte fiebant, & frugibus parabiliſſimis. Tus quando in Italia adhibitum in Sacris. Tribus turis granis pauperiores ſacrificabant. Tus pro tenui Sacro. iterum de Sacris exiguis a ſapientioribus probatis. litare *quid? Chriſtiani abhorruerunt a turis uſu in Sacris.*

SUpereſt praeterea Diſtichon unum ex Chriſtianorum diſciplina depromptum, ſi Boxhornio fides. De hoc ille ita: *Nec aliter ſe habet Diſt.* XXXVIII. *eodem Lib.* IV.

Ture Deum placa: vitulum ſine creſcat aratro:
Ne credas placare Deum, cum caede litatur.

Vellem legeretur Tute Deum placa, *hoc eſt Tu ipſe. Et forſan ſic ſcripſit auctor, ſed nihil adſeverare audeo.* Non dubito, vehementer voluiſſe Boxhornium, ut vox *Ture* hic deleretur. Una enim haec ſententiam ejus de voluntate noſtri in Chriſtianas caerimonias evertit. Quod & illis perſpectum, qui ſolum hunc verſum proferunt, ut Auctorem ejus Paganum fuiſſe vincant, in quorum numero eſt Gaudentius in Additamento Critico Cap. XVIII. Quod autem ad mutationem attinet, qua Boxhornius *tute* legit pro *ture*, ea non tantum nullo codice vetuſto probatur, ſed & menti auctoris adverſatur. *Tute* ſignificat tu ipſe. Qui autem vitulo faciebat, anne ipſe Deum placabat? Certe is per alium placabat Deos, qui uxori, mulieri alii aut Viro cuicunque pio delegabat. Quomodo ergo Sacrum per ipſum factum probat, vitulo factum reprobat Cato? omnino itaque rejiciendam puto Boxhornii emendationem. Non percepit Vir Clariſſimus ſententiam Dionyſii, certe non perſuaſionem ejus de cultu Divino, de quo ad Diſt. I. Lib. I. & iterum ad Diſt. XIV. Lib. IV. modo diſputavi, eamque eſſe docui, quam & Viris cordatioribus curae fuiſſe oſtendi. Vult Deum eſſe colendum placandumque, ſed praecipue mente, & quidem pura. Neque tamen omnino rejicit donum & Sacrum; ſed vult, ut id non ſit opimum aut rarum, aut caede fiat; ſed ut ſit parabile atque exiguum, atque in hoc genere tus praecipit. His dictis omnis Dionyſii pietas, omnis religio, de Sacris atque immolatione,

tione, quae non minima religionis Paganicae portio fuit, abſolvitur. Coepi jam antea dicere, Ciceronem legibus ſuis opes omnes ab aris removere: neque id nove ſanxerat, ſed repetierat ex antiquiſſimorum Romanorum inſtitutis. De Romulo Dionyſius Halicarnaſſeus Lib. II. ubi eum laudibus effert ob frugalitatem Sacrorum: memoratque liba, farra & frugum primitias, & tenuiſſimarum rerum libationes in fictilibus. Cujusmodi coenas, priſco more inſtitutas, ſibi ſpectatas ſcribit. Plinius videtur hunc ſacrificandi morem adſcribere Numae Natur. Hiſtor. Lib. XVIII. Cap. II. NUMA *inſtituit* DEOS FRUGE COLERE ET MOLA SALSA SUPPLICARE. Apud antiquiſſimos Romanos, pecorum atque armentorum uſus in Sacris nullus erat. Ovidius Faſtorum Lib. I. 333.

Ante, Deos homini quod conciliare valeret,
FAR ERAT, *& puri lucida* MICA SALIS.

& 343.

Ara dabat fumos, HERBIS *contenta Sabinis,*
Et non exiguo LAURUS *aduſta ſono.*

Neque haec Sacrorum paupertas ſolis Romanarum legum, morumque, conditoribus placuit, ſed & populorum omnium. De Pythagora, Lycurgo & pluribus aliis id praeclare docuit Perizonius ad AElianum Variarum Hiſtoriarum Lib. XI. Cap. V. Imilcen Hannibalis uxorem haec vociferantem inducit Silius Punicorum Lib. IV. 795.

juſta ite precari
TURE *pio*, CAEDUMQUE *feros* AVERTITE *ritus.*

Quisque ergo ad Deos ferebat, quod obvium erat, mel, vinum, lac; plerique vero fruges, aut frugum primitias: quibus omnes abundabant, nullus certe ad vitam ſuſtentandam carere poterat. Deinde dabant, quae ex frugibus his fiebant, farra & liba. Verum poſteaquam tus ex Arabia in Graeciam, atque in Italiam advectum eſt, rebus domeſticis poſthabitis, peregrinis odoribus maximus, &, paene dixerim, unicus honos eſſe coepit. Arnobius adverſus Gentes Lib. VII. pag. 226. Edit. Plantin. Ubi turis uſum perſequitur, eumque recentem in rebus divinis tradit, haec addit. *Unde igitur coepta eſt uſurpatio ejus adſumi? aut in antiquam,*

quam, & *veterem conſuetudinem quandam irruit novitas: ut, quod tempeſtatibus tantis neceſſarium non fuit, locum ſumeret* IN CAERIMONIIS PRIMUM? *Nam ſine ture religionis officium claudicat, neceſſariaque vis ejus eſt, quae propitios faciat miteſque hominibus Coelites.* Quanquam autem magnis impenſis Romam aſportabatur, de quibus Plinius Natur. Hiſtor. Lib. XII. Cap. XIV. facile tamen tantillum inde comparabant cujusque fortunae homines, etiam tenuiſſimi, quod Deo libarent. Si quidem non copia quaedam in aris incendebatur, ſed pauciſſima grana, ſummis digitis, id eſt, duobus aut tribus, prehenſa: quo habitu ad aras & foculos in nummis & gemmis antiquis ſacrificantes conſpiciuntur. Inde tura tribus digitis comprehenſa apud Lactantium Lib. I. Cap. XX. & Lib. V. Cap. XVIII. & maxime *grana tria* memorantur, ut Ovidio Faſtorum Lib. II. 573.

> *Et* DIGITIS TRIA TURA TRIBUS *ſub limine ponit.*

Vide Cuperum in Apotheoſi Homeri pag. 75. quare Tertullianus in Apologetico Cap. XXX. ea unius aſſis dicit, ad quem locum conſule etiam Cl. Havercampum, & pauperiorum fuiſſe ſcribit Ovidius ex Ponto Lib. IV. Elegia VIII. 39.

> *Nec, quae de* PARVA *Dis* PAUPER *libat acerra,*
> TURA *minus, grandi quam data lance, valent.*

Arnobius Lib. VII. pag. 214. *Centum ille caedat boves, totidemque cum agniculis ſuis matres*, TUS PAUPER EXIGUUM, & *odoris alicujus unam concremet glebulam.* Nihil his addo, cum perſpicue intelligi putem, cum ture ſupplicandum noſter Cato doceat, eum minimi ſumtus Sacra praecipere: &, quanquam tus nominat, non credo viliora eum reprobaturum fuiſſe; dummodo mens caſta & pura accederet. Nam haec fuit optimorum hominum philoſophia, ut quodcunque donum Deo gratum docerent, modo animo pio conſecraretur. Huc ſpectat Hieroclis diſputatio pag. 27. quam Pythii Apollinis oraculo confirmat. Pertinet etiam huc monitum Epicteti in Enchiridio Cap. XXXVIII. σπένδειν δὲ καὶ θύειν, καὶ ἀπάρχεσθαι κατὰ τὰ πάτρια ἑκάστοις προσήκει, καθαρῶς, καὶ μὴ ἐπισεσυρμένως, μηδὲ ἀμελῶς, μηδὲ χλίσχρως, μηδὲ ὑπὲρ δύναμιν. *Libandum autem & ſacrificandum,*

&

& offerendae primitiae ſunt unicuique ritu patrio, caſte, non luxurioſe, nec indiligenter, nec ſordide, nec ſupra facultates. Idem monet Phidilen ſuam Horatius Carminum Lib. I. Od. XXIII. 13 Quin plurimorum hominum, multarumque gentium, hanc de Deorum cultu fuiſſe opinionem oſtendit Plinius in Praefatione, ut Dis lacte ſupplicent, & mola tantum ſalſa litent, qui non habent tura. *Nec ulli*, inquit, *fuit vitio*, *Deos colere*, *quoquo modo poſſet*. Conſentanea huic Papinius Sylvarum Lib. I. Carm. IV. in fine. Nec non iterum Ovidius Triſtium Lib. II. 75. Multos alios praetereo: neque etiam monito opus exiſtimo, litare hic ſignificare Deos placare, aut bona omina impetrare; pueris enim hoc notum eſt, & qui nondum aere lavantur. Dolet mehercule non diligentius de hoc Diſticho cogitaſſe Boxhornium, ſi quidem id unum eſt, ſi alia nulla eſſent, quod a Chriſtianorum Eccleſia ſegregat Catonem. Nam de his ſi quaeres, abhorruerunt illi a turis uſu ad placandum Deum. Arnobius Lib. VI. ſub initio. *In hac enim conſueſtis parte crimen nobis maximum impietatis adfigere: quod neque aedes Sacras venerationis ad officia conſtruamus, non Deorum alicujus ſimulacrum conſtituamus, aut formam: Non altaria fabricemus, non aras, non caeſorum ſanguinem animantium demus*, NON TURA *neque fruges ſalſas, non denique vinum liquens paterarum effuſionibus inferamus.* & aliquanto poſt. *Sed templa illis extruimus nulla, nec eorum effigies adoramus, non mactamus hoſtias*, NON TURA *ac vina libamus.* Auſonius in Ephimeride:

Pateatque, fac, ſacrarium,
Nullo paratu extrinſecus.
Pia verba, vota innoxia,
Rei divinae copia eſt.
NEC TUS *cremandum poſtulo,*
Nec liba cruſti mellei:
Foculumque vivi ceſpitis
Vanis relinquo altaribus.

Quos verſus profert Paganinus Gaudentius in Additamento Critico Cap. XVIII. ut doceat, Auctorem Diſtichorum Auſonium non fuiſſe.

CAP.

CAP. XVI.

Thymiamata ex ture in vetere Eccleſia nulla fuiſſe contra Boxbornium docetur. Cur Pontificii hodie tus crement in Eccleſiis. Apud Veteres Chriſtianos turis honor in rebus privatis aliquis fuit, in Sacris nullus. Quomodo abominati ſint turis ſacra. Tertullianus expoſitus. Turariorum & Turificatorum invidia in priſca Eccleſia. Exploratio Chriſtianorum per tus. De interdicto turis honore ex conſtitutionibus principum. Quale θυμίαμα Clemens Chriſtianis praeſcripſerit. Placare ture *male de thymiamatis acceptum Boxbornio. Ovidii lectio eruta. Vox* placalis *probata.* Placare fumo *quid, apud Prudentium? Cur a vitulo abſtineri voluit in Sacris Cato. Vitulus pro qualibet victima. De vitulorum & boum ſanctitate. Innocentius Cironius refellitur. Lectio verſus Dionyſiani vindicatur & illuſtratur.*

SEd praeſagiit, credo, Boxhornius, fore, ut ſua hujus Diſtichi, interpretatio dicam, an emendatio, imo dicam potius, vis illata verſui primo, Eruditis hominibus parum ſatisfaceret: quare in id contulit artem, ut eum in ſenſum alienum detorqueret. *Interea tamen*, inquit, *thymiamata, praeſertim ex ture, in Sacris Chriſtianorum aliquando uſum habuiſſe, nemo ignorare poteſt, qui veteris Eccleſiae rituum cognitione inſtructus.* Duo hic ſignificat. Primum in veteri Eccleſia thymiamata & ſuffitus ex ture factos, deinde ea thymiamata deſignari hoc verſu:

Ture Deum placa.

Illud aperte deſignat, hoc obſcurius. Vellem autem oſtendiſſet Boxhornius, quam hic Eccleſiam veterem dicat, in qua thymiamata adhibita cenſet. Gaudentius Auſonii tempore in uſu fuiſſe putat, ſed illi piaculum fuit palam mutire, ac de vetuſtate rituum Eccleſiae pontificiae dubitare. Et tamen non is Deum placatum ſcribit ture: neque, credo, id hodie quiſquam, quantumvis pontificiorum caerimoniis devotus, dixerit. Ipſe etiam Gaudentius id negat, quod ſcribit incendendo tus non ſacrificari in ſua Eccleſia, id eſt Pontificia, ſed ejuſmodi incenſionem eſſe appendicem ſacrificii.

crificii. Antiquae, certe primae Eccleſiae Antiſtites nullibi haec turis thymiamata praecipuunt. Imo vero omnem turis honorem a templis ſuis & Sacris excludunt. Hinc Tertullianus in Apologetico Cap. XLII. TURA NON *emimus. ſi Arabiae quaeruntur, ſcient Sabaei pluris & carioris ſuas merces Chriſtianis ſepeliendis profligari, quam Diis fumigandis.* Julianus in Miſopogone Antiochenos criminatur, quorum urbem Chriſtianis abundaſſe novimus, quod ipſe ingreſſus eorum templa ὅτι θυμιάματα, ὅτι πόπανον, ὅτι ἱερεῖον invenerat. Cum his conjunge, quae adverſus divinos turis uſus graviter diſputat Arnobius Lib. VII. pag. 296. in quibus recentem ejus, inter ipſos etiam gentiles, & inanem religionem, nullis oraculis juſſam, ſed hominum ſuperſtitione inventam, increpat. Quum autem ille naturam, conditionem, cauſſas & uſus omnes turis ſtudioſe perſequitur, fieri non poteſt, ut, ſi in rebus Chriſtianorum divinis ratio ulla ejus fuiſſet habita, mentionem injecturus non fuerit. Imo ipſum thymiama, ipſum turis ſuffitum ridet pag. 227. *Nam*, inquit, *ſi honorantur hoc Numina, nec indigne ſuſtinent Panchaicas ſibi ardere reſinulas, quid intereſt, unde fumus altaribus conficiatur in ſanctis: vel ex viſci quo genere nubes ſuffitionis exaeſtuent?* Alia, quae huc faciunt, ex ipſo Scriptore cognoſci malo. Et, quo magis intelligas in domeſticis & privatis rebus ullum, in divinis autem & Sacris, nullum fuiſſe turis uſum, accipe ex Tertulliano de Corona Cap. X. *Nam & ego mihi*, inquit, *Gallinacium macto, non minus quam Aeſculapio Socrates: & ſi me odor alicujus loci offenderit, Arabiae aliquid incendo:* SED NON EODEM RITU, *nec eodem habitu, nec eodem apparatu, quo agitur apud idola.* Vides turis religionem nullam in vetere Eccleſia; nullum ejus ſuffitum Sacrum; ſed duntaxat ad tetri odoris propulſationem fuiſſe adhibitum. Imo adeo averſa ab eo fuit Chriſtianorum illorum ſecta, ut, ſi quando ex ea aliquis, tranſiens Gentilium templa, fumantes ture aras videret, ad averuncandum tam diri ominis conſpectum, exſufflaret ac deſpueret, ipſos ſeu viderit Daemonas, ut eſt apud Prudentium περὶ στεφ. Hymno XIV. 910. Inde *infelicitatem turis* nominat Tertullianus de ſpectaculis Cap. X. Quid memorem de Turariorum invidia in antiqua Eccleſia? quos

uos ſimul cum idololatris ab ea ſubmoverunt; vide undem de Idololatria Cap. xi. Quid de Turificato-um crimine? quos Libellaticis adjungit Auctor de uplici Martyrio, qui a nonnullis Cyprianus eſſe cre-itur. Quid de exploratione Chriſtianorum, quae fic-at ture in focum injecto? De qua Prudentius ἀδὲ περ. Iymno II. 49. de Martyrio Vincentii:

Hoc namque decretum cape.
Aut ara TURE *aut ceſpite*
Precanda jam nunc eſt tibi.
AUT MORS LUENDA *eſt ſanguine.*

t Hymno IX. 28.

CHRISTICOLASQUE *cruenta jubet*
TURA CREMARE.

Adde Hymnum XIV. 917. & Sozomenum in Hiſtoria Eccleſiaſtica Lib. V. Cap. 17. (*a*) Commemorarem tiam Imperatorum Chriſtianorum conſtitutionem, Theodoſii, Arcadii & Honorii ad Rufinum praefectum raetorio, quae eſt Lib. XI. Cod. Theodoſ. de Paganis. ua ſanxerunt, *ut* OMNIA LOCA, QUAE TURIS ONSTITERIT VAPORE FUMASSE, *ſi tamen ea n jure fuiſſe turificantium probabuntur*, FISCO SUO *ad-ociari. Si vero* IN TEMPLIS *foriſve publicis, aut in edibus, agriſve alienis tale quiſpiam exercere tentaverit*, XV. *Libras auri* MULTAE NOMINE INFERENT. nſpice porro, quae dixi Cap. XIX. Adderem praeter-a alia, niſi exiſtimarem, ex iis, quae dixi, aperte onſtare de errore Boxhornii. Et tamen ſi quis eſt, ui ſcire avet, qualia thymiamata priſcae Eccleſiae Doctores a Chriſtianis poſtularint, eum ad Clementem Alexandrinum adlego Stromatum Lib. VII. pag. 719. bi rejecto turis ſuffitu, thymiama requirit, compoſi-um ex precibus multarum linguarum & vocum, ſive ollectum ex praedicationibus variarum gentium, di-erſique ſexus in unitatem fidei, ſecundum utrumque Teſtamentum, & quae porro ſequuntur ad Chriſtia-ıum hoc θυμίαμα perficiendum. Non ego nunc inveſti-gabo ſollicite tempus, quo ſuffimenta primum religio-ſis

(*a*) *Plinium Lib.* X. *Ep.* XCVII. *Tertullianum in Apologet. Cap.* X. *Auguſtin. Ep.* XLIX. *eo in loco, ubi quaeſtionem tertiam ſolvit, e immolatione pecudum, & incendio turis.*

ſis Eccleſiae, ſive pontificiorum ritibus ſunt addita, tametſi haud ignoro illos, qui tradunt demum a Leone tertio, pontifice Romano, turis uſum inſtitutum eſſe. (*a*)

Sed quid? ſi demus ſuffitionibus & thymiamatis locum fuiſſe in Eccleſia Dionyſii aetate, quod tamen dandum minime eſt; rogo, poëtam unum mihi oſtendi, aliumve Scriptorem Paganum Chriſtianumve, qui Deum ſe ture placare dixerit, cum ſuffimentum faceret, citra tamen Sacrificium. Omnes de Sacrificiis utuntur hac locutione. Horatius Carminum Lib. I. Ode XXXVI. initio:

> *Et* TURE, *& fidibus juvat*
> PLACARE, *& vituli ſanguine debito,*
> *Cuſtodes Numidae Deos.*

& III. 23. 3.

> *Si* TURE PLACARIS *& horna*
> *Fruge Lares, avidaque porca.*

Ovidius Faſtorum Lib. I. 507.

> TURA *ferant*, PLACENTQUE *novum pia turba*
> *Quirinum.*

Martialis Lib. X. 92. 13.

> *Hoc omne agelli mite parvuli numen,*
> *Seu tu cruore, ſive* TURE PLACABIS.

Non propterea diſplicet omnino haec lectio apud Ovidium Faſtorum Lib. I. 719.

> TURA *Sacerdotes* PLACALIBUS *addite flammis.*

Quam in Mureti & Arondeliano Codice invenit Cl. Burmannus. & quia Sacrum hoc fiebat accenſo in ara ture, Prudentius hoc dixit *placare fumo* περὶ στεφ. Lib. II. 28.

> *Vos Nazareni adſiſtite,*
> *Rudemque ritum ſpernite.*
> *Haec ſaxa, quae princeps colit,*
> PLACATE FUMO *& victima.*

Haud aliter dicitur, farre, lacte, vino, tauro, bove, juvenco, & quae praeterea Sacrorum inſtrumenta ſunt,

(*a*) *Fallitur itaque Innocentius Cironius in Obſerv. Jur. Canon. Lib.* III. *Cap.* I. *pag.* 77. *ubi ſcribit, turificationem ſemper locum habuiſſe in Eccleſia.*

ſunt, placare, quae dicta vulgatiſſima ſunt: Sed niſi verba haec *Ture Deum placa*, de ſacrificio capiantur, quomodo membro huic priori poſterius reſpondebit, *vitulum ſine creſcat aratro*? certe duo ſacrificia hic opponuntur, turis & vituli: illud laudatur, hoc reprobatur. Cauſſam reprobati vituli ſi quaeris, dicendum; aut vituli rejectione cujusque animalis Sacrum rejici & damnari; quod vituli victima creberrima erat: quae res occaſionem dedit Aviano fingendi Fabulam XXXVI. aut prae ceteris animalibus omnibus abſtinendum duxit a vitulo, quod Ovidius, ex ſententia Pythagorae, animal nominat

ſine fraude doloque
Innocuum, ſimplex, natum tolerare labores.

De Sanctitate vitulorum & boum plura dicerem, ſi cauſſa id poſtularet, aut otium non feciſſent Viri docti, qui commentarios ſcripſerunt ad Virgilium Georgicorum Lib. II. 537. Suetonium in Domitiano Cap. IX. AElianum Variarum Hiſtoriarum Lib. V. Cap. XIV. Sed ne quid in hoc Diſticho, quod admodum ſollicitum habuit Boxhornium, praetermiſiſſe videamur, dicendum eſt, nonnullos obſcuritate verſus poſterioris offenſos, quod ambiguum, quorſum *placare* referrent, ita eum mutaſſe:

PLACARI NE CREDE *Deum*,

Quae ſcriptura eſt editionis Scriverianae, vel

NE CREDAS GAUDERE *Deum*,

Quod habent Libri aliquot, quos Doctiſſimus Arntzenius nominat. At vero vel filius dicendus eſt placare, quem ubique monet pater Dionyſius, vel vitulus; ad utrumque enim referri poteſt. Hoc praecipit Dionyſius filio, ne exiſtimet, ſe aut vitulum placare Deum, & iram divinam mitigare, ſi ipſe aut vitulus caede litarit, id eſt, bona omina inpetrarit. *ne credas*, an *nec credas* legatur flocci non interduim, adde Cap. XVIII.

CAP. XVII.

Male Boxhornius ex Pythagoreorum ſcitis Dionyſium expoſuit. Non Pythagoras omnino animalibus abſtinuit in ſacrificando. Irbovius laudatur. An Chriſtianis prae ceteris Pythagoreorum dogmata placuerint. Non recte Dionyſius

nyſius Semi-Chriſtianus exiſtimatus. Boxbornius ſibi ipſi contrarius. Quo tempore in Imperio Romano paganiſmus extinctus.

VErum neceſſe eſt reliqua expendere, quibus ſententiam ſuam tuetur Boxhornius. *Nemo autem hinc exiſtimet*, inquit, *latere me, Pythagoram etiam, ejusque ſectatores improbaſſe caedes victimarum, ſed dogmata eorum, inter reliqua gentilium philoſophorum quam maxime olim commendabant Chriſtiani, quod neſcire non poſſunt, qui patrum antiquorum ſeria lectione ingenium ſuum imbuere.* Quorſum haec pertineant, vix video. Docuit Pythagoras abſtinendum eſſe a caede & mactatione boum ad epulas humanas. Et haec peculiaris fere ejus ſententia laudatur a multis. Nam quod in Sacris abſtinere voluit ab iis, non hoc privum Pythagoreorum placitum fuit, ſed ſectarum omnium, certe nobiliorum, quos Daumius enumerat ad Lib. I. Diſt. I. quibus adde a nobis citatos ſupra Cap. VIII. atque a Cyrillo adverſus Julianum Lib. IX. pag. 306. & ſeq. Non autem negat Dionyſius recte caedi vitulos in uſum humanum, ſed in uſum divinum. Quanquam non ita decreti hujus obſervantem ac tenacem accepimus, ut nunquam immolarit animal aliquod: nam & gallos gallinaceos, porcellos, imo boves, &, quod majus eſt, ἑκατόμβας boumque greges aliquando mactatos ab eo ad aras, traditum eſt a Porphyrio, Apollodoro, Laërtio, Athenaeo atque aliis, quibus teſtimonium denunciat Guilielmus ab Irhoven, qui in pago Edano, Arnhemiae noſtrae proximo, Sacris praeeſt, Vir haud paullo eruditior concionatorum vulgo per vicos atque oppida noſtra. (a) Tu vide Librum illius primum de palingeneſia veterum Cap. XV. Illud quoque me neſcire fateor, Pythagoreorum dogmata prae ceteris placuiſſe Chriſtianis. De Stoicorum decretis id docet Hieronymus, ut ſupra oſtendi, ſed qui de Pythagoreorum id doceat, quaero. Scio Pythagoram nonnulla praecepiſſe, a quibus non abhorruerit Chriſtianus; ſicut Philoſophorum nullus fuit, quin ad virtutem amplectendam

(a) *Nunc Academiam Trajectinam condecorat, in qua Theologiam profitetur.*

dam diſcipulos ſuos cohortatus ſit. Sed proprias illius perſuaſiones, antiquae Eccleſiae acceptas magis atque impenſius probatas fuiſſe, quam ceterorum, ignoro.

Diſcuſſimus, ut puto, Viri Clariſſimi argumenta, quibus Dionyſium Chriſtianorum gregi inſerere inſtituit. Temere ergo iis hoc epiphonema ſubjunxit. *Puto jam ſatis luculentis teſtimoniis a me probatum, aut omnino Chriſtianum; aut, ſi cui nimium videatur, Semi-Chriſtianum fuiſſe horum Diſtichorum conditorem.* Imo ne hoc quidem concedendum arbitror, Semi-Chriſtianum fuiſſe Dionyſium, de quibus haec refert Boxhornius: *Semi-Chriſtianos voco, qui aut ad Chriſtianam fidem amplectendam haud leviter nutabant; aut ea arrepta, nondum plane exuerant omnem gentium ſuperſtitionem. Quales multi olim erant. Unde etiam factum, ut in veteri Eccleſia multi ritus uſurpati, qui a paganis derivati, eorum ineptias adhuc redolebant. Quod ipſum pluribus hic excutere ſuperſedeo; quia in commentario noſtro Quaeſtionum Romanarum pluribus indicamus.* Nam omnia indicia, quae Chriſtianum aut Semi-Chriſtianum prodere viſa ſunt illi, Ethnicorum & Philoſophorum ſcriptis, & ſententiis accommodatiſſima ſunt. Unum miror, cum hanc Viri Clariſſimi de Semi-Chriſtiano ſententiam mecum reputo, non vidiſſe eum, nihil validius adverſari ſuae opinioni, qua ad ima Barbarorum ſubſellia hunc Semi-Chriſtianum dejiciendum cenſet. Quaero namque, utrum ex iis gentibus, quae Graecis Litteris aut diſciplinis imbutae fuerunt, an ex nationibus barbaris, Francis, Burgundionibus, Vandalis, Gothis; qui, disjectis Romanorum praeſidiis, imperium eorum vaſtarunt; hunc Semi-Chriſtianum ortum exiſtimet? Nemo, credo, dicet ex his prodiiſſe, aut barbariem horum Sacrae religioni Chriſtianae miſcuiſſe. Cultiorem namque philoſophiam Diſticha omnia fatentur. Supereſt ergo, ut dicamus, Graecorum rationem & cultum cum Chriſtianis caeremoniis conjunxiſſe. Atque ex utriſque his ſibi religionem peculiarem confinxiſſe. Sed iterum quaero, quo tempore hos Semi-Chriſtianos ex Graecorum Philoſophia, & Chriſtianis ſectis conflatos, vixiſſe & aetatem degiſſe in terris putet? credo reſpondebit iis temporibus hos fuiſſe, quae Conſtantini aevo proxima ſunt. nam inſecutis ſeculis extincta

plane & deleta fuit illa vetus Graecorum & Romanorum Religio, periitque numinum antiquorum cultus, legibus publicis ſevere coërcitus; usque adeo, ut ſcribant Imperatores Honorius & Theodoſius in Lib. XXII. de Paganis ſacrificiis & templis Cod. Theod. ſeſe credere nullos ſuo tempore Paganos eſſe. Temere ergo ad infima barbarorum ſubſellia damnat Boxhornius, quem Conſtantini aetati ſupparem facit. Sed fac Dionyſium ex Semi-Chriſtianis Barbaris unum fuiſſe, ſic tamen Imperatoris Honorii principatu non longe poſterior erit, certe non ad ima Barbarorum ſubſellia, quae credo Saeculorum IX. & X. dici, ſunt enim haec ſaecula maxime barbara, relegandus: ſiquidem conſtat, ſaeculum Honorianum ſive Theodoſiorum complures nequaquam poenitendos Latinae Linguae Scriptores protuliſſe.

CAP. XVIII.

Diſt. XIII. *Lib.* III. *ſententia non convenit Chriſtiano. Scaliger atque Eraſmus a calumniis Boxhornii liberati. Inquiritur ſaeculum Dionyſii. Oſtenditur vixiſſe ante Conſtantinum. Quando vetitum Romae uxorem moleſtam repudiare. Quae fuerit uxor moleſta. Raevardi ſententia rejecta. Judicium de moribus non fuit apud Cenſores actum. Diſtichi ſententia a Juſtiniani legibus abhorret. Gerardus Noodt laudatus. Aliena de hoc Diſticho Gaudentius monuit. Aſperiora Romanorum jura in uxores notantur. A. Gellius bis emendatus. Dos marita cur a Plauto dicta? Quando & a quibus confarreationum & coemtionum jura in matrimoniis ſublata. Dos ampla ſervitutem maritis inponebat. Stoici ſolutiores circa matrimonia fuerunt. Cato Minor Marciam uxorem amico conceſſit, & dein eam reduxit. Reprehenſus ob id a Patribus antiquae Eccleſiae. Philoſophorum nonnulli communia matrimonia probarunt. Aſperitas Dionyſii in mulieres notatur. Diſt.* XX. *Lib.* III. *emendatum. item Diſt.* XXIII. *illuſtratum.* Ne & Nec *ſaepe commutata in noſtro. Diſtichon ultimum Lib.* III. *correctum. Minor pietas matri quam patri debetur ex ſententia Dionyſii. An ea conveniat ſententiae Ulpiani. Sub* nomine *id eſt cauſſa. Male hoc intellectum alii.* Sub *vacat nonnunquam.*

Poſtea

POſtea vero quam hoc modo, quo diximus, ſententiam ſuam de indiciis Chriſtianae Religionis in ıoc ſcriptore confirmavit Vir Clariſſimus: continuo .d eos oppugnandos accingitur, qui illum Ethnicum :ſſe ſcripſerunt. Ac potiſſimum Scaligerum atque Eraſmum adgreditur. Adverſus illum hoc modo inſur;it. *Atque, inquit Scaliger, multa in bis Diſtichis erroriuſ gentilium delibuta continentur. Certe mihi omnia diliºenter iterum & iterum evolventi, nihil tale eſt comperum. An paganus eſt Auctor, quia hominem prudentem nitari vult illum Deum, qui partem utramque adſpicit, d eſt Janum? profecto ſi valeat haec ratio, pro Paganis abendi ſunt plerique Chriſtianorum Poëtarum, & nos ipſi, ui ejusmodi loquendi rationes quotidie uſurpamus. An Paanus eſt Auctor, quia vult pareri Fortunae? quaſi vero Fortunae vocabulum commodo & recto ſenſu ex Chriſtiano omine non poſſit audiri.* Nunquam me haec Deorum ıomina, a ſcriptore uſurpata, induxerunt, ut eum Gentilem atque Ethnicum crederem; ſed longe graiora me commoverunt argumenta, quae mox ſequenır. Hoc tamen illa effecerunt, ut crederem, ſi ex pinione Boxhornii religionem Gentilem cum Chriiana confuderit, Graecorum Romanorumque antiquis acris, non Barbaris Germanorum aliarumque ſeptenrionalium nationum de Dis opinationibus, eam conaminaſſe. Eraſmum his oppugnat. *Magnus Eraſmus, lle noſtras, ſcriptorem, de quo agimus, a fide noſtra averum fuiſſe conatur oſtendere ex Diſt.* XXII. *Lib.* III. *quod a habet:*

Uxorem fuge ne ducas ſub nomine dotis,
Ne retinere velis, ſi coeperit eſſe moleſta.

Id quae verba ita commentatur Eraſmus. Cave ne ducas xorem dotis cauſſa, & ſi duxeris dotatam, ne dotis eſpectu eam retineas, ſi tibi gravis eſt: ſed contemta ote repudies. Quanquam id apud Chriſtianos non abet locum. *Certe ſimpliciter hoc vult, noli dotis ſolius ratia uxorem ducere. Ne poſtea moleſtam tibi factam relinuere velis, & non poſſis. Quod nihil adverſum fidei Chriianae habet. Firmum igitur eſto, Chriſtianum hunc Auorem fuiſſe.* At vide, quanto aſtu hic rem tractarit Boxornius. Fingit Auctorem dixiſſe, *ne relinquere velis*,

 caque

eaque verba in ſuam ſententiam detorquet, alieniſſimam mehercule ab Auctoris mente. Iſne autem ſcripſit *ne relinquere velis?* imò vero *ne retinere velis.* Haeccine eadem, aut ſimilia viſa Boxhornio, quae diverſa ſunt, & plane contraria? omnino autem recte perſpexit, & expoſuit ſenſum Scriptoris Eraſmus.

Sed quum ad hoc Diſtichon deventum eſt, ex quo de aetate, & ſaeculo Auctoris judicium fieri poteſt, locum hunc opportunum duxi, de eo diligentius inquirendi; cum ut inde iniquitas Boxhornii appareat, ad Barbarum ſaeculum eum remittentis; tum ut aliquid firmamenti addam dubiae atque ambiguae Virorum doctorum, de aetate Dionyſii, ſententiae. Hoc autem liquide a me demonſtrari poſſe puto, Conſtantini magni ſaeculo eum priorem fuiſſe, primo ex hoc Diſticho, quo de agimus. Scriptum enim illud Diſtichon eo tempore, quo in Imperio Romano, & legibus ejus, licuit uxorem moleſtam exigere ſine ullo incommodo, niſi ſi quod ex reddenda dote adferebatur, cujus uſumfructum percipiebat maritus. Qua de re copioſe Jo. Gotl. Heineccius ad L. *Juliam & Papiam* Lib. II. Cap. XIX. Reddita ergo dote, Maritus tempore Dionyſii, impune & ſine incommodo aut damno, Uxorem moleſtam domo expellebat. Certe Dionyſius non videtur retinere voluiſſe, filio ſuo monita praeſcribens, incommoda graviora, ſi qua alia ex re praecepta timenda eſſent. Multo minus credendum, voluiſſe ad vetita legibus ſollicitare. Cum autem diu ſub Imperatoribus Romae licuit uxorem dimittere impune, dote reddita; hoc incommodum, atque hanc poenam adjecit Conſtantinus, ut, quicunque ſine juſta cauſſa eam repudiaret, non dotem (ni malit domum invadi ab uxore repudiata, & ductae conjugis dote ſpoliari) duntaxat reſtitueret, ſed praeterea caelibatum ſubiret perpetuum. Recenſet hanc legem Theodoſius in codice ſuo primam de Repudiis. *In maſculis,* inquit, *etiamſi repudium mittant, haec tria crimina inquiri conveniet, ſi maecham vel medicamentariam, vel conciliatricem repudiare voluerit. Nam ſi ab his criminibus liberam ejecerit, omnem dotem reſtituere debet, & aliam non ducere. Quod ſi fecerit, priori conjugi facultas dabitur domum ejus invadere, & omnem dotem poſterioris Uxoris ad*

ſemet

ſemet ipſam transferre pro injuria ſibi inlata. Aut ſi & hoc incommodum levius exiſtimavit pater, quod tamen probabile non eſt, dicatur ſaltem ante Juſtinianum vixiſſe Dionyſius, qui ob crimen quidem, non vero ob moleſtiam aliquam, id eſt ob graves mores, repudium permiſit. Vide L. XI. C. de Repudiis. Cujus legem etiam Theodoricus Italiae Rex probavit, vide edictum ejus Cap. LIV. Tempore autem Dionyſii juſtum fuit, uxorem non tantum ſceleratam & criminoſam, ſed & moleſtam expellere; addit namque:

—— *cum coeperis eſſe* MOLESTA.

Quod ſi me roges, quae ſit uxor moleſta, eam dico, quae moribus eſt moleſtis ac difficilibus, gravem nominat Juvenalis Satyra VI. 147. Sed aliter uxorem moleſtam mariti, amorum deſultores, aliter Juriſconſulti aeſtimabant & Viri Sancti. Illorum uxorem moleſtam lepide deſcribit Juvenalis Satyra eadem 144.

Tres rugae ſubeant, & ſe cutis arida laxet,
Fiant obſcuri dentes, oculique minores.
Collige ſarcinulas, dicet libertus, & exi.
Jam GRAVIS *es nobis, & ſaepe emungeris, exi*
Ocius & propera, ſicco venit altera naſo.

At vero Ulpianus titulo VI. §. 12. graviores mores dicit tantum adulteria, leviores omnes reliquos. Jacobus Raevardus Variorum Lib. IV. Cap. XIII. judicium hoc de moribus a Cenſoribus actum ſcribit, quod non perſuadet. Hoc addere liceat, moleſtam Uxorem dici Dionyſio, quae ob morum vitia & mediocres culpas, ut appellantur in. d. L. II. C. Theod. non probatur marito, atque eorum nomine exacta dotem paene omnem repetebat; cujus majorem partem amittebat ea, quae ob graviores mores matrimonio expellebatur. Quam juris rationem immutavit Juſtinianus Nov. CXVII. Cap. VIII. & IX. & cum judicium de moribus Dionyſii tempore uſitatum fuerit, Juſtinianus autem Lib. XI. §. 2. C. de Repudiis, dudum id in deſuetudinem ſua aetate abiiſſe ſignificet, cum ſcribit, *quod antea quidem* IN ANTIQUIS LEGIBUS *poſitum erat, non autem frequentabatur*, perſpicimus ex eo, diu ante Juſtinianum vixiſſe Dionyſium. Fateor, nonnulla ex iis, quae de divertendi cauſis prolata a me ſunt, a Viro Cl. Gerardo Noodt, Anteceſſore quondam Leidenſi me

me accepiſſe; cujus dudum commentarii exſtant in aliquot pandectarum Libros. Et quidem id lubens fateor: cum non Romani tantum juris diſciplinam olim ab ejus ore in Academia Leidenſi hauſerim, ſed & inſignem porro benevolentiam in adjuvandis rebus meis & commodis fuerim expertus. Quae vero Paganinus Gaudentius ex lege Anaſtaſii IX. C. de Repudiis tricatur in additamento Critico. Cap. XIX. ubi de hoc Diſticho, parum huc pertinent. Aſperum, ſcio, videbitur hoc multis praeceptum, & nimis inhumanum, quo filii tenerum animum imbuit; ut ob offenſam aliquam aut noxam uxorem continuo res ſuas habere jubeat ac domo exturbet. Veruntamen eo animo priſci Romani omnes fuerunt,

Gensque virum truncis & duro robore nata.

Neque alio deinceps illi, qui moribus antiquis vivebant. Dictum Catonis majoris eſt apud Gellium Lib. X. Cap. XXIII. *Vir, qui non divortium fecit, mulieri judex pro cenſore eſt.* IMPERIUM, QUOD VIDETUR, HABET. Sic legendum ex ductu litterarum conjicio, ſed & dudum idem viſum Cl. Jac. Gronovio. (a) Reddenda & alia vox Gellio, quae excidit paullo ante *ſed M. Cato non ſolum exiſtimatas, ſed multatas quoque a* VIRO *judice* MULIERES *refert.* Obſervandum eſt, detracta eſſe illa Catonis verba Orationi ejus, quae inſcripta fuit de Dote. Credo quod jam illo tempore dos Uxorum, vetus illud maritorum imperium imminuere incipiebat, quam propterea *maritam* ſcite Plautus dixit in Epidico II. II. in fine. Paulatim vero gliſcente luxuria atque avaritia Romae, ſancta illa coemtionis ac confarreationis jura moribus, ac potiſſimum Juriſconſultorum verſutia ita infirmata, & antiquum maritorum imperium fractum fuit & ruptum; ut hi contra in manum Uxorum certe earum, quas ampliſſima dos conciliaverat, conveniſſe viderentur. Quam ſervitutem etiam magna exempla commendarunt. A-

micis

(a) *Sed quid opus monito*, qui non divortium fecit? *Quis enim putet poſt divortium quidquam in uxorem audere maritum? quare corrigo*, qui conſortium fecit, *id eſt, qui matrimonium iniit. Eſt enim definiente Modeſtino in L. 1. D. de Rit. Nupt. matrimonium ſive nuptias conſortium omnis vitae.*

micis ſuadentibus, ut Uxorem flagitioſam dimitteret; reſpondit M. Antoninus Imperator, *ſi Uxorem dimittimus*, REDDAMUS ET DOTEM. Auctor eſt Julius Capitolinus in ejus vita Cap. XIX. Salſe igitur, vere tamen Tertullianus alicubi *maritos dote venales* ſcripſit. (a) Horatius Carminum Lib. III. Ode XXIV. 19.

DOTATA REGIT VIRUM *conjux.*

Quae cauſſa induxit multos, ut dotatas ipſi ſpernerent, aliiſque, beatiorem vitam quaerentibus, ſpernendas fugiendaſque praeciperent, ut noſter; ſic & Martialis Lib. XII. Epigr. VIII.

Uxorem quare LOCUPLETEM *ducere nolim,*
Quaeritis? UXORI NUBERE *nolo meae.*

Dudum ante Titinnius monuit, ut eſt apud Nonium in voce *ancillari: viros* DOTIBUS *delinitos ultro etiam* UXORIBUS ANCILLARI. Poſſis & facilitatem noſtri in mutanda muliere incommoda tribuere ſectae philoſophicae, quam amabat, nempe Stoicae, quae ſolutiores probabat matrimonii leges; unde non dubitavit Cato minor uxorem ſuam Marciam Hortenſio cedere, iterumque eam dein reducere. Rem narrat Plutarchus in ejus vita, atque alii. Notatus autem ob id Cato a Scriptoribus Eccleſiaſticis, vide Tertullianum in Apologetico Cap. XXXIX. & Salvianum de Gubernatione Dei Lib. VII. pag. 159. qui exemplo Socratis eum hoc feciſſe ſcribunt. Sed quid de matrimoniis Philoſophorum diſputo? cum certum ſit, haud paucos eorum promiſcuas & communes uxores, ſine ullo connubii vinculo, probaſſe, vide Lactantium Inſt. Divin. Lib. III. Cap. XX. Clemens Alexandrinus Stoicos matrimonium ἀδιαφόροις accenſuiſſe tradit Stromat. Lib. II. pag. 421. Undecunque autem hunc animum hauſerit noſter, mollem eum ac mulieroſum nemo dixerit, qui haec ejus praecepta legerit Lib. I. Diſt. VIII.

Nil temere uxori de ſervis crede querenti:
Saepe etenim mulier, quem conjux diligit, odit.

(b) & III. Diſt. XXI.

Con-

(a) *Plutarchus de Liberis educandis*, Cap. XLV. *eos dotis ſervos nominat.*

(b) *Aſſentitur noſtro Juvenal.* VI. *Sat.* 510.

Conjugis iratae noli lamenta timere,
Nam lacrymis ſtruit inſidias, quum femina plorat.

Sic enim verſum primum refingendum exiſtimo (*a*) & Diſt. XXIV.

Uxoris linguam, ſi frugi eſt, ferre memento,
Namque malum eſt, non velle pati, nec poſſe tacere.

Poſteriora duo Diſticha male accepta ſunt ab Eruditis Viris. Sententiam meam de iis perſcripſi ad Arntzenium noſtrum. Utrum autem in altero Diſtichi, quod hic exponimus, verſu legas, *ne retinere velis*, an *nec retinere velis*; diſcrepat enim antiquorum Librorum ſcriptura, parum refert. Tu vide, quae de ea re Daumius. Alias quoque haec commutata legas in hoc Poëta, ut Diſt. XXVI. Lib. I.

Cum ſimulat verbis, NEC *corde eſt fidus amicus:*

Adde, quae dixi ſupra Cap. XVI. ad Diſt. XLVIII. Lib. IV. & Cap. XVIII. Imo qualem in matrem fuiſſe cenſeas? qui ita ſcripſit Diſticho extremo Lib. III.

Dilige non aequa caros pietate Parentes.

Nam ita ſcripſiſſe noſtrum, mihi plane perſuaſum. In vulgatis Editionibus eſt *aegra*, id quod facile pro illo receptum. Codices multi *aequa* oſtentant, ſed Verborum ordine mutato, & detracta particula negativa. Sed haec ab illis migrata ſunt, quibus Auctoris de mulieribus ſententia perſpecta non eſt, aut iniqua judicata. (*b*) Praeceptum hoc, quantum diſtet ab Ulpiani monito Lex IV. D. de Curatoribus furioſ. declarat. In qua Jurisconſultus, *pietas enim Parentibus, etſi inaequalis eſt eorum poteſtas*, AEQUA *debebitur.* Et tamen dubito, an uterque idem ſenſerit, tametſi verbis diverſi. (*c*) Haec ſcripſeram, cum forte evolvo Epiſtolas

(*a*) *Lamenta mulierum ſunt. Tacitus in Vit. Jul. Agric. Cap.* XXIX. Quem caſum neque, ut plerique fortium Virorum, ambitioſe, neque per LAMENTA rurſus ac moerorem MULIEBRITER tulit. *Cap.* XLVI. muliebria lamenta.

(*b*) *Quae Romanis aequiſſima viſa. Ille enim populus jus ſummum patri in Liberos dedit, imo etiam arbitrium vitae & necis, at vero modicum jus matri. Unde & diſpar filiorum in patrem matremque pietas.*

(*c*) *In Cod. Turicenſi nunc legitur:* Dilige non caros aegra. *Olim*

amoeboeas Reineſii & Daumii, in quibus pag. 162. verſu illo:

Uxorem fuge, ne ducas ſub nomine dotis.

poni video, ſub nomine *actione vel lite.* Hoc quid i velit, neſcio. Scio cum hoc loco, tum alibi *nomi-* ſignificari cauſſam. Florus Lib. I. Cap. XIII. 18. *cla-* *nomine.* Sed putidum fuerit exempla cumulare. *Sub* tem vacat, ut in locis quamplurimis, etiam apud ſtrum mox in Diſt. XVII. Horatium Lib. II. Serm. 13. Latinum Pacatium in Panegyr. pag. 125. & pe alias.

CAP. XIX.

gumentum alterum, Dionyſium Conſtantino eſſe majorem. Sacrificium turarium praecipit Dionyſius, vetuit Conſtantinus & ſucceſſores ejus. Leges Imperatorum Romanorum de prohibendis Paganorum Sacris, & turis uſu religioſo recenſentur. Nomen Conſtantii & Conſtantini non ſatis aperte diſtinctum a librariis, ut in L. I. Cod. Theod. de Paganis.

VErum ad alterum argumentum accedo, quo oſtendam ante Conſtantinum ſcripta eſſe haec Diſtia. Perſpicuum eſt, ſacrificia more gentium eo temre, quo Dionyſius ſcripſit, fuiſſe peracta. Nam iſd, quod ture fiebat, ipſe praecipit, ut ſupra multis cimus. At vero vetuit ea Conſtantinus, & ſecuti nc Imperatores omnes, ſi a Juliano diſceſſeris. De nſtantino (imo vero Conſtantio, vide L. III. C. Th. e Paganis, ſacrificiis & templis, idque docet ſubſcrio legis. In Libro MS. Cod. Juſtiniani, quo utor, t CONST. ut ad utrumque referri poſſit:) id deonſtrat L. I. C. de Paganis &c. *placuit omnibus lo- atque urbibus univerſis, claudi protinus templa, & acſu vetito omnibus, licentiam delinquendi perditis abnegari. olumus etiam cunctos ſacrificiis abſtinere. Quod ſi aliquid te bujusmodi perpetraverint, gladio ultore ſternantur; cultates etiam peremti fiſco decernimus vindicari, & ſimiliter*

im aliter lectum fuit. Voces namque omnes illae in raſura erant: quod arguit, ſollicitos babuiſſe Librarios veram Scripturam, cujus tentiam non adſequebantur.

liter puniri Rectores Provinciarum, ſi facinora vindicare neglexerint. Caviſſe idem Conſtantinum, Conſtantii patrem ex L. II. C. Th. diſcimus. Imo hanc legem a Conſtantino primam omnium latam ſcribit Cedrenus in Compendio Hiſtor. pag. 215. ut fana, ſimulacris conſecrata, templis Chriſto dedicatis addicerentur. Additque, quod modo in illa lege ſcriptum vidimus, ut ſimulacrorum cultores capite poenas luerent. Succeſſorum Principum Conſtitutiones in eandem rem vide eodem titulo. Exſtat etiam Conſtantii & Juliani Caeſaris Lex VI. Cod. Theodoſ. ejusdem tituli. Et ne putes turis honores Sacros exemtos legibus fuiſſe, de iis ita caverunt nominatim Imperatores Theodoſius Arcadius & Honorius in L. XII. ejusdem, *Nullus omnino ex quolibet genere, ordine hominum, dignitatum, vel in poteſtate poſitus, vel honore perfunctus, ſive potens ſorte naſcendi, ſeu humilis genere, conditione, fortuna, ut nullo penitus loco, in nulla urbe, ſenſu carentibus ſimulacris vel inſontem victimam caedat, vel ſecretiore piaculo, Larem, ignem erogeneum, penates odore veneratus, accendat lumina, imponat* TURA, *ſerta ſuſpendat.* Caverunt etiam Valentinianus & Marcianus L. VII. Cod. Juſtin. *Nemo venerandi adorandique animo delubra, quae olim jam clauſa ſunt, reſeret. Abſit a ſaeculo noſtro infandis execrandisque ſimulacris honorem priſtinum reddi, redimiri ſertis templorum impios poſtes, profanos aris accendi ignes, adoleri in iisdem* TURA, *victimas caedi, tum libari, & religionis loco exiſtimari ſacrilegium.* Plura de vetito turis uſu dixi ante Cap. XVI.

CAP. XX.

Argumentum tertium. Lib. IV. *Diſt.* XLVII. *vera lectio oſtenditur. De eo reliquorum commentatorum ſententiae rejiciuntur. Aliquid hic vidit Cujacius. Planudae, Scaligeri, Eraſmi diverſae opiniones excutiuntur. Quis error deceperit Librarios, aliosque correctores. Amiga id eſt amica pro proſtibulo, labente Latinitate. Honeſtius nomen concubinae. Concubinae, pellicis, amicae nomina diſtincta, ſed confuſa haud raro. Jus concubinas habendi exponitur. Licuit etiam maritis habere concubinas. Pauli ſententiarum locus expoſitus, atque ab obelo Hotmani*

den

conſenſus. Concubina ex ſola animi deſtinatione aeſtimatur. Maritorum libidines promiſcuae ex Scriptoribus Eccleſiaſticis notatae. Quo Conſtantini Imp. anno Lactantius ſcripſit Inſtitutionum Divinarum Libros.

TErtium argumentum praebet illud Diſt. xlvii. Lib. iv.

Quum tibi ſit conjux, ne res & famâ laboret,
Vitandum ducas inimicum nomen amicae.

Ita edidit Scriverius, exponit etiam Freherus a Daumio laudatus. Nam quae Scaliger, Eraſmus, Voſſius, & qui hos ſequuntur, Opitius, Daumius atque alii conferunt ad *nomen amici* illuſtrandum, minus apta, imo arceſſita longe & detorta ſunt. Nomen amici, inquiunt, eſt ipſe amicus. Non nego hoc, imo nomen ſimiliter ipſam amicam interpretor. *Amicum inimicum* dicunt eum, qui eſt nomine tenus amicus; hactenus probo. Sed ſententiae Diſtichi, aut, dicam potius, verſui priori haec expoſitio non convenit. Quare addunt, amicum inimicum talem ſignificari, qui cum uxore amici conſuetudinem inhoneſtam habeat. Quis mortalium, quaeſo te, illo nomine tantum Verborum ambitum complexus eſt? Haeccine autem ſimplex & nuda praeceptio, qualis eſſe debet patris filio praetextato praecipientis? Pater ita filio huic. Cum conjugem habes fuge amicum, aut amicum inimicum. Quis puerorum, imo quotus adultorum eſt, qui non exiſtimet patrem monuiſſe, ut amicum ſibi infidum vitaret. Quis hic de adultero Uxoris cogitet. Contra autem ſi lectionem accipimus, quam Scriverius dedit, *amicae*, ex Libro antiquo, quo ipſum uſum eſſe ſuſpicor; quis animo tam ſtupido eſt, modo ipſam vocem *amicam* cognitam habet, quod verum & conſuetum in vulgo concubinae nomen erat, ut ex Maſſurio tradit Paulus L. cxliv. de V. S. ut mentem patris non perſpiciat? Verum credamus, quanquam res fidem non capit, patrem ab adultero caviſſe hoc monito: quomodo illi cauſſa conveniet, quam addit? *ne res & fama laboret.* Anne imperitus pater ſit oportet, imo plane ridiculus, qui monet adulterum eſſe cavendum ob id ſolum, *ne res & fama laboret?* Anne ſtulte ſic monemus fugienda eſſe flagitia, natura turpia? Quis non rideat monentem

tem hoc modo, noli pathicus, noli fellator, noli paederaſta eſſe, ne res & fama laboret? Quanquam enim certum eſt rei familiaris, & famae damno coërcita aliquando Romae haec ſcelera, quis tamen non magis probet in re ſimili hoc nequiſſimi Poëtae monitum, quam amantiſſimi illius patris praeceptum:

——— *Scelus eſt, mihi crede, ſed ingens,*
Quantum vix animo concipis ipſe tuo.

Dicas Cujacium in expoſitione Novellae XII. quoque *amicae* legiſſe, non *amici.* quia ſcribit, non tantum exponere ſeſe hoc Diſtichon, ſed etiam emendare; Deinde quia pellicatum eo diſſuaderi addit, idem tamen amicum hic interpretatur eum, qui amica aut concubina utitur. Sed vellem auctoritate Veteris Scriptoris confirmaſſet hanc vocis ſignificationem. Verum ad ceteros interpretes revertor. In eo autem diverſi inter ſe ſunt Planudes, Scaliger atque Erasmus, quod ille amicum pauperem, hi divitem accipiunt. Scaliger praeterea alium exſculpit ſenſum, accomodatum τῷ *nec*, quod pro *ne* nonnullis Librariis & Editoribus placuit, nempe hunc; ſi felix es a conjugio & a re familiari (omittit *a fama*, tametſi hoc a Planude omiſſum reprehendit; credo, quia nequaquam hoc ſuae ſententiae reſpondet) fuge eſſe fictus amicus. Quid? ſi filius Dionyſii non fuerit felix ab illis rebus? non a conjugio; non a re familiari; non a fama; id eſt ſi fuerit infamis. (at quam bellum hoc omen patris!) neceſſe eſt, tum contra dicas, licere hoc pacto fingere amicitiam. At vero quam aliena haec ſunt, non tantum dico a verbis Diſtichi, ſed & ab officio patris? Equidem autem Scaligerum atque Erasmum non credo probaturos fuiſſe eam interpretationem, ſi aut ex Libro aliquo, aut conjectando illam lectionem, quam Scriverius protulit, adſecuti fuiſſent. Cauſſam mutatae Scripturae ſi quis quaerat, eam aut ignorantiae Monachorum ſive Librariorum, aut religioni ludi-magiſtrorum imputandam cenſeo. Illi, quid vere eſſet *amica*, neſcierunt. Magis cognitum habebant, quid *focaria* eſſet, tametſi *amigae* vocem non plane ignorabant, ſed ſenſu inhoneſtiore pro proſtibulo, quae ſequioribus ſaeculis pro amicae appellatione invaluit, vide Du Cange in voc. *amiga*. Hi vero veriti ſunt do-

cere

cere ſuos, concubinas tantum vitandas eſſe iis, qui uxores haberent, ne viderentur adoleſcentibus, uxore carentibus, tacite permittere earum uſum. Amicam Dionyſius dixit, quam honeſtiore nomine concubinam alii vocitarunt; vide L. cxliv. de V. S. tametſi in eo diverſus noſter, quod amicam dixit, quae cum marito conſueſcebat, quam pellicem appellandam eſſe Granius Flaccus cenſuit. Crimine tamen noſtrum abſolvunt ii, qui accuratius de diſcrimine illarum vocum conſultaverunt in opuſculis de Latinitate Veterum Juriſconſultorum a Cl. Dukero editis pag. 156, & quae ſequuntur. Dubitavit Accurſius de honeſtate nominis concubinae, ſed dubitationem omnem ſuſtulit Alciatus ad dictam L. cxliv. Prolatis autem ab hoc adde ſaxa & monumenta antiqua, in quibus crebra mentio concubinarum; nulla, quod ſcio, amicarum aut pellicum. Alia nomina honeſta Emundus Merillius recenſet Obſervationum Lib. iii. Cap. xv. & Marcilius ad LL. xii. Tabb. Cap. xx. Noſter inviſo nomine amicam deſignat, ut appellatione ipſa rei invidiam oſtenderet.

De concubinis ita cenſeo. Habuerunt eas cum caelibes tum mariti. Illi ex legibus, hi ex moribus, leges illas Juliam & Papiam Poppaeam autumat Merillius & omnes alii. Quare conceſſa furta nominat Ovidius Artis Lib. i. 33. & *conceſſas aetati voluptates* Auctor Panegyrici Conſtantino & Maximiano dicti. Imo ne Cato Cenſorius quidem a concubinis abſtinendum eſt ratus, quibus & ipſe ſenior eſt uſus. Rem narrat Plutarchus in vita ejus. Scortationesque adoleſcentium flagitium non exiſtimavit Horatius i. Serm. ii. 32. Nemo ergo dubitat coelibi jus fuiſſe conſueſcendi cum concubina; ſed de marito dubitari video. Ait Franciſcus Hotmanus de verbis juris in voce *concubina*. Negant vero plerique omnes ob hoc Paulli ſententiarum Lib. ii. Tit. xx. *Eo tempore, quo quis Uxorem habet, Concubinam habere non poteſt. Concubina igitur ab Uxore ſolo delectu ſeparatur.* Hotmanus ut ſententiae ſuae conſulceret particulam *non* delet. Sed ea quidem vis eſt. Mitius agendum arbitror, & interpretatione clementiori adjuvanda eſt Paulli ſententia. Hoc dicit, eo tempore, quo quis aliquam mulierem habet uxorem,

id

id eſt pro uxore, uxorioque nomine & dignitate impertit, ſibique Cajam ſive matrem familias exiſtimat; non poſſe eodem tempore, eandem mulierem pro concubina habere; atque ab uxoris honoribus excludere. Exiguo autem diſcrimine uxor & concubina ſaepe habebantur, & quicquid diſcriminis erat, ex delectu atque ex arbitrio mariti illud pendebat. Jura tamen uxoris & concubinae, liberorumque ex iis natorum diverſa maxime erant. Ne ergo improbi mariti, atque heredes eorum inſidias ſtruerent matrimonio, atque ex commodo ſuo modo uxorem fuiſſe, modo concubinam dicerent, vetitum eſt a Paullo eo tempore, quo quis aliquam pro uxore habet, eam pro concubina habere. Vult ergo, ut conſtituat, & ſemel decernat maritus, quo jure eam ſecum eſſe velit. (*a*) Rem igitur omnem arbitrio ac delectui mariti relinquit. Vides optime congruere interpretationi huic, quod ſubjungit τὸ *igitur.* totaque haec ſententia, *concubina igitur ab uxore ſolo delectu ſeparatur*, confirmatur ab eodem Paullo L. penult. D. de Concubin. *Concubinam ex ſola animi deſtinatione aeſtimari oportet.* quanto minus ambigendum de noſtra interpretatione, & de veritate vocis *delectu.* illud porro memorare hic liceat, addi a Paullo *eo tempore, quo*, quia, quam ante quis concubinam habuit, deinceps uxorem habere poteſt, modo id animo aut re declaret. L. v. Cod. de Natural. Liber. & Nov. XVIII. Cap. II. Ad extremum promiſcuam libidinem maritorum, aetate Papiniani, quem a Caracalla obtruncatum conſtat, per leges non fuiſſe coërcitam, modo illi a ſtupro atque adulterio abſtinerent, ex Hieronymo intelligas, qui in hunc modum ad Oceanum ſcribit. *Aliae ſunt leges Caeſarum, aliae Chriſti:* ALIUD PAPINIANUS, *aliud Paullus noſter praecipit. Apud illos* VIRIS IMPUDICITIAE FRAENA LAXANTUR, *&, ſolo ſtupro atque adulterio condemnato, paſſim per lupanaria & ancillas libido permittitur, quaſi cul-*

(*a*) *Teſtatione hoc manifeſtum faciente, ut eſt in L.* III. *pr. D. de Concubin. aut inſtrumentis nuptialibus confectis, vid.* §. 5. *J. de Hereditat. quae ab inteſt. Quam ſubita & repentina haec nonnullorum teſtatio fuerit, exemplo Caligulae licet cognoſcere ex Suetonio in Calig. Cap.* XXV.

culpam dignitas faciat. Quod ſi tamen haec de Hieronymiani ſaeculi moribus ſunt accipienda, ad maritos non pertinent. Tangit hanc maritorum intemperantiam quoque Lactantius Inſtitut. Divin. Lib. VI. Cap. XXIII. ubi memorat Chriſtianorum caſtitatem non modo intra privatos parietes terminari, ſed & praeſcripto lecti. Et qui eorum habeat Uxorem, neque ſervam neque liberam habere inſuper velit: qui mos gentilium erat, & juris publici: modo Inſtitutiones has ad Imperatorem Conſtantinum, ante ejus legem de concubinis conjugum, ſcripſerit Auctor; de quo mihi nec dum liquet. Scripta autem haec Lex, Conſtantinis patre & filio Coſſ.

C A P. XXI.

Concubinatus maritorum, quanquam extra legum vincula fuit, pudore tamen non caruit: Actionemque malae tractationis dedit uxori, aliosque effectus produxit. Lampridii vetus lectio reſtituta & defenſa. Alexander Imp. quibus Praeſidibus provinciarum concubinas conceſſit. Hic *nonnunquam ad prius refertur*, ille *ad poſterius.* Quod *pro* ut *uſurpatum aliquando. Paullus, Ulpianus, Marcianus ſub Alexandro Imp. vixerunt. Exponitur* Ne res & fama laboret. *Concubina voluptatis nomen eſt. Concubinatus caelibum permiſſus quidem legibus, non tamen probatus fuit. Liberi inde nati illegitimi & pro ſpuriis ſunt. Cur amicae nomen inimicum dicatur. Concubinatus maritorum ad adulteria uxores incendunt. Salmaſius refellitur. Licuit caelibi habere concubinas uſque ad tempora Leonis Imp. an per legem Conſtantini licuit, maritum habere concubinam extra domum?* L. III. *Cod. Commun. de Manumiſſ. expoſita. Antiquae leges apud Juſtinianum non admodum vetuſtas deſignant.*

OStendimus nullam cauſſam fuiſſe diſſentiendi caeteris de maritorum concubinis ex Paulli ſententia. Valebunt ergo rationes, quas Hotmanus adverſus illorum opinones protulit. Et cum primus maritorum hanc licentiam Conſtantinus magnus refraenarit, L. un. C. de concubinis; quis jus, quod ante fuit & abrogatum non eſt, ſtare prohibebit?

(a) Hoc tamen omittendum non eſt, valetque ad illuſtrandum Catonis hoc Diſtichon; quanquam extra legis vincula fuit concubinatus hujusmodi, pudore tamen non caruiſſe, infamiamque in vulgo fuiſſe ſecutam. Imo actioni malae tractationis & judicio de moribus locum dedit, & cauſſam divortio, vide L. ult. in fine D. de Divortiis & Plaut. in Rudente IV. IV. I. honeſteque ſtipulari viſa eſt mulier a Viro, ſi concubinae conſuetudinem tempore matrimonii repetiiſſet L. CXXI. §. I. D. de Verborum obligationibus. Pellex etiam, ſive mariti concubina, de ipſo Jure Regio probroſa fuit, nec aram Junonis tetigit, ut docet Gellius Noctium Attic. Lib. IV. Cap. III. ſed poenam aut multam publice meruiſſe traditum non eſt. (b) Haec illa infamia eſt, & quod maximum, haec illa malae tractationis actio eſt (cujus effectus fuit, ut mulieri victrici ſoluto matrimonio dos reſtitueretur) qua Alexander Severus exſolvit Praeſides provinciarum, cum ipſe iis concubinas conceſſit. Scribit Lampridius in vita ejus Cap. XXIV. inter ea, quae is Praeſidibus provinciarum indulſit, *& ſi uxores non haberent*, intellige ſecum in provincia, ſed eas domi reliquiſſent, *ſingulas concubinas*. Cauſſa concedendi concubinas fuit, *quod ſine his*, nempe uxoribus, *eſſe poſſent*: id eſt ſine uxoribus vivere & durare poſſent, uxorum deſideria pellicum complexibus deliniri, ne cogerentur uxorem ſecum in provinciam ducere, quod diſſuaſerat dudum enumeratis incommodis Severus Caecina apud Tacitum Annalium Lib. III. Cap. XXXIII. Diſſuadetque in L. IV. §. 2. D. de Officio Proconſulis Legati Ulpianus, idem ille, qui jura & leges Imperatori huic ſuggerebat, inter amicos ejus & conſiliarios non ultimo loco repoſitus. Aut ne Praeſides ob intemperantiam provincialium matrimoniis illuderent, quod nefas, & apud ſocios tyrannide gravius. Locus ille Lampridii male habitus, pejusque intellectus atque expoſitus eſt a Vi-

(a) *Quemadmodum concubinae loco habita fuerit ea, quae Romae ducta eſt ab illo, qui uxorem in provincia habebat, vid. apud Cicer. de Oratore, Lib.* I. *Cap.* XL.

(b) *De qua Numae lege Diſſertationem ſcripſit Filius meus Hermannus; cum maxime in Franekerana Friſiorum Academia Anteceſſor.*

a Viris Eruditis. Τὸ NON: *quod ſine bis eſſe* NON *poſſent*, eſt a manu aliena, certe codici Palatino ab ea adſcriptum erat, ut teſtatur Gruterus, nec dubitandum eſt ceteris Libris idem contigiſſe. In fraudem pellexit hos correctores, infrequentior, nec tamen omnino ignotus uſus vocum *bis*, & *quod*. Illa hoc loco ad prius refertur, *quod* autem pro *ut* ponitur, quae ſignificatio crebra ſequiorum temporum ſcriptoribus, Fabrettus Inſcriptionum Cap. VII. n. 382. ITA QUOD SI QUIS EORUM INLICITA PRAESUMTIONE FARINAM CREDIDERIT POSTULANDAM. & Cap. X. n. 238. QUO NEMO MORTEM ALACRIUS ADMISIT, QUOD A SERVORUM SUORUM SERVITUTE TANDEM LIBER EVADERET. Inſcriptum eſt hoc Saxum Commodo imperante. Neque etiam aurei aevi Scriptores ab eo perinde caverunt. An ita Coelius ad Ciceronem familiarium Lib. VIII. Ep. III.? *Sed hoc usque eo ſuave eſt*, QUOD, *ſi acciderit, tota vita riſus nobis deeſſe non poterit.* Adde Virorum doctorum notas ad Ovidium Triſtium Lib. V. Eleg. I. 16. In excerptis Paulli nunc legitur in voce *cenſeo. Cum militi multae nomine ob delictum militare indicebatur*, QUOD *haſtas daret.* Verrii, Feſti an Paulli hoc ſit, non ſatis conſtat. Praeſidibus autem, qui uxores habebant, concubinas conceſſiſſe Alexandrum, ratio ipſa dictitat. Nam quorſum eas his daret Imperator, qui ſine uxore & caelibes erant? Iis enim leges & publica jura inpertiebant. Nec credendum, jus hoc publicum inminutum, aut mutatum fuiſſe Alexandri tempore, quia Jurisconſulti illi, Paullus, Ulpianus, Marcianus, ex quorum ſcriptis concubinatus jura depromta ſunt a Juſtiniano, Imperatoris hujus ſaeculo floruerunt.

Quaeſo nunc autem, ut, quae diſputata a nobis ſunt de uſu concubinarum, licito quidem per leges maritis, ſed opinatione hominum nonnihil probroſo, levioriſque notae macula adſperſo, & quae praeterea de hoc vitae genere feruntur, accommodes praecepto Dionyſii noſtri. Num quidquam in eo eſt, aevi rationi, quod ante Conſtantinianum fuit, non congruum, non adprime conveniens? Vult, ut filius, uxore ducta, inimicum nomen amicae, id eſt pellicem fugiat, duas ob cauſſas. Prima eſt, ne res, altera

 ne

ne fama laboret. Res autem laborabat, quod ne modicae quidem divitiae ferebant ſumtus uxoris unius, ut fuit luxus Romanorum; quanto minus duarum, id eſt uxoris & concubinae: quae concubina ipſa uxore damnoſior erat. Cauſſa haec eſt, quia cupiditates voluptatesque, quae nunquam adſtricto animo, ſed profuſiore luxuria expleri ſolent, per concubinas exercebantur, non per uxores. Id quod ingenue confeſſus eſt uxori ſuae AElius Verus, vide Spartianum in ejus vita Cap. v. Fama laedebatur, quod voluptuoſior haec & diſſolutior vita, quantumvis legibus licita, & poenis nullis revincta, hominum gravium judicio, parum honeſtati & probitati apta eſſe videbatur. Imo ejusmodi haec res viſa eſt, in qua connivere potius legum latores dicendi ſunt, quam eam laudare. Quemadmodum & ipſi caelibum furtivi amores (ſi tamen concubinarum amores furtivi ſunt dicendi, quos palam teſtabantur) quamvis legum cura non indigni judicati, favore tamen earum deſtituti fuerunt, maculamque hanc liberis inde natis inuſſerunt, ut patri ſint ſpuriorum loco. §. 12. Inſtitut. de Nuptiis. Haec cauſſa eſt, cur amicae aut pellicis nomen inimicum dicatur: inimicum enim & noxium eſt non tantum iis, quae Dionyſius nominat, rei familiari & exiſtimationi: verum etiam irruptae copulae felicitatem inminuit, dum crebras, aſſiduasque querelarum & jurgii cauſſas infert: *amarae*, inquit Phidippus Terentianus in Hecyra IV. IV. 88. *Mulieres ſunt*, NON *facile* HAEC FERUNT. Graviſſimum genus injuriae in uxorem dicit Seneca Epiſtola XCV. habere pellicem, atque ut eſt apud Tragicum in Hercule furente 27. Juno,

——— *vivaces aget*
Violentus iras animus, & ſaevus dolor
Aeterna bella, pace ſublata, geret.

Imo injuriae hujus dolor uxoribus facem ſubdere ad audenda adulteria ſolet. Veriſſimumque eſt Quinctiliani dictum, *Homo neque alieni matrimonii abſtinens, neque ſui cuſtos.* Meminit hujus dicti Lactantius Lib. VI. Cap. XXIII. ubi addit, nullam fuiſſe tam perditi pudoris adulteram, quae non hanc cauſſam vitiis ſuis praetenderet, *injuriam ſe peccando non facere, ſed referre.* Quas tamen ipſas cauſſas videri poteſt famae nomine

mine complexus ipſe Dionyſius. Dedecorant enim matrimonium conjugum rixae, & ſtupro polluitur fama domus, ut ſcribit Phaedrus Lib. III. Fab. X. 17. illud paucis adjicere liceat hoc loco, ex iis, quae diximus, firmari Scripturam Librorum, *ne res & fama laboret*, & reprobari eam, quam nonnullae Editiones praeferunt: *nec res & fama laboret*. Ceterum inviſo nomine *amicam* nominavit, ut odium declararet. Inviſum enim magis, atque inhoneſtum nomen *amicae* eſt, quam concubinae, ut ſcripſit olim Maſurius Sabinus, vide L. CXLIV. D. de V. S. Quam & cauſſam fuiſſe opinor, cur concubinae nomen in marmoribus monumentorum frequens ſit, *amicae* vero hoc ſenſu nusquam appareat. Nam quod nonnulli id ſe inveniſſe putant in L. XXXV. D. de Auro & Argento. cujus legis initium eſt *Titiae* AMICAE MEAE, *cum qua ſine mendacio vixi, auri pondo quinque dari volo:* in eo illis non adſentior. Nam non magis hic concubinam adſignificat, aut nequitiae notam praefert, quam in illo lapide Gruteriano, pag. CCCXXIII. n. II.

D. M.
C. SAMMIAE. Q. FIL.
SEVERINAE
FLAMIN. AVG. NEM.
C. TERENTIVS. ANICETVS
AMICAE OPTIMAE ET SIBI
V. P.

Flaminicae Auguſtalis enim honos & ſanctitas ſiniſtram omnem ſuſpicionem a Sammia Severina amovet. Sunt alia monumenta, quae ſciens praetereo. Deinde illa verba *ſine mendacio* amicitiae, quam conjugio aut, ſi mavis, contubernio ſunt aptiora. Ad extremum, quibus haec interpretatio non placet, aut negant, neceſſe eſt Viris amicitiam veram & ſanctam cultam fuiſſe cum feminis olim, aut, ſi cultam fatentur, aliud nomen, quam *amicae* oſtentent, qua id vinculum declaratum fuerit honeſtius aut magis Latine. (*a*)

Quae

(*a*) *Quemadmodum illam ſententiam meam defenderit Filius meus Hermannus, cognoſce ex ejus Diſſertatione de ara Junonis pellici non tangenda, pag.* 33. *& ſeqq.*

Quae de concubinis hactenus diſputavi, indicio ſunt, vixiſſe Auctorem Diſtichi hujus ante Conſtantinum magnum. Hic enim Imperator, quanquam concubina ipſe natus eſt, ſuſcepitque ex concubina filium (quae res ſaeculi incontinentiam arguit) divinis mox litteris & ſanctioribus diſciplinis Eruditus, primus ad populum legem tulit, qua concubinarum conſuetidinem interdixit; non tamen omnibus, ut videtur exiſtimare Salmaſius in Commentario ad Vopiſcum in Aureliano Cap. XLIX. Sed tantum iis, quibus uxores eſſent. *Nemini*, inquit L. un. C. de Concubin. *licentia conceditur*, CONSTANTE MATRIMONIO *concubinam penes ſe habere.* Qui ergo ſine uxore vitam caelibem agebant, licuit per Conſtantini legem indulgere huic voluptati. Neque libidini eorum modum poſuerunt inſecuti Imperatores. (a) Non Juſtinianus, non Rex Athalaricus, cujus conſtitutionem prodidit Caſſiodorus Lib. IX. Cap. XVIII. Deflet hoc Salvianus, qui ſub Zenone vixit, de Gubernatione Dei Lib. VII. pag. 158. Quoad tandem Leo Imperator Novella XCI. concubinarum uſum quibuscunque interdixit. Hoc obſervandum eſt, cum ſcribit Juſtinianus L. III. Cod. Commun. de manumiſſ. *Hominibus uxores habentibus, concubinas vel libertas vel ancillas, nec* ANTIQUA JURA, *nec noſtra concedunt:* Antiqua jura hic intelligenda eſſe, quae a Conſtantino ſunt inſtituta. Nam non longe remotam ſemper vetuſtatem in Juſtiniani legibus vox *antiqua* deſignat. Simili namque modo judicium de moribus in L. XI. §. 2. C. de repudiis, ſcribit in antiquis legibus poſitum, quod

(a) *Dubito porro vacare in lege verba haec*, penes ſe, *id eſt domi ſuae, in qua materfamilias. Quamquam enim moleſtum uxori, maritum habere amicam; omnium tamen moleſtiſſimum, illam habere penes ſe. Audi vociferantem ſenem apud Terent. Adelph. Act.* IV. *Sc.* VII. ℣. 27. Proh Deum fidem! meretrix & materfamilias una in domo? *Quid ergo: an licuit per legem Conſtantini, maritum habere concubinam extra domum? nihil definio. Ceterum ſpectari hanc legem Conſtantini de concubinis puto, de qua in hunc modum Sozomen. Lib.* I. *Cap.* VIII. *quam Henricus Valeſius alio vertit.* Φαίνεται γοῦν τὰς ἀκολάστους καὶ καταβεβλακευμένας μίξεις πρὸ τούτου μὴ κωλυομένας ἐπανορθώσας. Intemperantes certe & diſſolutos concubitus, antea minime prohibitos, coërcuit.

quod tamen Honorii & Theodoſii aetate in uſu fuiſſe videtur ex L. 11. Cod. Theodoſ. de Repudiis.

CAP. XXII.

Neſcitur poena, qua maritorum concubinatus a Conſtantino fuerit coërcitus. Quaecunque ea fuit, non gravis fuiſſe videtur. Crebri MARITORUM *concubinatus poſt illam legem notati. Valentinianus jus duas uxores habendi dedit teſte Socrate. Negatur, concubinas a maritis in monumentis laudatas. Lapides antiqui contra ſententiam Reineſii exponuntur. Philoſophorum ſcortationes turpiſſimae notatae. Honeſtior Dionyſius, ut Stoicus. Circa Antoninorum tempora vixit. Conjunguntur nonnulla Diſticha, ab aliis praeterita, quae eum Ethnicum fuiſſe docent.*

QUanquam ad intellectum Diſtichi ejus, in quo interpretando verſamur, lex illa de Concubinis facit, vellem tamen non invidiſſet Conſtantinus poenam, quae maritos a concubinarum amoribus prohibuit. Gravem atque atrocem fuiſſe non puto, ob infraenatam maritorum licentiam, non Gentilium tantum, ſed & Chriſtianorum poſt latam Conſtantini legem, de qua acerbiſſimae Patrum & Sanctorum Virorum feruntur querelae ac vociferationes. Salvianus de Gubernatione Dei Lib. IV. pag. 61. poſteaquam non minore facundia, quam ſeveritate, in ſaeculi, & potiſſimum divitum hominum mores peroraſſet, haec ſubjungit. *Nam de concubinis quidpiam dici, forſitan etiam injuſtum eſſe videatur: quia hoc in comparatione ſupra dictorum flagitiorum quaſi genus eſt caſtitatis, uxoribus paucis eſſe contentum, & intra certum conjugum numerum fraenos libidinum continere.* De promiſcua Aquitanorum libidine Idem Lib. VII. pag. 135. & quaſi nullae leges adverſus maritorum ſcortationes eſſent, in hunc modum pergit pag. 158. *Romana decreta ſcortatores quidem ab alienis uxoribus removerunt, ad omnes autem ſolitarias paſſim admiſerunt.* Sed quid de concubinis dubitamus, cum & Valentiniano, Imperatore Chriſtiano, regnante, licuerit duas uxores legitimas habere ipſius Valentiniani exemplo, qui Juſtinam Severae ſuperduxit, ſi fides Socrati in Hiſtoria Eccleſiaſtica Lib. IV. Cap.

XXXI. Qui & legem memorat, qua eadem poteſtas omnibus eſt facta, qui Imperio Romano continebantur. Utcunque autem poenae levitas, & corruptiſſimi ſaeculi mores invitaverint ad hanc libidinem maritos; quia tamen tacitam flagitii conſcientiam animo, manifeſtam vero notam famae inurebat, non credo fuiſſe viros, fronte adeo perfricta pudoris, & conjugii inmemores, ut infamiam hanc pellicum in monumentis ſuis & ſepulchris proſcriberent, & ad poſteros transmitterent. Quod a nonnullis factum exiſtimat Thomas Reineſius Syntagmate Inſcriptionum Claſſe XIV. num. 183. Titulus hic eſt:

P. CERVONIVS. P. F. MARINVS
TESTAMENTO FIERI IVSSIT
SIBI ET CINCIAI SEX F. SECVNDAI
VXORI CILAI CONCVBINAI.

Non enim concubina hic ea eſt accipienda, quam Cervonius maritus habuit, ſed quam caelebs. Neque aliter intelligendae Inſcriptiones, quas ex Grutero citat pag. 631. n. 5. & pag. 938. 2. Quibus addo hanc ex *Fabretto* Inſcript. Cap. I. n. 234.

T. LVCCEIVS T. L. AVCTVS VITOR SIBI ET SVIS
CLODIA CYPARE CONCVBINAE ET VXORIBVS
CONCVBIN. LIBERTIS LIBERTAB. SERVIS AN
CILLIS IN FR. P. XII. IN AG. P. XIIII.

Hujusmodi autem concubinas etiam cum elogio in cippis ſepulchralibus memoratas invenies a Grutero pag. DCXL. n. 8. atque ita in marmoribus Felſineis Sectione I. Cap. II. pag. 21.

CN. POMPEIVS BITHVS SIBI ET CAL
PVRNIAE OPTATAE
CONCVBINAE SVAE SVI AMANTIS
SIMAE

Hactenus potiſſimum diſputavimus, quid ex jure Romano, tempore Dionyſii, permiſſum fuerit maritis. Atque ut ſuum illi ſaeculum vindicaremus, mutationem adjecimus, quam hoc jus poſtea accepit. Quia tamen ubique ſeſe Philoſophum, certe Philoſophicis ſtudiis & dogmatibus addictum, oſtendit, quibus non ſegnius, quam Romanis legibus eſt obſecutus: res ipſa exigere vide-

videtur, ut doceamus, quae fuerint Philoſophorum ſcita de matrimoniis & concubinis. Sed paucis in hac re defungemur. Plurimi illorum aut infirmum, aut nullum matrimonii vinculum eſſe voluerunt. Dixi aliquid ſupra Cap. xviii. Eaque licentia fraenum pudoris & honeſtatis non in concubinarum tantum amores, ſed & in foedam omnem libidinem ſolvit. De volutationibus turpiſſimis illorum conſule Clementem Alexandrinum Strom. Lib. ii. pag. 421. Ab his tamen hactenus diſceſſit noſter, quod Stoicum & virum probum decet, ut in matrimonio exiſtimationis & rei familiaris rationem habendam eſſe cenſuerit.

Quemadmodum autem omnia illa, quae ante a nobis expoſita ſunt, declarant manifeſte, Conſtantini magni ſaeculo vetuſtiorem fuiſſe Catonem noſtrum; ita nihil obſtat, quo minus eum Antoninorum temporibus interponamus; tametſi Antonium, cujus imperium viderit, nominare non licet. Joſephus Scaliger in notis ad titulum hujus Libri, temporibus Commodi, aut Severi, recentiorem non credit. Omnia porro Ethnicum probant, neque ea tantum, quae a perverſa Boxhornii interpretatione vindicavimus, ſed & multa alia ab hoc atque ab aliis omiſſa, quorum nonnulla hic recenſere libet.

Lib. ii. Diſt. iii.

Mitte arcana Dei, caelumque inquirere quid ſit,
Quum ſis mortalis, quae ſunt mortalia cura.

De quo vide, quae ſupra dixi Cap. ii.

Diſt. iii. ejuſdem Lib. iv. hoc eſt:

Linque metum leti, nam ſtultum eſt, tempore in omni,
Dum mortem metuis, amittere gaudia vitae.

Sive quod ejuſdem ſententiae eſt, & quod vere Dionyſii eſſe putamus, ut capite ſequenti oſtendemus, Lib. i. Diſt. xxii.

Ne timeas illam, quae vitae eſt ultima finis:
Qui mortem metuit, quod vivat, perdit id ipſum.

Lib. iii. Diſt. xxiii.

Fac tibi proponas, mortem non eſſe timendam;
Quae bona ſi non ſit, finis tamen illa malorum eſt.

In quibus praeceptis, tametſi forte res ipſa non improbanda homini Chriſtiano, cauſſa tamen, qua ea improbatur, indigna eſt illo. Cujuſmodi haec eſt,

Quum ſis mortalis, quae ſunt mortalia cura.

&

Dum mortem metuis, amittere gaudia vitae.

ſive,

Qui mortem metuit, quod vivat, perdit id ipſum.

item mortem non eſſe formidandam propterea, quod ea finis malorum eſt. Quis enim Chriſtianus non ob id magis mortem non metuendam doceat, quod ea januam aperit ad vitam beatam? Paganitatem etiam redolet, & Scholam Stoicam illud Lib. I. Diſt. XXI.

Infantem nudum cum te Natura crearit,
Paupertatis onus patienter ferre memento:

Naturam hic Deum accipe ex Stoicorum ſententia, de qua vide Senecam de Beneficiis Lib. IV. Cap. VIII. (a) abhorret ea a Philoſophia Chriſtiana, quare illam omni opum vi oppugnat Lactantius Divinar. Inſtitut. Lib. II. Cap. VIII. Lib. III. Cap. XXVII. XXVIII. Lib. VI. Cap. XV.

CAP. XXIII.

Tautologia Diſtichorum nonnullorum notatur. De Diſt. XXII. *Lib.* I. *&* IV. *ſententia. Illud ope critica adjuvatur.* Vivere *id eſt jucunde vivere. Tautologia non imputanda Dionyſio, ſed ludi magiſtris. Hi nonnulla Diſticha ſuppoſuerunt Dionyſio.* Illa Finis *id eſt mors, quae ominis cauſſa non nominabatur. Gemmae aliquot Wildii expoſitae. Mors pro Dea culta. Marmora antiqua illuſtrantur. Vita pro Dea culta.*

HInc ad Scripturam Dionyſii redarguendam, omnique elegantia atque ornatu ſpoliandam totus convertitur Boxhornius. *Reſtat*, ait, *ut videamus, ſit ne tam elegans, Latinum, accuratum, gnomologicum hoc opuſculum, ut volunt Eruditi. Dixi, tantum ab ea laude abeſſe, ut ad infima fere Barbarorum ſubſellia debeat damnari. Judicium id mihi extorſere continua tautologia, & tam dictionis, quam rerum & rationum, quae adducuntur, ineptiae. Tautologia paſſim occurrit. Idem dicitur Diſt.* XVIII. *Lib.* I. & XXVI. *Lib.* IV. *Nec aliter ſe habent* XXII. *Lib.* I. *&*

(a) *Adde ſupra pag.* 400. *adde porro* II. *Diſt.* IX.
Conſilio pollet, cui vim Natura negavit.

I. & IV. *Lib.* II. XXIV. *Lib.* I. & XVIII. *Lib.* II. *Et quid opus eſt omnia ejusmodi exempla hic a me coacervari? diligens lector ipſe per ſe obſervabit. Satis mihi eſt indicaſſe. Id interea adſeverare audeo, ex quatuor Diſtichorum libellis, vix unum juſti numeri ſuperfuturum, ſi ſupervacuae omnes eorundem monitorum repetitiones tollerentur.* Ut verum fatear, neque enim cauſſa eſt diſſimulandi, non deſtituitur ratione haec Boxhornii de tautologia querela. Sed videndum utris illa crimini ſit danda, Dionyſio, an corruptoribus ejus ac interpolatoribus? Hoc verum, praecepta patris, & Viri gravis, ad vitam ſapienter inſtituendam, conciſa & brevia eſſe oportere. Neque enim, quae ſemel dicta ſunt, identidem repetenda, aut taedium adoleſcentium auribus, parum patientibus ac pronis ad culturam, adferendum eſt. Quin non verſuum multitudine gravanda eſt imbecillis ac tenera puerorum memoria; ſed grata paucitate, & brevitate pondera rerum ſunt adjuvanda.

Forte tamen illud hoc modo quis defendet, patrem amoena dictorum varietate, res graviores, iterando ſaepius, filii animo altius infigere voluiſſe. Verum ut puto, rectius & minore pueri moleſtia faſtidioque, quod ſemper cavendum, conſequetur, ſi pauca ejus memoriae mandaverit, quam, ſi multa legenda injunxerit. Damnaturque Diſtichorum multitudo Veterum calculo, certe Martialis, cujus hoc eſt Lib. VIII. Epigramm. XXIX.

DISTICHA *qui ſcribit, puto, vult* BREVITATE *placere,*
Quid prodeſt brevitas, dic mihi, ſi liber eſt?

Non viſum eſt mihi acrius hoc loco diſceptare, an Diſticha illa, notata ob tautologiam a Boxhornio, eo nomine ſint arguenda, & an ſententia eorum in omnibus partibus conveniat. Comperi namque, multa, quae idem monere videbantur, ubi adcuratius adſpexi, & ad membra ſingula, vocesque cogitavi, haud exiguam habere diſcrepantiam. Unum exemplum adjiciam. Scribit Boxhornius idem doceri Diſt. XXII. Lib. I. & XXII. IV. illud eſt,

Ne timeas illam, quae vitae eſt ultima finis:
Qui mortem metuit, quod vivit, perdit id ipſum.

Hoc,

Ne

Ne multum cures venturi tempora fati:
Non metuit mortem, qui ſcit contemnere vitam.

At vero ſi utriusque ſententiam majore diligentia exploraveris; intelliges, hoc doceri modum contemnendi mortem: illo vero exponi cauſſam, cur ea non metuenda. Cauſſa autem eſt, quod metuens mortis id ipſum perdit, quod vivat. Nam hac unica littera eſt adjuvanda ſententia, ut *vivat* legatur, pro *vivit*. Longe fugit verus Diſtichi hujus ſenſus Boxhornium, imo interpretes, quod ſcio, omnes. *Quod vivat* autem ſignificat, quod vivere poſſit. Vivere, non hoc loco notat, ſpiritum ducere, ſed jucunde vivere. Aerumnoſam enim vitam veteres, vitam non arbitrabantur, ſed durationem & moram. Pertinet huc titulus tumuli neſcio cujus, VIXIT *annos tot*, DURAVIT *autem tot*, vide Cornutum, aut quocunque nomine Scholiaſtes Perſii eſt dicendus, ſub initio Satyrae II. ubi & de Cretenſibus narrat, eos ſolitos dicere VIXISSE *dies, quos* LAETOS *viderant*; dierum vero triſtium rationem nullam habuiſſe.

Quamquam autem diſſimilis nonnullorum *Diſtichorum* ratio, quae eadem videntur, hoc modo demonſtrari poteſt; negare tamen non auſim, quaedam Diſticha in his quatuor Catonis voluminibus (modo haec voluminum partitio ab ipſo Auctore fuerit profecta, de quo equidem dubito) reperiri, ſenſu inter ſe conſentanea. De his haec mea eſt opinio, illorum unum tantum Catonis eſſe, reliqua aliorum, ac potiſſimum ludi magiſtrorum. Neque enim credibile eſt, cum protervitas eorum manifeſta ſit tractandi, mutandi vexandique majorum ordinum Poëtas, ab hoc Catone eos prurientes manus abſtinuiſſe. Praeſertim cum nulli veterum Scriptorum facilius atque impunius alieni foetus ſubſtitui poterant, quam huic noſtro: Propterea, quod reliquorum ſcripta continua rei ejusdem ſerie contexta ſunt ac ligata; quae interpolamentorum fraudem facile produnt. At vero noſter, rem quamque, & ſententiam, ſingulis Diſtichis abſolvit; in quibus nulla ordinis copula & nexus eſt. Atque ob id apte alienum quodque interponitur. Haec ratio me adduxit, ut alterutrum Diſt. XXII. Lib. I. quod ſupra poſui, & III. Lib. II. ſpurium atque inſititium arbitratus fuerim.

fuerim. Sententia enim utriusque eadem eſt. Verba illius paullo ante deſcripſi. Hujus ſunt:

Linque metum leti, nam ſtultum eſt tempore in omni,
Dum mortem metuis, amittere gaudia vitae.

Habent Critici, in quo animum exerceant, & ingenii facultatem oſtentent. Si tamen illi grandibus adſueti, Scriptorem tenuem ulla cura dignari voluerint, ut falſum a vero diſcernant, & partum alienum hinc expellant. Si quid meo judicio creditur, prius illud genuinum eſt Diſtichon, & proprium Auctori; hoc vero poſterius in eandem ſententiam confictum. Credo, quod obſcurius illud videbatur rudibus puerorum animis. Habet illud & antiquitatis & Paganitatis indicia, hoc nihil. *Ne metuas* ILLAM, inquit, nec nominat quam; intellectu tamen percipitur, quam deſignet metuendam, nempe mortem. Cauſſam ſi quaeris, cur, filio cum loquitur, mortis appellationem omitat; de reliquis autem omnibus, & univerſa mortalitate cum ſermo eſt, ſuo nomine appellet; haec eſt: quod averruncandi ominis cauſſa, de amicis loquentes mortis nomen fugiebant: rem autem ipſam fauſtioribus nominibus declarabant, aut, dicam potius, quaſi nota quadam ſignificabant. Hinc illae uſitatiſſimae loquendi formulae, *ſi quid acciderit.* vel *ſi quid humanitus acciderit;* aut *ſi quid eo fuat.* vide Taubmannum ad Plautum in Trinummo I. II. 120. Virgilium Lib. II. AEneidos 121. *Cui fata parent.* Maluit ergo, cum dilectiſſimo filio de morte praeciperet, abſtinere omine, & more Poëtarum, periphraſi rem exponere hoc modo. ILLAM, *quae eſt ultima vitae finis*, quam mortem eſſe nemo ignorat. Δυσφημίαν mortis evitavit ſimiliter Horatius I. Ode II. I.

Tu ne quaeſieris, ſcire nefas, quem mihi, quem tibi
FINEM *Dii dederint.*

Vox haec frequentatur Tacito: ſic *finis voluntarius* Ann. Lib. IV. Cap. XIX. hinc lux gemmae politiſſimi Wildii 121. in qua OLIMP CLEOPA FINIS. Adeſt imago aſpidis & gladii. Hoc Olympias Alexandri mater, illa Cleopatra AEgypti regina periit. Pertinet huc etiam gemma 23. & 128. forte & 20. ſed his longiori diſputatione opus eſt. Valerius Flaccus Lib. I. 768.

Praeveniat quo FINE *minas.*

Ne-

Neglexit hoc omen, credo, quia neſcivit, quicunque Auctor fuit alterius verſus, *Linque metum leti.* Et *Dum mortem metuis.* Religioſe iterum noſter & more antiquorum:

Ne multum cures venturi tempora fati.

Nam ſic fatum pro morte εὐφημίᾳ ſolemni. Nec abnuerim, ſi quis *Illam, quae vitae eſt finis,* pro Dea Morte dictam ſentiat. Sic in Catalectis Scaligeri pag. 228. carmen deſcriptum ex marmore Praeneſtino apud Gruterum LXXII. n. 5.

Accipe poſteritas, quod per tua ſaecula narres.
Taurinus cari juſſus pietate parentis,
Hoc poſuit donum, quod nec ſententia MORTIS
Vincere, nec poterit Fatorum ſumma poteſtas.
Sed populi ſalvo ſemper rumore manebit.

Salvo eſt in marmore, ſed tu illud expone *ſalvom*, hoc modo enim loquebantur, & ſcribebant veteres. vide quae diſſerui ad Avianum in Diſſert. Cap. XX. vulgatum eſt hoc Horatii carminum Lib. I. IV. 13.

Pallida MORS *aequo pulſat pede pauperum tabernas,*
Regumque turres.

Sic *Vita* pro Dea ponitur in lapide apud Donium Inſcriptionum p. XLVI. Simili autem periphraſi Janum deſignat, non dicto nomine Diſt. XXVII. Lib. II.

ILLUM *imitare Deum, qui partem ſpectat utramque.*

CAP. XXIV.

Aliena multa ſubſtituta ſunt Dionyſio. Feruntur nonnulla poëmata Dionyſii & aliorum nomine. Diſt. II. *Lib.* IV. *ſuſpectum. Nec non* I. *Lib.* III.

MInus autem dubitandum eſt, aliena multa in his Diſtichorum Libris noſtro eſſe ſubjecta; quod teſtibus antiquis Scriptoribus, & Librorum titulis, adſcititia alia & falſa, cjusdem nomine circumferuntur. Ita namque Scholiaſtes Horatii ad Artem v. 38. hunc verſum Aviani ex Fab. v.

Metiri ſe quemque decet, propriisque juvari
Laudibus.

Catoni adſcribit, qui alius eſſe nequit, quam hic Diſtichorum Auctor; quod & obſervatum viſumque Barthio

thio Adverſariorum Lib. xxix. Cap. iv. Adſervat quoque Leidenſis Bibliotheca Librum ex membrana, qui recenſetur in Catalogo edito pag. 380. In quo Libro hic titulus, *Incipiunt verſus Catonis Philoſophi de novem Muſis.* verſus autem hi ſunt, ut eos deſcripſit Cl. Arntzenius:

Clio geſta canens transactis tempora reddit
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus urget
Comica laſcivo gaudet ſermone Thalia,
Melpomene Tragica proclamat meſta boatu
Terpſichore affectus citharis movet imperat, auget:
Plectra gerens Erato ſaltat pede carmine, vultu
Urania poli motus ſcrutatur & aſtra,
Carmina Caliope Libris Heroica mandat
Signat cuncta manu loquiturque Polimnia geſtu
Mentis Apollineae vis has movet undique Muſas
In medio reſidens complectitur omnia Phoebus.

Sequebantur continuo duo haec poëmata, tanquam ejusdem Auctoris. Primum eſt.

Ardua ſcriptorum prae cunctis artibus ars eſt
Difficilis labor eſt. duriusque flectere colla
Et membranas bis ternas ſulcare per horas
Quare lectores praecelſum poſcite divum
Ut procul apellat, quicquid ſcriptoribus obſtat.

Alterum:

Rure morans quid agam reſpondi pauca rogatus
Mane Deum exoro famulosque arvaque viſo
Paſtitusque meis juſtos indico labores,
Inde lego Phoebumque cio Muſamque laceſſo
Tunc oleo corpus fingo mollique paleſtra
Stringo libens animo gaudens ac foenore libens
Prandeo poto cano ludo lavo coeno quieſco.

Ex his tribus, carmen primum eſt Auſonii, inter cujus Eydillia tenet locum vigeſimum, ubi & in notis Tollius declarat, ſibi has membranas, quas Leidenſis Bibliothecae dixi, inſpectas eſſe: Sed eae tum Voſſii fuerunt. Nam inſcriptionem eandem, quae Muſarum inventa proſa oratione, ſed verſuum in modum ſcripta, continet, illae ſimiliter oſtendunt. Carmen alterum Librarii eſt, ſcribendi taedia & artis ſuae miſerias deplorantis. Quod tertio loco ponitur, nomine Avieni V. C. ad amicos de agro, cenſetur in Epigrammatibus vete-

veteribus Pithoei pag. 157. Ab aliis Martialis Epigrammatibus inſeritur, vide hujus Lib. IV. Epigr. LXXXIX. ex quibus etiam, membranae illius ope, nonnullas mendas eluere licebit. Verum quid refert conatus ſingulos, aut omnes ſcelerum fraudumque formas memorare, quibus adjecta, detracta, mutata, migrata multa ſunt in hoc Scriptore? Eadem enim hominum audacia, licentia atque libido, quae Avianum peſſime habuerunt, miſerandisque modis vexatum paene exſtinxerunt; de quibus ſum queſtus Cap. XVI. & ſaepe alias in Diſſertatione de aetate & ſtilo Aviani, hujus Dionyſii Diſtichis turpiſſimas notas inuſſerunt, & ingentem intulerunt calamitatem. Nam ut falſa iis ſubjecerunt, ita genuina ſubtraxerunt, certe Diſt. II. Lib. IV.

Quum tibi proponas animalia cuncta timere,
Unum praecipio tibi plus hominem eſſe timendum.

Ita deformatum Aviano obtrudere tentavit homo, neſcio quis, epilogorum Aviani ineptiſſimus atque obſcuriſſimus Auctor in Fab. XVII.

Bruta licet ſoleant animalia cuncta timere,
Omnibus eſt illis plus metuendus homo.

Qui tamen verſus non uno modo in ſcriptis Aviani Libris leguntur, a multis etiam praetermittuntur; quod ſignum eſt fraudis factae. Aliter etiam apud Catonem legit M. Aurelius Severinus de viperae veneno & medicina, quod me docuit Reineſius in Epiſt. CXX. ad Daumium. Ille autem hoc modo Diſtichon profert:

Cum tibi proponas animantia cuncta timenda,
Unum hominem tibi proponas plus eſſe timendum.

Imo ſi meo arbitrio res agatur, eundem hunc verſum ab hoc Dionyſii Libro excluderem, qui vix ſenſum, ne dum elegantiae quidquam praefert, de qua re memini me ad Arntzenium meum ſcribere. Quid? anne Auctor monoſtichorum, quem multi Columbanum putant, alii contra Alcuinum, nonnulli & alium, integros verſus, Dionyſio ſublectos, in illum ſuum libellum tranſtulit? Daumius, qui illos Editioni ſuae Dionyſii hujus adjecit, nota adpoſita diſtinxit; verum plures, quam ille ſignavit, nobis ſunt detecti. Et forte nonnulla contra ejus monoſticha in haec Catonis Diſticha remigrarunt. Atque, ut Diſtichon implerent, alte-

alterum verſum magiſtri, aut librarii de ſuo addiderunt. In hoc numero reponendum mihi videtur Lib. III. Diſtichon primum in Editione Scriverii, ſed ſecundum in Editionibus ceteris,

Fortunae damnis ſemper parere memento,
Non opibus bona fama datur, ſed moribus ipſis.

Poſterior enim Monoſtichorum eſt XXXIV. firmat hanc ſententiam Planudis, & Librorum vetuſtorum complurium Auctoritas, qui eum non agnoſcunt, vide Scaligerum in notis. Hoc unum addo in Monoſtichis ita legi,

Non opibus bona fama datur, ſed moribus almis.

De qua lectione monerem, ſi Catonis eam opinarer.

CAP. XXV.

Multis modis tentata, vexata, ficta, reficta que ſunt Dionyſii Diſticha. Comparantur cum fatis ſententiarum Theognidis: de quibus Sylburgii judicium adſcribitur. Exemplum proponitur ſtili hominum ineptiſſimorum, qui gloſſas & moraliſationem addiderunt Dionyſio. Verſuum ſuppoſititiorum exempla.

NOn autem ſciſſus, raptatus, divexatusque atrocius Avianus eſt, quam hic Diſtichorum Auctor. Mitto membra avulſa, de quibus modo diximus: formam ejus antiquam ſuſtulit Philippus de Pergamo, qui verſus in proſam orationem mutavit. Quid priſtinae ſpeciei reliquerit Robertus de Euromodio, qui in Diſticha haec metra commentatus eſſe dicitur a Daumio (*a*), definire mihi non liquet: nunquam enim inſpexi illius commenta. Credo voluiſſe eos imitari antiquos Grammaticos, qui variis modis fingendos, refingendosque Scriptores tradiderunt diſcipulis ſuis; de qua conſuetudine, vide Quinctilianum Lib. I. Cap. IX. Sed excuſatius hi; quod nihil inde detrimenti illatum Scriptori ipſi. (*b*) Illorum vero laniena, dilaceratione & contrectatione violenta, ſemper ad integritatem ſani-

(*a*) *Atque an idem ſit, qui Rhithmicis ſonis adſtrixerit, de quo idem Daumius ad Lib.* IV. *Diſt.* XXXVI.

(*b*) *Superiore ſaeculo Henricus ab Hoevel in Poëmatis ſuis multa Diſticha accommodavit ad Doctrinae Chriſtianae dogmata.*

ſanitatemque priſtinam rediiſſe Dionyſium, credibile non eſt. Imo vero non dubitandum, cicatrices nunquam coituras, morbos, vitia, vulneraque atrocia & multa ſupereſſe. Verum adtexere hic libet verba Friderici Sylburgii de Theognidis ſententiis, quae, ut verſibus ſunt ſcriptae, & ad formandos mores argumento ſimiles ſunt Catonianis his Diſtichis, ita pueris etiam in ſcholis praelectae; paria enim utrorumque fata cognoſcemus. Ita autem Sylburgius. *De tribus hiſce poëmatiis exiguam ſupereſſe partem videmus: imo ea ipſa λείψανα mire inter ſe confuſa eſſe.* Plures fuiſſe ſententias Catonis, quae Diſtichis praefixae ſunt, vix dubito; & certiſſimum eſt; ſi vera conjectura noſtra, quae ſupra a nobis prolata, fuiſſe haec Diſtichorum lemmata. De confuſo earum ordine queritur Boxhornius, in eo iniquus, quod earum Auctori, non vero corruptoribus ejus, culpam adſignat. *In reliquis enim hodiernis paſſim quidem Cyrnus ab eo compellatur: ſed nonnusquam etiam Polypaedes, rarius Simonides, Onomacritus, Clariſtus, Democles, Arademus, Timagoras. ut clarum ſit, quae Suidae temporibus in tres tomos diſtincta fuere, noſtro ſaeculo in unam farraginem absque omni ordine congeſta eſſe.* Haud aliter in Diſtichis noſtris filius in praefatione *quicunque* compellatur, de quo mox plura dicentur. Pergit Sylburgius *praeterea non pauci verſus in his vulgatis Editionibus repetiti ſunt: idque nunc iisdem plane verbis, ut* 799. *&* 1033. 441. *&* 1159. *nunc verbis plane mutatis, ut* 115. *&* 643. 351. *&* 648. *&* 591. *&* 1163. *& alii complures.* Eadem Lector diligens obſervabit in Catone. Nonnulla perſtrinxit, ut ſupra vidimus, Boxhornius. Non vacat plura adcumulare, dudum enim plus ſpatii elapſum eſſe video, quam reprimendo Boxhornio in initio deſtinavi. Sed redeo ad Sylburgium. *Nec mulier tantum hic loquens inducitur v.* 581. *&* 859. *ſed etiam equa* 257. *quanquam allegorice.* Hoc utcunque ferendum. Sed quis ſanae mentis ferat in praefatione, patrem Libros Naſonis de amoribus commendare filio, ut inde artem amandi, illudendique puellas diſcat? *Tum quaedam*, ſic ea proſequitur Sylburgius, *in hac farragine leguntur, quae a Plutarcho & Baſilio tribuuntur Soloni: qua de re infra in fragmentis Solonis. ut neceſſe ſit, vel Theognidem a Solone quaedam mu-*

tua-

tuatum eſſe; vel conſarcinatores hujus vulgati centonis Solonica pro Theognideis ſuppoſuiſſe. Sed & qui apud Phocylidem verſus eſt 87. *apud Theognidem eſt* 115. *& qui apud Theognidem eſt* 172. *legitur etiam in Eveni Parii fragmentis pag.* 131. 11. Haud diſſimilia imo eadem plane accidiſſe Catonianis ſententiis, modo docuimus prolatis exemplis. Quae ergo Boxhornii iniquitas eſt his conviciis inceſſere Dionyſium? *Nempe mos hic poſterioris & inſulſi aevi Scriptorum fuit; ut non tam rerum, quam verborum copiam oſtentarent. Ineptiae in brevibus illis praeceptis, quae in limine leguntur, partim in ſingulorum Librorum praefationibus, partim in ipſis Diſtichis, hoc eſt ubique, tam quoad res, quam quoad verba, dominantur. In ſententiis praeliminaribus mera confuſio, merum chaos, nihil magnificum, nihil erectum.* Similium enim Scriptorum exemplis intelligitur, talia non Auctoribus Librorum objicienda eſſe, ſed improbitati aliorum, qui monumenta illorum variis modis contaminarunt. Quid? ſublimiſſimi ingenii magiſtros, qui moraliſando huic Catoni divinitus contigerunt, quidquam omiſiſſe credimus, quo magis eum Seraphicae ſuae doctrinae accommodarent? cui hominum generi, nihil admirabilius viſum, quam ea loqui, quae mortalium nemo intelligat. Ab his nihil obſcuritatis, nihil nubium, quibus ſeſe involviſſe magnificum habebatur, ſimpliciſſimi ſtili opuſculo inductum credimus? Horum hominum ingenium ut cognoſcas, non tempero a praefatione, quam Editioni anni CIↃCCCCXCIV. praefixerunt, in qua Catho (ſic enim ſcribitur iſtis hoc nomen) editus cum Gloſſa & Moraliſatione *ſummi Deus largitor praemii. via conſtans. fons refrigerii. terrae vices obtemperans a quo ſtillationis gratie, plenitudo ſitienti mihi doctrine pocula ſalutaris donum conferat gratie. Ut ſtilus meus elatus corpore deſidia nigratus. ociorumque rubidine excellentiſſimis efficaciſſimisque doctrine dotibus acuatur. & ut ſenſus meus interior excecatus erroris nebulo & cecitatis perfoſſus cuſpide elimante lugubri principi tenebrarum luminoſo fulgore divine pneumatis miſericorditer illuſtrentur.* reliqua, qui volet, in ipſo libro legat. Quis autem non inſanum dicat hominem, ea ſcribentem, quae nec alius nec ipſe intelligat? Et tamen horum inſania, ſi credimus, verus nobis & ſanus ſenſus Catonis noſtri con-

ſervatus eſt. Hanc praefationem Jacobus Burkhardus Vir Cl. de Fatis Linguae Latinae in Germania pag. 287. memorat, ut miſerabile ſaeculi, quo ſcripta eſt, ingenium oſtentet. (a)

CAP. XXVI.

Sententiae breviores Dionyſii defenduntur ab injuriis Boxhornii. confuſus ordo earum non Auctori, ſed aliis tribuendus. Qui fuerint olim gradus officiorum. In his nonnulli Veterum differunt. Phocylidis & Lucilii de iis ſententia. Ovidii lectio antiqua adſerta. Hoſpitum & clientum jura jam perierant tempore Dionyſii. Sententia IV. *ſollicitata. Hic filium docet, non tantum quid ei puero, ſed & per omnes aetatum gradus, conducat. Idem fecit Cicero in officiorum Libris ad filium ſcriptis. Trocho non*

pueri

(a) *Quod dixi varie interpolata fuiſſe haec Diſticha, auctaque ab ineptis hominibus, ejus rei indicia manifeſta deprehendi in Codice Turicenſ. a Cl. Hagenbuchio deſcripto. Iſte enim Codex Libri ſecundi Diſticho ſecundo hunc alienum verſum ſubſtituit :*

An Dii ſint, coelumque regant, ne quaere doceri.

Infartus autem ille erat verſus aliena manu. At vero Lib. II. *Diſt.* IV. *haec ſubjungit :*

Cum fueris locuples corpus curare memento,
AEger dives nummos habet, ſe non habet ipſum.
Laetanda eſt vita, nullius morte dolendum,
Cur enim dolens eum, a quo dolor ipſe ſeceſſit.

Quorum Diſtichorum prius in Editis eſt V. *Lib.* IV. *Alterum nusquam in iis comparet. Poſt Diſt.* VII. *Lib.* II. *in eodem Codice Turicenſ. inſeruntur undecim verſus, quorum alii alibi, alii vero nusquam leguntur in hoc Diſtichorum opere. Ut dicam, quod ſentio, ſi Diſtichon, quod noviſſimo loco poſui, legas, ut illud legendum putabat Hagenbuchius :*

Laetandum eſt vita, nullius morte dolendum
Cur enim eum doleas, a quo dolor ipſe receſſit.

Ingenio id Dionyſii non indignum eſt, quamquam ab eo profectum eſſe non auſim adſeverare. Verſum alterum ita legi malo : Cur etenim doleas. &c. Eum, illum, & *quae aliae ſunt hujus generis voces, quas antiqui Scriptores ſaepiſſime omiſerunt, infarſerunt haud raro Librarii, &, quod magis mirandum, nonnunquam etiam ipſis marmorum metris additas reperi.*

pueri tantum ſed & juvenes, & Viri graves luſerunt. Auguſtus ſenex luſit folle & ocellatis. Imperiti nonnulli ex noſtris moribus de antiquis judicant.

QUod ad ſententias illas Catonis attinet, quas Boxhornius praeliminares nominat; neminem fore puto, qui eas ſtudioſe percenſuerit, quin eleganter & graviter dicta in illis inveniat. De confuſo ordine, quod dicit, ut nunc eſt, non nego; verum hoc iterum iterumque nego, imputandum id Auctori; Librariorum enim iſta eſt ſive negligentia, ſive impudentia, aut hominum Poëta noſtro poſteriorum. Quod ut certiſſimo pignore conſtet, velim conſuli codices MSS. Hoc qui fecerit, pauciſſimos in collocando ordine conſentientes inveniet; imo quot Libros inſpiciet, totidem ordinis diſcrimina deprehendet. Ipſe trium codicum lectiones conſului, quas mecum communicavit Cl. Arntzenius; diſcordes autem hac in parte omnes intellexi, nullusque eorum cum Libris vulgatis conſpirabat. Varietatem hanc utrum ab Auctore an a Librariis, aliisve inductam arbitramur? Qui ſapiet, hos in crimen vocabit. Nam Auctor certe non, niſi unum ordinem, in Libro, quem edidit, praeſcripſit; quem ordinem hodie in tanta Librorum omnium diverſitate eruere difficile eſt. Eum tamen ſervant codices, ut primo loco exponatur officium Deo praeſtandum. *Deo ſupplica.* Deinde illud quod parentibus debetur, *parentes ama.* Mallem ſubjunxiſſet, quod patriae debetur *pugna pro patria.* (*a*) Sed & iſto modo Phocylides in ποιήμ. νȣθετικ.

> Πρῶτα Θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ σεῖο γονῆας.
>
> *Primum Deum cole, poſtea vero parentes.*

Quod & Lucilius docuit, cujus hoc praeſcriptum narratur,

> *Commoda praeterea Patriae ſibi prima putare,*
>
> *Deinde Parentum, tertia jam poſtremaque noſtra.*

De tertio quidem nihil noſter in his ſententiis, ſed inter Diſticha id nullus neglexit, Libro namque I. in fine

(*a*) Pugna *autem* pro patria, *ſignificat non tantum in acie certamen, ſed & in ſenatu, in populo, quamquam hae contentiones lapſa re publica variores, quam ſtante.*

fine notitiam, caritatem, atque omnia officia notis, amicis, debita ſui amori poſt habenda docet, *ſemper*, inquit, *tibi proximus eſto.* Sententia Diſtichi minus perſpecta fuit aliis, placent autem, quae hic Arntzenius noſter habet. Quibus addi velim, quo dilucidius differentia inter notum atque amicum appareat, hunc verſum Ovidii ex Ponto I. VII. 21.

Caeſaribus NOTUS, *quis ſe non fingit* AMICUM?

Ita enim legendum arbitror, ut Codices antiqui habent, nec dubitandum de integritate. Mox cognatorum neceſſitudini hoc dedit, *cognatos cole.* His malim praemitti, quod Liberis, uxorive eſt ſcriptum; ſubjungi, quod amicis. Inter quae, *mutuum dato*; nam hoc amicorum eſt, foenus improborum, vide Nonium. Hos gradus ſi feceris, quos a Dionyſio factos puto, obſervatum dicas ordinem, quem praeſcripſit Cicero in Libris de Officiis ac potiſſimum I. Cap. XVII. & ſeq. & Gellius Lib. V. Cap. XIII. Hoſpites & clientes omiſit noſter, credo, quod horum jura antiqua interierant plane, aut minus frequentabantur tempore Dionyſii. (*a*)

Verum age, ſingula luſtremus, quae ſugillat acerbius Boxhornius, *Atqui*; inquit, *dicat aliquis, praecepta ſunt, quae aetatem puerorum decent, ad quos diriguntur. Fateor pueros alloquitur, cum inquit* Trocho lude. *Sed ſpectat ad maritum* conjugem ama: *ad patrem* Liberos erudi, *ad judicem* patere legem, quam ipſe tuleris. *Ad militem*, pugna pro patria, *quae qui a pueris praeſtanda exiſtimat, nae ille aetates omnes confundit, & ipſum naturae jus evertit.* Verum num is Pater aetates omnes confundit, qui filium puerum, & rationis jam capacem, docet, quid ipſi puero ſequendum fugiendumque

(*a*) *Praeceptum quartum eſt* magiſtrum metue. *De quo dixi ſupra Cap.* IX. *pag.* 403. *Sed dubito, magiſtratumne, an magiſtrum ſcripſerit Cato. Hoc dilucidum, convenire & locum illum, & verbum illud* metue *magiſtratui; is enim in populo Romano atque in provinciis terroris ac metus inſtrumenta praeferebat, ſecures, faſces, gladium. Lex Ciceronis eſt de Legib. Lib.* III. *Cap.* III. Magiſtratus nec obedientem & noxium civem multa, vinculis, verberibusve coerceto. *Amabilis hic fuit praeceptoribus Librariorum error, neque inviti* magiſtrum *hoc loco pro* magiſtratum *admiſerunt.*

dumque ſit? Quid mox, cum adoleſcens fuerit factus? quid dein, cum militare coeperit? quid? ubi forum tetigerit? ad rempublicam acceſſerit? ad rem uxoriam animum adjecerit? Quomodo uxor; quomodo liberi: quomodo propinqui; neceſſarii, amici habendi? Nonne autem haec pia cura, & probanda ſedulitas parentis eſt? qui, quae ipſe damnis & periculis per omnia aetatum momenta didicit, mature cum filio communicat: ut bona, quae expertus ipſe eſt, amplectenda filio proponat: quae vero ſecus fuerunt, evitanda? Qui longaevum filium cupit, & ſuperſtitem ſibi, quae honeſtis parentibus votorum ſumma eſt, nec amantiora, nec prudentiora praecepta dare potuit, quam quae omni deinceps aetati convenirent, & tum profutura, cum pater ipſe eſſe deſiiſſet, nec filii, ſibi relicti, vitam ſapienti conſilio monere poſſet. Verum qui inde Catonem vituperas, qui magis probabis Ciceronem? qui filio, ſtudiorum cauſſa Athenas petenti, non tantum ea praeiit praecepta, quae Adoleſcenti erant obſervanda, ſed & omnem officiorum rationem, in quocunque vitae genere ac aetatis gradu, diligentiſſime expoſuit? Piget plura proferre ad maledicta Boxhornii diſcutienda. Nam quanto plures Dionyſii ineptias detegere laborat, tanto crebrius ſuas oſtentat. Neque enim uno modo a calumniis ille defendi poteſt. Quid? ſi negamus *trocho lude* dictum puero. Quid? ſi adoleſcenti, juveni, Viro hoc dictum fuiſſe a Catone concedimus. Num ob id ineptus erit exiſtimandus noſter? ita cenſet Boxhornius. Sed neſcivit ille adoleſcentiae ac juventuti robuſtiori, id eſt, Viris aptum olim habitum fuiſſe trochum. Illa aetate, non certe puerili fuit Apollinaris Sidonius, cum haec ad Conſentium, non aetate virum duntaxat, ſed & honoribus clariſſimum ſcriberet carmine XXIII. 487.

Hinc nos ad propriam domum vocabas,
Cum mane exierat novum & caleſcens.
Horam ſol dabat alteram ſecundam.
Hic promens teretes pilas TROCHOSQUE,
Hic talos crepitantibus fritillis,
Nos ad verbera tractuum ſtruentes,
Tanquam Naupliades repertor artis,
Gaudebas hilarem ciere rixam.

 Neque

Neque etiam praetextatorum ludos deſignat Ovidius Triſtium Lib. III. Eleg. XII. 17. ubi campeſtrem exercitationem, & ineuntis veris ſtudia ita deſcribit.

Otia nunc iſtic, junctisque ex ordine ludis,
Cedunt verboſi garrula bella fori.
Uſus equi nunc eſt, levibus nunc luditur armis,
Nunc pila, nunc celeri volvitur orbe TROCHUS.

De Lacaenis virginibus inter viros gymnaſia calfacientibus ita Propertius Lib. III. Eleg. XII. 2.

Quod non infames exercet corpore ludos
Inter luctantes nuda puella viros.
Quum pila veloci fallit per bracbia jactu,
Increpat & verſi clavis adunca TROCHI.

Neque pueris ſcripſiſſe Librum de trocho videtur, quicunque illi fuit, de quo Ovidius Triſtium Lib. II. 485.

Ecce canit formas alius, jactusque pilarum,
Hic artem nandi praecipit, ille TROCHI.

Praeterieram paene hos ejusdem verſus, qui nullam dubitationem relinquunt de Arte Lib. III. 382.

Materia ludunt uberiore VIRI.
Sunt illis celeresque pilae, jaculumque, TROCHIQUE,
Armaque, & in gyros ire coactus equus.

Erravit Vir doctiſſimus ex eo, quo multos labi videas, quod ex ſui ſaeculi moribus antiquos aeſtimavit. Indigna, indecora & turpia multa hodie, quae antiquis honeſta habebantur. Atque ut de ſolis ludis dicam, pila luſit unctus in campo ipſe Cato praetorius, cum conſulatu excidiſſet, ut Plutarchus Auctor eſt. (a) Quis hoc in Viro nunc mediocris fortunae ferat in publico. Quis autem a vero tam averſus eſt, qui non videat, omnia haec, quae expoſui, praecepta, ſive illa de officiorum partibus, ſive haec de trocho, unice convenire diſciplinis ac moribus Romanis? Imo quis adeo ſenſu deſtitutus, ut non intelligat, tam juſtam & congruam Romani juris morisque obſervantiam Auctorem Dionyſium vindicare, non tantum a calumniis

(a) *Martial. Lib.* XIV. *Epig.* XLVII.

Folle decet pueros ludere, folle ſenes.

Auguſtus jam ſenior non folle tantum, verum & ocellatis, & nucibus cum pueris luſit, teſte Sueton. in Aug. Cap. LXXXIII.

mniis in hoc loco a Boxhornio illatis, ſed & ab injuria illa, quam per totum Librum ſparſit: Scriptorum bonorum ordine excludendum eum, & ad infimam Barbarorum claſſem deturbandum?

CAP. XXVII.

Breves Dionyſii ſententiae nonnullae defenduntur, & exponuntur. Eloquentia & Jurisprudentia maxime valebant ad gratiam popularem Romae. Nobiliſſimi adoleſcentes utrique, aut ſaltem alterutri operam dabant. Ad utramque filium exerceri voluit Dionyſius. Ejus lectio defenſa. Quid ſit, foro ſe parare. *iterum lectio defenſa.* Ad praetorium ſtato, & in judicium adeſto, *quomodo differant. Haec locutio Jurisconſultis conſueta. Praetorium, in quo cauſſae diſceptabantur, in provinciis erant, non Romae. Colligitur hinc, Dionyſium in provincia habitaſſe.* Conſultus, *id eſt, Jurisconſultus. Exponitur monitum,* ad conſilium ne acceſſeris. *Jurisconſulti publicis & privatis conſiliis adhibiti. Sed non, niſi vocati, accedebant ad ea. Praeceptum,* aequum judica, *exponitur.* Juris & aequi *magna differentia. Illud commendabilius. Philoſophi potiſſimum aequum probabant. Idem probabant ſub principibus Jurisconſulti, Philoſophorum ſtudiis formati. Sententia haec,* illud pete, quod juſtum eſt, *illuſtrata. Diſt.* XXXI. *Lib.* I. *lux adfuſa.* Agere, petere *ſunt verba juris. Terentius expoſitus.* Qui petit, unde petitur, *id eſt Actor & Reus.* videtur, *id eſt, exiſtimatur. Diſt.* XXV. *Lib.* I. *correctum.* Eſſe videtur *frequens Ciceroni.* Honeſtum, *id eſt, ſpecioſum & probabile. Jurisconſulti & oratores cujusmodi cauſſas ſuſcipiant. Diſt.* XLIII. *Lib.* IV. & VI. *Lib.* I. *illuſtratum.* Ira *pro lite minus frequens. Sua cuique ſtili ratio. Auctor Queroli expoſitus & laudatus. Sententia Dionyſii a Calumniis Boxhornii vindicata emendatione.* referre amorem *quid? Ciceronis ſcriptura emendata.*

IN promtu nobis ſunt alia in hoc libello, quae ut vetuſtorum morum uſum oſtendunt, ita ad ea tempora, quae ſupra indicavimus, Catonem hunc extollunt. Sed quia haec intacta reliquit Boxhornius, ſicco ea pede etiam nos tranſimus, ſatis habituri, perſequi cavilla-

villationes ejus iniquiſſimas, & alieniſſimas interpretationes nonnullorum Diſtichorum & ſententiarum. Unum tamen adjicere liceat, quod pertinet ad tuendum decus brevium illarum γνώμων, quae in limine conſpiciuntur, de quibus contemte & abjecte ſentit Boxhornius. Hoc nemo ignorat, cui Romanae Reipublicae ratio eſt perſpecta, ad gratiam, amicitias, opes, honores, gloriam, quaeque praeterea ſunt ampliſſima vitae ornamenta, comparanda, nihil accommodatius fuiſſe Romae duabus his artibus, facundiae & jurisprudentiae. Illuſtria hujus rei exſtant teſtimonia apud Ciceronem atque alios, ſed feſtinans ea omitto. Nunc tantum moneo, ut Tullium de officiis Lib. II. Cap. IX. conſulas. Illam quidem Silius apud Tacitum Annalium Lib. II. Cap. VI. bonarum artium principem nominat, & quae honores manſerint Juriſconſultis ſub principibus, docet Savaro ad Sidonium Apollinarem Lib. I. Epiſt. II. Utraque comparata erat potiſſimum ad defendendos perſequendosque reos, atque in judiciis negotiisque privatorum verſabatur. Nobiliſſimi Romae Adoleſcentes alterutri operam dabant, nonnulli utrique. Horum autem exemplo filium ſuum Dionyſius ſapientiſſimus pater ad utramque artem exerceri cupit, certe non vult eum alterutrius eſſe ignarum. In id enim congruunt multa praecepta, ſententiis illis propoſita. Primum eſt num. VI. *Foro te para*, ſic enim legendum; parabant autem, ut diximus, duobus modis ſeſe foro adoleſcentes, cauſſas agendo, & de jure reſpondendo. Hoc Auctor dialogi de Oratoribus, qui Tacitus eſſe exiſtimatur Cap. XXXIV. *foro & eloquentiae parari* dixit. Porro huc pertinent num. XXV. *ad praetorium ſtato*, & *in judicium adeſto* num. XXIV. Sed quia Libri Leidenſis alterius ſcriptori haec eadem viſa fuerunt, illud praetermiſit. Verum differunt hoc modo, adeſſe dicitur teſtis, advocatus, patronus, jurisque conſultus; imo & ipſe Actor & reus. Notanda locutio *adeſſe* IN JUDICIUM, quae Leidenſibus Libris comprobatur, vel ob promiſcuum praepoſitionis hujus uſum, de quo alias multa monui: vel quod illorum nonnulli tam ad judicium inſtruendum, quam in ipſo judicio aderant. Non inſueta tamen haec eſt Juriſconſultis locutio L. LV. D. de Evictionibus L. III. §. I. D.

Quae

Quae in fraudem credit. *Stare* vero *ad praetorium* notat adſiſtere ad praetorium ſive judicium, aut tribunal, audiendi cauſſa, qui mos fuit adoleſcentium foro ſe parantium. De ea re Gellius Lib. I. Cap. XXII. *memini ego* PRAETORIS *docti hominis* TRIBUNALI *me forte* ADSISTERE, *atque ibi advocatum non incelebrem ſic poſtulare.* Auctor Dialogi de Oratoribus Cap. XXXIV. ejusmodi juvenem, de quo loquimur, fori auditorem, ſectatorem judiciorum vocat. Dicitur quidem etiam ſic reus ſtare in praetorio ad judicem in monumento, quod Briſſonius exhibet de formulis Lib. VI. pag. 500. ſed & de omnibus uſurpari poteſt, qui ſtantes judiciis intereſſe ſolebant: nam illi, qui ita hanc ſententiam ediderunt, *ad praetorium ſtans conviciari cave*, de cauſſarum patrono eam videntur accepiſſe. (*a*) Quum tamen hoc loco diſtinguatur ab ea ſententia *in judicium adeſto*, nullus dubito, quin illud moneat pater, ut diſcendi cauſſa adoleſcens filius in praetorio conſiſtat & judicio interſit, litigantes, diſceptantesque audiat. Hoc commemoratione dignum exiſtimo, cum in praetorio ſtare jubetur filius, inde non obſcure colligi, Dionyſium hunc non Romae habitaſſe, ubi nullum praetorium, in quo Quiritium cauſſae diſceptabantur; (quod illis notum, quibus duorum magnorum Virorum de praetorio contentiones ſunt perſpectae) ſed in provincia, aut in alia civitate, in qua ejusmodi praetorium: quale in Campania, ubi res illa, de qua in monumento, eſt geſta; id quod arguo ex Paſcutio Sarnenſi venditore, & ex Segnitio Acerrano, nec non ex ſitu rei venditae. Hactenus tamen filium ſuum eloquentiae attendere, & cauſſis agendis operam dare vult, ut ne Juris Civilis cognitionem negligat; quam neglexiſſe nonnullos oratores novimus, ipſum etiam Servium, aſperius ob id exceptum atque acriter caſtigatum a Q. Mucio, vide L. II. §. 43. de Origine juris. Oratores autem plerique omnes operam illi navarunt, quorum nonnullos

(*a*) *Tertullianus de Pallio, de homine minime curioſo, & qui ſibi vivit, pag.* 29. Ego, inquit, nihil foro, nihil campo, nihil curiae debeo: nihil officio advigilo, nulla roſtra praeoccupo, nulla praetoria obſervo, cancellos non adoro, ſubſellia non contundo, jura non conturbo, *&c.*

-los enumerat Quinctilianus Inſtitutionum Orator. Lib. XII. Cap. III. plures Pomponius in Enchiridio. Addit Quinctilianus ex Cicerone Lib. VIII. Cap. III. etiam ob eam cauſſam utriusque artis ſcientiam illos ſibi comparaſſe, ut, ſi voto eloquentiae exciderent, in jurisprudentia acquieſcerent. Hoc certum, Julium Severianum, alioſque Rhetores ſuaſiſſe diſcipulis, quibus bene factum volebant, ut in hac arte exercerentur. Imo ipſe Quinctilianus, optimus dicendi magiſter, Lib. XII. Cap. III. haud leviter eos perſtringit, qui illius expertes ad forum accederent, & cauſſas agerent. Recte ergo Dionyſius noſter, praeceptionibus, exemplisque magnorum Virorum inductus, noluit filium ſuum ignorare jus, in quo verſaretur, *Conſultus eſto*, inquit, num. XLIII. Conſulti dicuntur omnes, qui litigantibus conſilia dare ſciunt, vide Torrentium ad Horatium Lib. I. Od. XXXIII. 3. Adde Servium ad Virgilium AEneid. Lib. XI. 410. & vox ſimpliciter ſic poſita Jurisconſultum notat, Horatius Lib. II. Epiſt. II. 87.

Frater erat Romae CONSULTI *Rhetor.*

Etiam extra carmen Quinctilianus Lib. VII. Cap. VI. *ſcripti & voluntatis frequentiſſima inter* conſultos *quaeſtio eſt, & pars magna controverſiae juris hinc pendet.* & ſic Lib. XII. Cap. III. aliorum loca ſimilia vulgatiſſimi Libri habent. Hinc porro lux affunditur illi monito, num. VIII. *Ad conſilium ne acceſſeris, antequam voceris.* Sive enim privatum, ſive publicum conſilium Imperatoris, Praetoris, judicis atque eorum magiſtratuum, quibus juris dictio eſt, intelligas, eosque vel Romae vel in provinciis; aptiſſime praeceptum hoc Jurisconſulto convenit. (a) Convenit etiam oratori; quae ſingula exemplis atque auctoritate confirmare infiniti fere laboris erit, nec noſtro inſtituto idoneum. Quinctilianus hoc loco, quem modo dixi, *juris quoque civilis neceſſaria huic viro ſcientia eſt, ac morum, ac religionis ejus Reipublicae, quam capeſſet. Nam qualis eſſe ſuaſor in* CONSILIIS PUBLICIS PRIVATISQUE *poterit tot rerum, quibus praecipue civitas continetur, ignarus?* lege porro Franſciſci Hotmani libellum de optimo genere juris inter-

(a) *Conſilia ejusmodi memorata vide a Plinio* I. *Epiſt.* IX. & XX. *Lib.* III. *Ep.* XIX. *Lib.* IV. *Ep.* XXII.

interpretandi, & qui praeterea Juriſconſultorum partes expoſuerunt. Hoc certum, a privatis, ob obſcuros juris Romani laqueos, in celebrandis contractibus, teſtamentis, & in quibusvis paene cauſſis ac negotiis, adhibitos fuiſſe Juriſconſultos, quare Manilio Lib. iv. Juriſconſultus dicitur

Perpetuus populi privato in limine praetor.

Ipſi conſuli, atque inde conſulti, & reſponſa eorum conſilia dicebantur: neque haec niſi rogati dabant, unde & advocati appellabantur, & antiqua haec conſulentium formula fertur *licet conſulere?* vid. Cicero pro Muraena Cap. xiii. Singula haec quemadmodum huc pertineant, nemo non videt. Ut autem Juriſconſultos in conſilium advocarint Imperatores & ceteri, qui jus dicebant, docet Savaro ad Sidonium Apollinarem Lib. viii. Epiſt vi. Briſſonius Select. Antiquitat. Lib. i. Cap. xii. Torrentius ad Suetonium in Nerone Cap. xxxiii. Caſaubonus ad eundem in Claudio Cap. xii. & ad Spartian. in Hadrian. Cap. xviii. Gutherius de Officiis Domus Auguſtae Lib. i. Cap. xvii. xviii. Noodt de juris dictione Lib. i. Cap. ii. adde Ulpianum Tit. i. §. 13. Theophilum in paraphraſi Inſtitutionum in Titulo. Ex quibus cauſſis manum. & qui inter recentiores de Adſeſſoribus ſcripſere. (a) Hoc autem obſervari velim, ut recte filium monuiſſe videatur noſter, ne non vocatus ad conſilium accederet, morem fuiſſe vocandi illos, vide Spartianum in Hadriano Cap. viii. non autem probabantur cupidi & ultro ſeſe offerentes, Suetonius in Claudio Cap. xv. Atque ut diligentiam patris perſpicias, praeſcribit etiam, quid judicari velit, nempe aequum, num. xxxix. *Aequum judica*, inquit. Aequi ratio quantum diſtet a juris regula, in vulgo notiſſimum eſt. In judicando alii hanc, alii illam ſequebantur. Quae cauſſa eſt, cur diſcipulos Quinctilianus moneat Lib. iv. Cap. iii. ut judicis naturam noſcant, a quo cauſſa diſceptanda ſit, juri magis, an aequo ſit appoſitus. Quanto autem aequum jure olim fuerit commendabilius, verbum vetus, nec ſcenae ignoratum, oſtendit, *jus ſummum, ſumma ſaepe ma-*

(a) *Adde Gell. Noct. Attic. Lib.* xii. *Cap.* xiii. *&* *Lib.* xiv. *Cap.* ii.

malitia eſt, *atque injuria.* Haud aliter itaque futurum oratorem ac Juriſconſultum ad aequitatem format, atque inſtituit Quinctilianus Lib. II. Cap. III. hoc addito praecepto, ut *cum ſe ad id*, *quod eſt optimum natura* (aequitatem deſignat) *direxerit*, *non magnopere commoveatur*, *ſi quis ab eo* CONSULTUS *diſſentiat*. Prae ceteris vero aequum a philoſophis in judicando eſt commendatum, quare & in id paulatim antiquus rigor & priſca juris aſperitas mitigata deflexit; poſteaquam adoleſcentes ſtudia, philoſophorum diſciplinis compoſita, in forum adtulerunt, principumque ac magiſtratuum, de jure conſtituentium ac diſceptantium, conſilia ſunt moderati. Quare non dubitavit Ulpianus, non longe remotus ab aetate Dionyſii, L. I. D. de juſtitia & jure, nominare jus *artem* AEQUI *&* *boni* ipſosque Juriſconſultos veram PHILOSOPHIAM adfectare ſcribit.

Vidimus, qualem velit filium in judicando: videbimus etiam mox, qualem eum cupiat in Advocatione, ſive in cauſſis agendis. Sequitur namque in iisdem ſententiis. *Illud ſtude agere*, *quod juſtum eſt.* Quid ſit *agere* in judicio, nemo neſcit. Juſtum autem dicitur, quod jure & legibus eſt conſtitutum, ſeu datum. Sic juſtus pater, filius, tutor: juſta uxor, juſtum matrimonium, & multa alia, quae ex jure Romano intelliguntur. Atque ita Dionyſius Lib. I. Diſt. XXXI. *juſtum petere* dicit, quod jure petitur, ut *injuſtum*, quod jure negatur:

Quod juſtum eſt petito, *vel quod videatur honeſtum*;
Nam ſtultum eſt petere, *quod poſſit jure negari.*

Dicerem ſententiam hanc praeliminarem, ut Boxhornius vocat, in qua interpretanda nunc verſamur, lemma eſſe hujus Diſtichi, ſi in priori verſu legeretur,

Quod juſtum eſt AGITO.

Imo vero retine *petito*, tametſi mutatum videri poſſit ab imperitis Librariis, qui de quacunque petitione & rogatione acceperunt, nihilo ſecius lemmati iſti reſpondebit. Nam *petere* verbum juris eſt, atque idem, quod agere, notat. Inde *qui petit*, & *unde petitur* verba antiqua, & probatiſſima in foro Romano, quae nec Terentius Comicus ignoravit, vide Eunuchi prologum v. II. 12.

- - - - *Cauſſam*

- - - - Cauſſam dicere
Prius, UNDE PETITUR, *aurum quare ſit ſuum:*
Quam ILLE, QUI PETIT.

Jura Juſtinianea frequentius illos Actores ſive Petitores, hos Reos nominant. *Petere* ergo in illo Diſticho, ut *agere* in lemmate, eſt in judicio petere & cauſſam agere. Hoc ergo filium monet pater, ut cum ad cauſſas agendas acceſſerit in judicio, cauſſae nulli patrocinium ſuum accommodet, niſi quae juſta ſit, aut ſaltem honeſta eſſe videatur. *Videatur* autem in illo verſu ſignificat exiſtimetur, ut Diſt. xxv.

Dum vis bonus eſſe videri.

Nam ſic legendum. *Eſſe videtur* Frequens Ciceroni, ut notatum criticis antiquis, vide Auctorem Dialogi de Oratore Cap. xxiii. Quinctilianum Lib. ix. Cap. iv. Honeſtum ſpecioſum notat & probabile. Notum eſt illud Terentii, *Honeſta oratio*, id quod & crebro uſurpatum a Cicerone, vide Ferrarium ad Philippicam viii. Cap. iv. Juſtae vero aut ſaltem probabiles cauſſae ſint, neceſſe eſt, quae a patronis & Juriſconſultis non improbis ſuſcipiebantur. Cicero de Officiis Lib. ii. Cap. xiv. *Judicis eſt ſemper in cauſſis verum ſequi:* PATRONI, *nonnunquam* VEROSIMILE, *etiamſi minus ſit verum. defendere.* Quod ipſum idem ſaepe alias monet. (*a*) De Antonio Oratore vide Valerium Maximum Lib. i. Cap. iii. pertinet etiam huc praeſcriptio Lib. iv. Diſt. xxxiv.

Contra hominem juſtum prave contendere noli;
Semper enim Deus injuſtas ulciſcitur iras.

Iras dicit, ſed lites intellige. Vox minus frequens hoc ſenſu; placuit tamen ea Dionyſio noſtro, qui cum lite diſerte commutat Lib. i. Diſt. xxxvi.

LITEM *inferre cave, cum quo tibi gratia juncta eſt.*
IRA *odium generat, concordia nutrit amorem.*

Hujuſmodi ſunt ſuae cuique locutiones. Quas qui in antiquis Scriptoribus non animadvertit, aut hoſpes in iis eſt, aut ingenio hebeti. Placuit tamen vox illa eo ſenſu etiam Auctori Queroli pag. 33. *Nonne iſte irarum cauſſas quaeritat?* ante dixerat *lites.* Auctor hujus fabulae, ſive, ut ego exiſtimo, Satyrae, nullo loco habetur

(*a*) *Adde pro Cluent. Cap.* L.

betur a multis; verum hi tales ſunt, qui illum non intelligunt. Diſtichum hoc xxxiv. a priori, quod eſt xxxi. Lib. i. ita diſtinguitur. In illo vetat rem, ſibi, aut clienti, non debitam, peti: in hoc, inſonti crimen intendi. Inſons enim juſtus dicitur, id eſt qui nullis legibus tenetur. Ita juſtum definit Lactantius Lib. vi. Inſt. div. Cap. ix. qui jus *obſervat & contra leges nihil facit.* Iſidorus Originum Lib. x. ſub littera J. *Juſtus, qui jura cuſtodit & ſecundum legem vivit.* Et hae ſunt accuſationes injuſtae, quas ulciſcitur Deus, nempe Juppiter judiciorum praeſes. verſus hic Dionyſii deſumtus eſt ex Heſiodo Ἐργ. καὶ Ἡμερ. verſ. 238.

Οἷς δ' ὕβρις τε μέμηλε κακὴ, καὶ σχέτλια ἔργα,
Τοῖς δὲ δίκην Κρονίδης τεκμαίρεται εὐρύοπα Ζεύς.

Quibus vero injuria pernicioſa curae eſt, pravaque opera,
Iis poenam Saturnius parat late cernens Juppiter.

Horum, quae dixi, nulli interpretum quidquam in mentem veniſſe, miror. Si aliquid Boxhornio ſuboluiſſet, clementius, credo, de Auctore ſtatuiſſet, cujus ſententias his porro cavillationibus obtrectat. *Mitto praecepta mutila & biantia, & imperfecta, & parum Latina. Quaeſo quid ſibi vult poſtremum omnium* Libenter ferto amorem? *Si hoc velit, gratum tibi ſit ab aliis amari, ſupervacuum eſt praeceptum, quod quisque ſe ipſum docet. Si autem intelligit* libenter ama: *Latinum vix erit, certe ambiguae ſententiae, ferre pro deferre amorem.* Exulat hoc monitum a Leidenſi ſecundo, atque ab Editione Scriverii, unde nobis poteſtas ſit excludere hinc illud, tanquam ſpurium. Verum ope critica leviter adjutum, locum ſuum, ut puto, tuebitur. Scriptum fuerat litteris continuis *libentereferto amorem*, quod legendum exponendumque fuerat ex praeceptis criticorum *Libenter referto amorem*, hoc ſenſu: refer, id eſt, redde & retribue amorem ei, qui te amat. Apertius hoc dicimus *amantem redama*: ſive ut Cicero Lib. xv. Fam. xxi. nec non Epiſtola ad Brutum i. *reſponde in amore.* & Spartianus in Caracalla Cap. ii. in fine, *redde vicem amori.* Sic *vicem referre* eſt apud Tertullianum in Apologetico Cap. xxxvii. & *par pari referre* Terentium in Eunucho iii. i. 55. Neque aliter dicitur gratiam, beneficium, injuriam referre, quorum haec ſunt apud Lactantium Lib. vii. Cap. xii. & xviii.

xviii. ſed haec & alia ſimilia, vulgatiſſima ſunt. Hoc unum adjicere liceat, non abhorrere ab hoc loco, quae de voce *referre* Seneca docet in Epiſt. lxxxi. (a)

CAP. XXVIII.

Boxhornii ſententia de Praefationibus Dionyſii laudatur: ſed inprobatur in eo, quod has Dionyſii eſſe exiſtimavit. Eas a Monachis, Ludi magiſtris, aut Librariis ſuppoſitas eſſe oſtenditur. In iis nec pura, nec honeſta oratio. Male ſyllaba prior in Macer *producitur. Nominum Barbarorum, non Romanorum ancipites ſyllabae. Imperite Punica bella Lucano tribuuntur. Punica bella forte pro aliis bellis gravioribus. Meretriciorum amorum doctor fuit Ovidius. Dionyſius filio ſcripſit Diſticha: At vero praefationes cuicunque ſunt ſcriptae: hinc falſitas apparet. Epilogus Lib.* iv. *ineptus.*

OMiſſis his ſententiis Boxhornius praefationibus oppugnandis accingitur hoc modo. *Praefationes quod concernit; illa quae praefixa Lib.* ii. *non video, quomodo ad rem faciat. An non ineptirem, ſi amorem rei militaris filio inſtillaturus ſic ordirer? Si gulae tuae proſpectum voles, fili, lege Caelium Apicium, ſummum medicinae adulatricis artificem. Si ad ſtruendas aedes magnificas animum tuum adpellere decreveris, ea evolve, quae Vitruvius de Architectura Veterum conſignavit. At vero ſi ad militiam te componas, conſule Vegetium, Frontinum, alioſque, qui de militia, & ſtratagematis Veterum, praeclara multa prodidere. A riſu abſtinere non poſſum, dum haec ſcribo. Idem tamen Cato eo, quem dixi, loco, agit. Cur Georgicorum Virgilii, Botanologiae Macri, Pharſalidos Lucani, Naſonis Amorum mentionem facit, de cordatis vitae morumque praeceptis acturus? an non ineptus eſt verſiculus eadem praefatione,*

Si quis amare velis, vel diſcere amare legendo.

An non putidum eſt ibidem verſu ante-penultimo legere:

Ut ſapiens vivas, audi quae diſcere poſſis.

Et

(a) *Simile mendum infecit hoc Ciceronis Fam.* v. *Ep.* xx. Niſi in provincia relictas rationes prolatis haberem. *reſcribe* pro relatis. *Verum id jam deprenſum aliis.*

Et ultimo verſu idem repetere:

Ergo ades, &, quae ſit ſapientia, diſce legendo.

Reliquorum Librorum praefationes, non tam Libros, quibus praefixae ſunt, quam totum opuſculum concernunt. Quod non poteſt non reprehendere, qui ſolido judicio inſtructus ad legendum accedit. Haec vere Boxhornius. Praefationibus enim illis nihil ineptius, aut inſulſius eſt. Neque eas tantum dico, quae carmine conſtant, ſed & illam, quae libello praefixa eſt. Addo his praeterea Epilogum, ultimo volumini in fine ſubjectum. Verum hoc nequaquam do eidem Viro Clariſſimo, ineptias has Catonis eſſe, ſed a monachis, & inſulſis vilium hominum ingeniis eſſe profectas. Exiſtimarunt iſti mutilum eſſe opus ad filium ſcriptum, quod praefatione careret. Volumina etiam inania & imperfecta credebant, quae commendatione aliqua deſtituerentur. Idem hoc hominum genus, quod Aviano promythia atque epimythia adfinxit, haec ad exornandum, imo, vere dicam, dedecorandum Catonem procuderunt. Nam quid opus praefationibus illis? ſi tamen praefationes, ac non potius jejunae commendatiunculae ſunt appellandae, non diſſimiles illis, quas Libris priſcis fere omnibus praefixas reperimus a Librariis, merces ſuas extrudere cupientibus; quam conſuetudinem etiam ſecuti ſunt antiquiſſimi typographi. Neque enim, ut ſolent, praefationes juſtae & decorae, operis argumenta habent, aut conſilium enarrant, ſed Libri utilitatem praedicant. Eam autem ſi praedicare ipſe Auctor voluit, cur non una ille praefatione defunctus eſt? Cur quatuor ejuſdem argumenti voluit in Libro, brevitate commendabili? Imo cum iterum iterumque, & ſaepius etiam laudes Libri ſui venditet, an non ipſum doctorem, quod turpe eſſe monet Lib. I. Diſt. XXX. ſua culpa redarguit, quum negat hominem recte a ſe collaudari Diſt. XVI. Lib. II. mitto ſermonis balbutiem, ſtribliginem, ſoloecismos, ἀνακόλουθα, quaeque alia ſunt ex infima plebe hominum in loquendo dehoneſtamenta; quorum exempla ex una illa praefatione, operi praemiſſa, facile colliguntur. Praefatio Lib. II. qualis? Leve eſt priorem ſyllabam in *Macer* eſſe productam. cui quidem errori occurrere ſtuduerunt Viri docti, qui notis ſuis eam ſunt dignati, ſubſtituendo *Ma-*

cer

cer bas, aut *Macri*. Sed quia Libri antiqui omnes hic tacent, imperiti Auctoris hoc dedecus eſt, non Librarii peccatum. Scio viſum nonnullis, nominum propriorum ſyllabas promiſcue uſurpari, ſed, ut non nego hoc de Barbaris nonnullis, ita errare eum puto, qui id de Romanis crediderit, uſusque Poëtarum conſtans reclamat. Leve etiam, eadem praefationis Punica bella Lucano tribui, quae Silius cantavit; nam homo Barbarus *Punica bella* forte pro quibusvis gravioribus bellis poſuit. Quid autem magis ridiculum, imo quid magis contrarium paternae Auctoris noſtri curae ac ſapientiae in fingendis filii moribus, quam adlegare eum ad Ovidii Libros, ut artem amandi ex iis diſcat; a quibus ipſe Ovidius filium, ſi quem habuiſſet, aetate prima haud dubie abſterruiſſet. Repulit certe ab iis matronas, notiſſimo verſu:

Eſte procul vittae tenues.

Quanta autem Artis illius invidia flagrarit, ipſe docet, cum ſcribit Triſtium Lib. II. 213.

Arguor obſcoeni DOCTOR ADULTERII.

Auguſto quoque dignus color eſt viſus, cur eum ab urbe in extremas, & ultima barbarie horridas terras relegaret. Et tamen Dionyſius, ſi credimus, filium ſuum, quem moribus cultiſſimum eſſe voluit, quaſi manu ad hunc doctorem ducit. Sed anne ſic plane oblitus fuerit, neceſſe eſt, praecepti, quod paulo ante tradiderat, *meretricem fuge?* imo vero non obliviosſum, ſed inſanum vere dixerit Dionyſium, qui eum Auctorem praefationis illius aeſtimarit. Verum & aliud praeterea eſt, quo tanquam certiſſimo argumento intelligimus, non ab illo ſcriptum eſſe, quicquid ejus libellis ineſt praefationum. Cato ille Dionyſius Libros Diſtichorum filio ſcripſit, aut certe videri voluit huic ſcripſiſſe, non homini cuicunque. Eſt enim titulus DE MORIBUS AD FILIUM. Hoc autem propoſitum ita ſervat, ut in Diſtichis ubique hunc compellet unum. Et hinc paſſim *Tu*, *Te*, *Tibi*. Nusquam incertum adfatur, aut, ut Grammatici loquuntur, perſonam tertiam. Immemor hujus, Auctor praefationum, non filio ſcripta arguit, ſed omnibus. Ita namque in limine Librorum. *Quum animadverterem, quamplurimos homines errare graviter in via morum; ſuccurrendum errori & conſulen-*

ſulendum opinioni eorum exiſtimavi; maxime ut glorioſe viverent, & honorem contingerent. Quibus ergo in hoc Libro conſulere voluit? ſi hanc orationis partem reſpicis; non filio, ſed aliis; aut ſaltem omnibus. Hos vult glorioſe vivere, honorem contingere. Scio convertitur hinc mox ad filium, ſed ita, ut nulla hujus tranſitionis, aut dicam potius ſaltus, via, atque argumentationis cauſſa & nexus animadvertatur. Praefatio Libri tertii ita habet:

Hoc QUICUNQUE *cupis carmen cognoſcere lector.*

Libri quarti hoc modo:

Securam QUICUNQUE *cupis traducere vitam.*

Quid Epilogus?

Miraris, verbis nudis me ſcribere verſus?

In eo miratur puer, modo Grammaticis, ut ſupra oſtendimus, traditus, patrem verbis nudis verſus ſcribere. Quis hunc, praecoci ingenio puerum, atque in immatura aetate maturum judicium non miratur? imo vero, quis non miratur patrem; qui puerum paulo ante, nempe Diſt. XIX. Lib. III. monuerat, quid obſervet in poëtis legendis, apud eundem ſe excuſet, quaſi ſtili poëtici callentiſſimum, quod nudis & ſimplicibus verbis verſus ſcribat? quomodo illa admiratio, atque ille intellectus conveniet puero, ad ima recenter Grammaticorum ſubſellia adducto, ubi vix paucos verſus delibarat? Talem enim fuiſſe Dionyſii filium oſtendi. Vides haec neque Dionyſii inſtituto, neque etiam filio ejus convenire. Quare cum ob hanc, tum ob alias cauſſas, quas ſupra diximus, ab hoc Dionyſii libello propellantur longe, atque ad ſcholaſticorum, quorum ſimiles praefationes exſtant in alios poëtas, ac potiſſimum Virgilium, exercitationes ablegentur. Niſi mavis ad Librarios referre, aut imorum locorum ſcholaſticos, qui, ut majorum gentium Grammatici Virgilio, & grandioribus Poëtis, ſic hi vulgares minutulo huic Catoni haec ſupplementa fabricabantur. Pueris enim legebantur haec Diſticha, ut ex Joanne Sariſberienſi ante oſtendi.

CAP. XXIX.

Diſt. V. *Lib.* I. *explicatur, & adverſus Boxbornium defenditur. βραχυλογίας exemplum. Vita & Mores quomodo diffe-*

differunt. Elegans ſenſus τȣ̃ denique. *Diſtichi* xxxv. *ejuſdem Libri ſenſus, facili emendatione*, cum *in* cui *mutato, expeditur. Sententia Diſt.* xxxix. *eruitur, non perſpecta Boxhornio atque aliis. Duplex uſus vocis* labor. In damno eſſe *quid.* In lucro, in parte lucrorum, adponere lucro, pro lucro, *locutiones Dionyſii, Ovidii, Terentii, Horatii exponuntur, Diſt.* xvii. *Lib.* ii. *lux.* Sumtus abundat *quid.*

Miſſis hinc praefationibus nonnulla Diſticha adgreditur hoc modo. *Jam autem*, inquit, *in ipſis Diſtichis, quam multa ſparſim occurrunt, quae ſine ratione prolata Latinas, purgatasque aures merito offendere debent? Omnia, quae pro me ſtare video, jam referre otium meum non patitur. Potiora ſi breviter excuſſero, quis judicio meo adſenſum non praebebit? Lib.* i. *Diſt.* v.

Si vitam inſpicias hominum, ſi denique mores,
Cum culpas alios, nemo ſine crimine vivit.

Vix video, quid ſibi velit, nam ſententia & conſtructio omnino eſt inepta. Scire cupio, cur pravam lectionem rectae praeferat Boxhornius, imo damnatam a Scaligero aliisque Viris magnis, & praeſtabilioribus Libris; qui habent *Cum culpent* vel *culpant.* Verum nihil vidit in ſenſu hujus Diſtichi eruendo. *Vita hominum* in verſu priori ſignificat homines viventes, ſive ſaeculum praeſens. De qua ſignificatione conſule Cl. Burmannum in Commentario Novo ad Phaedrum Lib. i. in prologo; De elegantia vocis *denique*, etiam cum uni membro ſubjungitur, Salmaſium, Gruterum, Freinshemium, Dukerum ad Florum Lib. i. Cap. xvi. n. 3. Vorſtium ad Sulpicium Severum in Hiſtoria Sacra Lib. i. Cap. xxi. Si quaeris, quomodo hic vita & mores differant, reſpondeo, eodem modo haec diſtare, quo apud Ciceronem, O *tempora, o mores.* Aliter diſtinguuntur illae voces in aliis locis, ut in illo Ciceronis Lib. xv. Fam. iv. *Non tam res geſtas, quam mores, inſtituta, atque vitam imperatorum ſpectare.* (a) *Cum culpant alios*, id eſt; cum homines omnes culpant alios, ſive cum alii culpant

(a) *Vitam & mores multi ſepararunt, alii alio ſenſu, Terent. in Andr.* i. ii. 18. Hic dies aliam vitam adfert, alios mores poſtulat. *Cenſorin. de die Natal. in Praefat.*

pant alios. Haec βραχυλογία eſt, cujus exempla compluria exſtant. Vide Voſſium de arte Oratoria Lib. IV. Cap. XII. Cum autem dicit, *nemo ſine crimine vivit*, oſtendit, nec ipſos crimine vacare, qui culpant. Fuit, cum ſuſpicarer, ſcripſiſſe Dionyſium, *Cum culpant omnes*, hoc ſenſu, cum omnes aliquid reprehendant in aliis; ſed nunc minus placet, quod longius abeat a veſtigiis Scripturae, omnibus Libris prolatae. Pergit ille: *Nec aliter ſentio de Diſt.* XXV. *ejuſdem Libri.*

Ne dubita cum magna petas impendere parva:
His etenim rebus conjungit gratia caros.

Ergo ſummum, ſi Dis placet, amicitiae vinculum eſt, petere magna & parva praeſtare. Verum tu *cum* muta in *cui*, neque quidquam ſuperfuerit, quod merito increpes. Docet in commodum amici non parcendum eſſe pecuniae; certe erogandum eſſe de tuo aliquid, ſi magna illi conciliare poſſis? Horatii eſt Lib. I. Epiſt. I. 125.

PARVIS *quoque rebus* MAGNA *juvari.*

Deinde haec addit Boxhornius de Diſt. XXXIX. *Labor in damno eſſe dicitur, pro laborari in damno reſarciendo: Obſcura eſt dicendi ratio, & quis Latine ſic loquitur?* Nemo, nemo ſic loquitur. Et tamen recte & Latine Dionyſius, cujus ſententiam nec Boxhornius, neque alii interpretes adſecuti ſunt. Diſtichon hoc eſt:

Conſerva potius, quae ſunt jam parta, labore.
Quum labor in damno eſt, creſcit mortalis egeſtas.

Primo dicendum, vocem *labor* aliter uſurpari verſu priori, aliter in verſu altero. In illo ſignificat induſtriam, in hoc rem labore quaeſitam. vide ad Avianum notas meas, Fabula XXXIV. 5. *In damno eſſe* dicuntur, quae deminuuntur; ut *in lucro*, quae augentur. Varro de Lingua Latina pag. 41. *Damnum a demtione, cum minus re factum, quam quanti conſtat. Lucrum a luendo, ſi amplius ex eo luerit, quam quanti eſt emptum.* Atque ita Iſidorus Originum Lib. V. Cap. XXVII. & Paullus L. III. D. de damno infecto. *Damnum ab ademtione, & quaſi deminutione patrimonii.* Ut ergo labor dicitur in lucro eſſe, cum res parta augetur, ſic contra in damno, cum deminuitur. Ovidius Lib. I. Triſtium Eleg. III. 68.

IN LUCRO, *quae datur hora, mihi eſt.*

Verum eſſe, quod dixi, oſtendit τὸ *creſcit*, quod opponitur

nitur *τῶ in damno eſt*, ut ſolet Auctor amare oppoſita. Egeſtas creſcit, cum labor, id eſt, parta bona minuuntur. Quid? ſi dicamus ex calculatorum, & mercatorum uſu locutiones has repetendas. Soliti illi ſunt partes lucri & damni facere, (*a*) atque inde aliquid eſſe dicitur in parte lucri, ſive ut noſter ait Lib. IV. Diſt. VIII. *in parte lucrorum*,

Quod praeſtare potes, gratis concede roganti.
Nam recte feciſſe bonis IN PARTE LUCRORUM *eſt.*

Idem hoc, *in lucro deputare* dixit Terentius in Phormione II. I. 16. & 21.

Quidquid praeter ſpem eveniat, omne id DEPUTARE *eſſe* IN LUCRO.

(*b*) *Apponere lucro* Horatius Carminum Lib. I. Ode IX. 14, 15.

Quem ſors dierum cunque dabit,
LUCRO APPONE.

Pro lucro Dionyſius Lib. I. Diſt. XXXIII.

Quum dubia incertis verſetur vita periclis,
PRO LUCRO *tibi pone diem, quocunque laboras.*

Daumium hic conſuluiſſe juvabit. Ex his apparet, quid ſit, *in damno eſſe*. Neque tamen intercedo, quo minus quis haec ſimplicius hoc modo interpretetur. *In damno* dicitur, quod eſt damnoſum; *in lucro*, quod eſt lucroſum, quemadmodum *in pretio*, quod eſt pretioſum. Sic & *in armis eſſe* dicitur armatus, & ſexcenta alia. Non longe ab hujus Diſtichi ſenſu deflectit illud Lib. II. Diſt. XVII.

Utere quaeſitis modice: Quum ſumtus abundat,
Labitur exiguo, quod partum eſt tempore longo.

Nam & hoc modo verſus prior eſt diſpungendus. *Sumtus* autem *abundare* dicitur, cum ratio non conſtat, ſive cum plus expenſum, quam acceptum fuerit; aut cum ſumtus majores ſunt, quam reditus. Ea namque, ut ſcribit Nonius, abundare dicuntur, quae ſuperſunt & ſupra modum ſunt.

CAP.

(*a*) *Vid.* §. I. *Inſt. de Societate.*
(*b*) In tabulis lucelli *Catullus in Carm.* XXVI. *ubi vid. Iſ. Voſſius, atque alii.*

CAP. XXX.

In Diſt. x. *Lib.* II. *fruſtra tricatur Boxbornius. nec non in* XIII. *ejusdem Libri.* Invidia nimio cultu *id eſt ex cultu. Locutio baec multis ignorata corrupit Diſt.* XXXVII. *Lib.* I. *Ejus vera lectio adſerta.* Dolor culpis, *id eſt ex culpis.* Culpae *in plurali recte. Multa Scriptorum aliorum loca expoſita.* Damnum injuria, *id eſt ex injuria. Aliter Hotomanus & Menardus.* Corpore cuſtos *in antiquo lapide, id eſt corporis.*

D*Iſt.* x. *Lib.* II. *legitur* (verba haec ſunt Boxhornii)

Cui ſcieris non eſſe parem te, tempore cede,
Victorem a victo ſuperari ſaepe videmus.

Verſiculus ſecundus nihil cum priore commune habet, cum tamen rationem ejus reddere velle videtur. Quotus eſt, qui non dicat, ſoli me lumen inferre, ſi Diſtichon hoc, quo nullum evidentius, nullum clarius eſt, exponerem? Et tamen qui interpretationem volet, eum ad Eraſmi paraphraſin adlego. Exputare mehercle nequeo, quid id ſit, quod remoratum eſt Boxhornii mentem. Perſpicua enim omnia ſunt. Quare intactum relinquo; conſonum hoc Ovidii, tametſi in cauſſa alia, adjiciam Art. II. 197.

Cede repugnanti, CEDENDO VICTOR ABIBIS.

Atque ad alias ejus cavillationes & calumnias propero. *Diſt* XIII. *ejusdem Lib.* II.

Invidiam nimio cultu vitare memento.

Scio, quid velit, nimio ſcilicet cultu invidiam non debere provocari. Sed an non ita loquitur, ut contrarium facilius intelligi poſſit? memento per nimium cultum invidiam vitare. Neſcio, quomodo hoc concoquere potuerint eruditi. Vis itaque me dicere? ſuave eſt, jucundum, lene, quare facile ii concoquerunt, qui ſtomacho non languido fuerunt. In conſtructione haec ſunt conjungenda *Invidiam nimio cultu*, id eſt, nimii cultus, ſive ex nimio cultu. Quanquam autem longo exemplorum catalogo tueri licet hanc conſtructionem, non tamen exiſtimo eam perſpectam fuiſſe ex plebe Eruditorum hominibus. Nam & ejus ignoratio haud dubie corrupit, aut jam corrumpere coepit verſum priorem in Diſt. XXXVII. Lib.

Lib. I. Quem vulgatiores in his terris Editiones hoc modo exhibent.

Servorum OB CULPAM *quum te dolor urget in iram.*

Libri vero ſcripti complures ita:

Servorum CULPIS.

In Leidenſi altero eſt *culpa.* Verum hoc, nec non *ob culpam* ſubſtitutum eſt ab illis, qui vocem hanc in plurali uſitatam negabant, in quorum numero eſt Diomedes de Oratione & partibus ejus, Libro primo, ubi de ſpecie. Verum pluralis defenditur exemplo Horatii & aliorum. In illo autem verſu, *dolor culpis*, vindicatur hoc dicto, *Invidia luxu*, de quo, quamquam & Libri omnes, ſi recte memini, probant, minus dubitandum, quod & ita legit Columbanus in Monoſtichis CXXXVIII. Accipe ergo ſimiles aliorum conſtructiones, non quas Wachius produxit ad Diſt. XXXVII. neque enim illae aptae ſunt, ſed alias. Virgilius Georgicorum Lib. II. 24.

——— *hic ſtirpes obruit arvo,*
Quadrifidasque ſudes & acuto ROBORE VALLOS.

Id eſt vallos ex robore & 387.

ORAQUE CORTICIBUS *ſumunt horrenda cavatis.*

AEneidos Lib. I. 555.

Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem,
Et SILVIS *aptare* TRABES.

& verſ. 87.

Caeruleae cui terga notae, maculoſus & AURO
Squamam incendebat FULGOR.

Id eſt, fulgor ex auro, nam & haec Servius conjungit, ſic & alibi VII. 815.

——— FIBULA *crinem*
AURO *internectat.*

Tuentur haec lectionem codicis Romani, quem inſpexit Pierius AEneidos VI. 204.

Diſcolor unde AURO *per ramos* AURA *refulſit.*

& 272.

Qualis ſaepe viae deprenſus in aggere ſerpens,
Aerea quem obliquum rota tranſiit, aut gravis ICTU
Seminecem liquit SAXO, *lacerumque viator.*

Malo enim *ſaxo* reducere ad *ictu*, quam ad *liquit*. VII. 450.

——— *geminos arrexit* CRINIBUS ANGUES.

XI. 224.

Multa virum meritis ſuſtentat FAMA TROPAEIS.
Laberius apud Macrobium Saturnalium Lib. II. Cap. VII.
Si tibi erat libitum litterarum LAUDIBUS
Floris cacumen noſtrae FAMAE *frangere.*
Avianus noſter Fab. XXXVIII. 7.
Vana laboratis aufer MENDACIA DICTIS.
& ſic interpres vetus Matth. XIII. 32.
Quod MINIMUM *quidem eſt omnibus* SEMINIBUS.
Neque aliter explicanda haec Juriſconſultorum formula, *damnum injuria* ſic L. I. & XXIX. §. 3. D. ad L. Aquiliam, & ſaepe alias. Eodem modo Cicero pro Roſcio Comoedo Cap. XI. *judicio* DAMNI INJURIA *conſtituto.* Ad quem locum Hotomanus & Menardus ſupplendum monent, damnum injuria datum. Sed non opus hoc adminiculo. (*a*) Tibullus I. II. 24.
HOSTIA *erit plena ruſtica porcus* HARA.
Qui alibi praepoſitionem addit II. I. 57.
Huic datus e pleno memorabile MUNUS OVILI.
Propertius IV. 6. 49.
Et favet EX HUMERIS *hoc* ONUS *omne meis.*
Omittit rurſus praepoſitionem Virgilius AEneidos I. 169.
CORYTIQUE *leves* HUMERIS.
Suetonius in Auguſto Cap. LXXI. EX *quibus ſive* CRIMINIBUS *ſive maledictis*, INFAMIAM *impudicitiae facillime refutavit.* conſtrue *infamiam impudicitiae ex illis criminibus.* Et niſi genitivus *impudicitiae* eſſet, haud dubie dicturus fuit *infamiam criminum.* Pertinet huc illud Virgilii AEneidos I. 171.
——— *vivoque* SEDILIA SAXO.
(*b*) Calpurnius Ecloga V. 24.
——— CESPITE *vivo*
Pone FOCUM.
Talia ſunt *Sargus Ægypto*, quod Lucilii eſt. vide Feſtum

(*a*) *Atque ita rubrica Inſtitutionum Juſtiniani Lib.* III. *tit.* XXII. De conſenſu obligatione, *quam ex codd. antiquis exhibet Vir Ampliſſimus Everardus Otto, in Commentario ad Inſtitut. id eſt, de obligatione ex conſenſu.*

(*b*) *Idem AEneid.* III. 688.
Vivo praetervehor OSTIA SAXO.
Ubi Servius ablativum pro genitivo poſitum ſcribit. ejusdem Virgilii eſt abiete puppis, *id eſt ex abiete AEneid.* V. 663.

ſtum in *Sargus*. *Taeda ſulphure*, *currus auro* & quae praeterea notata ſunt a Palmerio in ſpicilegiis, vide Facem Critic. Tom. IV. pag. 653. Vechnerium in Hellenolexia pag. 86. Nec falletur, qui dixerit ablativum pro genitivo uſurpari Dionyſio, cum dicit *invidiam luxu* pro luxus. (*a*) Nam crebro hi caſus inter ſe commutantur, cujus rei rationes multae & variae poſſunt dari, praeſertim ſi Linguae Graecae idioma, & conſtructiones in partes vocaveris. Sed mitto hoc, nemo dubitat, quin pleraque loca, quae propoſuimus modo, caſum ſecundum aeque, atque ſextum admittant. Nec libet alia conſtipare: unum prodo ex antiquis marmoribus: CORPORE CVSTOS Gruterus in Theſauro Inſcript. pag. DC. 12. 13. Salvinius & Gorius in Inſcriptionibus Etruriae parte I. pag. 397. *corporis cuſtodes* in Libris vulgatis ſcribuntur. (*b*)

CAP. XXXI.

Diſt. XX. *Lib.* II. *expoſitum.* Semper *ſolet nominibus adponi* ſemper referens, ſemper patientia. *Diſt.* XXX. *illuſtratum. Tentatur Diſt.* VI. *Lib.* III. Segnities *animi videtur*, ignavia *corporis.* Noxia *pro* damno *minus cognita Grammaticis. Lib.* IV. *Diſt.* IV. *emendatum & expoſitum. Taciti lectio tentata.* Abere *pro* avere in MS. Ornatus *eſt capitis & maxime capillorum.* Ornatrices *quae. Plecuſae*, σύμπλοκοι, κοσμήτορες *qui ornandi artificium. Quem ornatum Tacitus probet.* Forma *elegantiorem ornatum notat & praecipue feminarum.* Forma neglecta *apud Ovidium quomodo capiendum. Stoici cultum probabant.* Sanctus *id eſt caſtus & abſtinens a ſtupris. Servius obiter expletus.* Honeſtus, *id eſt pudicus.* Infames & turpes *qui. Speculi uſus infamis viris.*

(*a*) *Virg. Ecl.* III. 39.

Hedera pallente corymbos.

(*b*) *Aggenus Commentar. in Frontinum. apud Goeſium in Rei Agrar. Scriptoribus*, *pag.* 54. aere Scriptura. *ſed Hygin. de Limitib. Conſtit.* aeris Libros *pag.* 193. & aeris tabulas. *Signum aere*, *id eſt ex aere*, *Murator. Inſcr. Theſ. pag.* DXVI. n. 5. *ubi* aereum *ſupplet Muratorius*, *quem ſequitur Orvillius Miſcell. Obſerv. anni* 1741. *Tom.* III.

ris. Ornatus *etiam cultum corporis totius notat. Diſtichon hoc optime convenit Ovidii ſententiae. Ornatior veſtitus probatus Catoni majori & aliis ſummis viris.*

REdeo ad Boxhornium. *Quam inſulſus*, inquit, *etiam verſiculus prior Diſt.* xx. *Lib.* II.

Noli tu quaedam referenti credere ſemper.

Quaedam *hic ſtolide ponitur. pro eo* multum *fuerat dicendum.* Supra Lib. I. Diſt. XXXVIII. *Semper referens* eſt homo loquax & garrulus: *ſemper* autem ſolet nominibus hoc modo adponi. *Semper lenitas* eſt apud Terentium, ad quem Viri docti plura ejusmodi obſervarunt. *Semper patientia* apud Dionyſium noſtrum Lib. I. Diſt. XXXVIII. Tali autem garrulo nec omnia vult credi, nec nulla, ſed *quaedam.* Non ergo omnem huic fidem derogat, ſed exiguam ei tribuit, inde verſus alter:

Exigua eſt tribuenda fides, qui multa loquuntur.

Sententiam Diſtichi hujus complexus eſt uno verſu Columbanus in Monoſtichis XL.

Omnia quae dicunt homines, tu credere noli.

Spectat quodammodo huc Fabula Phaedri III. 10. *de credere & non credere.*

Iterum Boxhornius. *Diſt.* XXX. *Quis ferat illud:*

Sit tibi praecipue, quod primum eſt, cura ſalutis.

Praecipue & quod primum eſt, nunquid idem ſignificant? Non nego. Sed nego, *quod* hic pronomen eſſe. Idem ſignificat, quod *quia*, & haec Catoniani Diſtichi mens eſt, quia ſalus, omnium rerum ſive negotiorum primum eſt, ſit tibi praecipue ejus cura. (*a*) Falleris, ſi putas, dicendum ſic fuiſſe, *quod* PRIMA *eſt.* Nam exemplorum conſimilium abunde. Mox acerbius agit Boxhornius.

Idem, inquit, *videbis Diſt.* VI. *Lib.* III.

Segnitiem fugito, quae vitae ignavia fertur.

Aſinina Tautologia eſt. Tautologiam hic nullam video; nam ſegnitiem animi facit, ignaviam vitae vel corporis. Vide ergo, an placeat interpretatio Daumii: Segnities fertur ignavia vitae, id eſt, fertur vitam facere ignavam. Omnia bene haberent, ſi pro *ignavia* reponere

(*a*) *Convenit nonnihil hoc Apuleji Metamorph. Lib.* I. Quod eſt mihi ſumme praecipuum.

ponere liceret *noxia*, verum Auctoris hanc vocem eſſe nolo adſeverare. Forte vox rarior, & minus intellecta Librario ea fuit, quam malim inveſtigare alios. Et tamen ipſa vox *noxia* ſubſtantive uſurpata pro damno & nocumento, Viris tantum Eruditioribus, non & Librariis, imo ne Grammaticis quidem mediocribus fuit cognita. Servii Sulpicii ſententiam de hac voce vide apud Feſtum. adde, quae de ea porro diſputavit Perizonius ad Sanctii Minervam Lib. IV. Cap. IV. 23. & quos citavit Dukerus ad Opuſcula Veterum JCtorum pag. 17. Forte verbum tritum, aut dictum aliquod nobile vetuſtioris poëtae Noſter cogitavit, quo ſegnities notabatur: quale eſt hoc Horatii Lib. II. Sat. III. 14. quo fertur ſegnities, aut ſi mavis deſidia, Seiren:

> *Vitanda eſt improba* SEIREN
> DESIDIA.

Vide ſupra Cap. IX. Quid autem, ſi totum Diſtichon ſuppoſitum arguamus? Nullus utique moleſte ferre poterit, cum plura falſa oſtendimus, unum praeterea falſitatis arguere. Sed utemur hac ratione, cum ſervandi ſpes nulla eſt, quae nec dum decolavit.

Properamus ad obtrectationem Boxhornii ultimam. *Quid putidius ſingi poteſt, quam Diſtichon Lib.* IV. *ſi recte ſe habeat lectio vulgata:*

> *Dilige denari, ſed parce dilige formam:*
> *Quam nemo ſanctus nec honeſtus captat ab aere.*

Quid eſt parce diligere denarii formam, eamque neminem ſanctum vel honeſtum ab aere captare? ſcio vulgo ſic exponi, prudentis eſſe, amare pecuniam, quoad uſum; ſtulti vero eſſe, & avari, pecuniam amare, ut forma ejus atque ſpecie oculi tantum paſcantur. Praeclara quidem ſententia, ſed quomodo ea ex verbis Diſtichi elici queat, nondum video; forſan tamen ſtupor hic non tam Auctori, quam deſcriptoribus debet imputari. Facile crediderim, primitus ita ſcriptum fuiſſe:

> *Dilige* DENARIUM, *ſed parce dilige.* FAMAM
> NAM *nemo ſanctus* VEL *honeſtus captat* AB *aere.*

DENARIUM *habent omnes Libri MSS. etiam noſter. Primus Scaliger reſtituit* DENARI, *nempe* FORMAM, *non alia de cauſſa, quam quia ſecunda in* DENARIUS *produci debeat. Sed ea emendatione non eſt opus.* DENARIUM *hic triſyllabon eſt, per licentiam poëticae contractionis: cu-*

jus-

juſmodi exempla apud alios, etiam caſtigatiſſimos Auctores exſtant. Quidquid ſit, nihil eſt, quod vulgo legitur. Hic verſus multos exercuit, neque interpretes duntaxat, ſed & (a) Salmaſius de eo interpretando laboravit ad Lampridium in Alexandro Severo Cap. XXXIX. Quot autem capita, tot ſententiae. Hoc unum rogo, ne in tanta opinionum varietate meam conjecturam declaraſſe fraudi mihi ſit. Ipſe quidem moleſte non feram, eam reliquis poſthaberi. Omnes autem in eo maxime deſudant, ut, quid forma denarii ſit, elucident. *Formam pecuniae* quam dixerit Tacitus Annalium Lib. XVI. Cap. I. de moribus Germanorum Cap. V. notum eſt: quaeque alias dicatur, & quae mens ſit Juriſconſulti in L. XCIX. D. de Solutione, hujus loci non eſt inquirere, fiet id a nobis oportuniore tempore. *Formam* & *famam* Librariorum oſcitantia mutatam non nego, & forte commutata illa apud Tacitum Annalium Lib. III. Cap. LII. ubi de Afro oratore, *proſperiore eloquentiae, quam morum fama fuit*, nunc *forma* legitur. Ita ſcripſiſſe Dionyſium puto,

Dilige TE ORNARI, *ſed parce dilige formam,*
Quam nemo ſanctus nec honeſtus captat HABERE.

Nihil deceſſi ab Auctoritate Veterum Librorum, niſi quod *denarium* mutavi in *te ornari*, qui pronus eſt Librariorum lapſus. Tanto autem commendabilior eſt haec lectio in Auctore ſimpliciſſimo, quanto ea ſimplicior eſt & nudior. *Habere* in verſu altero refinxi ex τῷ *haberi*, quod editum eſt a Scriverio. Noveram etiam, quam exiguo diſcrimine litterarum a vetuſtis *ab aere* & *habere* exarata fuerint. (b) Imo pro *aere* ſcriptum ab illis repperi *bere*, ut in inſtrumento, inſcriptionibus Donianis addito pag. 469. 475. & 481. Nec me fefellit haec conjectura, quod eam probant MSS. Codices tres, ab Arntzenio noſtro inſpecti. Quid ornatus ſit, docet Tertullianus de Habitu muliebri Cap. IV. *Habitus*

(a) *Barthius ad Statium Achill. Lib.* II. V. 49.
(b) *Vid. Iſ. Voſſium ad Catullum Carm.* IV. *atque ita* abere *pro* habere *apud Reineſium in Syntagm. Inſcr. Cl.* XX. *n.* 333. HIC ABET SEDE, *id eſt, hic habet ſedem. Atque ita* habe *pro* ave *in Libro vetuſto Wurceburgenſi, de quo Ritterus in Praefatione Cod. Theodoſ.* IV.

Habitus feminae duplicem ſpeciem circumfert, *cultum &* ORNATUM. *Cultum dicimus*, *quem mundum muliebrem vocare*, ORNATUM, *quem* IMMUNDUM MULIEBREM *convenit dici. Ille in auro*, *& argento*, *& gemmis*, *& veſtibus deputatur. Iſte in* CURA CAPILLI, *& cutis*, *& earum partium corporis*, QUAE OCULOS TRAHUNT. Ornatus ergo potiſſimum in capitis, id eſt, capillorum & oris cura conſiſtit, unde ornatus dicitur Varroni de Lingua Latina pag. 32. ſed locus mendoſus eſt, quem ita purgari velim: *Ornatus*, *quaſi ab* ORE NATUS. *Huic* (nunc *binc* legitur) *enim maxime ſumitur*, *quod condeceat*: legitur nunc *eam deceat*: Atque inde *ornatrices*, quae in comendo capite, & maxime capillis, occupabantur, quae in gloſſis *ornatrix* ἐμπλέκτρια, σιράτρια, (*a*) adde, quae de his Popma de Servis, & Pi-

(*a*) *Plecuſa eſt apud Martial. Lib.* II. *Ep.* LXVI.

Unus de toto peccaverat orbe comarum
  Annulus, incerta non bene fixus acu.
Hoc facinus Lalage ſpeculo, quo viderat, ulta eſt,
  Et cecidit ſectis ipſa PLECUSA comis.
Deſine jam, Lalage, triſtes ORNARE capillos
  Tangat & inſanum nulla puella caput.

Adde Barth. ad Stat. Theb. Lib. IV. 743. *Macrob. Saturn. Lib.* II. *Cap.* V. Julia mature habere coeperat canos, quos legere ſecreto ſolebat. Subitus interventus patris aliquando oppreſſit ORNATRICES. *Caeſares quoque & Deae ſuos* συμπλόκους *&* κοσμήτορας *habuerunt*: *id quod addo*, *quo magis intelligas*, *Ornatum hunc honeſtum fuiſſe. Murator. Theſaur. Inſcr.* LIV. 6.

ΗΡΑΚΛΗ. ΒΑΣΙΑ
Λ. ΑΝΤΟΝΙΟΣ. ΑΠΕΛ
ΣΕΒ. ΚΟΣΜΟΠΛΟΚΟΣ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Κοσμήτωρ *&* Κοσμήτειρα *Dianae*, *Idem* CLXIV. 4. *ornandi artificium ſcite pingit Apulejus Metam.* II. *pag.* 245. *Edit. Pric.* Aliaeque nitentibus ſpeculis pone tergum revertis venienti Deae obvium commonſtrarent obſequium: & quae pectines eburneos ferentes geſtu brachiorum, flexuque digitorum, ornatum atque oppexum crinium regalium fingerent. Ornare crinem *dixit Hieronymus ad Demetriadem de virginitate ſervanda.* Polire faciem, purpuriſſa & ceruſſa ora depingere, ORNARE CRINEM, & alienis capillis turritum verticem ſtruere. *Quem ornatum & quam formam Tacitus probet*, *ex hoc intellige*, *quod de Suevis commemorat* de

& Pignorius de Operis ſervorum: & Pricaeus ad Apulejum Metamorph. pag. 673. Mol ad Longi Paſtoralia Lib. I. pag. 10. Nicol. Heinſius ad Ovidium Amorum Lib. II. VII. 17. & VIII. I. Heſſelius in Indice VIII. Gudii Inſcriptionum in voce *Pſecas*. *Forma* vero comtiorem & elegantiorem ornatum denotat, qui laudatur in feminis, in viris autem, ſi nimius eſt, improbatur. Improbat eam Ovidius etiam in illo Libro, in quo tenerorum Luſor Amorum artes omnes placendi puellis cumulat, id eſt, Amatoriae Artis. I. 505. & ita deſcribit.

Sed tibi nec ferro placeat TORQUERE CAPILLOS:
Nec tua mordaci pumice CRURA TERAS.
Iſta jube faciant, quorum Cybeleia Mater
Concinitur Phrygiis exululata modis.
FORMA VIROS NEGLECTA DECET.

Neglectam interpretor, non omnino incuratam, ſed neglectius habitam, id eſt, ut Dionyſius dicit, *parce dilectam*. Aliquam enim curam ei dari vult a Viris Ovidius, ita namque paulo poſt 517.

NEC MALE *deformet rigidos tonſura* CAPILLOS:
Sit COMA, *ſit docta barba reſecta manu.* (a)

Imo

de Morib. Germ. Cap. XXXVIII. Principes & ornatiorem habent *capillum*, ea cura formae, ſed innoxiae. Neque enim ut ament, amenturve; in altitudinem quandam & terrorem adituri bella compti, ut hoſtium oculis, ORNANTUR. *Appoſite Petronius Cap.* CXXVI. Quia noſti Venerem tuam, ſuperbiam captas, vendiſque amplexus, non commodas. Quo enim ſpectant FLEXAE PECTINE COMAE, quo facies medicamine attrita? & oculorum quoque mollis petulantia? quo inceſſus tute compoſitus? niſi quod FORMAM proſtituis, ut vendas?

(a) *Egregie hanc formam, quae virum decet, deſcribit Cicero, Lib.* I. *de Offic. Cap.* XXXVI. Ergo a forma removeatur omnis viro non dignus ornatus; & huic ſimile vitium in geſtu, motuque caveatur. Nam & palaeſtrici motus ſaepe ſunt odioſiores, & hiſtrionum nonnulli geſtus inepti non vacant offenſione: & in utroque genere, quae ſunt recta & ſimplicia laudantur. Formae autem dignitas coloris bonitate tuenda eſt: color exercitationibus corporis. Adhibenda eſt praeterea munditia non odioſa, neque exquiſita nimis; tantum quae fugiat agreſtem & inhumanam negligentiam.

Imo haec eſt forma, quam Schola Dionyſii, id eſt, ſecta Stoicorum probabat. Ita namque de illa Seneca ad amicum ſcribit in Epiſt. v. *Illud autem te admoneo, ne illorum more, qui non proficere, ſed conſpici cupiunt, facias aliqua, quae in habitu tuo, aut genere vitae notabilia ſunt. Aſperum cultum, &* INTONSUM CAPUT & *negligentiorem barbam.* Vere autem atque aptiſſime Veterum moribus, ſubjungit Dionyſius, Virum *ſanctum* atque *honeſtum* neminem affectaſſe formam, non parce, ſed nimis ornatam. Vir enim *ſanctus* eſt, qui ab adulteriis inceſtisque amoribus abſtinet. Hinc *ſancta uxor* apud Phaedrum Lib. III. Fab. x. Tacitum Annalium Lib. XIV. Cap. LX. *Quendam ex miniſtris Octaviae impulit ſervilem ei amorem objicere. Deſtinaturque reus cognomento Eucaerus, natione Alexandrinus, canere tibiis doctus. Actae ob id de ancillis quaeſtiones: & vi tormentorum victis quibusdum, ut falſa annuerent, plures perſtitere* SANCTITATEM DOMINAE *tueri.* Lactantium Divinar. Inſtitut. Lib. VI. Cap. XXIII. *Nam neque maritus circa corrumpendas aliorum conjuges occupatus, poteſt vacare domeſticae* SANCTITATI. Crebro in titulis monumentorum uxor, conjux, mulier *ſanctiſſima.* Virgilius AEneidos Lib. IX. 158.

Tuque o SANCTISSIMA CONJUX.

Ubi Servius *Sanctiſſima incorruptae caſtitatis ſignificat.* verba mutila ſunt, quibus adde *honorem* aut *uxorem:* ex Macrobio Saturnalium Lib. III. Cap. III. ubi eadem paene memorantur, ut fuerunt aequales Macrobius & Servius atque amici. Et ſic *praeceptorem* SANCTISSIMUM intellige apud Quinctilianum Inſtitut. Orat. Lib. I. Cap. II. adde praeterea, quae Cl. Dukerus habet ad Flori Lib. I. Cap. VI. 4. *honeſtus* autem dicitur, qui pudicus erat, nec pathicus. Catamiti enim & cinaedi inhoneſti, turpes, infames (*a*) appellabantur. Juvenalis Satyra II. 21.

Ego te ceventem, Sexte, verebor?
INFAMIS *Varillus ait.* (*b*)

Hoc

(*a*) *Ita* lis TURPISSIMA, *quae de paederaſtia Petron. Cap.* X. *atque in eodem capite.* Multo me TURPIOR es me hercule.

(*b*) *Petron. Cap.* XCII. Quis enim eques Romanus, ut ajebant, INFAMIS, ſua veſte errantem circumdedit. *Atque ita* infames

Hoc ergo innuit Dionyſius, eos, qui non ornari ſimpliciter volebant, ſed formae plus aequo ſtudebant, habitos fuiſſe matrimoniorum ſubſeſſores, ac cinaedos. Et haec cauſſa eſt, cur Quinctilianus *ornatum virilem* & *magnificum*, Lib. VIII. Cap. III. mox *ſanctum* & *honeſtum* nominat. Quanta infamia formae fuerit in Viris, docet Syneſius in Calvitio, ubi narrat, ad conſpectum formoſi vulgare verbum fuiſſe: ὅτι ἄνθρωπος οὗτος τῇ χίων θεῷ, καὶ τοῖς ἰθυφάλλοις ὠργίασεν. *Hominem illum Chiorum Deae, atque Ityphallorum Orgia celebraſſe.* Et Quinctilianus Inſtitut. Orat. Lib. II. Cap. V. *atque etiam, qui ſpecie capiuntur, vulſis levatisque, & inuſtas comas acu comentibus, & non ſuo colore nitidis, plus eſſe* FORMAE *putant.* Ex quo intelligimus, quid ſit forma; eam autem foediſſimam ſcribit Lib. VIII. in prooemio, in quo tamen *ornatum* probat, quem *cultum conceſſum* & *magnificum* nominat. De cultu autem muliebri & luxurioſo, id eſt, de forma, haec addit, *non corpus eum ornare, ſed mentem detegere*, nempe adulteri aut pathici. Quare Tacitus de moribus Germanorum Cap. XXXVIII. Suevorum principes tradit *ornatiores habuiſſe capillos*, eamque curam *formae* fuiſſe ſed *innoxiae*. Et Sidonius Apollinaris Carmine V. 325.

Hinc TURPIS, *quod* PULCHER *Otho.*

Qui inde pathicus dicitur Juvenali Satyra II. 99. Ovidius etiam, ut ſupra vidimus, infamibus Idaeae matris ſacerdotibus eam pulchritudinem, aut, rectius dicam, formam tribuit.

Et ſi quis MALE VIR *quaerit habere virum.*

Tanta porro fuit formae hujus invidia in Viris, ut propterea ſpeculi uſum, ad quod ea componebatur, Viris negarent. vide Macrobium Saturnalium Lib. II. Cap.

fames rei *L.* 31. *C. ad L. Jul. de Adult.* & infamis injuria. §. *ult. Inſt. de his, qui ſui vel al. jur. Lampridius in Commod. Cap.* IX. Omne genus infamavit hominum, & ab omnibus infamatus. & *ſic* infamis *apud Capitolin. in Maximin. Cap.* IV. & infamia *apud Ciceron. pro Coel. Cap.* V. *Tertullianus in Carmine ad Senatorem, de Gallis Cybeles..*

Cujus cultores INFAMIA TURPIS inurit.

De voce honeſtus *vid. Savaro ad Sidonium Apollinar. Lib.* VI. *Epiſt.* IX. *init.*

Cap. IX. Apulejum in Apologia haud longe ab initio; Sidonium Carmine v. 324. & VII. 107. Gellium Lib. VII. Cap. II. quare Phaedrus ſpeculum rem feminarum appellat Lib. III. Fab. VIII. II. adde quae adverſus καλλωπιζομένους τῶν ἀνδρῶν diſputat Clemens Alexandrinus Paedagogiae Lib. III. Cap. III. Vides ex his, ornatum, de quo Dionyſius, me non citra Linguae Latinae uſum ad capitis comtum revocaſſe. Si quis tamen maluerit de totius corporis cultu, id eſt, de veſtitu decoro interpretari, non me in eo adverſarium habebit. Neque ſic non conveniet noſtro & Ovidio. Noſter ornatum probat, eum Ovidius munditiem nominat, atque ut intelligas munditiem hanc ſignificari noſtro, ita ille in ſententiis minoribus, quae praemittuntur Libro primo, *Mundus eſto*; quod fortaſſe lemma fuit hujus Diſtichi, de quo hic diſputamus. Formam parce diligi vult noſter, nec plane negligi Ovidius. Sed utile erit adſcribere verſus hujus Poëtae, qui egregie illuſtrant ſententiam Dionyſii. Haec autem ſubjicit iis, quae ante ex illo ad partes vocavi:

FORMA VIROS NEGLECTA DECET. *Minoïda Theſeus*
Abſtulit, a nulla tempora comtus acu.
Hippolytum Phaedra, nec erat bene cultus, amavit.
Cura Deae, ſilvis aptus, Adonis erat.
MUNDITIAE PLACEANT: *fuſcentur corpora campo:*
Sit bene conveniens, & ſine labe, toga.
Linguaque ne rigeat: careant rubigine dentes:
Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.
Nec male deformet rigidos tonſura capillos:
Sit coma, ſit docta barba reſecta manu.
Et nihil emineant, & ſint ſine ſordibus ungues:
Inque cava nullus ſtet tibi nare pilus.
Nec male odorati ſit triſtis anhelitus oris,
Nec laedant nares, virque paterque gregis.
Cetera laſcivae faciant, concede, puellae,
Et ſi quis male Vir quaerit habere virum.

Neque hunc ornatum abnuit Cato Priſcus, *veſtiri*, inquit, *in foro honeſte, mos erat; domi, quod ſatis erat*, vide Gellium Lib. IX. Cap. II. licet exempla proferre Virorum maximorum, cum in Graecorum, tum Romano-

manorum civitate, qui delectati ſunt ornatiore habitu, Alcibiadis, Ariſtotelis, Zenonis, Caeſaris, Hortenſii & aliorum. Dictum Accii Poëtae vetuſtiſſimi eſt,

Diſcincta veſtis, diſcinctus animus, ne nega.

CAP. XXXII.

Vindiciani teſtimonium unicum abunde refutat Boxhornii opinionem de aetate Dionyſii. Male ille verſum Vindiciano memoratum Catoni illi tribuit, de quo Sulpicia, id eſt, Priſco ſeu majori. Medicos exoſus fuit is Cato. Jocularis error Boxhornii & interpretatio verſus Satyrae Sulpicianae. Sententia Catonis, Valerii, *id eſt, ipſe Cato, ipſe Valerius. Sic* Virtus Catonis, vis Herculis *atque alia.*

HOc modo ſibi optime defunctus eſſe videtur accuſatione Boxhornius, ſed ita ut plura exagitanda relinquat; quae quia in medium non protulit, illi divinent, quibus crimina alia vera fuerunt viſa. *Atque haec*, inquit, *e multis pauca. Cetera ingenio & judicio legentium remittimus, & ſatis nos pro ſententia noſtra dixiſſe exiſtimamus. Non tamen inficias eo, quaedam, ſed valde pauca, acuta in hoc opuſculo exſtare, quae facile eſt a reliquis diſcernere, & credibile eſt, multa talia antiquitus Catonis nomine fuiſſe evulgata, quae jam periere. Et ſic factum, ut ejus meminerit vetus ſcriptor Vindicianus, Comes Archiatrorum, in Epiſtola ad Imperatorem Valentinianum, ubi ait, quendam oculorum rheumate laborantem, flentem & gementem illud Catonis ſaepe repetiiſſe,*

Corporis auxilium medico committe fideli.

Vulgo ſed male pro auxilium, exigua *legitur.* Vide autem quam hic omnia turbet & miſceat, ut huic noſtro Catoni verſum illum a Vindiciano laudatum eripiat. Neque id mirum, de eo tantopere illum laborare; ſi quidem is unus, ſi alia nulla indicia eſſent, evincit, Catonem hunc Dionyſium ad antiquiora tempora revocandum, omnemque Boxhornii operam, quam in redarguendo eo poſuit, irritam eſſe. Adſcribit ergo hunc verſum alii Catoni, & quidem ei, quem Sulpicia memorat: is autem Priſcus eſt, atque adeo Cato major ſive Cenſorius: eum namque hoc cognomine in-

inſignem fuiſſe docet Plutarchus. Verum nec ſermo, nec ſententia Priſco huic Catoni convenit. Multi Catonis vitam, plures ſcripta prodidere; eorum nullus tamen carmina aut verſus ab ipſo compoſitos meminit. Exſtant hodie monumentorum ejus fragmenta, ſed in iis nullum verſum oratione ligata ſcriptum reperias, neque puto, ſi ſcripſerat, omnem memoriam penitus intercidiſſe. Verum ſi damus, ſcripſiſſe eum, ſententia praecepti omnino ab animo & ingenio Catonis abhorret. Is enim filium monuit, ut medico corpus & ſalutem committeret? imo diverſa omnia tradit Plinius, qui ipſa Catonis haec verba ponit Naturalis Hiſtoriae Lib. XXIX. Cap. 1. *Dicam de iſtis Graecis ſuo loco, M. fili, quid Athenis exquiſitum habeam, & quod bonum ſit, eorum litteras inſpicere, non perdiſcere. Vincam nequiſſimum & indocile genus illorum, & hoc puta vatem dixiſſe; Quandocunque iſta gens ſuas litteras dabit, omnia corrumpet. Tum etiam magis, ſi* MEDICOS *ſuos huc mittet. Jurarunt inter ſe, barbaros necare omnes* MEDICINA. & poſt pauca addit; *interdixi tibi de medicis.* Eadem paene, ſed Graece de odio ejus in medicos Graecos Plutarchus in vita hujus Catonis, id eſt, Majoris. Nolim exiſtimes Catonem hunc, Graecae gentis duntaxat medicos odio proſecutum fuiſſe, Latinos atque alios probaſſe. Nam ea aetate praeter Graecos nulli fuerunt Romae, qui illam artem factitarunt, ut ex ipſo Plinio diſcimus. Sed lepidum eſt, quod addit Boxhornius: *Et Catonis ſententias in ore omnium fuiſſe, vel ſola Sulpiciae Satyra teſtari poteſt, in qua inter alia dicitur:*

Quos inter Priſci ſententia dia Catonis.

Crediderim uno libello eas fuiſſe comprehenſas. Sed poſtea inepti homines, cum, quae bona non aeſtimarent, quia non didicerant, quae bona, more ſuo corrupere ſubſtituentes ſua, meras febres & oſcitationes. Quaero, ſi Catonis Priſci ſententiae uno libello compoſitae & conjunctae tam celebres fuere, & decantatae, tempore etiam Vindiciani, qui factum, ut nemo Veterum earum mentionem injecerit? Verum mittamus hoc. Quam ſuave illud quod *ſententiam* Catonis in Sulpiciae verſu γνώμην accipit, atque ex earum ſententiarum genere, quae diſcebantur, aut ſaltem legebantur, quales ſunt Dionyſii atque aliorum ſententiae. Anne autem con-

tra *Sententia Catonis* ipſum Catonem ſignificat? neque tantum apud Sulpiciam, ſed & Horatium Lib. I. Sermone II. 32? inſpice loca ipſa, & intelliges, non me, ſed Boxhornium falli. Simili autem modo *virtus Catonis* pro ipſo Catone apud Horatium, ut monuit Douza ad illum verſum Sulpiciae, ita Juvenalis IV. 81.

Venit & CRISPI *jucunda* SENECTUS:

id eſt, ipſe ſenex Criſpus: haud aliter *vis Herculis, forma Junonis*, de qua notat Daumius ad Lib. IV. *Diſt.* IV. pro ipſo Hercule & Junone ponuntur, de quibus monere ſupervacuum. Vellem ergo, ne feſtinationem imputaret Boxhornius, addit namque, quod *hac extemporanea Diſſertatione indicandum cenſuimus.* (*a*) Tandem in eam clauſulam deſinit. *Si cui tamen ſecus videatur, judicium per me quidem integrum ipſi eſto; aliorum enim inſaniam tollere non poſſum, ſed volui caſtigare.* Quid alii velint, neſcio. Mihi liceat, in hac re cum Scaligero inſanire potius, quam ex Boxhornii judicio ſapere. Ceterum placet hoc Quinctiliani Inſt. Orat. VI. Cap. VIII. *Cum judicium meum oſtendero, ſuum tamen legentibus relinquam.*

CAP. XXXIII.

Negligo in MS. *nec lego.* Compoſita verbi *lego* per *e* & *i* promiſcue efferuntur. Salutationes Romanorum. *Utere virtute* quid. *Pati legem* quid. *Expoſtulare* pro *poſtulare* probum. *Tempora*, id eſt fortuna, & temporis ſtatus. Lib. II. Diſt. XXXII. expoſitum. Pronomina *me*, *te*, *ſe* eleganter adjunguntur infinitivis Lib. I. Diſt. XXVIII. explanatum. Sub Imperatoribus cujusque generis artes didicerunt Romani. Lib. II. Diſt. XXV. tentatum. Lib. III. Diſt. XV. expoſitum. *Blandi* & *Blaeſi* quomodo differunt. Lib. III. Diſt. IX. emendatum. *Servus auctus*, id eſt libertate donatus. *Tabulis ſuprema notare* quid. Nomen heredis inſtituti in prima tabula teſtamenti, ſubſtituti in ſecunda & ima ſcribebatur. Cur teſtatores obaerati ſervos

(*a*) *Sed an & tum feſtinavit, cum in notis ad illum Sulpiciae verſum Catonem Priſcum diverſum ſcribit Cenſorio?*

vos ſubſtituerint. Servus heres neceſſarius. Auctionis infamia. Lib. III. Diſt. XVII. tentatum. Solus Princeps ſubacta re publica jura condebat. Juris-conſulti Adſeſſores & conſiliarii Principum. Semeſtria. Lib. IV. Diſt. XLII. expoſitum. *Officiperda* quis. Qui inter amicos *grati*, qui *cari* dicantur. Suetonii lectio defenſa. Quam amicitiae rationem Cato ſequatur. Lib. I. Diſt. IV. explicitum, nec non Lib. I. Diſt. IX. & Lib. IV. Diſt. XV. Socii quo loco fuerint in amicitia. Lib. IV. Diſt. XXXVI. illuſtratum. Pronomen *qui* varie corruptum in MSS. Quot modis diſſolvatur Societas. Exempla trajectionis verborum.

R*Ogatus a Bibliopola, ſi quid haberem, quod novae huic Editioni adjectum vellem, repetii lectionem libelli hujus, & quae recognoſcenti in mentem venerunt cogitationes, ſubnotavi, & peculiari huic capiti ſepoſui, quod nunc proximis adnecto. Praefatio Libri primi finitur hac clauſula:* legere enim & non intelligere, negligere eſt. *In codice MS. Turicenſi, cujus lectiones mecum communicavit Vir Cl. J. Gaſp. Hagenbuchius, exaratum eſt,* nec legere, *quam ſcripturam unice probo hoc loco; eſt enim illa ſat antiqua, atque in innumeris aliorum ſcriptorum codicibus reperta, ut plures monuerunt: Tu vide Dauſquium de Orthographia. Et ne dubites, ita etiam Muratorii marmor vetuſtum pag.* MCDXIV. n. IX.

I. NVNC. ET. DVBIAS. FATORVM. NECLEGE. CLADES.

Ex illa ſcribendi conſuetudine, nec non ex uſu vocis antiquo nec *pro* non (*vid. Commentat. ad Lib.* III. *Diſt.* XXIV. vel *pro* ne quidem *vid. ad Lib.* II. *Diſt.* XXV.) *acumen quaeſivit Praefationis Auctor, quicunque is fuerit. Hoc mihi perſpectum videtur, eum aetate, ingenio, arte longe inferiorem fuiſſe Dionyſio Catone. Puto praeterea non tantum* nec legere *exaratum fuiſſe a nonnullis, ſed &* intellegere, *quam vocis hujus lectionem ex Codd. vetuſtis quidam protulerunt. Imo vero cum ex Libris priſcis, tum ex Grammaticorum antiquorum praeceptis cognoſcimus, compoſita a* lego *promiſcue fuiſſe olim ſcripta per* e *&* i. *Tu vide Pierium ad Virg. Æn.* VI. *v.* 34.

Sententia X. Saluta libenter. *Utrum ad ſalutationes matutinas, quod* officium *nominat Tertullianus de Pallio,*

pag. 29. (*quo pueri, adoleſcentes & cujusque aetatis homines Romae, atque ubicunque Romano more vivebatur, fungebantur,*) *praeceptum hoc referendum, an ad ſalutationes promiſcuas in populo, cujus cauſſa adhibebantur nomenclatores? imo vero ad utrasque pertinere puto.*

Sententia XXXII. Tu te conſule. *Cicero Lib.* II. Famil. *Ep.* VII. *ad Curionem.* Tecum loquere, te adhibe in conſilium, te audi, & tibi obtempera. *Quod addo, ne quis id, quod in nonnullis antiquis Codicibus eſt, in nonnullis etiam Editionibus* Tute, & Tuto, *probet. Forte hoc lemma fuit. Diſt.* XIV. *Lib.* XIV.

Quum te aliquis laudat, judex tuus eſſe memento,
Plus aliis de te, quam tu tibi, credere noli.

Sententia XLIV. Utere virtute, *id eſt exerce virtutem. Noli eam verbis praedicare, quod ſolebant Oſtentatores Philoſophi, ſed exerce illam, atque utere ea, id quod conſuerunt Juriſconſulti, quos Ulpianus in L.* I. §. I. *ff. de Juſtit. & jur. dicit veram Philoſophiam non ſimulatam affectare.*

Sententia LIII. Patere legem, quam ipſe tuleris. *Convenit hoc Phaedri Lib.* I. *Fab.* XXVI.

Sua quisque exempla debet aequo animo pati.

Lib. I. *Diſt.* VII. Ut res expoſtulat. *Qui vocem, puto,* expoſtulat *ſuſpectam habuerunt, mutarunt eam adjecto verſui adminiculo in* poſtulat. *Scio ſaepius aliud ſignificare* expoſtulat, *ſed & pro* poſtulat *uſurpatum nonnullis. Vatinius ad Ciceronem Lib.* V. *Famil. Ep.* X. Quid illis reſpondere poſſum, qui ſua bona direpta, naves expugnatas, fratres, liberos, parentes occiſos, actiones expoſtulant. *Quem locum ſimiliter illi, qui vocem mutabant, corruperunt, quem tuetur Graevius. Suetonius in Tiber. Cap.* XIII. Quo praecipue non jam metu, ſed diſcrimine coactus eſt matris impenſiſſimis precibus expoſtulare, impetravitque. *Adde Tertullianum de Corona Cap.* I. *Quod addit Cato:*

Temporibus mores ſapiens ſine crimine mutat.

Huic accommodatiſſimum eſt hoc Ciceronis Lib. I. Famil. *Ep.* IX. Neque permanendum in una ſententia, converſis rebus, ac bonorum voluntatibus immutatis: ſed temporibus adſentiendum. *Nam hic locus & ſententiam Dionyſii & vocem* temporibus *probat, quarum utramque nonnulli*

nulli ſollicitant. Solet Cicero fortunam publicam, nonnunquam & privatam tempora *appellare, id eſt ſtatum temporis, Tu vide, quae de ea re Graevius ad Ciceron. de Offic. Lib.* II. *Cap.* II. *atque ita eleganter Dionyſius Lib.* II. *Diſt.* VIII.

Temporibus peccata latent, ſed tempore parent.

Temporibus, *id eſt pro conditione fortunae publicae, aut privatae alicujus;* tempore, *id eſt tempore opportuno. Nec non Lib.* II. *Diſt.* XXX.

Sit tibi praecipue, quod primum eſt, cura ſalutis,
Tempora ne culpes, cum ſis tibi cauſſa doloris.

Eraſmus ſalutem *accipit bonam valetudinem, ego vero vitam praeterea, & bonam fortunam. Denique Lib.* III. *Diſt.* XII.

Rebus & in cenſu ſi non eſt, quod fuit ante,
Fac vivas contentus eo, quod tempora praebent.

Lib. I. *Diſt.* IX. nec ſe velit ille moneri. *Non haec inferioris aevi nota, ſed optimi ſaeculi venuſtas eſt, quae pronomina* me, te, ſe *infinitivis apponit, ut vacare videantur, atque ita Noſter infra Lib.* IV. *Diſt.* XXIX.

Ne pudeat, quae neſcieris, te velle doceri.

Terent. in Andr. Act. IV. *Sc.* VI. *v.* 2.

Quae ſeſe inhoneſte optavit parare hic divitias
Potius, quam in patria honeſte pauper vivere.

Et in Eunuchi Prol. verſ. I.

Si quiſquam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis
Quam plurimis.

Lib. I. *Diſt.* XXI.

Infantem nudum cum te Natura crearit.

Serenus Samonicus de Medicina, pag. 34. *ubi de infantibus dentientibus.*

Nudum hominem primum mater Natura profudit.

Nequaquam in eo verſu negligendam puto codicum vetuſtorum lectionem, quos conſuluit Rob. Keuchenius.

Nudum hominem *mundi mater* natura profudit.

Dictum hoc vulgare, & gentium commune fuit. Jobus Cap. I. *v.* 21. Nudus egreſſus ſum de utero matris meae, nudus etiam illo revertar. Dominus dederat & Dominus abſtulit, laudetur nomen Domini. *Eccleſiaſtes. Cap.*

 V. *v.*

v. v. 14. Sicut egreſſus eſt nudus de utero matris ſuae, ſic revertetur, & nihil auferet ſecum de labore ſuo. *Mitto alia divinorum Scriptorum loca. Soliti nonnulli trita in populo verba addere cippis ſepulcbralibus, in quibus etiam boc apud Gudium Inſcript. pag.* 317. *n.* 9.

VOS EGO NVNC MONEO
SEMPER QVI VIVITIS
AVARE NVDVS NATVR
FVERAS A MATRE
CREATVS NVLLVS ERIS
OBITIS GRATIA NVLLA
DATVR.

Graecis in ore fuit, γυμνὸς ὡς ἐκ μητρός. Nudus tanquam ex matre. *Et quia boc vulgatiſſimum, non temere in Adagiis recenſuit Eraſmus, pag.* 562. *Hoc propterea addidi quod Celeb. Witboſius, Sereno Samonico ex illo verſu, quem dixi, Catonis Diſticba vindicat. Illud certe ei argumentum palmarium eſt, quod nequaquam perſuadet.*

Lib. I. *Diſt.* XXVIII.

Quum tibi ſint nati, nec opes, tunc artibus illos
Inſtrue, quo poſſint inopem defendere vitam.

Romani priſci ex agris vivebant, idque unice boneſtum & decorum. Opera aut ars mercenaria inboneſta, ſordida. Verum alia Romanorum vita fuit ſub Imperatoribus. Tum Romae, & praecipue in coloniis & municipiis, etiam ex ordinibus nonnulli, artibus tolerabant vitam, neque Grammatica tantum, Rbetorica, Sopbiſtica, quibus publice mercedes fuerunt conſtitutae, ſed & oratoria ſive patrocinio Advocati, quibus jam inde per legem Cinciam licuit accipere. In municipiis & coloniis ne boneſtiores quidem ab opificiis abſtinebant, vid. Reineſ. Syntagm. Inſcr. pag. 144. *Illud propterea moneo, ne quis ex boc Diſticbo ſecius de aetate & patria Catonis bujus opinetur.*

Lib. II. *Diſt.* XXIV.

Proſpice, qui veniant, hos caſus eſſe ferendos;
Nam levius laedit, quidquid praevidimus ante.

Tentabam: Proſpice qui veniant, *vel* quae veniant, & caſus diſce ferendos.

Lib. II. *Diſt.* XXV.

Spes una hominem nec morte relinquit.

Pacatus Drepan. in Panegyr. Cap. XXXVIII.

Spem

Spem, quae poſtrema homines deſerit.

Lib. III. *Diſt.* V.

Sermones blandos blaeſosque cavere memento.

Blandus *eſt verbis*, blaeſus *ſono verborum.* Blandus *ergo, qui blandientibus verbis*, blaeſus, *qui blandiente ſono animum, & gratiam captat. Porro* blaeſus *eſt, qui litteram caninam R, horridam eam & atrocem elidit, aut in molliorem blandioremque ſonum τῦ S convertit, unde Priap. Carm.* VI. Blaeſaque Lingua mea eſt. *Commentator in hoc carmine exponendo blaeſum & balbum miſcet. Male.* Hirrum *balbutientem ludit Cicero, appellans eum* Hillum *aut* Illum. *Cic. Fam. Lib.* II. *Epiſt.* X. De Hillo, balbus enim ſum. *In lectionem autem illam Ciceronis Doctiores Viri omnes conſentiunt.*

Lib. III. *Diſt.* IX.

Quod tibi ſors dederit tabulis ſuprema notato,
Augendo ſerva, ne ſis, quem fama loquatur.

Eraſmus & alii praecipi hoc Diſticho dicunt, ſervandum eſſe & augendum, quod teſtamento aut hereditate relictum eſt. Sed qui huic praecepto convenit ratio, ne ſis quem fama loquatur, id eſt ne mala fama laedat te. Cui enim fraudi fuit, aut dedecori minuiſſe hereditatem, aut non auxiſſe eam? Maxime, ſi is minuit, aut non auget, qui indigebat. Anne uſui relinquitur hereditas? quae ergo invidia, aut infamia, heredem fuiſſe ea uſum? Anne noſter Dionyſius contra monet, utendum eſſe? Ita namque is. Lib. IV. *Diſt.* XVI.

Utere quaeſitis opibus, fuge nomen avari,
Quo tibi divitias, ſi ſemper pauper abundas.

Non illud ergo, ſed aliud eſt, quod praecepit filio Dionyſius hoc loco, id quod perſpicies, ſi ita legas:

Quae tibi ſors dederit, tabulis ſuprema notato
Augendo ſervo, ne ſis, quem fama loquatur.

Quae *pro* Quod *eſt in codice vetuſto, & praeferunt id Editiones multae.* Quae tibi ſors dederit, *puta opes, rem familiarem, quae ſubſtantiae nomine Juriſconſulti appellant, Philoſophi ea Fortunae, id eſt, ſortis bona dicere conſueverunt. Haec bona,* tabulis, *inquit,* ſuprema notato augendo ſervo. Notare tabulis, *id eſt, ſcribere in teſtamento, qua locutione nihil vulgatius.* Suprema, *id eſt ſupremo atque ultimo loco; ſupremus hic locus bifariam accipitur, nempe aut ultimus inter heredes, aut ultimus tabularum,*

rum, ſive teſtamenti parte, quam alii imam ceram nominarunt. Sciendum autem ita fuiſſe formata teſtamenta, ut in prima tabula heredis nomen, in ima vero & poſteriore tabula nomina ſubſtitutorum ſcriberentur. Vult autem fieri hanc notationem augendo ſervo, *ſive ad augendum ſervum; augetur autem ſervus unice data libertate. Hoc ergo filium monet Noſter, quod ab aliis etiam nonnullis factitatum ſcribit Juſtinianus, ut ad cavendam auctionis infamiam, quae obaeratis manebat, ultimo heredum loco ſervum heredem ſcribat, id quod per legem AEliam Sentiam licuit. Audi Juſtinianum* §. 1. *Inſt. de Hered. Qual. & diff.* Solent, *inquit*, ſervum ſuum primo, aut ſecundo, aut etiam ulteriore gradu heredem inſtituere; ut, ſi creditoribus ſatis non fiat, potius ejus heredis bona, quam ipſius teſtatoris a creditoribus poſſideantur, vel diſtrahantur, vel inter eos dividantur. *Quemadmodum autem infamiam caverit teſtator augendo ita ſervo, id eſt inſtitutione illius, docet idem Imperator* §. 1. *Inſt. Quib. ex cauſſ. manum. non licet.* Valde enim proſpiciendum erat (*qua in re valde proſpiciendum arbitrabatur civibus, eadem in re ſedulo providit filio Dionyſius*) ut egentes homines, quibus alius heres exſtiturus non eſſet, vel ſervum ſuum neceſſarium heredem haberent, qui ſatisfacturus eſſet creditoribus, aut hoc eo non faciente, creditores res hereditarias ſervi nomine vendant, ne injuria defunctus afficiatur. *Plenius eadem exponit Theophilus ad illum Juſtiniani locum, quem conſulas, ſuadeo. Servus autem hoc modo vel inſtitutus, vel ſubſtitutus heres a domino augebatur libertate, id eſt liber fiebat. Ita namque idem Juſtinianus*, §. 1. *Inſt. de hered. qual. & diff.* Neceſſarius heres eſt ſervus heres inſtitutus, ideoque ſic appellatur, quia, ſive velit ſive nolit omnino poſt mortem teſtatoris protinus liber, & neceſſarius heres fit. *Nunc denique manifeſtum puto, cur addiderit Dionyſius*, ne ſis quem fama loquatur. *Captum autem monachorum, quae dixi, quaeque hujus Diſtichi ſententia eſt, ſuperaſſe facile intelligit quiſque. Monachi autem fuerunt, quibus inde a Carolo magno doctrinae ſumma, puerorumque inſtitutio fuit commiſſa. Quae autem illi non capiebant, ea ad ingenium ſuum pingue & inficetum formabant. Quae cauſſa eſt, cur Dionyſii Diſtichis, ut nunc ſunt, plurimum elegantiae, plurimumque acuminis detractum videatur.*

Lib. III. *Diſt.* XVII.

Judicis

Judicis auxilium ſub iniqua lege rogato;
Ipſae etiam leges cupiunt, ut jure regantur.

Ne quid diſſimulem, Diſtichon hoc parum conſentaneum videtur rationi temporum, quae ſub Imperatoribus acta, quo tempore vixit Dionyſius. Num enim eo tempore quisquam judicis auxilium imploravit ad emendandam legem iniquam. Scio, Praetori jus fuiſſe in leges, ſed libera republica, non etiam ea ſubfugata, quo quidem tempore non Judicis, quacunque tandem poteſtate aut nomine is fuerit, ſed Principis auxilium petebatur. Quare malo:

Judex auxilium ſub iniqua lege rogato.

Hoc conſilium dat filio pater, ut ſi Judex fuerit factus, de iniqua lege Principem potius conſulat, quam ipſe decernat. Fecit hoc Plinius, cum Bithyniae praeeſſet, fecerunt idem alii Praeſides, qui judicum nomine continentur, id quod ex utroque codice Theodoſiano & Juſtinianeo perſpicimus. Quod addit velle leges ſe jure regi, *jus intelligit artem aequi & boni, & maxime eam, qua legum inclementiam mitigarunt viri prudentes, id quod Praetorum, & Jurisconſultorum fuit, libertate Romanorum ſalva, ea vero exſtincta, fuit illud Principum. Hoc docet Pomponius in L.* II. *ff. de Orig. jur.* §. 5. *Illam partem, quae a Jurisconſultis fuit profecta,* κατ' ἐξοχὴν *jus fuiſſe dictum, & quidem jus civile. Imaginem illarum diſputationum forenſium deferebant Principum Semeſtria, quibus etiam Jurisconſulti, ſive Adſeſſores ex Jurisconſultis capti intererant, quos* συνέδρους καὶ συμβούλους *nominabant, vid. Jacob. Gutber. de Offic. dom. Aug. Lib.* I. *Cap.* XVIII.

Lib. IV. *Diſt.* XLII.

Gratior officiis, quo ſis mage carior, eſto,
Ne nomen ſubeas, quod dicitur officiperdi.

Non nego officiperdum *vel* officiperdam *eum dici, qui beneficium apud ingratum collocat, ſed eum hoc loco accipiendum nego.* Officiperda *hic eſt, qui remiſſior eſt in officiis amico praeſtandis, atque ea animi remiſſione perdit Officiorum gratiam, quae ante praeſtitit. Mens Dionyſii quae fuit, cum illud Diſtichon ſcriberet, nonnullis parum perſpecta videtur, parum etiam amicitiae ratio, quam filio praeſcribit. Officiis eſt Dativus, & gratus officiis, qui pro officiis animum gratum, & officium beneficiumque rependit. Hoc autem fieri vult a filio, quo ſit mage carior.* Gratorum & carorum *diſcreti gradus ſunt in amicitia.* Gratus *eſt, qui animum gratum & memorem praeſtat, & beneficium retribuit.* Carus

rum *autem; qui alterius animum ſibi devinctum tenet. Eſt enim caritas benevolentia, officiis, beneficiis, generis conjunctione, aut quacunque neceſſitudine collecta.* Gratus *in ultima amicitiae parte haeret*, carus *in potiore & altiore gradu collocatus: miratus ſum ſaepe, illam* Gratorum *conditionem non in mentem veniſſe Viris ſummis, ambigentibus de delectu comitum peregrinationum expeditionumque, quem Tiberius fecit teſte Sueton. in Tib. Cap.* XLVI. *& in quo noviſſimo loco voluit eſſe* Gratos, *quos Viros in concordiam tandem redegit Cl. P. Burmannus in Commentariis ad Suetonium, quibus adde Cl. Oudendorpii notas.* Cari *fuerunt Regis, quos ſenſit Terentianus Thraſo, cum per infantiam dicere non poſſet, in Eunuch. Act.* III. *Sc.* I. *v.* 12. 13. *quibus res, conſilia maximus Rex credebat. Ubi donatus notat opportune admodum:* Deſcripſit breviter comitem Regium acceptumque Imperatori; *Mox addit miles ille Terentianus, Regem ſeria & jocos communicaſſe, id quod in mentem revocat id, quod Aurelius Victor in Epitome, Cap.* IX. *ubi de Veſpaſiano* publicis actibus abſolutis caros admittere. *Intelligimus* caros *fuiſſe amicorum familiariſſimos, & primae admiſſionis. Inde* caritas *appellatur pietatis ac neceſſitudinis ſumma, qualis eſt patriae & cognatorum, vide Caſſiodorum de Amicitia haud longe ab initio, atque inde* cara cognatio & cariſtia *in Faſtis.* Caros*que cum dicit Auctor tituli ſepulchralis apud Fabrettum Inſcriptionum pag.* 14. *n.* 63.

D. M.
MAGNIA. TYCHE. FECIT. SIBI
ET. CARIS. SUIS. T. MAGNIO. ANI
CETO. ET. T. MAGNIO. EVTYCHO, ET
Q. TILLIO. FIGLIANO.

Cognatos cogitat. Diſtichorum Auctor parentes caros *dicit. Lib.* III. *Diſt. ult. Tradidi haec pluribus, ut eadem opera alia Dionyſii loca explanarem, quae, quia male interpretati ſunt Viri Docti, multis obſcura videbuntur. Ita autem Lib.* I. *Diſt.* XXXV.

Ne dubites, cui magna petis, impendere parva;
His etenim rebus conjungit gratia caros.

Ita namque legendum in verſu priore, ut oſtendi ſupra. Cap. XXIX. *in quo Diſticho idem paene, quod in hoc, quo de agimus, docuit, beneficiis amicitiam augeri & caritatem comparari. In Lib.* I. *Diſt.* XL.

Dapſilis

Dapſilis interdum notis, & carus amicis,
Quum fueris felix, ſemper tibi proximus eſto.

Vult filium dapſilem eſſe notis, quoniam ea liberalitate conglutinatur amicitia, & notus fit amicus, amicus vero caritate, id eſt praeſtatione pietatis, & officiorum, quae propinquis aliisque neceſſariis debemus, fit carus. Apprime congruit huic Diſticho cippus Reineſii Syntagm. Inſcr. xx. *n.* 33.

LARGVS. PAVPERIBVS. TIBI. DIVES. CARVS. AMICIS

In Muratorii cippo, pag. 1863. *n.* 7. *ita eſt*

FVERIS. QVI. CARVS. AMICIS.

Apud eundem Muratorium, pag. 558. *n.* 5.

DVLCIS. AMICVS. CARVS. SVIS.

In quo nil muto; quod ſi autem in hoc lapide amicis *legatur, eadem eſt quae Diſtichi ſententia, dulcis enim amicis is erit, quibus dapſilis. Addo praeterea Diſt.* IX. *Lib.* I.

Cumque mones aliquem, nec ſe velit ille moneri,
Si tibi ſit carus noli deſiſtere coeptis.

Cave carum *hic ſimpliciter amicum dicas, eſt is, qui in ſupremo amicorum gradu eſt. Ex illa* cari *ſignificatione, quam noſter ubique ſequitur, exiſtimandum eſt Diſt.* II. *Lib.* I. *hoc modo reſcribendum eſſe:*

Dilige ſic alios, ut ſis tibi carus, amicos.

Illud obſervandum, carum *dici non tantum eum, qui caritatem praeſtat, ſed & illum, a quo praeſtatur, haud aliter atque amicus appellatur, qui amat, & qui amatur. Quandoquidem autem nonnullas amicitiae partes, quas Diſtichorum Auctor commemorat, ſumus perſecuti, adjungamus illis ſocietatem, eam nempe ſocietatem, cujus has ſpecies recenſet Ulpianus in L.* v. *ff. pro ſocio, ſive univerſorum bonorum, ſive negotiationis alicujus, ſive vectigalis, ſive etiam rei unius: Tangit eam Dionyſius, ſed interpretes ſilentio tranſmittunt. Fuerunt ejuſmodi ſocietates cum Romae, tum per municipia, colonias, provincias frequentes. Separat Socium ab amico in hoc Diſt.* xv. *Lib.* IV.

Quum tibi vel ſocium, vel fidum quaeris amicum,
Non tibi fortuna eſt hominis, ſed vita petenda.

Et ſane amicitia animi voluntate & morum ſimilitudine contrahitur, Societas ſpe lucri. ſocios tamen amicorum nomine complectitur in Diſt. XXXVI. *Lib.* IV.

Eſt jactura gravis, qui ſunt, amittere damnis,
Sunt quidam, quos ferre decet patienter amicos.

Ita

Ita verſus illos veritati reſtituendos exiſtimo, in quibus nihil paene muto, praeter caſus genusve pronominis qui, *quae mutatio in minimis cenſenda, quod caſus & genera relativi illius per notas a librariis expediebantur, non admodum inter ſe diſſimiles, unde praeceps & multiplex error.* amicum *mutavi in* amicos ; *vitium arguit dubia ſcriptura, in nonnullis Codd. namque eſt* amicae. *Illud ſignificat gnomologus Cato, gravem eſſe jacturam amicos, (puta ſocios ,) qui ſunt, id eſt quos habemus, amittere damnis. Sed tamen ſunt quidam inter amicos, quos quantumvis per damna retinere decet. Quibus damnis amittantur ſocii, id eſt ſolvatur Societas, docet Ulpianus in L.* IV. §. 1. *ff. pro ſocio. In illis, quae huc pertinent, ſunt capitis minutio, (qua quis libertatem, civitatem aut familiam amittit) & egeſtas, quibus adjice interitum rei, cujus cauſſa ſocietas fuit contracta. Hoc ergo monet pater, ſi filius ſocium iis damnis, quae dixi, amiſit, dolendam eſſe quidem amiſſionem eam, & jacturis gravioribus accenſendam, nec tamen eſſe, cur in ejusmodi damnis ſocietatem continuet, niſi praeter Societatis vinculum accedat adhuc ejusmodi amicitiae cauſſa, & neceſſitudo, ut deceat patienter ferre amici illum caſum, cujusmodi cauſſae ſunt, propinquitas, grandia beneficia, cetera, quae praeter ſocietatis vinculum conſtituerunt amicitiam & caritatem. Non deſunt exempla, quibus conſtat adjutam ſociorum fortunam in exilio, id eſt, damno & amiſſione civitatis ab Equitibus Romanis, quorum ſocietates perquam magnae & ampliſſimae fuerunt. Sed ea omitto. Repoſui in verſu ſecundo Diſtichi* amicos, *ſi quis tamen malit,* amici, *neque ego id abnuerim. Pendet caſus quartus* amicos *a τῷ* amittere, *quod praecedit, vel a* ferre decet, *imo vero ab utraque voce. Quod ſi verborum collocatio paullo alicui turbatior fuerit viſa, ille praeterea haec Dionyſii notet Lib.* II. *Diſt.* XXIV.

Proſpice, qui veniant, hos caſus eſſe ferendos.

Vel, quod mihi impenſius placet & caſus diſce ferendos. *ordo poſtulat* : Proſpice, qui veniant, caſus. *Lib.* III. *Diſt.* XII.

Rebus & in cenſu ſi non eſt, quod fuit ante.

Ordo eſt in rebus & cenſu.

FINIS.

JOAN-

JOANNIS HILDEBRANDI WITHOFII

DISSERTATIONES BINAE,

QUARUM PRIOR AGIT

DE

VERO DISTICHORUM DIONYSII

CATONIS AUCTORE,

POSTERIOR

DE

VERA DISTICHORUM

LECTIONE.

JOANNIS HILDEBRANDI WITHOFII
DISSERTATIO PRIMA,
QUA
VERUS ET GENUINUS AUCTOR
DISTICHORUM
DIONYSII CATONIS
DE MORIBUS AD FILIUM DETEGITUR.

I. DIu multumque per plura jam ſecula inter Viros etiam eruditiſſimos ac celebres de vero Auctore Diſtichorum illorum moralium, quae vulgo ſub *Dionyſii Catonis* nomine circumferuntur, quaeſitum fuit; quem jam ante annos circiter ſexcentos *Joannes Sariſberienſis*, Lib. VII. *de Nugis Curial.* Cap. IX. incertum eſſe pronuntiavit, & *Carolus* ipſe *Magnus*, vel potius *Alcuinus* Capitul. *de non adorandis Imagin.* Lib. III. Cap. XXVI. jam ſimpliciter *Philoſophum Catonem*, prolato inde Diſticho quodam etiamnum inter reliqua ſuperſtite, vocavit; ut nullum ſit dubium, quin ante plurima jam ſecula veri horum tam celebrium Diſtichorum Auctoris notitia penitus evanuerit; quem nunc tamen faventibus Muſis ita, niſi fallimur, in lucem producemus, ita detegemus, ut viſis tot indiciis atque argumentis in eum videlicet unum & unicum conſpirantibus, iisque hoc ipſo Sole, ut ajunt, meridiano clarioribus, ipſa etiam Invidia & altercandi Libido, ſi praeſentes forent, manum dare & obmuteſcere cogerentur, niſi ſcaevae & malignae indolis ſuae teſtimonia nimis manifeſta edere & poſteritati relinquere vellent. Et operae ſane pretium eſſe videtur, detegendo vero horum Diſtichorum Auctori, totiusque rei veritati penitus eruendae nonnihil temporis impendiſſe, tum quod multa obſcura paſſim in hoc Opuſculo occurrentia & à nemine hactenus ita, ſicuti par erat, intellecta inſignem hinc lucem accipient, tum quod ipſe verus ac genuinus tam celebrium ſententiarum Auctor, paulo poſt manifeſtandus, hactenus nonnihil eruditis cognitus, longe notior evadet, quis qualisve fuerit, quae ejus indoles, quae ſecta, quae ratio ſtudiorum, & ſi quae ſunt plura hujus-

modi. Accedit deinde ſingularis & inſperata haec felicitas tot Doctiſſimorum Virorum controverſias de vero Parente iſtius foetus componendi, quorum plerique non ex infima cavea fuerunt, nonnulli etiam in orcheſtra, ut ſic loquar, inter maximos omnium ſeculorum Viros ſederunt ac ſedebunt. De magno *Eraſmo* loquor, de *Joſepho Juſto Scaligero*, *Elia Vineto*, *Gulielmo Cantero*, *Joanne Baptiſta Pio*, *Caſparo Barthio*, aliisque non paucis deinceps nominandis.

II. AEquum ſcilicet juſtumque videtur, ut priusquam verum Auctorem detegamus, paucis etiam, quid alii ſenſerint, contemplemur; quamque nonnulli eorum a veritatis orbita penitus deliraverint. Neminem vero tam inſulſum fuiſſe exiſtimo, qui ſibi Inſcriptione libelli viſâ unquam perſuaſerit, unum aliquem ex vetuſtis illis Romanorum Catonibus ejus revera Auctorem & parentem extitiſſe. Conſtat inter omnes, duos tantum ex hac gente ante Chriſti nativitatem celebres floruiſſe, avum videlicet & nepotem, quorum ille plerumque major, hic minor diſtinctionis gratia nominari conſuevit, uterque vir gravis, poſterior etiam vehementer auſterus ac plane Stoicus, (à qua ſecta, ut deinceps oſtendemus, verus Diſtichorum moralium Auctor alienior extitit) adeo ut Horatius Lib. II. Oda I. ei *atrocem animum*, id eſt, rigidum & prorſus inflexibilem tribuat in ſententia & opinione, quam ſemel imbiberat, dum ait, *Et cuncta terrarum ſubacta Praeter atrocem animum Catonis*; quo eleganter Juvenalis reſpexit Sat. II. ℣. 12. de obſcoenis hypocritis loquens, *durae per brachia ſetae Promittunt atrocem animum*, talem nempe, qualem Cato ille Minor, ſive Uticenſis habuiſſe dicitur. Hic eſt idem ille Cato, cujus mentio ineptiſſimorum Librariorum incuriâ ex ἀβλεψίᾳ jam ante plurima ſecula eidem Horatio Lib. I. Od. XII. obrepſit, ubi legitur:

> *Romulum poſt hos prius, an quietum*
> *Pompili regnum memorem, an ſuperbos*
> *Tarquini faſces, dubito*, an Catonis
> *Nobile letum.*
> *Regulum, & Scauros, animaeque magnae*
> *Prodigum, Poeno ſuperante, Paulum*
> *Gratus inſigni referam Camoena,*
> *Fabriciumque.*

Vir ſummae ſimul Eruditionis & acerrimi judicii Richardus Bentlejus recte animadvertit, intolerabile videri, in tali Carmine honori & dignitati domus Auguſtae datâ operâ conſecrato, Catonis Uticenſis, jurati ejus ob Julium Caeſarem hoſtis, tam glorioſam mentionem fieri, imo etiam letum illius, ſeu mortem ex ſolo odio Caeſaris infandâ αὐτοχειρίᾳ occupatam, velut adeo nobilem & laude dignam, celebrari; praeterea ineptum eſſe, hujus Catonis

Catonis mentionem ibi inter antiquiſſimos Populi Romani principes, id eſt inter Romulum, Tarquinium Priſcum, ac deinceps Attilium Regulum, Scauros, Paulum, Fabricium, Curium ac Camillum velut medio tempore viventis fieri, turbato penitus ordine & ſerie temporis & totius hiſtoriae Romanae, cujus in ceteris hic omnibus obſervantiſſimus eſt Poëta. Accedit, quod nec letum Catonis pertineat ad illa decora, unde Populo Romano publica ſalus & dignitas & magnitudo amplificata vel orta fuerit. Hujusmodi enim Heroas ſolos hic nominat Horatius. Hoc ſi perpendiſſet Cl. Bentlejus, non divinaſſet *anne Curti Nobile letum*. Neque enim mors adoleſcentis illius, ab ipſo etiam Livio in dubium vocata, talis fuit, ut ei inter cetera magnitudinem ſuam, gloriam & amplitudinem Populus Romanus debeat, aut debere cenſeri poſſit. Unde nec Curtii illius ullibi mentionem facit Horatius. Unice ſic Venuſinus Poëta hoc loco, idque exiguâ ac pene nullâ mutatione emendandus eſt, continuata ſerie orationis:

Romulum poſt hos prius, an quietum
Pompili regnum memorem, an ſuperbos
Tarquini faſces, dubito; anne cantans
Nobile letum,
Regulum, & Scauros animaeque magnae
Prodigum, Poeno ſuperante, Paulum
Gratus inſigni referam Camoena,
Fabriciumque.

Omnia haec una ſerie dicuntur; & ita dicta eſſe ab Horatio, ſtatim attentior adſpectus docebit. Poſt hos, inquit, Deos & Deorum filios Romanis faventiores *dubito*, Romulumne *an* Numam Pompilium Tarquiniumve Priſcum ejusque magnificentiam *memorem*, *anne* vero *Attilium Regulum referam*, ejus *nobile letum* videlicet *cantans*, quod inprimis in hiſtoria Romana memorabile eſt, ut & Scauros, Paulum, Fabricium, ceterosque hujusmodi publicae ſalutis ac patriae cuſtodes principesque. Jam Reguli letum memoratur, uti par erat. Cum contra abſurdiſſimè alterius cujuspiam mors nominata fuiſſet, nec quicquam de Regulo hujus cauſa praecipue commemorando tale additum eſſet. Ipſe Horatius Lib. III. Od. V. late docet & indicat, quanta gloria illud Reguli letum judicaverit eſſe dignum. Facile apparet, unde inveterata & antiquiſſima illa menda fluxerit. Nempe cum pro *cantans* eſſet *catans* ſuperimpoſita lineola ſcriptum, inde *Catonis* fluxit, cujus mors pueris in ſchola olim declamationum erat argumentum, & deinde, ut verſus ſibi conſtaret, pro *anne* ſcriptum *an*, omiſſa ſyllaba poſteriore. Et opportune jam celeberrimus Bentlejus obſervavit, Auſonium ſuo adhuc tempore hic *anne* in Horatio legiſſe videri, quem Libello de Profeſſori-

 bus

bus Num. VIII. ſic manifeſte imitatus eſt: *Romulum poſt hos prius, an Corinthi*, ANNE *Sperchei, pariterque nati Atticas muſas memorem*, &c. Nec Doctiſſ. Cuningamium quicquam moramur, non tam veritatis, quam Bentlejo contradicendi ſtudio, vulgatam iſtam ineptiſſimam lectionem *an Catonis* non ſolum defendentem, ſed etiam temerario & inconſulto conatu pro *Tarquinii* in Horatio paulo ante *Junii* legentem. Sed de Horatii Crucibus ac locis vexatiſſimis alibi latè egimus, cujus rei Obſervationes plurimae jam in publicum editae prodierunt. Redimus ad Diſtichorum, quae diximus, moralium Auctorem.

III. Haec vero à nullo iſtorum Romanorum Catonum profecta fuiſſe, ſatis conſtare exiſtimamus, quorum cum duo tantum nobiles extitiſſent, diu ante Chriſti nativitatem defuncti, hinc de homine gravitatem ſimulante Juvenalis Sat. II. ℣. 40. quaſi irridens dicit, *Tertius è coelo cecedit Cato*. Diu autem poſt iſtos Catones demum illorum Diſtichorum Auctorem vixiſſe, hinc manifeſtum eſt, quoniam non ſolum *Virgilii*, *Macri* & *Ovidii*, ſed etiam ipſius *Lucani* à Nerone tyranno interfecti mentionem in Praefatione Libri ſecundi facit. Ut taceamus, ſtylum quidem purum ac latiniſſimum eſſe, ſicut deinceps oſtendemus, à Catonum tamen antiquitate & genio multum differre, nec praeterea quemquam illorum repertum fuiſſe, qui Graeco iſto *Dionyſii* nomine gaviſus fuerit. Ad *Eraſmum* quod attinet, & *Joſephum Scaligerum*, uterque quidem jure meritoque Scriptorem illum antiquiſſimum eſſe cenſet & à Chriſtiana religione prorſus alienum; ſed prior ille ſatis indicat, ſe omnino ignorare, quo tempore vixerit; poſterior vero Auctorem ad Commodi & Severi Imperatorum tempora refert; nec ſane infeliciter in tanta, quam circa verum Auctorem indagandum experiebatur, caligine. Nec mirum tamen, ita cenſuiſſe Scaligerum. Non ignorabat enim, quod *Elias Vinetus*, Vir Doctiſſimus, in Commentario ad Auſonii Roſas, ſeu Idyll. VI. monuiſſet, *Vindicianum*, Comitem Archiatrorum, in Epiſtola ad Valentianum Imperatorem hujus nominis primum, jam Catonis illius non modo expreſſam mentionem feciſſe, ſed integrum etiam inde verſum produxiſſe. Verba Vindiciani ſunt iſta: *Quod quum pati caepiſſet, infirmus, flens & gemens illud Catonis ſaepe dicebat.* Corporis auxilium medico committe fideli. *Ego autem, & perito, reſtitui.* ubi in antiquo exemplari *exigua* vitioſe pro *auxilium* exſtabat. Manifeſte hinc conſtare poterat, Auctorem Diſtichorum jam ante tempora Valentiniani primi vixiſſe; nec audiendum eſſe *Joannem Baptiſtam Pium*, Doctorem quondam Bononienſem, & inanis juventutis, ut à Scaligero appellabatur, cymbalum, quando adeò ſecure & confidenter ad Lib. XIV. Epiſt. XX. Ciceronis ad Atticum, affirmare auſus eſt, Auſonium, celeberri-

crrimum iſtum Poëtam, & Gratiani Imperatoris Praecepto-
em, hujus foetus fuiſſe genitorem; in qua tamen ſententia ad-
:ipulatorem nactus eſt *Guilielmum Canterum*, virum egregie
octum, in Prolegomenis ad Euripidem. Sed Vindiciani loco,
: teſtimonio adeo Pii illius ſententiam falſitatis convicit non
iodo *Scaliger*, ſed etiam *Gerbardus Joannes Voſſius*, Orat. Lib.
. Cap. xii. ut nemo facile ei deinceps aſſenſurus ſit. Vindicia-
us enim ipſo Auſonio antiquior, & ad miminum ejus parenti
:tate fuit ſuppar. Quò accedit, quod Auſonius revera Chriſtia-
us fuerit, quod de Diſtichorum Auctore nemo unquam prae-
:r Boxhornium, ut mox videbimus, affirmavit. Addi poteſt,
.uſonium majorem ubique doctrinam, ſubtilitatem, & acumen
ı carminibus ſuis captare, quam ulla ejus rei veſtigia in his
)iſtichis conſpiciuntur. Sed latius de falſitate hujus ſententiae
Baptiſta Pio prolatae videatur ipſe *Scaliger* Auſonian. Lection.
.ib. ii. Cap. xxxii. cujus argumenta hic repetere ſupervaca-
eum foret. Scaligero libenter *Fridericus Taubmannus* in anno-
ıtionibus ſuis ad Plauti Trinum. Act. ii. Sc. i. & *Martinus Opi-
us* in Praefatione Verſionis ſuae Germanicae adſtipulantur;
ec poterant ſane aliter, quum ipſi certiora ignorarent, nec
lura, quam quae ab iſto Semone prolata fuerant, expiſcari
oſſent.

IV. *Caſparus Barthius* Vir immenſae lectionis vehementer flu-
:uatur. Modo enim Adverſ. Lib. xxiv. Cap. iv. Inſcriptionem
)ionyſii Catonis ita genuinam exiſtimat, ut hunc ſimul verum
)puſculi Auctorem agnoſcere videatur, etſi talem nullum inter
etuſtos Catones extitiſſe concedat, quia antiquiſſimus Liber
imeonis Boſii, Juridici Lemovicenſis, titulum ita conceptum
abuerit *Dionyſii Catonis Diſticha de Moribus ad filium*, teſte Sca-
gero. Putat eundem forte nonnulla ex antiqui illius Porcii
'atonis Libro de Moribus ad Filium decerpſiſſe, de quo Aulus
'ellius Noct. Atticar. Lib. xi. Cap. ii. mentionem injicit; quem
ımen proſa oratione, non verſibus conſcriptum fuiſſe ex iis,
uae inde proferuntur apparet, etſi generali inſignium dictorum
omine utens Carmen appellet Gellius; modò idem Barthius
.uctorem pro Chriſtiano habere videtur, quem videlicet Jo-
annes Sariſberienſis Nug. Curial. Lib. vii. Cap. ix. & Eulo-
ius Lib. i. Memorialis Sanctorum unà cum Salomone collau-
et, & Catonem Philoſophum appellet; modo Adverſ. Lib. lx.
'ap. iii. Baptiſtae Pii ſententiam commendat, quamvis ibidem
.ib. xxxiv. Cap. xviii. haereat, nec ſe cauſam percipere fatea-
ır, cur igitur hic Auctor nomen *Dionyſii* adoptaverit, Cato-
ibus tantopere inſolitum. Nec negare poteſt, alios Libros ma-
u exaratos fuiſſe deprehenſos, in quibus *Octaviani* nomen ſit
:pertum, ut ſibi Melchior Goldaſtus affirmaverit. Confer eun-

dem Barthium ad Claudian. pag. 243. Edit. pr. & ipſum Goldaſtum ad Columbanum inter Paraeneticos Veteres, pag. 71.

Et ut pauca de quibusdam aliis breviter adjiciamus, *Franciſcus Quinctianus Stoa*, Epographia Tertia, pag. 48. neſcio quem *Probum* ut verum Auctorem Diſtichorum laudat, ſimulque Narnienſem Galeottum ſibi ὁμόψηφον nominat. Si AEmilium illum Probum hi Viri intellexerunt, Theodoſii Imperatoris tempori ſupparem, ipſoque Auſonio, multo magis etiam Vindiciano juniorem, facile ejus opinionis falſitas elucet. Imo *Johannes Eduardus Moninius*, Gallus, in Praefatione Bereſithiados, &, quod magis miror, *Marquardus Freberus* de Infamia, Cap. II. pag. 256. alibique Senecam velut Libelli iſtius Auctorem nominant, cum tamen utriusque ſtylus ac genius toto, ut ajunt, coelo inter ſe differant. *Marcus Zuerius Boxhornius* autem peculiari Diſſertatione hoc agit, ut contra omnem veri ſpeciem probet, Auctorem fuiſſe non modo Chriſtianum, ſed etiam Barbarum, neſcio quem, Monachum, à quibusdam Tullium, ſi modo ſine riſu memorari poſſit, ab aliis Joannem Clothomium appellatum. Ita enim ex nugaciſſima relatione didicerat, quam Auctor quidam gloſſematum, exemplari iſtius Libelli in membrana exarato adjectorum, Praefationi inſeruerat. Sane dum cornicum oculos configere & plus reliquis hic ſcire volebat Boxhornius, nimiae feſtinationis, ne dicam temeritatis & imprudentiae documenta dedit. Manifeſtum enim Vindiciani teſtimonium, cujus ſupra meminimus, pervertere, loca etiam nonnulla longe aliò, ut infra patebit, pertinentia, corrumpere voluit, ut ſuae de Chriſtianiſmo iſtius inepti hominis à ſe nominati, ac nunquam fortaſſe nati ſententiae inſervirent. Denique, ut plures alios praetermittam, noſtra, aut patrum noſtrorum memoria *Joannes Caſparus Malſchius* in Praefatione Editionis ſuae aliquid Manilianum ſe in his Diſtichis reperiſſe narrat, hoc eſt, ejusmodi, quod oſtendat, poſſe Manilium illum Poëtam, Aſtronomici Auctorem, pro genuino iſtius Libelli parente non abſurde cenſeri; cum tamen temporis & aetatis ratio manifeſte tali ſententiae obluctetur, ſeu Manilius, ut omnium ferè Eruditorum communis fert opinio, Auguſti aetate vixerit, ſeu, ut Janus Caſperius Gevartius in Commentario Papinianarum Lection. Lib. III. Cap. III. cenſebat, ad Theodoſii Imperatoris tempora detrudendus eſſe videatur: quod tamen vix ulli Eruditorum perſuaderi potuit; imò cum ipſe etiam Malſchius mox agnoſcat, horum Diſtichorum Auctorem, quicunque demum fuerit, potius ad aetatem Trajani, aut certe Antoninorum tempora referri poſſe.

V. Nunc vero ut ad ipſum verum ac genuinum hujus tam celebris Opuſculi Auctorem poſt tot ſecula tandem iterum in lucem revocandum & detegendum veniamus, quaedam, erudite

Lector,

Lector, primum requiſita generalia, quibus deinceps peculiaria & magis ſpecialia hoc ipſo Sole meridiano clariora argumenta accedent, exigenda ſunt; nimirum *primò* Auctorem iſtorum Diſtichorum medio inter Neronem & Valentinianum primum, Imperatores Romanos, tempore neceſſario vixiſſe; cum ipſe Lucani à Nerone interfecti meminerit, & ejus viciſſim mentionem faciat Vindicianus, Comes Archiatrorum, in Epiſtola ad Valentinianum ſcripta: *ſecundò* eum omnino gentiliſſimo deditum & à Chriſtianorum Sacris alienum fuiſſe, plane aliter quam Boxhornius contra omnium penè ceterorum certiſſimam perſuaſionem ſine cauſa opinabatur: *tertio* Auctorem libelli non modo aliquando in conjugio vixiſſe, ſed etiam ex eodem Filium procreaſſe, cui haec Diſticha conſecravit, ut ipſa inſcriptio docet, & praeter Inſcriptionem Opuſculi adhuc clarius Praefatio, quâ hunc *filium* ſuum appellat *cariſſimum*; porro *quartò* eum, quicunque demum fuerit, non modo poëtarum lectione vehementer oblectatum, ſed ipſum quoque non quidem grandiloquum & animoſum, ſed purum tamen caſtumque poëtam fuiſſe; & denique *quinto*, quod nequaquam omittendum, eundem Medicum extitiſſe, ejusque ſcientiae cultorem eximium, ut qui in tam exiguo opuſculo tam crebro vel Medicorum meminerit, vel ut ſanitatis tuendae ratio habeatur, monuerit, quique etiam ab ipſo Archiatrorum comite Vindiciano jam olim non temere laudatus fuerit. Quibus etiam *ſexto* hoc generale requiſitum addi poteſt, in vero Auctore deprehendendum, ut appareat eum Pythagorae placitis inprimis deditum & oblectatum fuiſſe. Solus autem ex tota antiquitate eſt Q. SERENUS SAMONICUS, cujus hodieque Praecepta ſaluberrima de Medicina verſibus itidem hexametris conſcripta in doctorum manibus verſantur, ſolus hic, inquam, SERENUS SAMONICUS eſt, in quem haec omnia ſimul conveniunt conſpirantque accuratiſſime, adeoque ut nequaquam dubitari poſſit, quin hic verus ſit ac genuinus iſtorum Diſtichorum tam celebrium Auctor & parens, praeſertim ubi his ſex requiſitis jam evictis & demonſtratis tam multa alia indicia & argumenta omni exceptione majora ex indole & genio ſtyli, ex pari imitandi ratione, ex locis utrinque plane ſimillimis, ex verbis, uſu denique & conſuetudine ſcribendi nusquam alibi obſervata, & quae ſunt hujusmodi documenta multo plura, deinceps quoque proferenda, ſimul acceſſerint, praeter inſigne aliquod teſtimonium, nec obſcurum, & ex ipſa Antiquitate huic *Sereno Samonico* proxima, quod mirabile videri poſſet, petitum, & hactenus à nemine ſatis intellectum, cum hoc ſcilicet arcanum, quod nunc deteximus, nondum ulli mortalium poſt tot ſeculorum decurſum in mentem veniſſet; hoc eſt, ubi tota cauſa non tantum quinque & ſex

graviſſimis argumentis, ſed propemodum ducentis indiciis, aut etiam pluribus, unum illud idemque velut alta voce clamantibus evicta & demonſtrata fuerit. Quod profecto nunquam ita caſu quodam aut fortuito potuiſſe contingere univerſa non Eruditorum modo & prudentum, ſed etiam quorumvis hominum multitudo fateri cogetur.

VI. Ac primum diximus requiſitum eſſe, ut oſtendatur, Auctorem medio inter Neronem & Valentinianum primum Imperatores tempore vixiſſe, ob cauſas jam ſatis ſupra indicatas. Veriſſimum autem de SERENO SAMONICO eſt, & inter omnes eruditos conſtat, eum Antoninorum, Marci jam videlicet Philoſophi, Commodi, Severi & Caracallae temporibus floruiſſe, ad Antoninum quoque, ſicut videtur, Philoſophum aliquos Libros conſcripſiſſe, teſte AElio Spartiano in Vita Getae, Cap. v. qui cum ceteris plerisque diuturnitate temporis & Barbarorum ſeculorum injuria perierunt; imo eodem Spartiano teſte in Vita Caracallae Imperatoris, Cap. iv. hunc SERENUM SAMONICUM inter coenantes ab iſto nefando tyranno crudeliſſime interfectum fuiſſe. Hoc itaque temporis intervallo cum vixerit *Samonicus* noſter, moralium Diſtichorum Auctor, quid mirum eſt, ſi ipſe Virgilii, Macri, Ovidii, atque etiam Lucani ante centum pluresque annos jam exſtincti meminiſſe, ac viciſſim ipſius *Samonici* mentionem facere potuerit Vindicianus Comes Archiatrorum tempore Valentiniani primi Imperatoris, elapſo poſt optimi Viri caedem jam prope centum & quinquaginta annorum ſpatio? Vides, opinor, benevole Lector, quam egregie haec omnia ſibi invicem quadrent. In ceteris omnibus illud ubique multo magis deprehendetur. Monuimus ſecundo requiri, ut demonſtretur, verum Diſtichorum moralium Auctorem non Chriſtianorum ſed Gentilium Sacris fuiſſe deditum, quod quidem de *Sereno Samonico* tam certum teſtatumque eſt, ut à nemine mortalium, unquam in dubium vel vocatum ſit, vel vocari potuerit. Diſticha autem Moralia ubique Gentilismum ſpirare adeo manifeſtum eſt, ut Boxhornium, aut ſi quis alius contrarium ſentiens exſtiterit, non ſatis mirari poſſimus. Longum eſſet ac profecto ſupervacaneum, ſi omnes verſus illud indicantes hic proferre vellemus, praeſertim cum Erasmus, Scaliger, & Eruditiſſimi quique Viri prope omnes in eadem prorſus opinione nobiſcum verſentur. Unum alterumque exemplum ad retundendam Boxhornii temeritatem maxime comparatum huc attuliſſe ſuffecerit. Lib. iv. Num. xxxix. legitur

Ture Deum placa: vitulum ſine creſcat aratro.
Placari ne crede Deum, quum caede litatur.

Vel ut in aliis Editionibus exhibetur *Nec credas placare Deum*, utrumque male, ut infra ſuo loco monebimus. Mentio iſta turis

ris in Deo placando adhibendi ſatis prodit Gentilismum. Hoc vero ut effugeret Boxhornius pro *Ture* inepte divinabat *Tute*, id eſt, tu ipſe, ut ait. Atqui ſcire debuiſſet, ſi potuiſſet, quod hactenus non animadverſum eſt, Auctorem hunc, eundemque *Serenum Samonicum*, Poëtam fuiſſe & Philoſophum Medicumque magni Pythagorae placitis mirifice deditum, qui in cultu Sacro omni caede animalium penitus abſtinendum, eorumque loco turis uſum adhibendum eſſe cenſebat, ut dudum inter omnes Eruditos res eſt teſtatiſſima. Ex eodem fonte Diſt. xv. ejusdem Lib. iv. promanavit:

Quum ſis ipſe nocens, moritur cur victima pro te?
Stultitia eſt morte alterius ſperare ſalutem.

Purius non locuturum fuiſſe ſummum aliquem fidei noſtrae conſultum ait falſiſſimè Boxhornius. Nihil ibi quod Chriſtianum, ſed potius, quod Pythagorae cultorem decet, reperitur. Contra velim, benevole Lector, imis hoc ſenſibus reponas, ultimum verſum non obſcuram Chriſtianae religionis irriſionem continere, in morte Servatoris noſtri ſanctiſſimi ſpem omnem ſalutis ſibi ponere conſuetae. Hoc certiſſimum eſt, neminem Chriſtianorum ita ambigue, ita imprudenter & incaute ſcripturum fuiſſe, ut praecipuus univerſae Fidei noſtrae articulus, in quo velut prora & puppis omnis ſpei & ſalutis noſtrae continetur, ſimul tacitè damnari, aut certè improborum hominum contemptui exponi videretur. Sed de Pythagoreismo hujus Diſtichorum Auctoris, ſeu, qui idem eſt, *Sereni Samonici*, ex ipſis ejus Scriptis mox plura monebimus; ne multa nunc ex tot reliquis Gentilismi veſtigiis excerpamus, à nullo verè ſano & prudente in dubium vocatis. Unum praeterire non poſſum. Miror videlicet, non modo Boxhornium plane in toto hoc negotio à veritate aberrantem, ſed quosdam etiam alios, homines nimis ſimplices & piè credulos, ſibi perſuadere, primum illud πολυθρύλλητον Diſtichon,

Si Deus eſt animus, nobis ut carmina dicunt,
Hic tibi praecipue ſit pura mente colendus.

Hoc primum, inquam, Diſtichon ex pietate vere Chriſtiana & ſolius fidei noſtrae dogmatibus proficiſci potuiſſe. Quaſi verò ſapientes tam Poëtae quam Philoſophi inter Gentiles non millies ita de Deo velut unico loquantur. Quid facient Tibullo ita Lib. i. Eleg. x. canenti? *Nec tibi celandi ſpes ſit peccare paranti: Eſt Deus, occultos qui vetat eſſe dolos*; aut quid Plauto in Capt. Act. ii. Sc. ii, ita loquenti, *Eſt profecto Deus, qui, quae nos gerimus, auditque & videt*; quid centum facient aliis Graecis Latinisque ſcriptoribus gentiliſmo penitus immerſis, & tamen millies ita loquentibus? Imo ipſe populus, ipſa plebs tunicata inter gentiles ita ſaepe in quotidianis ſermonibus loqui ſolebat.

Audi

Audi Minucium Felicem in Octavio Cap. XVIII. hoc teſtantem de ipſis graviſſimis Chriſtianae religionis hoſtibus: *Quid?* inquit, *quod omnium de iſto habeo conſenſum. Audi vulgus; quum ad coelum manus tendunt, nihil aliud quam* DEUM *dicunt:* & DEUS MAGNUS EST, & DEUS VERUS EST, & SI DEUS DEDERIT. *Vulgi ille naturalis ſermo eſt, an confitentis oratio?* Quid? nonne Tobias Pfannerus in Syſtemate Theologiae gentilis purioris, Steuchus Eugubinus de perenni Philoſophia (quo aureo Libro patrem ſuum Julium Caeſarem Scaligerum ab *Atheiſmi* labe ad veritatem Chriſtianam reductum fuiſſe ejus filius Joſ. Juſtus Scaliger in egregia ad Janum Douſam Epiſtola commemorat) Mutius Panſa de Oſculo Ethnicae & Chriſtianae Philoſophiae, Samuel Parkerus in Diſputationibus de Deo & providentia divina, Petrus Daniel Huetius in Libro de Concordia Rationis & Fidei, alibique, ac multo plures hujusmodi illuſtres Scriptores, illud data opera, vel obiter ſed tamen luculenter, docuerunt? Sane ſi Chriſtianus fuiſſet horum Diſtichorum Auctor, non ad demonſtrationem iſtius veritatis, Deum eſſe animum ſive ſpiritum, addidiſſet *nobis ut carmina dicunt*, ſed potius *nobis ut biblia dicunt*. Nunc vero ut gentilis meminerat, vetuſtiſſimos paganorum Theologos fuiſſe Poëtas; de quo jam dudum inter omnes conſtat. At vide diverſa mortalium judicia. Vir ſummus Gisbertus Cuperus. Obſervat. Lib. II. Cap. XVII. adeo in contrarium ibat, ut hic plus improbi Gentilismi quaereret, quam revera Auctor cogitaverat. Is enim ita verba prima volebat conſtrui, ſi Animus eſt Deus, id eſt, ſi Animus ipſe pro Deo habendus eſt, quoniam videlicet hoc nonnulli antiqui Poëtae quoque tradiderunt; cui explicationi Gilbertus Wachius, Vir optimus, tanquam Eruditae & ſubtili, pag. 134. Editionis ſuae applaudebat. At ſi haec ſententia Auctoris in hoc Diſticho fuiſſet, non addidiſſet, ut opinor, *Hic tibi praecipue ſit pura mente colendus*. Quid enim hoc aliud foret, ac ſi diceret, animum animo, mentem mente, imò revera Deum Deo colendum eſſe? quo quid magis abſonum dici fingique poteſt? Ego vero hic iterum tibi, benevole Lector, ſi pateris, affirmo, hoc quoque Diſticho Pythagoreismum occulte latere, & ſcriptorem non obſcure innuere, ad Deum verè colendum puram mentem absque caede victimarum & ſimilibus ceremoniis admodum cruentis ſufficere. Et ad *puram mentem* in cultu divino quod attinet, memorabilis locus eſt Minucii Felicis ſic iterum Cap. XXIX. gentiles alloquentis: *Et quum homo porrectis manibus Deum* pura mente *veneratur; ita ſigno crucis aut ratio naturalis innititur, aut veſtra religio formatur.*

VII. Tertio monuimus oſtendendum eſſe, Auctorem Diſtichorum habuiſſe Filium, quem in Praefatione appellat *chariſſimum.*

mum. Jam vero SERENUM SAMONICUM, verum hujus Opuſculi Auctorem, filio ejusdem plane nominis eſſe gaviſum ſatis ex Auguſtae Hiſtoriae ſcriptoribus conſtat. Ad Julii Capitolini Gordianum Juniorem, Cap. XVIII. ſummus Vir Iſaacus Caſaubonus diſerte praeterea monuit, duos fuiſſe eodem nomine & cognomine *Serenos Samonicos :* patrem, quem occiderit Caracalla (& hic ipſiſſimus eſt, ut ſic loquar, horum Diſtichorum, ſicut etiam Libelli ſeu Praeceptorum de Medicina Auctor) Filium vero Gordiani Junioris Praeceptorem. Patris, deinceps addit Caſaubonus, carmen eſſe de re medica, quod ad nos ſolum ex omnibus illius ſcriptis pervenerit. Haec ille. At nos nunc oſtendimus, ac penitus evincemus, ejusdem patris *Sereni Samonici* haec quoque Diſticha eſſe ad hunc ejusdem nominis & cognominis filium ſcripta, eique conſecrata. Et hic Junior Samonicus, optimi & diligentiſſimi parentis non degener Filius eſt, qui Gordiano Juniori, ſuo quondam diſcipulo, ſexaginta & duo millia Librorum manu exaratorum, quae à Patre ſuo, Diſtichorum moralium Auctore, Sereno Samonico ſeniore acceperat, teſtamento legavit. Audi verba Julii Capitolini in Gordiano Juniore Cap. XVIII. *Sereno Samonico, qui patri ejus amiciſſimus, ſibi autem praeceptor fuit, nimis acceptus, & charus usque adeo, ut omnes Libros* SERENI SAMONICI *patris ſui, qui cenſebantur ad* LX. *& duo millia, Gordiano minori moriens ille relinqueret; quod eum ad coelum tulit. Siquidem tantae Bibliothecae copia & ſplendore donatus in famam hominum literarum decore pervenit.* Porro Auctorem hujus Libelli cultorem Poëtarum, & Poëtices ſtudio ipſum quoque deditum fuiſſe manifeſtum eſt ex Opuſculo ipſo, tum ex commendatione Poëtarum, quos in Praefatione Libri ſecundi nominat praeter uſitatum ceterorum Poëtarum morem. Talem vero *Serenum Samonicum* exſtitiſſe, Libellus de Medicina cuivis indicat, eodem carminis genere, pari ſtylo, indole, genio, ut luculentius deinde videbimus, conſcriptus. Cumque hic *Serenus Samonicus* vitae ac doctrinae genere fuerit Medicus, ut ejus de Medicina Libellus adhuc ſuperſtes oſtendit, an mirum eſt, tot indicia, tot veſtigia Medicae ſcientiae ac ſollicitudinis in tam exiguo Diſtichorum moralium Libello occurrere? Quorum ecce exempla quaedam. Lib. II. Praefatione haec inter alia occurrunt: *Quod ſi mage noſce laboras Herbarum vires, Macer has tibi carmine dicet, Corporis ut cunctos poſſis depellere morbos.* Ejusdem Lib. II. Diſt. XXIII. *Corporis auxilium medico committe fideli.* Diſt. XXIX. *Fortius ut valeas, interdum parcior eſto. Pauca voluptati debentur, plura ſaluti.* Diſt. XXXI. *Sit tibi praecipue, quod primum eſt, cura ſalutis.* Lib. IV. Diſt. VI. *Corpus curare memento; AEger dives habet nummos, ſe non habet ipſum.* Ibid. Diſt. XIV. *Auxilium à notis petito, ſi forte laboras;*

Nec

Nec quiſquam melior medicus, quam fidus amicus. Diſt. XXV. *Hac bibe, quod poſſis, ſi tu vis vivere ſanus. Morbi cauſſa mali nimia eſt quaecunque voluptas.* Diſt. XLI. *Vulnera dum ſanas, dolor eſt medicina doloris.* ut plura quaedam hujusmodi praeteream. Quid? nonne vides, ſoricem, ut dici ſolet, hic ſuo ſe indicio prodere? Sane in tam exiguo Libello tam crebro tamen indicavit, cujus ſectae ac vitae, cujusque doctrinae praeter cetera quaedam ſtudia fuerit, ut neutiquam dubitari queat. Addidimus deinde ſextò, Auctorem horum Diſtichorum Moralium Pythagorae placitis inprimis deditum fuiſſe. Id jam ſupra aliquoties clare probavimus locis ipſis adductis & ex vera Auctoris intentione recte explanatis. Adde nunc totius libelli imaginem brevibus ſententiis ac moralibus praeceptis conſtantem, qualia inprimis Pythagoras & omnes Pythagorêi adamabant, ut aureae illae ſententiae à Pythagorêis conſcriptae & Pythagorae tribui ſolitae ſatis manifeſtè docent. Has ſi quis conferat, videbit omnia ſibi eſſe invicem ſimillima, verſus autem quatuor priores plane continere eadem, quae quatuor priores ſententiae & primum Diſtichon Auctoris noſtri praecipiunt, ne de reliquis dicamus. Adde, quod cum inter praecipua diſciplinae Pythagoricae praecepta inprimis decantata illa ἐχεθυμία, ſeu quinque annorum ſilentium eſſet, tamquam certiſſimum *hominis* ad veram ſapientiam & virtutem idonei experimentum, *hinc* conſulto horum Diſtichorum Auctorem ſtatim initio Libelli Num. III. hoc memorabile praeceptum admodum nervoſe inculcare:

Virtutem primam eſſe puta, compeſcere Linguam.
Proximus ille Deo eſt, qui ſcit ratione tacere.

Serenum vero *Samonicum* Pythagorae placita inprimis adamaſſe, ex ejus Libello de Medicina non obſcure colligi poteſt, ſi modo attendatur, etſi in hujusmodi argumento rarior ſaepe detur occaſio, tale aliquid indicandi. Nam Cap. XXXIX. Pythagorae diſerte meminit, & Cap. XXIV. aliquid ſingulare habet, cujus praecepti ratio non niſi ex Pythagorica diſciplina ac pietate, ut ſic loquar, arceſſi poteſt. Illic enim cum ſanandis praecordiis hoc inter alia remedium praeſcripſiſſet, ut lactens catulus apponeretur membris, in quem omne malum tranſcurreret, quique ſic loco hominis interire deberet, ſtatim quaſi averſatus ejusmodi flagitium more Pythagoreorum omnem animalium caedem tamquam ſummum ſcelus deteſtantium adjicit, hujusmodi catulo ob ultimam rei neceſſitatem exſtincto quaſi ad expiandum crimen honeſtioris cujusdam ſepulturae officium exhibendum eſſe. En verba *Samon.* l. I. ſane ſerio prolata, & Pythagoricam pietatem indicantia,

Quin etiam catulum lactentem apponere membris
Convenit: omne malum tranſcurrere fertur in illum:
Cui tamen exſtincto munus debetur humandi.

VIII. Ar-

VIII. Argumenta hactenus à nobis prolata, quibus oſtendimus SERENUM SAMONICUM patrem, ſeu ſeniorem, verum & genuinum *Diſtichorum Moralium*, quae Dionyſii Catonis nomine circumferuntur, Auctorem eſſe, adeo jam multiplicia & ponderoſa ſunt, ut à nemine facile, niſi ab obſtinatae & contumacis indolis homine in dubium vocari queant. Nam quod ad aetatem attinet, oſtenſum eſt, Auctorem inter Neronem & Valentinianum I. Imperatores medio iſto temporis intervallo vixiſſe, idque penitus neceſſarium eſſe, praeterea eundem religione gentilem, vitae genere maritum & filii cujusdam parentem, diligentia & cultu Poëtam ipſum & Poëtarum amatorem, profeſſione Medicum, ac ſectà Pythagoreum fuiſſe; quae omnia in unum iſtum *Serenum Samonicum* ita mirifice & exacte quadrant, ut miraculi ac prodigii loco futurum eſſet, ſi tanta utrinque ſimilitudo caſu quodam, ac fortuitò contigiſſet. Iſtis vero omnibus, erudite Lector, vide nunc, quam alia pene innumerabilia, quam multo etiam certiora, & omnem exſpectationem ſuperantia, quam prorſus ſingularia & multiplicia indicia accedant. Haec autem priusquam attingamus, & quanta fieri poteſt brevitate quaſi curſim percenſeamus, ipſe AElii Spartiani in vita Caracallae, Cap. IV. de hoc SERENO SAMONICO memorabilis quoque locus hic perluſtrandus eſt. Verba ſe ita habent: *Caedes deinde in omnibus locis & in balneis factae; occiſique nonnulli etiam caenantes, inter quos etiam* SAMONICUS SERENUS, *cujus* LIBRI PLURIMI AD DOCTRINAM EXSTANT. Vides triſtem exitum optimi Viri & hujus tam eximii Diſtichorum Moralium Auctoris. Sed verba illa *cujus Libri plurimi ad doctrinam exſtant* inprimis perpendenda ſunt. Hinc enim docemur, non modo *Serenum Samonicum* plurimis Scriptis in publicum editis inclaruiſſe, ſed ea ferè talia fuiſſe, quae ad Inſtitutionem hominum, ad ſalutem corporis animique, ad mores denique & vitam emendandam pertinerent. Vox enim DOCTRINA apud optimos quosque & puriſſimos etiam Scriptores cum ſingulari quadam emphaſi inprimis de Ethica & morali Philoſophia, tum de Inſtitutione juventutis aut puerorum uſurpari ſolet. Horatius Lib. IV. Oda IV. DOCTRINA *ſed vim promovet inſitam, Rectique cultus pectora roborant. Utcunque defecere* MORES, *Dedecorant bene nata culpae.* Idem Lib. I. Epiſt. XVIII. ℣. 100. *Virtutem* DOCTRINA *paret naturane donet.* Unde etiam Lib. I. Sat. I. ℣. 26. puerorum informatores ſimpliciter *Doctores* nominat; *ut pueris olim dant cruſtula blandi Doctores, elementa velint ut diſcere prima.* Maxime vero hoc nomen iis competit, qui humano generi utilia & profutura ad corporis animique curam cuſtodiamque praecepta ſubminiſtrant. Ita Socratem quoque *virtutum doctorem* à Maximiniano fuiſſe dictum, loco emendato,

dato, dudum oſtendimus Encaeniorum Criticor. Lib. III. Cap. III. pag. 301. Ipſe Auctor horum Diſtichorum non aliter loquitur. Lib. III. Diſt. I. *Inſtrue praeceptis animum, nec diſcere ceſſes. Nam ſine* DOCTRINA *vita eſt quaſi mortis imago.* Lib. IV. Diſt. XXIV. *Diſce, ſed à doctis: indoctos ipſe doceto. Propaganda etenim rerum* DOCTRINA *bonarum.* Et ſic Lib. I. Diſt. XXX. dum canit *Turpe eſt doctori, quum culpa redarguit ipſum*, per *Doctorem* non quemvis, ſed talem intelligit, qui praecepta ſuppeditat vitae bene beateque tranſigendae, tam quoad corporis quam animi praeſtantiam; cujus utriusque ſalutem ut promoveret, quàm SAMONICO noſtro curae cordique fuerit, ejus duo hi Libelli adhuc, ut nunc demum apparet, ſuperſtites, unus de Moribus, alter de Morbis & Medicina eorum, ſatis confirmant, quibus, ut patrum noſtrorum memoria magnus ille Erenfridus Gualterus Tſchirnhauſenius, utriusque olim, mentis nempe & corporis Medicinam relinquere voluit; ut de ceteris Scriptis plurimis hodie perditis hic taceamus, fortaſſis ad ſcopum ſimilem tendentibus. Vides itaque, quam antiquiſſimum hoc teſtimonium AElii Spartiani de SAMONICO, quo vix centum annis junior fuit, opinioni & ſententiae noſtrae manifeſtè ſuffragetur. Talem enim brevibus eum verbis deſcripſit, qualem ante locum hunc cognitum jam certiſſima conjectura praevideram, cum primum, eum veriſſimum iſtorum Diſtichorum Auctorem fuiſſe odorarer, tot indubitatis indiciis & argumentis permotus, quorum reliqua ſane plurima & unum ſemper idemque teſtantia breviter adjicienda ſunt.

IX. Nemo eſt, ut dici ſolet, alicui ſimilior, quam unusquisque mortalium ſibimet ipſi. Naturam furca expellamus, tamen ita ſemper, Venuſio Poëta teſte, recurret, ut ad minimum ſua ubique veſtigia & indicia quaedam relinquat, etſi ad alium ſaepe finem ſcopumque tendentia. Vide nunc quam multa paria in utroque Libello de Moribus & Morbis ſeu Medicina occurrant, ut facile agnoſcas, eundem SAMONICUM utriusque foetus parentem fuiſſe verum & unicum. Uterque Libellus ſcriptus eſt verſibus heroicis, quorum genius ubique valde ſedatus, utpote hujusmodi dogmaticis Scriptis conveniens, ſtylus perſpicuus, purus caſtusque, indoles nativam quandam pietatem, qualis certe in ethnicum hominem cadere poteſt, repraeſentans, tota denique dictio & ejus ſpecies adeo ubique ſibi ſimilis eſt, ut non ovum ovo, non lac poſſit ſimilius eſſe lacti. Novum plane & ferè penitus inuſitatum eſt, in verſibus & carminibus citare & allegare Auctores alios, ſive illi in proſa, ſive ligata oratione aliquid conſcripſerint, niſi quod Ovidius interdum alios quosdam ſui temporis Poëtas commendèt, ſed alio prorſus more modoque ad Panegyricum dicendi genus accedente.

dente. Solus id fecit SERENUS SAMONICUS. In Praefatione hujus Opuſculi de Moribus Libro ſecundo praefixa Virgilium allegat, Macrum, Ovidium & Lucanum. In Libello de Medicina velut ampliore id creberrime facit. Nam Cap. IV. Tullium, Cap. XXIII. Plautum, Cap. XXVIII. Horatium, Cap. XXXIII. Titum Livium cum adeo ſibi adamato Pythagora, Cap. XLVI. Plinium, Cap. LIX. Titinium, Scriptorem deperditum, citat. Nec mirum id ſane, tum quod illud à dogmatici Scripti Natura non valde alienum videretur, tum quod mirificus Librorum & Scriptorum amator eſſet *Samonicus*, ut ſupra ex ſtupenda ejus Bibliotheca per Filium ipſius deinceps Gordiano II. Imperatori donata perſpeximus. Modus etiam citandi utrobique plane ſimilis eſt. In Praefatione Lib. II. Diſtichorum ſic ſcribit, *Telluris ſi forte velis cognoſcere cultus, Virgilium legito: quod ſi mage noſſe laboras Herbarum vires, Macer has tibi carmine dicet*, &c. Pari forma in Libello de Medicina, Cap. XXXIII. *Irrita conjugii ſterilis ſi munera languent*, &c. *Hoc poterit quartus magni monſtrare Lucreti.* Et ſic creberrime alibi. Confer etiam Cap. XII. praeter loca jam paulo ante deſignata. Nemo Veterum alius, quantum recordor, etiam in dogmatico carmine, hoc ita fecit, ac fortaſſis etiam nullus recentiorum, quorum tamen immodicam allegandi Scriptores vanitatem alibi peculiari Scripto tetigimus. Sed in *Samonico* habebat ea res ſpeciem aliquam pietatis & dulcedinis ex lectione & uſu tot Librorum hauſtae. At vide jam verba ſaepe utrobique eadem, aut alia ſibi quam ſimillima. In Libello de Moribus Lib. I. Diſt. III. *Proximus ille Deo, qui ſcit ratione tacere*; ita in Opuſculo de Medicina, Cap. LXII. *Proximus ille gradus, data pocula pellere cura*, ſenſu nonnihil diverſo. Eodem Lib. I. Diſt. XXI. *Infantem nudum quum te Natura crearit*, &c. Sic de Medic. Cap. LIX. verbis pene iisdem, *Nudum hominem primum mater Natura profudit.* Vocula *denique* paucis praemiſſis ſtatim adjecta miram quandam venuſtatem habet, ut poſt alios ad Flori Lib. I. Cap. XVI. annotavit Cl. Dukerus. Sic Lib. I. Diſt. V. *Si vitam inſpicias hominum, ſi denique mores*; & de Medic. Cap. XIX. *Haec iterum ſeptena capis, poſt denique quina*; & Cap. LVI. *Denique nonnunquam ſomno ſic membra gravantur.* Confer Horatium Lib. I. Epiſt. VII. ℣. 68. alibique; de cujus imitatione mox plura dicemus. Et ut cetera, ſicut in manus oculosque incidunt, adjiciamus, in Praefatione Lib. III. Diſtichorum haec legis: *Quum praecepta ferat, quae ſunt gratiſſima vitae*; ita Samonicus, Cap. XXII. de Medicina iterum, *At nos pauperibus praecepta feramus amica.* Lib. I. Diſt. XXIX. *Quod vile eſt carum, quod carum eſt vile putato*; de Medicina Cap. XXIX. *Vile quidem facili facto, tamen utile opinor.* Ibid. Diſt. XXVIII. *inopem defendere vitam*, pro arcere, eleganter dixit Auctor, de

 qua

qua verbi notione Lipſius Var. Lection. Lib. II. Cap. XXII. Lambinus ad Horat. Lib. I. Od. XVII. & ipſe Aulus Gellius Noct. Attic. Lib. IX. Cap. I. praeter alios monuerunt; ita vero Samonicus de Medicina denuo Cap. XIII. *Quas quaſi cuſtodes defenſoresque pericli*, viſus hominis, ſive oculos appellat. Praefat. Libri iterum II. Diſtichorum, *Ergo ades, & quae ſit ſapientia diſce legendo*; ut in Praefatione Libri de Medicina, *Huc ades, & quicquid*, &c. *teneris expone papyris*; & Cap. XXVIII. *Quin age, & in tenui certam cognoſce ſalutem*. Lib. I. Diſt. XXXIX. *mortalis egeſtas*; & Lib. de Medic. Cap. XXIX. *mortalia ſecla*, utrobique pro *mortalium*. Imo ſunt & certae formulae quaedam utrobique pares & ſaepe etiam iteratae, quales ſunt *Sin autem*, *Saepe etenim*, ac ſimiles; ut exempli gratia in Praefatione ſecundi & tertii Libri Diſtichorum, *ſin autem cura tibi haec eſt*, &c. *ſin autem ſpreveris illud*. Vide eaſdem in Libello de Medicina, Cap. XX. XXIX. XXXVI. XLIII. XLVIII. LIV. alibique. Lib. I. Diſt. VIII. *Saepe etenim mulier, quem conjux diligit, odit*. de Medicina, Cap. XXIX. *Saepe etenim nimio curſu fluit impetus alvi*. Confer Cap. LVII. Libro iterum II. in Praefatione Diſtichorum, *Corporis ut cunctos poſſis depellere morbos*; at in Praefatione Libelli de Medicina, *Depellens tetros praeſenti numine morbos*. Confer ibidem Cap. XII. Porro eodem Lib. II. Diſt. XXXI. *Sit tibi praecipue, quod primum eſt, cura ſalutis*; de Medicina Cap. II. *Trita linet, certam dabit haec tibi cura ſalutem*. Lib. III. Diſt. VIII. *Ut poſſis animo quemvis ſufferre laborem*; de Medic. Cap. L. *Ut poſſis igitur talem prohibere furorem*; & ſic alibi ſaepius. Lib. IV. Diſt. XXXIX. *Placari nec crede Deum, quum caede litatur*; de Medicina Cap. XLIV. *Nec tu crede levem dilato tempore febrem*. Eodem Lib. IV. Diſt. XVIII. agit Auctor de ſanctitate ſenectae; quam eandem de Medicina Cap. IV. Samonicus *ſanctam* appellat. Lib. IV. Diſt. XLIII. *Ne nomen ſubeas, quod dicunt, Officiperdi*; ut de Medicina Cap. LXV. apud Samonicum, *Sal niveum ſumes, Beticum quod nomine dicunt*; & jam Cap. XXXI.

> *Quum* colon (dirum *morbi genus*) *intima carpit*,
> *Mande galeritam volucrem quam nomine dicunt*.

Sic ibi obiter emendandum eſt unicè, ut jam Filius meus praeter Medicinam bonas etiam Literas exercens in Diſſertatione quadam de Aëre in humanis liquoribus haerente, pag. 10. monuit; cum vulgo peſſimè & invita lege Pedia, *Quum colus, inviſum morbi genus* legatur: etſi jam *colon* vel *colum* in nonnullis antiquis Editionibus exſtiterit. Vox *dirus*, *dirum* Samonico uſitatiſſima. Syllaba *in* ex praecedente litera, cum *colum* nonnulli ſcriberent, fluxit; unde porro *dirum* in *viſum* tranſiit ineptiſſime. Mirum eſt, in ejusmodi locis emendandis, cum tot praeſi-

dia

dia jam adſint, Criticos, qui ullam exercitationem & uſum acquiſiverant, haerere potuiſſe.

X. Quid? an quiſquam nunc dubitare poteſt, ſi haec modo ſola conſideret, Auctorem Diſtichorum moralium, & Praeceptorum de Medicina unum eundemque fuiſſe? praeſertim cum tot tantaque alia argumenta accedant. Sed pergamus. Mirificus amator & imitator *Horatii* fuit *Serenus Samonicus*, adeo ut nullum prope exemplum cum eo in hac parte comparandum occurrat. Illud verò tam ex Opuſculo praeceptorum de Medicina, quam ex Libello Diſtichorum moralium exemplis elucet propemodum innumeris, etſi, quod ſciam, à nullo hactenus obſervatis, aut certè rariſſime. Dubitari nequit, quin unus idemque, ut ſic loquar, guſtus in utroque Opuſculo declaratus & adeo inſigniter oſtenſus unum eundemque nobis etiam Auctorem ſine controverſia declaret. Ecce ex plurimis nonnulla, quorum inter relegendum meminiſſe potuimus. Lib. I. Diſt. IV. *Sperne repugnando tibi tu contrarius eſſe: Conveniet nulli, qui ſecum diſſidet ipſe.* Horat. Lib. I. Epiſt. I. ✠. 97. *quid, mea cum pugnat ſententia ſecum, Quod petiit, ſpernit,* &c. tum Lib. III. Od. VIII. *Medus infeſtis ſibi luctuoſis diſſidet armis.* Verbum etiam *ſperne* mirae elegantiae & emphaſeos eſt, Horatio quoque in deliciis habitum, de cujus uſu & conſtructione quaedam etiam in Praemetio Crucium Criticarum, Cap. X. pag. 134. attigimus. Idem quoque eidem Horatio, Lib. II. Oda II. in fine eſt reddendum, ubi ſic legendum eſſe, alibi dudum oſtendimus:

Quiſquis ingentes oculo irretorto
Spernit *acervos.*

Id eſt, praetereundo nec oculos eò retorquendo contemnit, adſpernatur, cum vulgo *Spectat* illic legatur, & immanem crucem omnibus figat eruditis, fruſtra ſe ex hac totius ſententiae contradictione expedire conantibus. Plinius Lib. VIII. Epiſt. VI. *ne ſeſtertium centies quinquagies ſperneret. Sprevit, quod ſolum potuit.* Sed haec alibi latius probavimus. Ibidem paulo ante virtus ab Horatio, *Diſſidens plebi* nominatur. Porro in Diſtichorum moralium Auctore Lib. I. Diſt. V. *Si vitam inſpicias hominum, ſi denique mores*; Horatius Lib. I. Epiſt. II. ✠. 19. de Ulyſſe, *Qui domitor Trojae multorum providus urbes, Et mores hominum inſpexit.* Lib. I. Diſt. X. *Contra verboſos noli contendere verbis.* Confer Lib. II. Diſt. VI. & XI. tum Lib. IV. Diſt. XXXIV. Horatius Lib. I. Epiſt. XVIII. & XXVIII. *meae (contendere noli) Stultitiam patiuntur opes.* Lib. I. Diſt. XIV. *Plus aliis de te quam tu tibi credere noli:* Horatius Lib. I. Epiſt. XVII. ✠. 19. *Sed vereor, ne cui de te plus, quam tibi credas.* Ut taceam iſta, quae paulo ante Diſt. XI. & XIII. occurrunt, *Rara fides & mala damna*, ſimiliter apud eundem Horatium reperienda. Lib. I. Diſt. III. *Virtutem primam*

eſſe puta compeſcere linguam : Horatius Lib. I. Epiſt. I. ℣. 41. *Virtus eſt vitium fugere & ſapientia prima*, &c. ubi etiam Lib. II. Oda XX. occurrit. *Compeſce clamorem.* Lib. I. Diſt. XV. *quum tu beneſeceris ipſe, ſileto*; Horatius Lib. IV. Oda VIII. *Si chartae ſileant, quod beneſeceris.* Lib. I. Diſt. XVIII. *Non eodem curſu reſpondent ultima primis*; Horatius Lib. I. Sat. IV. ℣. 59. *praeponens ultima primis.* Eidem verbum *reſpondere* eo ſenſu in deliciis eſt. Lib. I. Diſt. XX. *Accipito placide & plene laudare memento*; Horat. Lib. II. Epiſt. II. ℣. 11. *ubi plenius aequo Laudat venales, qui vult extrudere merces.* idem Lib. IV. Oda XIV. *plenis honorum muneribus* dixit. Lib. I. Diſt. XXIII. *Si tibi pro meritis nemo reſpondet amicus, Incuſare Deum noli*; Horatius Lib. II. Epiſt. I. ℣. 9. *Ploravere ſuis non reſpondere favorem Speratum meritis.* Lib. I. Diſt. XXIV. *Ne tibi quid deſit, quaeſitis utere parce*; Confer Lib. II. Diſt. XVII. Lib. III. Diſt. XXII. & Lib. IV. Diſt. XVI. Horatius Lib. I. Sat. I. ℣. XXXVII. de formica: *Non usquam prorepit, & illis utitur ante Quaeſitis ſapiens*; tum Lib. II. Sat. III. ℣. 123. *Dis inimice ſenex cuſtodis, ne tibi deſit.* Lib. I. Diſt. XXV. *Ne ſis ventoſus, dum vis urbanus haberi.* Utrumque epitheton Venuſino in deliciis. Idem Lib. I. Epiſt. XV. ℣. 28. *urbanus coepit haberi.* Confer Lib. III. Diſt. XIX. Nam nonnullae Editiones in priore Diſtichorum loco *dum vis bonus ipſe videri* habent, ut in hoc altero omnes *dum vis urbanus haberi.* Lib. I. Diſt. XIII. *Spem tibi promiſſi certam promittere noli*; Horatius Carm. Secul. ℣. 74. *Spem bonam certamque domum reporto.* Lib. I. Diſt. XVII. *Conſcius ipſe ſibi de ſe putat omnia dici*; Horatius Lib. I. Epiſt. I. ℣. 61. *Nil conſcire ſibi.* Lib. I. Diſt. XXIX. *Sic tibi nec cupidus, nec avarus habeberis ulli*; Horat. Lib. I. Sat. II. ℣. 10. *Sordidus atque animi quod parvi nolit haberi.* Lib. I. Diſt. XXXI. *Quod juſtum eſt petito, vel quod videatur honeſtum*; Horatius Lib. I. Epiſt. XII. ℣. 22. *Utere Pompejo Grospho; & ſi quid petet, ultro Defer; nil Grospbus niſi verum orabit & aequum.* Lib. I. Diſt. XXXIII. *Quum dubia incertis verſetur vita periclis, Pro lucro tibi pone diem, quicunque laboras*; Horat. Lib. I. Sat. III. ℣. 60. *Cum genus hoc inter vitae verſetur*; & Lib. I. Oda IX. *Quem ſors dierum cunque dabit, lucro Appone; nec dulces amores Sperne puer*, &c. Lib. I. Diſt. XXXIV. *Obſequio quoniam dulces retinentur amici*; Horat. Lib. I. Sat. III. ℣. 139. *& mihi dulces Ignoſcent, ſi quid peccaro ſtultus, amici.* vide ibidem ℣. 39. nec non Lib. I. Epiſt. VII. ℣. 12. & Epiſt. XVIII. ℣. 10. Lib. I. Diſt. XXXV. *His etenim rebus conjungit gratia caros*; Horatius Lib. I. Sat. III. ℣. 34. *Haec res & jungit, junctos & ſervat amicos.* Lib. I. Diſt. XXXVI. *Ira odium generat, concordia nutrit amorem*; Horat. Lib. I. Epiſt. XIX. in fine: *Ludus enim genuit trepidum certamen & iram; Ira truces inimicitias & lugubre bellum.* Porro Lib. II. Diſtichorum in Praefat.

ſat. *quod ſi mage noſſe laboras Herbarum vires*; Horat. Lib. II. Sat. VIII. ℣. 19. *noſſe laboro*; & Lib. I. Epiſt. III. ℣. 2. *ſcire laboro*. Ibidem in Praefat. *Per quae ſemotum vitiis deducitur aevum*, & in Praef. Lib. IV. *Securam quicunque cupis traducere vitam*; Horat. Lib. I. Epiſt. XVIII. ℣. 97. *Qua ratione queas traducere leniter aevum.* In eadem Praefatione Lib. II. *Ut ſapiens vivas, audi quae diſcere poſſis*; Horat. Lib. I. Epiſt. I. ℣. 48. *Diſcere & audire, & meliori cedere non vis?* & Epiſt. VIII. ℣. 8. *Nil audire velim, nil diſcere.* Lib. II. Diſt. II. *Mitte arcana Dei, coelumque inquirere quid ſit; Quum ſis mortalis, quae ſunt mortalia cura*; Horatius Lib. I. Epiſt. XVIII. ℣. 37. *Arcanum neque tu ſcrutaberis ullius unquam.* & Lib. IV. Od. VII. *Immortalia ne ſperes.* Adde, quod ad rem ipſam ſimul attinet, Lib. I. Od. II. & Lib. III. Od. XXIX. quae omnia ante oculos vel in mente habuit Auctor Diſtichorum moralium SERENUS SAMONICUS; de quo ut convincaris, mox ſimilia ex altero ejus de Medicina Opuſculo videbis. Nunc pergamus. Lib. II. Diſt. VI. *Fac ſumtum propere*; Horat. Lib. II. Epiſt. II. ℣. 195. *Diſtat enim ſpargas tua prodigus, an neque ſumtum Invitus facias*, &c. Ubi mox comparatio de navi ſequitur, quae & hic proximo Diſticho ſexto adhibetur. Lib. I. Diſt. II. locus ſupra omiſſus, *Dilige ſic alios, ut ſis tibi carus amicus*; Horatius Lib. I. Sat. II. ℣. 18. *At in ſe Pro quaeſtu ſumtum facit. hic? vix credere poſſis, Quam ſibi non ſit amicus.* Idem Lib. IV. Od. IX. *pro caris amicis.* Lib. II. Diſt. VII. *Quod nimium eſt fugito*, &c. Horat. Lib. I. Epiſt. X. ℣. 32. *fuge magna.* Lib. II. Diſt. X. *Conſilio pollet, cui vim natura negavit*; Horatius Lib. III. Od. IV. *Vis conſilii expers mole ruit ſua.* Lib. II. Diſt. XV. *Eſto animo forti*, &c. *Nemo diu gaudet, qui judice vincit iniquo*; Horatius Lib. II. Sat. V. ℣. 20. *fortem hoc animum tolerare jubebo*; & Lib. I. Sat. II. fine: *Fabio vel judice vincam.* Lib. II. Diſt. XIX. *Inſipiens eſto*, &c. *Stultitiam ſimulare loco prudentia ſumma eſt.* Horat. IV. Od. XII. *Miſce ſtultitiam conſiliis brevem: Dulce eſt deſipere in loco*; & Lib. II. Od. VII. *recepto Dulce mihi furere eſt amico*; adde Lib. I. Epiſt. VII. ℣. 57. *Et properare loco & ceſſare & ſpargere & uti.* Lib. II. Diſt. XXIII. *Corporis auxilium medico committe fideli*; Horat. Lib. II. Sat. III. ℣. 147. *medicus multum celer atque fidelis.* Adde Lib. I. Epiſt. VIII. ℣. 9. Lib. II. Diſt. XXVI. *Rebus in adverſis animum ſubmittere noli*; Horat. Lib. II. Oda X. *Rebus anguſtis animoſus.* Lib. II. Diſt. XXX. *Judicium populi nunquam contemſeris unus*; Horat. Lib. I. Sat. I. ℣. 68. *Sordidus ac dives populi contemnere voces Sic ſolitus.* Lib. III. Diſt. I. *Inſtrue praeceptis animum.* Horat. Lib. II. Epiſt. I. ℣. 128. *pectus praeceptis format amicis*; & mox *inſtruit exemplis.* Lib. III. Diſt. III. *Quam recte vivas*, &c. *Arbitrii non eſt noſtri, quid quisque loquatur.* Horat.

Lib. II. Od. X. *Rectius vives*; & Lib. I. Epiſt. VI. ℣. 29. *vis recte vivere? quis non?* Adde ibidem Epiſt. XVI. ℣. 17. & Lib. II. Od. XIII. *quid quisque vitet.* Lib. III. Diſt. VIII *Ut poſſis animo quemvis ſufferre laborem*; Horat. Lib. I. Sat. I. ℣. 30. *hac mente laborem Seſe ferre, ſenes ut in otia tuta recedant, Ajunt.* & Sat. IV. ℣. 12. *Garrulus atque piger ſcribendi ferre laborem.* Lib. III. Diſt. XIII. *Fac vivas contentus eo, quod tempora praebent.* Adde Lib. IV. Diſt. II. Horat. Lib. I. Sat. IV. ℣. 108. *Viverem uti contentus eo, quod mi ipſe paraſſet*; Confer Lib. I. Sat. I. ℣. 2. Lib. III. Diſt. XV. *Multorum diſce exemplo, quae facta ſequeris, Quae fugias. Vita eſt nobis aliena magiſtra.* Horatius Lib. I. Sat. IV. ℣. 105. *Inſuevit pater optimus hoc me, Ut fugerem exemplis vitiorum quaeque notando.* Porro Lib. III. Diſt. XXII. *Nam ſtruit inſidias lacrimis, quum foemina plorat.* Confer Horatium Lib. I. Epiſt. XVII. ℣. 54. &c. Lib. III. Diſt. XXIV. de morte, *finis tamen illa malorum eſt*; Horat. Lib. I. Diſt. XVI. in fine: *Hac ſemit: moriar. mors ultima linea rerum. eſt.* Poſtremo Lib. IV. Praefat. *Nec vitiis haerere animum*; Horat. Lib. I. Sat. III. ℣. 76. *quatenus excidi penitus vitium irae, Cetera item nequeunt ſtultis haerentia.* Ibidem Diſt. I. de divitiis: *Quas qui ſuſpiciunt, mendicant ſemper avari.* Horat. Lib. I. Epiſt. VI. ℣. 17. *I nunc argentum, marmor vetus aeraque & artes Suſpice.* Lib. IV. *Diſt.* X. *Quum te detineat Veneris damnoſa voluptas*; Horatius Lib. I. *Epiſt.* XVIII. ℣. 21. *Quem damnoſa Venus, queın praeceps alea nudat.* & Lib. II. Epiſt. I. ℣. 107. *poſſet minui damnoſa libido.* Lib. IV. Diſt. IX. *In quibus error ineſt*, &c. Horat. Lib. II. Epiſt. I. ℣. 118. *Hic error tamen & levis haec inſania.* Lib. IV. Diſt. XX. *Perſpicito tecum tacitus*; Horat. Lib. I. Epiſt. VII. ℣. 62. *Mirari ſecum tacitus.* Apparat hinc, quam pravè Scriverius aliique ediderint *Perſpice cunctando*; ne de multis ſimilibus loquamur. Lib. IV. Diſt. XXI. *Exerce ſtudium, quamvis perceperis artem.* Horatius Lib. I. Epiſt. XIV. in fine: *Quam ſcit uterque libens, cenſebo, exerceat artem.* Lib. I Diſt. XXIV. *Hoc bibe, quod poſſis, ſi tu vis vivere ſanus.* Horatius Lib. I. Epiſt. VII. ℣. 3. *Si me vivere vis ſanum recteque valentem.* Ubi quam male & temere Cuningamius mutarit *Si me vis vivum, ſanum*, &c. hinc ſatis apparet. Lib. IV. Diſt. XXXV. *Sed gaude potius, tibi quum contingit habere*; & Diſt. XLVIII. *Quum tibi contigerit ſtudio cognoſcere multa*; Horat. Lib. I. Epiſt. XVII. *Non cuivis homini contingit adire Corinthum.* de Art. Poët. ℣. 50. *Fingere continget.* Lib. IV. Diſt. XXXVIII. *Ture Deum placa; vitulum ſine creſcat aratro*; Horat. Lib. III. Od. XXIII. *Si ture placaris & borna Fruge lares*; & mox ibidem. *Aut creſcat Albanis in herbis Victima.* Lib. IV. Diſt. XLV. *Quam primum rapienda tibi eſt occaſio prima*; Horat. Epod. XIII. *Rapiamus, amici, Occaſionem de die.* Lib. IV. Diſt. ultimo. *Miraris verbis*

ſtudiis

nudis me ſcribere verſus; Horat. Lib. II. Epiſt. I. ℣. III. *Ipſe ego qui nullos me affirmo ſcribere verſus.* Confer Lib. I. Sat. IV. ℣. 54. Denique inter breviſſima illa praecepta toti Opuſculo praefixa Num. XLVI. & XLVII. *Trocbo lude. Aleas fuge.* Ad haec verba Auctor meminerat verborum Horatii Lib. III. Oda XXIV. *Ludere doctior, Seu Graeco jubeas trocbo, Seu malis vetita legibus alea.* Ut plura ſciens volensque praetermittam.

XI. Tanta multitudo utriusque Scriptoris locorum plus minusve ſimilium, tanta congeries facit, Lector benevole, ut affirmare non dubitem, ad minimum dimidiam horum Moralium Diſtichorum partem, ſi non maximam, ex ſolo Horatio, praecipue autem ex ejus Epiſtolis & Sermonibus, ſeu verba reſpicias, ſeu res ipſas & Praeceptorum contenta ac medullam, hinc illinc eleganter & curioſe decerptam eſſe; cujus rei hic ſpecimina quaedam, etſi taedioſo labore, dediſſe idcirco videbatur quoque neceſſarium, quia deinceps ad loca quaedam vehementer intricata & corrupta priſtinae ſanitati reſtituenda non parum ponderis & momenti ſimul allaturum eſt. Tantus videlicet Venuſini Vatis admirator & imitator erat hic Diſtichorum egregius & verè nobiliſſimus Auctor. Talem vero Horatii cultorem, tamque ſingularem, ut libenter ejus partim verbis, partim ſenſibus utatur, exſtitiſſe SERENUM SAMONICUM nunc pariter probandum eſt, ut inde etiam manifeſtum reddatur, utriusque libelli tam de Morum quam Medicinae praeceptis Auctorem verum ac genuinum fuiſſe unum eundemque *Samonicum* ſeniorem. Exempla erunt extra omnem dubitationis aleam poſita. Libri itaque Praeceptorum ſaluberrimorum de Medicina, Cap. III. Samonicus ita ſcribit: *Quum caput immenſa pexum porrigine ningit*; Horatius vero Lib. II. Sat. III. ℣. 125. hoc modo: *Ungere ſi caules oleo meliore caputque Coeperis impexa foedum porrigine.* Samonicus, Cap. VI. *pulvis quem congerit alte Dulcibus ex latebris patiens formica laborum.* Horatius Lib. I. Sat. I. ℣. 33. *Cum ſibi ſint congeſta cibaria, ſicut Parvula (nam exemplo eſt) magni formica laboris Ore trahit, quodcunque poteſt atque addit acervo.* Samonicus Cap. XII. *Sic veterem poteris depellere morbum*; & in ipſa Praefatione, *Depellens tetros praeſenti numine morbos.* Horatius Lib. II. Epiſt. II. ℣. 137. *Expulit belleboro morbum bilemque meraco.* Samonicus Cap. II. *Portio ſi capitis morbo tentatur acuto*; & iterum Cap. XXII. *Si latus immeritum morbo tentatur acuto.* Horatius ſimiliter Lib. II. Sat. III. ℣. 163. *Quod latus & renes morbo tentantur acuto*; & iterum Lib. I. Epiſt. VI. ℣. 28. *Si latus & renes morbo tentantur acuto.* Samonicus Cap. XIV. *cavis immittere partibus apte.* Sic *τὸ apte*, Cap. VII. XIII. & XLVI. alibique admodum latine adhibet. Horatius cum ſaepius alibi, tum in Arte Poët. ℣. 195. *Quod non propoſito conducat & haereat apte*;

 id eſt,

id eſt, proxime, convenienter, firmiſſime, &c. Samonicus Cap. VII. *Sive calens febris jactatos excedit artus.* Horatius, ut Cel. Bentlejus cenſuit emendandum eſſe; Epod. V. ℣. 37. *Exeſa uti medulla & aridum jecur;* quamquam & Seneca Tragicus ita in Hercule Oet. ℣. 1227. *Excedit artus penitus.* Samonicus Cap. VIII. *Eximium capitis tactu dejecit honorem;* id eſt, capillos. Sic Horatius Epod. XI. ℣. 6. *Silvis honorem decutit*, de foliis arborum. Samonicus Cap. XXII. *hoc praeſens medicamen habebitur.* Horatius Lib. III. Od. V. initio, *praeſens divus habebitur Auguſtus.* Samonicus ibid. *At nos pauperibus praecepta feramus amica.* Horatius Lib. II. Epiſt. I. ℣. 128. *Mox etiam pectus praeceptis format amicis.* Samonicus Cap. XXIII. *Proderit excocto fluvialis hirudo cruore.* Horatius in fine Artis Poët. *Non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo.* Samonicus ibidem: *Ervum ſi ſemper jejuno ſumſerit ore; Arida ficus item*, &c. Horatius Lib. II. Sat. VI. in fine: *Tenui ſolabitur ervo;* ubi & paulo ante, *Aridum & ore ferens acinum.* Samonicus ibid. *pulſus dolor omnis abibit;* & jam Cap. IX. *pulſo recedat.* Horatius Lib. I. Sat. VI. ℣. 13, ex Cl. Bentleji reſtitutione, *Tarquinius regno pulſus fugit.* Samonicus Cap. XXVII. *Corrupti jecoris vitio, vel ſplenis acerbus Creſcit hydrops*, & ibidem in fine capitis: *Unguine quo frangit vires languoris aquoſi.* Horatius Lib. II. Oda II. *Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops;* & mox *aquoſus albo Corpore languor;* quam manifeſtam Sereni Samonici imitationem jam alii viderunt. At longe adhuc manifeſtior illa eſt, ipſe etiam duce Horatio nominato, quando Samonicus Cap. XXVIII. ita ſcribit, ut ſimul vere & ſine controverſia emendandum eſt:

Quodque ſacri *melius verbis dicemus Horati,*
Mitulus & viles pellent obſtantia conchae.

Male illic *ſatis melius* legitur hodie, uti antea quoque in nonnullis Editionibus *Mugilis* pro *Mitulus*, quod poſterius recte ex Horatio reſtitutum eſt. At Cl. Burmannus fruſtra, *Quodque patris melius*, &c. divinabat. Homerum, Ennium, & ſimiles aliquot paucos, eosque longe antiquiſſimos in ſcientiis Viros principes fuiſſe *patres* interdum appellatos meminimus. Horatium ſic appellatum fuiſſe, quantumvis Auctorem egregium & Samonico etiam inprimis adamatum, neutiquam credibile eſt. Tu vero vix apicis mutatione pro *ſatis*, ut diximus, lege *ſacri;* etſi quoque *ſacris* ſcil. *verbis* non abſurde ſcribi potuiſſet. Quis enim neſcit, ſic Poëtas inprimis vocitatos fuiſſe? Quis ignorat illud Naſonis? *At ſacri vates, & divûm cura vocamur.* Sed & ejuſdem Cap. XXVIII. initio Samonicus ſcripſit, *Pectus aut duris reſtricta morabitur alvus;* uti mox iterum Cap. XXIX. *Potio quae fluidam reſtricta morabitur alvum.* Omnium iſtorum fontem & originem unicus ille oſtendit locus Horatii Lib. II.

Sat.

Sat. IV. ℣. 27. *ſi dura morabitur alvus, Mitulus & viles pellent obſtantia conchae.* Samonicus Cap. XXXII. *lacrimoſi trita ſinapis;* ſic Horatius Lib. I. Sat. V. ℣. 80. ejusdem effectus cauſa *fumum lacrimoſum* dicit. Samonicus Cap. XXXIII. *Irrita conjugii ſterilis ſi munera languent.* Horatius Lib. I. Epiſt. 20. etſi in re alia, *plenus cum languet amator;* & Epod. XII. ℣. 12. *Inachia langues minus ac me;* & ita ſaepius. Samonicus ibidem, *Hoc poterit quartus magni monſtrare Lucreti.* Horat. Art. Poët. ℣. 79. *triſtia bella. Quo ſcribi poſſent numero, monſtravit Homerus.* Confer Lib. II. Sat. VIII. ℣. 52. alibique. Samonicus Cap. XXXVII. *Ennius ipſe pater dum pocula ſiccat iniqua.* Horatius Lib. I. Epiſt. XIX. ℣. 7. *Ennius ipſe pater nunquam niſi potus ad arma Proſiluit dicenda;* & Lib. II. Sat. VI. ℣. 68. *Siccat inaequales calices;* quomodo etiam ſaepius alibi. Samonicus Cap. XXXIX. *Pythagorae cognata levi condita cumino.* Horatius Lib. II. Sat. VI. ℣. 63. *O quando faba Pythagorae cognata, ſimulque Uncta ſatis pingui ponentur opuſcula lardo?* Sic vocabula quaedam v. g. *annoſus, obſcoenus, triſtis, inimicus, amicus, dirus, iniquus* & alia nonnulla latiniſſime & nervoſe adhibita utrique tam Samonico quam Horatio peculiariter arriſiſſe videntur; quod etiam in Diſtichis Moralibus non raro deprehendas. Ubi & ſimul obſerva, multa horum locorum modo adductorum ſimiliter ſupra in Moralibus illis Diſtichis ad imitationem Horatii formata fuiſſe, ut jam monuimus.

XII. His jam omnibus poſt tot tantaque argumenta alia rite expenſis, nemo amplius, niſi in ridiculum Pyrrhoniſmum delabi velit, dubitare poteſt, quin *Diſtichorum de Moribus* idem plane fuerit Auctor, Parens & Scriptor, qui *Praeceptorum ſaluberrimorum de Medicina*, ut vocantur; nempe unus & unicus ille SERENUS SAMONICUS, junioris Sereni Samonici pater. Auſim audacter affirmare, prorſus impoſſibile eſſe, ut aliter ſe res habeat. Poſt tot tantaque indicia, tot ſole meridiano clariora argumenta, multa conſulto praetermiſimus; qualia ſunt, quod in utroque Scripto toties fiat mentio de *praeceptis*, toties eadem loquendi forma per Imperativos futuros, ut γραμματικῶν παῖδες loquuntur utrobique iteretur, quales ſunt, *memento, fugito, accipito, caveto, tentato, nolito, rogato,* &c. praeterea in libello de Medicina *permulceto, perducito, componito, foveto, miſceto, haurito,* & ſimilia. Haec ſane ſunt aliis, in ſcriptis quoque dogmaticis, minus uſitata, vel plane etiam inſolita. Sed praecepta ſe ubique ſcribere humano generi profutura, ac propterea decenter inculcanda meminerat Vir, tantae pietatis nomine omnium poſterorum memoriae, velut probus ſanctusque, merito commendandus SERENUS SAMONICUS; de cujus optimi viri vita, genio, ſtudiis, eruditione, ſcriptis, βιβλιοφιλίᾳ, morte denique & triſtiſſima caede, à Caracalla, diriſſimo tyran-

 no,

ribus, vel etiam *Diſticha Catonis*, & hinc paulatim *Dionyſ. Cato de moribus* nominaretur, & tali jam titulo unice celebrari inciperet, idque paucis jam poſt mortem Samonici interjectis ſeculis? Nam quod Samonicus in titulo Libelli vocem etiam *Diſticha* adhibuerit, id non obſcure ex ultimo totius Opuſculi verſu colligi poteſt, quando de his verſibus ſuis in Diſtichorum formam redactis ſcribit: *Hos brevitas ſenſus fecit conjungere* BINOS. Praeterea *Catonis* nomen in fronte Opuſculi ob materiam gravi ſanctoque viro dignam addidiſſe, quid mirum? Nihil praeter ſolitum feciſſe videri poterat, cum etiam ipſe Cicero Librum ſuum de ſenectute pari de cauſa *Catonem Majorem*, illum de Amicitia verò *Laelium* vocaverit, alii Latini Graecique Scriptores multa fecerint ſimilia. Niſi Cicero in Praefationibus ſuis omnibus errandi ac delirandi occaſionibus tempeſtive aditum obſtruxiſſet, quis ſcit, an non inſulſi Librarii deinceps omiſſo Ciceronis nomine nobis ejus Libros, tanquam Catonis & Laelii monumenta obtruſiſſent. Et quis ignorat, quid nonnullis Libellis ipſi Sacrae Scripturae annumeratis, aut ei etiam ſub Apocryphorum nomine adjungi ſolitis contigerit, & quàm Salomonis inprimis nomen, tanquam ſapientiſſimi Regis & moralium praeceptorum Auctoris, aliquando praeter rem fuerit inculcatum? quaſi ea quoque condidiſſet, quae tantum ad ejus imitationem ab aliis ſapientibus & probis hominibus confecta erant. *Et ſic, niſi* fallor, promiſſis noſtris cumulate ſatisfecimus, tam claris, manifeſtis, graviſſimis ac ponderoſis, iiſque pene innumeris indiciis, eodem ſemper tendentibus, tot argumentis, rationibus, & quod propemodum vix ſperari potuerat, etiam Veterum quorundam dictis, pene teſtimonii vicem praeſtantibus, poſt plurimorum ſeculorum decurſum, demonſtrantes, ſolum SERENUM SAMONICUM *Diſtichorum de Moribus* eſſe Auctorem; ut hanc veritatem in dubium vocare velle, idem eſſe videatur, ac ſi quis in mero meridie de Solis fulgore velit ambigere,

F I N I S

D I S S E R T. I.

JOAN-

JOANNIS HILDEBRANDI WITHOFII

DISSERTATIO SECUNDA,

QUA

LOCA PLURIMA EAQUE CORRUPTISSIMA DISTICHORUM, UT VOCANTUR, CATONIS ANTIQUAE SANITATI RESTITUUNTUR ET EMENDANTUR.

DEtecto & poſt ſecula tandem feliciter in lucem prolato, vero ac genuino *Diſtichorum celebrium de Moribus* Auctore, non ſane Barbaro quodam & vili Cucullione clauſtrali, ut prorſus inepte Boxhornius ſibi perſuaſerat, ſed Viro utique illuſtri ſplendidoque, ac ſimul caſtae puraeque dictionis curioſo, Q. SERENO SAMONICO, operae videtur pretium fore, ſi nunc ſimul loca maximè corrupta, quae conſtat eſſe non pauca, iniquis aliquot judicibus praecipue obtrectandi anſam praebentia, verae ac priſtinae integritati reſtituere conemur. Occurrent, niſi fallor, nonnulla, ſicut multum ponderis, ita non minus certitudinis habitura; quod ut tanto magis evincamus, cetera, quae minoris fortaſſe momenti videbuntur, tantum leviter attingemus. Lib. I. Diſt. VII.

> *Conſtans & lenis* ut res expoſtulat, *eſto:*
> *Temporibus mores ſapiens ſine crimine mutat.*

Locus hic varie agitatus & quoque editus fuit. Erasmus & alii quidam ultima ſyllaba τοῦ *lenis* producta, dum vocalis ſequitur, offenſi videntur; cum tamen etiam probatiſſimis poëtis non plane inſolitum ſit, ultimam ſyllabam brevem hemiſtichii in caeſura producere. Erasmus ſatis temere legendum cenſebat *levis, ut res cumque expoſtulat.* Nam ut de enormi mutatione taceam, ipſa quoque ſententia corrumpitur. Levem eſſe vitioſum eſt, nec cuiquam ſuadendum. Ipſe Auctor Lib. IV. Diſt. XXV. *levitatem* cum *crimine* conjungit; ne illum aliter hic vel ſenſiſſe vel locutum fuiſſe putemus. At Petrus Scriverius non minori temeritate: *Et levis & conſtans* ordine ſimul verborum mutato exhibendum curavit. Paulo modeſtius illi, qui tantum *ceu* pro *ut* maluerunt, quod ſe Gilberto Wachio probavit. Sed ut verum fatear, altius ulcus ſubeſſe cenſeo, Verbum *expoſtulat* parum convenit huic loco, cum *poſtulat* magis Latine dicendum fuiſſet, ut Auctor fecit alibi. Scribe:

Conſtans

Conſtans & lenis, ſicut res poſtulat, *eſto*,
Temporibus mores ſapiens ſine crimine mutat.

Haec ſine dubio vera fuit Auctoris ſcriptura. Cum neglectis prioribus literis *ſic* ob praecedentes *is* in voce *lenis* lacuna eſſet orta ſolaque particula *ut* reſtaret, ad illam ſupplendam locus fuit interpolatus. Sic vero, non aliter loquitur Auctor. Lib. II. Diſt. V. *Dandum etenim eſt aliquid, cum tempus poſtulat aut res.* Ibid. Diſt. XVIII. *Inſipiens eſto, quum tempus poſtulat aut res.* Lib. IV. Diſt. II. *Si fueris contentus eo, quod poſtulat uſus.* Et quis non videt, ipſum quoque verſiculum ſic multo rotundiorem eſſe? Ibidem praecedente Diſt. V. cum melioribus: *Quum culpent alios* legendum eſt, non *culpes*, ut in nonnullis editionibus reperitur. Diſt. IX. autem utique emendandum, *Quum moneas aliquem*; quod jam Daumio in mentem veniſſe video; ſequitur enim *nec ſe velit ille moneri.* Male vulgo, *Quumque mones* exhibetur. Nulla ita Diſticha connectuntur; quod intentioni Scriptoris penitus adverſatur, qui ſingula Diſticha tanquam peculiaria praecepta voluit ſeparatim legi & memoriae mandari. Ipſe hoc in fine Opuſculi non obſcure indicat. Nec recte, *Quando mones* Scriverius edidit, cum eodem nexu *velit* ſequatur. Ex diligentiſſimi Pulmanni Editione diſcimus, fuiſſe alios, qui *Si moneas* legerint. Sed τὸ *quùm* ſubjunctivo additum Auctori uſitatiſſimum eſt & paſſim occurrit. Omnium peſſime tamen Scaliger τὸ *Quumque* defendit. Obſtat enim illud, quod diximus, quodque ipſis Praefationibus Libri tertii & quarti confirmatur, ubi haec Diſticha vocantur Praecepta, id eſt, Sententiae morales, quarum unaquaeque per ſe ſubſiſtit. Eodem Lib. I. Diſt. XXIII.

Si tibi pro meritis nemo reſpondet amicus,
Incuſare Deum noli, ſed te ipſe coërce.

Ultima verba obſcuriſſima ſunt. Erasmus ita interpretatur, quaſi velit Auctor, aliquem ſe continere debere, ne iterum benefaciat ingratis. Ne quidem ab Ethnico tale praeceptum dabitur, qualis fuit Auctor, Vir certe ſapiens & mitis, & ut verbo dicam, ſimul philoſophus. Praeterea verbum *coërcere* notat compeſcere generatim, ut ad talem ſenſum reſtringi nequeat, Latine hic nihil aliud notare poſſet, quam contine te, ne Deum incuſes, ut praecedit. Sed hoc putidam tautologiam contineret. Maximus Planudes hic ſimiliter haerens ἄγχε σεαυτὸν vertit, id eſt, ut Scaliger majoris reprehenſionis cauſa vertit *ſtrangula te ipſum*; ipſe verſione ſua ſenſum quoque congruum minime dedit, etſi tribus modis rem tentaverit, eo ipſo aeſtum animi oſtendens. Sine dubio latet ulcus. Emendandum cenſeo:

Si tibi pro meritis nemo reſpondet amicus,
Incuſare Deum noli, ſed te erige contra.

Id eſt,

Id eſt, noli ob divinam providentiam murmurare, ſed è contrario *eſto animo forti*, ut alibi loquitur, erige animum tuum, te ipſum conſcientia meritorum ſolare. jam vides opportune particulam *ſed* poni, ubi aliquid praecedenti contrarium inculcatur. Horatius Lib. II. Sat. III. ℣. 15. ſenſu licet alio *hominem ſic erigit.* Tam de animo quam corpore id verbum uſurpatur, de priore etiam multo elegantius. Facillime ex *rige*, omiſſa litera, *ipſe*, & ex τῷ *contra* fuit *coërce* corruptum. Diſt. XXV. *Ne ſis ventoſus, dum vis urbanus haberi* legitur in melioribus, cum alii Libri habeant *bonus ipſe videri;* etſi alterum hemiſtichium infra recurrat. Id enim Auctori non inſolitum eſt. In priore Diſſertatione jam aliquid de eo monui. Adde nunc & illum Horatii locum Auctoris menti obverſantem, Lib. I. Epiſt. XIX. ℣. 15. *Dum ſtudet urbanus tenditque diſertus haberi.* Lib. I. Diſt. XXVI.

Qui ſimulat verbis, nec corde eſt fidus amicus:
Tu *quoque fac* ſimile: *ſic ars deluditur arte.*

Haec nec ſatis Latina ſunt; nec metro conveniunt, cum ſyllaba *le* etſi in caeſura male producatur, nec denique nexum habent ſanum, ut de corruptione minime dubitari queat. Nec quicquam juvat, quod Barthius *ſimile* interpretetur *ſimiliter.* Petrus Scriverius voluit edi, *Quum ſimulat*, & mox *Tu quoque ſimules.* Legendum eſſe *ſimules* ipſe jam mihi notaveram. In ceteris Scriverius ſine dubio erravit. Verba enim *fidus amicus* in conſtructione non ſeparanda ſunt, ut Scriverianâ mutatione fieri debet, ſi nexus aliquis conveniens extundendus eſt. Praeterea amicus ut amicus non ſimulat. Adhuc pejus Joh. Caſparus Malſchius *fac pariter* pro *fac ſimile* obtrudere auſus eſt, quod uti temerarium, ita nec ipſum ſatis Latinum. Omnino minima mutatione & legibus artis conveniente emendandum eſt unice:

Qui ſimulat verbis, nec corde eſt fidus amicus,
Huic *quoque fac* ſimules: *ſic ars deluditur arte.*

Literis initialibus omiſſis millies peccatum fuiſſe poſt alios plurimis exemplis & in Specimine noſtro Emendationum in Guntherum, & in Encaeniis Criticis, & in Praemetio Crucium Criticarum oſtendimus. Vox *ſimules* autem, neglecta iterum litera ultima, cum eadem ſequeretur, in *ſimule* & *ſimile* tandem degeneravit. Poſtea vidi, etiam ſic edidiſſe Adrianum Cocquium Ethic. Sacr. Lib. III. Cap. III. non ſtudio, ſed mero, ut ſane videtur, caſu. *Fac ſimules*, id eſt, *ut ſimules;* ſicut Lib. IV. Diſt. XXXVIII. *Fac diſcas*, id eſt, *ut diſcas*, & alibi ſimilia Quis autem non videt, illud Diſtichon gentilis, non Chriſtiani hominis indicium eſſe. Ceterum hoc quoque non praetereundem eſt, ab Henr. Cornel. Agrippa. Lib. III. Epiſt. LII. hujus Diſtichi primum verſum ſic laudari, *Si quis amat verbis, nec corde*, &c. neſcio unde; ſed hoc ſcio, voculam ſequentem *quoque* hic *ſimulat* requirere.

Lib. I. Diſt. XXIX. *Sic tibi nec cupidus, nec avarus habeberis ulli.* Hanc lectionem praefero aliis, qui *noſceris ulli* exhibent, aut etiam *parcus* pro *cupidus*, ut Erasmi Editio, & in Praefatione Malſchius. Male etiam Planudes, & Scaliger in Verſione omiſerunt emphaſin Verborum *nec tibi*, *nec ulli*; absque qua oppoſitione putida tautologia foret. Melius illam Matth. Zuberus & Joh. Mylius nec non Mart. Opitius in ſuis Graecis Germanicisque Verſionibus obſervarunt. Horat. Lib. I. Sat. II. ỷ. 10. *Sordidus atque animi quod parvi nolit haberi.*

Lib. I. Diſt. XXXIII.

Quum dubia incertis verſetur vita periclis,
Pro lucro tibi pone diem, quicunque laboras.

Inſigne hic ulcus occurrit. MSS. & Editiones Veteres ita habuerunt omnes; niſi quod Daumio teſte Gloſſae MSS. *quocunque* praeferant, quod bene notandum eſt. Joſeph. Scaliger ſane temere *quicunque ſequetur* corrigebat, quem Chriſtian. Daumius & Gilbert. Wachius ſequuntur tanti Viri auctoritate decepti, *laboras* in Libris fuit, quod Barthius Daumiusque in Notis explicant, vivis, vel vales; ſane coacte, & Latinae Linguae uſu obſtante, etſi Sebaſt. Brantius jam in ſua Verſione eum ſenſum quoque expreſſerit. Ad Gratii Cyneg. ỷ. 94. vero Barthius corrigit *quocunque labor ſtat*, male quidem ipſe, ſed Scaligeri mutationem merito audaciſſimam vocat, viciſſim deinde poenas daturus (adeo à Scaligero vel cum Praefatione honoris diſſentire piaculum videbatur moroſis admiratoribus,) Jano Vlitio haec λήρους & nugas vocanti Comment. ad Rei Cyneget. Script. pag. 133, ſed veram lectionem aequè ignoranti. Auctor ſic veriſſime emendandus eſt:

Quum dubia incertis verſetur vita periclis,
Pro lucro tibi pone diem, quocunque potiris.

Nempe ex τῷ *potiris* facili mutatione *laboras* eſt depravatum, non *ſequetur*. Illud *quocunque* in MS. exiſtens huc quoque tendebat. Manifeſta eſt imitatio loci Horatiani Lib. I. Oda XI. *Quem ſors dierum cunque dabit, lucro Appone.* Nam *quocunque potiris* idem valet, ac ſi dictum eſſet ex Flacci forma *quemcunque ſors dedit.* Praeterea verbum praeſentis temporis huc quadrat melius quam futuri. Juvenal. Sat. X. ỷ. 358. *Qui ſpatium vitae extremum inter munera ponat.* Ceterum alii duabus vocibus *in certis* teſte Erasmo legerunt, etiam non inſcite propter oppoſitionis gratiam *dubia in certis.* Sed utrumque bene explicari poteſt; certe melius, quam idem Erasmum depravatum illud *laboras* interpretatatur angi vel ſollicitum eſſe hujus vitae malis, quod praeſenti huic Diſticho & Auctoris ſententiae minime quadrat.

Lib. I. Diſt. XXXV.

Ne

Ne dubita, quum magna petas, impendere parva.
His *etenim* rebus *conjungit gratia caros.*

Hoc quoque Diſtichon exſibilat Boxhornius, Auctoris ſententiam pervertens; qui non vult pro magnis parva eſſe praeſtanda, ſed ſaepe parvis impenſis, iisque tempeſtive factis acquiri magna commoda, idque notandum eſſe. Quid in eo impium? Rectius in altero verſiculo carpſiſſet illud *His rebus*, quod non ſatis Latinum eſt pro *Hac re*. Unum enim medium hic praeſciptum eſt, non plura; nec prodeſt, quod Eraſmus per Gratiam hic Deam intelligat, Gratiarum unam. Legendum eſt ſine dubio:

Ne dubita, quum magna petas impendere parva.
Sic *etenim* crebro *conjungit gratia caros.*

Quanto melior haec ſententia mutatione exigua! Sane crebro vel ſaepe hoc tali ratione contingit, quod praedixit Auctor, non ſemper; unde nec ita abſolute aliquid affirmandum erat. Vix ulla mutatio eſt, ſi Veterum Librorum Scripturam conſideres. Horatius Lib. I. Epiſt. XVII. ℣. 7. *Eſt mihi purgatam crebro qui perſonet aurem.* Obiter hic locus Symmachi emendetur Lib. III. Epiſt. XXVIII. *Deſine igitur animum noſtrum epiſtolarum* ſeveritate mereri; *cum rebus potius, quam verbis ſpectetur affectio.* Pareus & Gruterus *ſeritate*, Jac. Lectius *celeritate metiri* divinabat. Lege omnino *Epiſtolarum crebritate metiri.* Ita Cicero ſaepe loquitur. Mox ibid. Diſt. XXXVII. *Servorum ob* culpam *quum te dolor urget in iram.* Turbant Editiones. Ita Eraſmus, Scriverius aliique. Nonnulli *iras* exhibent; multi quoque *Servorum culpis.* Legerim potius *Servorum ob* culpas *quum te dolor urget in iram.* Hoc ut magis eſt conveniens, ita turbis occaſionem potiſſimam dediſſe videtur, ut *culpis* omiſſo *τῷ ob* ſcriberetur. Diſticho vero XXXVIII. an *interdum*, an vero cum aliis *nonnunquam* legas, parum refert, cum praecedens vox *potes* in caeſuram cadat. Confer ibidem Diſt. XXXIV.

Eodem Lib. I. Diſt. XXXIX.

Conſerva potius quae jam ſunt parta labore:
Quum *labor* in damno eſt, creſcit *mortalis egeſtas.*

Sermonis balbuties, & oratio male cohaerens ſatis oſtendunt, haec ulceroſa eſſe, quamtumvis etiam Viri Docti vertendo & interpretando ſe torqueant, mala videlicet bene exprimere ſtudentes. Solus Barthius ſenſum intricatum cum mala latinitate agnoſcit in ſecundo verſu, & mavult legi diſtinctione mutata, *labore Quum labor.* Paulo quidem cultius illud videtur, nec ulcus tamen ſublatum. *Τὸ potius* nihil habet, quo referatur. Puto ſcriptum ita fuiſſe ab Auctore:

Conſerva potius, quae jam ſunt parta, labore
Quàm *labor*, & damno creſcat *mortalis egeſtas.*

Jam nexus eſt, qualis requiritur, balbuties ſublata, *τὸ potius* habet quò referatur, & omnia Latine ſunt dicta, poſtremo verſus etiam mollior. Potius, inquit, conſerva ſemel parta, quam labor labore & ſimul damno deinde ſaepe hinc naſcente creſcat tibi egeſtas. Voculae *potius quam* ſe reſpiciunt; *mortalis egeſtas*, id eſt, tua hominis nempe mortalis. Supra in priore Diſſertatione jam nonnihil de hac *ῥήσει* monuimus. Porro *creſcere damno egeſtatem*, *damno eſſe* & ſimilia latine dicuntur, at *in damno eſſe* plane inſolens videtur, aequae ac *in utilitate*, *in dedecore*, *in probro eſſe*, & ſimilia hujusmodi plura. Ibidem Diſt. XL.

Dapſilis interdum notis, *&* carus *amicis*,
Quum fueris felix, *ſemper tibi proximus eſto.*

Ultima verba jam ante ſexcentos pluresque annos Bernardus Geyſtenſis à Daumio editus laudavit Palpon. Lib. II. ℣. 154. *Nonne Catone docente refers: Tibi proximus eſto?* Scaligero hic *carus amicis* non immerito diſplicuit active ſumptum. Melius Horatius Lib. I. Sat. VI. ℣. 71. *ſi & vivo carus amicis.* Pro *felix* nimis temere *dando* cenſebat reponendum, ſc. ut cum *carus* conſtrueretur. At multo minore mutatione rectius & toti loco convenientius emendabitur:

Dapſilis interdum notis, *&* largus *amicis*,
Quum fueris felix, *ſemper tibi proximus eſto.*

Sic iterum Lib. III. Diſt. X. *Munificus facito vivas*, *non parcus amicis.* Et conſtat, Auctorem nonnulla in his Libellis interdum quoque iisdem aut non diſſimilibus verbis repetere, quod Boxhornius nimis perverſam de Scriptore opinionem fovens ſine cauſa in ſua de his Diſtichis Diſſertatione exſibilat. Cauſam ejus rei hanc fuiſſe opinor, quod Auctor haec Diſticha non continuo labore, & huic uni curae tum vacans ſcripſerit, ſed variis temporibus & occaſionibus, cum aliquid in mentem veniret, aut notatu dignum in bonis Scriptoribus, praeſertim verò in Horatio legiſſet, inde gnomam brevem & praeceptum morale confecerit, deinceps autem, poſtquam numerus Diſtichorum & ſententiarum in grandiorem acervum jam creverat, ea in unum faſciculum collegerit, in certos Libros claſſesque diſpeſcuerit, & ita additis Praefationibus filio ſibi cariſſimo, juniori Samonico, dedicaverit, ita ut ſimul toti poſteritati inſerviret. Planudes *εὐεργετικὸς* vertens etiam *largus* legiſſe videtur. Progredimur ad Lib. II. horum Diſtichorum, ubi ſtatim in ipſa Praefatione locus occurrit notatu dignus, & multiplici naevo turpiter commaculatus. En verba integra:

Si Romana cupis & civica noſcere bella
Lucanum quaeras, qui *Martis* proelia dixit.
Si quis amare velit, *vel diſcere* amare legendo,
Naſonem petito: ſin autem cura tibi haec eſt,

Ut

Ut ſapiens vivas, audi quae diſcere poſſis,
Per quae ſemotum vitiis deducitur *aevum.*

Multa hic inepta ſunt, quae non aliunde quam à Librariorum ſupina oſcitantia, longi temporis injuria, & multiplici uſu ac deſcriptione proficiſci potuerunt. Primum diſtinctio inter *civica* & *Romana bella* inepta eſt. Bella enim *civica* fuerunt eadem etiam *Romana*, non ab his diverſa. In Libris antiquiſſimis non *civica* ſed *punica* fuiſſe Eraſmus & Barthius teſtantur. Ipſe Eraſmus indicat, ſe arbitratum eſſe, *civica* debere legi, idcirco nempe, quia Lucanus mox nominatus nihil de Punicis bellis ſcripſit. Barthius Adverſ. Lib. XXI. Cap. XXI. ſe neſcire ait, an exciderint quaedam, quae ad Silium pertinuerant. Is enim Punica bella cantavit. Idem *Martia* malebat pro *Martis*, non inepte. Nam praelia Martis ſunt proprie, quae Mars ipſe geſſit, & Horatius ſimiliter *Martia bella* dixit; cur autem idem *dicet* maluerit, quàm vulgatum *dixit*, cauſam video nullam. Mox adhuc ineptiora occurrunt. Haec enim *amare velis vel diſcere amare legendo* (quae vox ultima *legendo* mox in poſtremi verſus clauſula occurrit) ob manifeſtam ταυτολογίαν putidiſſima eſſe cum Barthio & Boxhornio agnoſcimus, in reliquis minimè hujus judicio ſubſcribentes. Pro *velit* in aliis vetuſtis Libris eſt *velis*; & recte, niſi fallor, etſi non deſint, in quibus *Si quid amare libet* reperiatur. Etiam ῥῆσις iſta *deducitur aevum* minus placet. Totus locus ſic capitaliter & tamen, ſicut oportet, pudenter ac verecunde emendandus eſt:

Si Romana cupis, & Punica *noſcere bella,*
Lucanum quaeras, cui *Martis* & alea dicta.
Si quis amare velis, *vel diſcere* amore levari,
Naſonem petito: ſin autem cura tibi haec eſt,
Ut ſapiens vivas, audi, quae diſcere poſſis,
Per quae ſemotum vitiis traducitur *aevum.*

Jam omnia ſunt, niſi fallor, eximia. Romana bella proprie ſic dicta ſunt civilia illa, qualia Lucanus, Punica autem maxime memorabilia à Romanis adverſus Carthaginem geſta, quae Silius, Vir & Poëta conſularis, Auctoris tempore non minus memorabilis, deſcripſit, qui hic brevi periphraſi deſignatur & his verbis *cui Martis & alea dicta.* In quibus bellis alea unquam & viciſſitudo rerum & fortunarum major quam in Punicis à Silio decantatis? Et quam facile pro *cui qui*, pro voculis *& alea* irrepſit *praelia.* Porro quam apte & convenienter reſtitutum ſit, quis non videt, *amore levari* pro *amare legendo*, ultimis literis facillimè olim corruptis, tanto magis quia vox *legendo* mox debito loco in fine occurrit; quod Boxhornius culpam Auctori imputans ſane immerito exſibilabat. Jam etiam τὸ *vel* hic aptiſſimum eſt. *Amare* enim & *amore levari* ſunt diverſa. Idem vero Naſo

tam de Remediis amoris, quam de Arte amandi ſcripſit. Dignius autem erat viro gravi & morum doctore, potius illud, quam hoc Opuſculum commendare; indignum certe, hoc prorſus omittere. Porro *traducere aevum* Latine dicitur vel *ducere*. Horat. I. Epiſt. XVIII. ℣. 97. *Qua ratione queas traducere leniter aevum*; qui etiam Art. Poët. ℣. 385. ſcripſit: *vitioque remotus ab omni*. Poſtremo *levari amore* quam aptum, quam commode dictum! Idem iterum Horatius Auctori noſtro in deliciis habitus Epod. XI. ℣. 17. de re eadem *Fomenta vulnus nil malum levantia*. Epod. XIII. ℣. 10. *Levare duris pectora ſollicitudinibus*; & XVII. ℣. 26. *Levare tenta ſpiritu praecordia*; tum Lib. I. Epiſt. VIII. ℣. 8. *Nil audire velim nil diſcere, quod levet aegrum*; ad quem locum iterum hic adluſit Auctor Diſtichorum. Adde Carm. Secul. ℣. 63. Epod. XIII. ℣. 17. Lib. II. Sat. III. ℣. 292. & Sat. V. ℣. 99. Imo & hic memorabilis Horatii locus Lib. II. Oda XVIII. circa finem videatur, ſic inſigniter emendandus:

——— ——— *nec ſatelles Orci*
Callidum Promethea
Revexit, auro captus. hic ſuperbum
Tantalum atque Tantali
Genus coërcet: hic levare functum
Pauperem laboribus
Vocatus atque non moratus *audit*.

Ubi nunc vulgò antiquiſſimo errore ſimulque abſurdiſſimo legitur, *non vocatus audit*; cum nemo poſſit dici audire niſi vocatus, adeoque haec duo ſimul juncta *audit* & *non vocatus* ſint plane *ἀσύστατα*. Quod cum animadverteret Alexander Cuningamius, mira confidentia auſus eſt refingere & edere *non vocatus adſtat*; adhuc, ut fit, plura corrumpens, & tamen non multo ſaniora proferens. Quem adeo acerbum Bentleji obtrectatorem vis funditus refutatum videre? En locum Prudentii in Praefatione Periſteph. ℣. 10. ante mille & quadringentos fere annos (ad quam aetatem nulli Codices in Orbe terrarum accedunt) imitantis haec ipſa Horatii verba eodem carminis genere, & τὸ *audit* ſe ibi legiſſe clare oſtendentis: *Nec ad* LEVAMEN PAUPERUM *potentes. Approbat tamen Deus Pedeſtre carmen & benignus* AUDIT. Quid jam videtur? Sed alibi multo plura hujus generis indicavimus. In Horatio vero ille *ſatelles Orci* non eſt Charon, non Cerberus, ut interpretes falſiſſimè putarunt, (quid abſurdius?) ſed Mercurius, virga ſua aurea coërcens omnes manes, ſolus, inquam, Mercurius, ſuperis deorum gratus & imis, manesque mortuorum ad inferos deducens, & ſic quoque Orco inſerviens ſeu Plutoni. Vide Lib. I. Od. X. & XXIV. Lib. III. Oda XI. alibique. Confer omnino memorabilis Hiſtoriae narrationem apud Valerium Maximum Lib. II. Cap. VI. §. 8. quae

Mas-

Maſſiliae contigit in Gallia. Adde, ſi placet, Encoenia Critica noſtra Cap. III, pag. 69. 70. 71. quaeque ibi ad alium vexatiſſimum Lucani locum tunc monuimus. Mercurius autem celerrimus erat promptusque, nec tardus ad auxilia praeſtanda, hominibus ejus opem appetente mortis tempore implorantibus (vide Val. Maximi locum modo indicatum) unde optime de illo Horatius dicit *Vocatus atque* NON MORATUS *audit*; quomodo & alii centies loquuntur. Sed revertamur ad Moralium Diſtichorum Auctorem. Ubi Lib. II. Diſt. IV. lectio illa *Incerta iratus de re* magis placet quam altera nonnullorum *Iratus de re incerta*, etſi ita quoque in Eraſmi Editione Antverpienſi reperiatur. Sed talia multa omittentes, quae jam publice ſemel edita liberam dant unicuique poteſtatem meliora eligendi, vera & nondum detecta aut usquam curata ulcera conſideremus. Ibid. Diſt. VIII.

Nolo putes pravos homines peccata lucrari:
Temporibus *peccata latent, ſed tempore parent.*

Quam inmerito Boxhornius *ῥᾶσιν peccata lucrari* ut illatinam reprehenderit, cum ſit elegantiſſima & vere Latina, indeque de Auctoris ſera aetate judicaverit, docent tot praeclara exempla ex probatiſſimis Scriptoribus ab Eruditiſſimo Daumio congeſta. At vox *Temporibus* omnino meretur notam. Latini cum dicere volunt *paulatim* exprimunt id ea voce numero ſingulari adhibita, ut dicant *tempore*, ſicut mox hic occurrit, non *temporibus*. Praeterea ſchema rhetoricum poſtulaſſet, ut eadem vox eadem hic forma repeteretur. Poſtremo non abſolute affirmandum fuiſſet, quaſi id ſemper fieret., quod plerumque fieri videmus. Quid multa? Legendum arbitramur:

Nolo putes pravos homines peccata lucrari:
Saepe diu *peccata latent, ſed tempore parent.*

Saepe, inquit, peccata diu celantur, ſed paulatim tamen, vel tempore apparent, & ita omnibus innoteſcunt. Sic ibid. Diſt. XV. *Nemo diu gaudet.* Facilis fuit aberratio praeſertim initio verſus, ut ex *Sepediu Teporibu*, & ſic *Temporibus* cuderetur. Solebant enim, ut creberrime fuit monitum, literae initiales in codicibus manu exaratis plerumque omitti, ut variis deinde coloribus appingerentur. Ibidem Diſt. II. *Adverſus* notum *noli contendere verbis*, &c. Malim *Adverſus* ſocium *noli c. v.* Planudes *ἀντιλέγειν ἑταίροις* vertens ita legiſſe videtur. Et ſane tam ſenſus, quam verſus hoc pacto melior, ac nonnihil quoque dulcior procedit. Eodem Lib. II. Diſt. XIII.

Invidiam nimio cultu *vitare memento:*
Quae ſi non laedit, tamen hanc ſufferre moleſtum eſt.

Locus difficilis ac ſpinoſus, nec niſi coacta explicatione interpretandus. Invidia nimio cultu non vitatur, ſed è contrario provocatur. Eraſmus putabat *nimio cultu* non ad verbum *vitare* ſed

invidiam referri. Quo quid coactius idque in tam vulgari ſententia fingi potuiſſet vel ſcribi? Planudes fortaſſe aliter legit vertens φυλακῇ πάσῃ, id eſt, omni cura; quaſi *nimia cura* legiſſet, quod tamen non probem. Cur non potius *modico cultu*, vel, ſi *nimio cultu* placeret, ſcripſiſſet Auctor *irritare cauto*; quod mihi aliquando arridebat, quia ſic ſenſus emergit optimus. Nunc minime dubitamus, quin prorſus exigua mutatione ſit emendandum:

Invidiam nimii cultûs *vitare memento:*
Quae ſi non laedit, tamen hanc ſufferre moleſtum eſt.

Id eſt, invidiam ex nimio cultu ortam, vel quam nimius cultus ſecum trahit excitatve; qualis ſenſus nullis fidiculis ex altera illa vulgari & corrupta lectione extorqueri poteſt, ſalva Latini ſermonis indole, quicquid interpretes moliantur. Et ſic Auctor ſimul à Boxhornii iniquiſſima cenſura etiam hic liberatur, qui, ut ipſe fatetur, aeſtimio & loco movere conabatur contra omne jus faſque Scriptorem ſibi plane incognitum, ut, qui revera inter claſſiarios ob dignitatem olim acquiſitam fuiſſet merito, ad proletarios & capite cenſos detruderetur. Diſt. XXI. recte meliores habent, *Quae potus peccas.* Male nonnulli exhibent *potu*. Horatius, cujus veſtigia Auctor noſter identidem premit voce *potus* verbaliter ſaepe utitur. Ibidem Diſt. XXVI. utique vera lectio eſt, *Fronte capillata*, *poſtica Occaſio calva eſt;* non *poſtico*, vel ut vulgo legitur ineptisſime *poſt eſt*. Omnes tres priores voces ſunt caſus ablativi, *poſtica* vero ἐλλειπτικῶς ponitur, nempe *parte*; ut Latinis uſitatisſimum. Mox Diſt. XXX. *Tempora* ne *culpes*, *quum ſis tibi cauſa doloris.* Scribe iteratà literà *Tempora* nec *culpes:* praeceſſit enim aliud jam praeceptum, quocum hoc conjungitur. Ibidem Diſt. XXXI.

Somnia ne cures: nam mens humana quod optat,
Cum *vigilans ſperat, per ſomnum cernit id ipſum.*

Locus à Boxhornio inprimis vexatur, qui in ſuo MS. dicit extitiſſe *vigilat*, unde putat legendum eſſe *Dum vigilat*, *ſpectat per ſomnum ſemper id ipſum.* Sed ut de mutatione nihil dicam, quae tolerabilis eſſet, ſi ſimul neceſſaria, ingrata κακοφωνία in vicinis verbis *vigilat ſpectat* diſplicet; diſplicet expelli verbum *cernit* Auctori crebro uſurpatum; diſplicet ambigua verborum poſitio, dum verba *cum vigilat* ſic aeque, imò facilius in eodem verſu ad ſequentia referri poſſunt, quo tamen minime pertinebant, quam ad praecedentem verſum. Denique ut hic, *cernit id ipſum*, ſic Lib. I. Diſt. XXII. *perdit id ipſum* in clauſula dixit. Ceterùm etiam Erasmi Editio habet *vigilat ſperans;* ut appareat in vicinis his verbis turbatum eſſe. Sed nota porro initiali quoque voce turbari, quibusdam *Cum*, aliis *Dum* exhibentibus. Emenda minima & legitima cura:

Somnia

Somnia ne cures: nam mens humana quod optat,
Aut *vigilans ſperat, per ſomnum cernit id ipſum.*

Nil mollius hac Medicina, nihil juſtius ob literas initiales tot vicibus obnoxias, nihil etiam jam ipſo Diſticho facilius ac rotundius optari poteſt; ut de ſenſu taceam recto, qui in vulgata lectione revera falſus erat. Neque enim optare & ſperare ſunt res actus unius, aut hominis ſemper ejusdem, ut dici rite posſit, quod optat dum ſperat. Quam multa optantur, quae non ſperantur aut ſperari poſſunt! At illud aeque contingit, ut tam ea, quae optant homines, quam quae ſperant, eorum cogitationibus & menti, dum vigilant, identidem obverſentur, & ſic facile, ut Claudianus ait, ſopito corpore, ſenſibus in ſomno recurrant.

Ad Librum Tertium Diſtichorum moralium accedimus, & quo magis progredimur, tanto magis memorabilia occurrunt. Praefatio hujus Lib. III. hoc eſt:

Hoc quicunque voles carmen cognoſcere, Lector,
Quum *praecepta* ferat, *quae ſunt gratiſſima vitae,*
Commoda multa feres: *ſin autem ſpreveris illud,*
Non me ſcriptorem, ſed te neglexeris ipſe.

Quis non offendatur inepta & inconcinna iteratione verbi *ferat*, *feres* in vicinis verſibus? Olim etiam utrobique *feres* legebatur, donec Scaliger ex Pithoeana Editione pro aliorum Librorum lectione *Haec praecepta feres* introduceret *Quum p. ferat.* Sane fruſtra. Neque enim repetitio ejusdem verbi hic tolerari poteſt. Olim hic mirae ſunt turbae factae. Duo enim verſus, qui mox primum Diſtichon conſtituunt, huc intruſae erant, quam trajectionem Scaliger primus bene emendavit; ſed Praefationem ipſam reliquit maculatam. Multum primo me torſit hic locus tam alioquin perſpicuus, donec animadverterem, prorſus hanc jactantiam ab Auctoris mente & conſuetudine alienam eſſe, ut de ſuis tam tenuibus Diſtichis, tanquam de capitali Opere promitteret lectori ingentem utilitatem, ſcriberetque *Commoda multa feres.* Non ſolet ita aliis locis, quae mox videbis. Tu modo, cum videris in Editionibus antiquis eſſe *Haec praecepta feres*, prius feliciter ſic mecum emenda:

Hoc quicunque voles carmen cognoſcere, Lector,
Tot *praecepta* ferens, *quae ſunt gratiſſima vitae,*
Commoda multa leges: *ſin autem ſpreveris illud,*
Non me ſcriptorem, ſed te neglexeris ipſe.

Jam ſenſus & mens plane alia eſt. Vox *Commoda* non eſt ſubſtantiva, ſed adjectiva, quo pacto longe modeſtior eſt oratio. Multa, inquit leges, quae commoda, utilia, & forſan tibi, Lector, profutura ſunt; qua ratione quaſi tacite concedit, fieri

 poſſe,

poſſe, ut quaedam levioris momenti etiam reperiantur. Sic pari modeſtia in Praefatione Libri tertii ſcribit *Invenies aliquid*; concedens nempe, omnia non paris eſſe pretii. Sic in fine totius Opuſculi *brevitas ſenſus* adſcribitur his Diſtichis, id eſt tenuitas ſapientiae vel doctrinae; ubi infra plura dicentur. Et jam omnia ſunt nitida ac decora. Facile *Tot* in *Haec* fuit corruptum ob ſimilitudinem vicinae vocis *Hoc*. Facile ex abbreviata ſcriptura verbi *ferens* eſt *feres*, & adhuc pejus *ferat* procuſum. Facile denique ex genuino *leges*, *leces* illud ineptum *feres* fabricatum. Ceterum Auctor, vel Samonicus de Medic. 22. verſui ſecundo iterum ſimilia dixit ſcribens ita. *At nos pauperibus praecepta ferimus amica*; ut agnoſcas eundem utriusque Opuſculi parentem, qui illud dicendi genus, ut ſupra in priore Diſſertatione diximus, praeter innumera alia ex Horatio decerpſit, etiam teſtante, pectora amicis praeceptis formari. Eodem Lib. III. Diſt. II. haec leguntur:

Fortunae donis ſemper parere *memento.*
Non opibus bona fama datur, ſed moribus ipſis.

Praeceptum plane ἀφιλόσοφον. Quid enim eſt parere fortunae vel donis ejus, quam indulgere vanitati, vel rebus terrenis tantum, quantum fortuna patitur? Hoc videns Scaliger τὸ *parere* quaſi *apparere* interpretatur πομπεύεσθαι, ἐλλαμπρύνεσθαι, φαντάζεσθαι. Et quia ſentiebat, ſic quoque praeceptum eſſe fatuum, pro *ſemper* confidenter *raro* legebat; quod etiam Chriſt. Daumius, Gilbert. Wachius, aliique tanti Viri Auctoritate decepti receperunt, edentes contra omnes vetuſtas Editiones *raro parere.* Si Scaligeri figmentum de notione τῦ *parere* hic verum eſſet, ſenſus tamen emergeret ineptus. Non enim rarò ſe oſtentare bonis fortunae dedecet, ſed dedecet ſemper. In Editione Petri Scriverii eſt *damnis* pro *donis*; ad quod hic intelligendum Delio natatore opus eſt. Sed mittamus vanas tricas. En certiſſimam emendationem noſtram:

Fortunae donis temet praeferre *memento.*
Non opibus bona fama datur, ſed moribus ipſis.

Jam vides nexum egregium, & in altero verſu rationem ejus, quod in hoc erat praeceptum. Te, inquit, ipſum, id eſt, animum tuum, ejusque dotes memento praeferre divitiis, bonis fortunae, & ejusmodi rebus externis, proprie ad nos ipſos non pertinentibus. Cur vero? nempe bona fama non datur opibus, ſed moribus ipſis, ipſi homini & ejus virtuti. Sentisne jam ſententiam toties à Philoſophis inculcatam, & tali doctore dignam, minime vero plebejas ἀπαιδεύτου hominis corticem lambentis ineptias? Variis locis licet aliis verbis ita loquitur, ut *ſe* & *te*, vel *ſeipſum* dicat, intelligens nempe animum & ejus dotes: Eodem plane ſenſu etiam *praeſtare* legi poſſet; ſed *praeferre memento*

majo-

.jorem habet juſti praecepti ſpeciem. Et quam legitima haec facilis emendandi ratio! Sequitur locus adhuc difficilior. Ibi- n Diſt. v.

Sermones blandos blaeſosque cavere memento:
Simplicitas veri fama eſt; *fraus ficta loquendi.*

: iterum temere Scaliger introduxit *fama eſt* ex Editione Pi-)ei pro lectione antiquorum aliorum *ſana eſt*. Interpretatur ro ita, ut *fama* ſit μαρτυρία, aut argumentum. Quis morta- m ſic unquam fuit locutus? profecto nullus. Barthius etiam ic figmento fidem non habens malebat *veri forma eſt*; Mal- iius autem *norma* hinc porro divinabat. Videbatur nobis ali- ando, aequo jure *ſancta*, vel *cauſa* poſſe ſubſtitui. Sed ſi re- : perpendas, requiritur vox oppoſita voci *ficta*, & illis prae- lentibus *blandos blaeſosque* aliquid contrarium innuens. Hinc gitabam, an non lectio *ſana*, quam etiam Eraſmus habet, tius retineri poſſet. Sed omnibus accurate perpenſis ſic emen- ıdum cenſeo unice:

Sermones blandos blaeſosque cavere memento:
Simplicitas veri plana eſt, *fraus ficta loquendi.*

eſt, ſimplicitas veri vel veritatis eſt plana, naturaliter ſe ha- ns, non affectata, fraus loquendi vero ficta, & inſtar Pro- in varias formas figuraſque ſe convertens. Faciliime autem ıd *plana* in *ſana* & *fama* errore ſcribentium migravit. Anony- ıs Iſaac. Nic. Neveleti (quem alibi docuimus Joſ. Iſcanum :vonium fuiſſe) Fabula XXXIX. ante multa jam ſecula hunc lo- m manifeſte imitatur *Simplicitas veri, fraus eſtque puerpera falſi.* detur ille voce jam tum illic corrupta abſterritus aliud quid- m ſubſtituere maluiſſe. Ibidem Diſt. VI.

Segnitiem fugito, quae vitae ignavia *fertur:*
Nam quum animus languet, conſumit inertia corpus.

:ptus circulus, κὰι δὶς ταῦτα, fugito ſegnitiem, quae eſt igna- ı & talis eſſe fertur. Aſininam tautologiam vocat Boxhor- ıs merito; ſed immerito optimo Auctori culpam tribuere non bitat. Forte aliquis probare poſſet, ſi loco vocis *ignavia* po- retur *infamia*. Sed ſequens verſiculus incipiens voce *Nam* :endit hic vocem poſitam fuiſſe, quâ aliquid damnoſum ſigni- atum ſit. Sine controverſia ſic unicè emendandum eſt:

Segnitiem fugito, quae vitae noxia *fertur:*
Nam quum animus languet, conſumit inertia corpus.

n ratiocinium aptum juſtumque eſt. Cum ex *noxia* primo *na-* ı eſſet ſcriptum, vel ſcribi viſum, mox, ut vox aliqua eſſet .tina, *ignavia* ſcribi caeptum, cum inſulſus Librarius videret, ın diſſimilem vocem *ſegnitiem* praeceſſiſſe. Tu lege & ſcribe, diximus. Sic Horatius è contrario de Venatione Lib. I. E- :t. XVIII. ꝟ. 49. *Romanis ſolemne viris opus, utile famae, Vitae-*

que & membris. Hac voce *noxia* Samonicus quoque in Libello de Medicina paſſim utitur ut ſibi valde familiari. Eodem Lib. III. Diſt. IX.

Quod tibi ſors dederit tabulis ſuprema notato:
Augendo ſerva, *ne* ſis quem *fama loquatur.*

Locus iterum miſere contaminatus, & mox pari felicitate emendandus. Primum recte Joſ. Scaliger carpit Maxim. Planudem, qui τὸ *notato* pro verbo Imperativi modi habens ἔγγραφε vertit. Sed Matthaeus Zuberus & Johannes Mylius non melius intellexerunt, vertentes ille τήρει δίλτῳ, hic autem δέλτοισι φύλαξον. Melius cepit Mart. Opitius, ut Germanica Verſione oſtendit. Nec dubitare debuiſſet Eraſmus, *notato*, an *notata* legi deberet. Recte prius ipſe, ut etiam Scaliger explicant *notato*, id eſt, inſcripto tabulis teſtamenti. At mox quam inſolens & inepte dictum eſt! *ſerva augendo*, cum potius vice verſa dicendum eſſet *auge ſervando*; quamquam & hoc ſatis inſolens foret. Porrò quid eſt, *ne ſis quem fama loquatur.* Hoc Latinè nil aliud ſignificare poteſt, ne ſis qui celebreris, qui nomineris, ne ſis clarus. Locutio *fama loquitur* nunquam & nusquam ita ſimpliciter fuit adhibita, ut in malam partem ſumeretur. Semper notat claritatem. Sic Virgilius, ſic Catullus, cujus πολυθρύλλητον *fama loquetur anus* ſatis notum eſt, ſic omnes alii eam ῥῆσιν uſurpant. Seneca Herc. Oet. ℣. 205. *Volucremque Iolen Fama loquetur*, id eſt, celebrabit. Scaliger propterea ipſe haeſiſſe videtur, ſed nihil tamen hic vidit. Ecce vero veriſſimam Auctoris ſcripturam. Emenda me ſponſore ita:

Quod tibi ſors dederit tabulis ſuprema notato,
Augendo cura, *ne* ſegnem *fama loquatur.*

Id eſt, ut quivis videt, quod tibi ſors ultima in teſtamento dederit, illud dum auges cura, ne fama loquatur & diſſeminet, te eſſe hominem ſegnem, & ignavum, qui inſtar draconis vel incumbat theſauro, vel etiam negligat, nec eum propria diligentia augere queat. Huic quidem praeceptum ſupra Lib. I. Diſt. XXXIX. jam emendatum videtur eſſe contrarium; ſed ſemel eſt notandum, utrumque diverſo tempore & diverſis hominibus convenire, & pro circumſtantiis Auctorem non aliter praecepta, quam Medicinam variari voluiſſe. En veriſſimam ſcripturam & ſenſum. Vides ipſemet, quam proclivi lapſu ex *cura* ſit *erva*, *ſerva*, & ex genuino *ſegnem* paucis apicibus mutatis *ſi quem* corruptum. Ipſe Auctor praecedente Diſticho, paulo ante ſimiliter emendato, ait *Segnitiem fugito.* Horatius Lib. I. Epiſt. XVI. ℣. 68. *ſemper in augenda feſtinat & obruitur re.* Sequitur paucis interjectis eodem. Lib. III. Diſt. XII.

Rebus & in *cenſu ſi non eſt*, *quod fuit ante*,
Fac vivas contentus eo, *quod tempora praebent.*

Hoc

Hoc iterum purae caſtaeque latinitati, cujus Auctor non ſolum gnarus, ſed etiam ſtudioſus fuit, repugnat; qui divitias opesque ut & potentiam deſignare volentes *rem* dicimus, non *res* πληθυντικῶς, ſeu numero plurali. Centies ita, ut omnes alii, loquitur Horatius Auctori in deliciis habitus. Ipſe Auctor in brevibus dictis Opuſculo praemiſſis Num. XIII. dixit *Rem tuam cuſtodi*, non *Res*, ut tamen ibi ſenſu nonnihil alio ſcribere potuiſſet. Praeterea inepta eſt φλυαρία, cum ſequatur continuo *in cenſu*, id eſt, in opibus, vel re familiari. Nam de turbato ordine reſpectu voculae *in* nihil dicam; etſi Petr. Scriverius propterea temere *In cenſu & rebus* edere auſus fuerit. Damnoſa ſane licentia & ſimul inſcita! Auctor iterum infra Lib. IV. Diſt. XLVII. *res & fama laboret*. Mihi certum eſt, ſic Auctorem reliquiſſe:

> Privatim in *cenſu ſi non eſt, quod fuit ante,*
> *Fac vivas contentus eo, quod tempora praebent.*

Omiſſa, ſicut fieri ſolebat, prima litera ex *rivatim*, *ribatim*, fluxit *rebus et*, vel *rebus in*, praeſertim cum *im* literis ob ſequens *in* neglectis fieret *ribatin*, *ribaetin*, *rebus et in*. More ſuo reſpexit Horatium, qui Lib. II. Oda XV. ait: *Privatus illis cenſus erat brevis; Commune magnum*. Ad quae verba etiam ipſe Salvianus de Gubern. Lib. I. p. m. 12. alludit: *Licet privatim pauperes eſſent, divitiis tamen abundabant communibus*. Hac ratione etiam obiter emendandus eſt locus Horatii Lib. III. Oda VIII. circa finem vexatiſſimus, ſic vulgo legi ſolitus:

> *Negligens, ne qua populus laboret,*
> Parce privatus *nimium cavere;* &
> *Dona praeſentis cape laetus horae, ac*
> *Linque ſevera.*

Sic, inquam, vulgo exhibetur, niſi quod Cl. Bentlejus *cape* pro *rape* ediderit, & τὸ & in fine ſecundi verſus omiſerit, tertioque oppoſuerit. Quaeſitum eſt, quomodo Maecenas diceretur *privatus*. Jan. Rutgerſius, Tan. Faber, ejusque gener Dacierius, ſubintelligunt *tanquam*, vel *quaſi*; ut ſit *parce nimium cavere* tanquam *privatus ſi fores*. Bentlejus autem rejecta hac interpretatione explicat ita, *parce privatus cavere nimium, noli de privatis & domeſticis negotiis nimium, noli de re familiari nimium attentus atque anxius eſſe*, &c. At illa admonitio Horatii apud Maecenatem ſane indecora fuiſſet. Non erat profecto Maecenas homo naturâ triparcus, ſordidus, lucripeta, aut inſtar plebis de re familiari ſollicitus. Nihil minus. Cuningamius deinde non modo *privatis* refingere auſus eſt, ſed etiam utramque particulam, *et* nempe cum *ac*, ejecit inſcitè (ut ei aſpera contra Bentlejum verba ex merito reddantur) oratione ſic penitus diſſoluta contra morem Horatii, qui nihil magis quam orationem

ad-

admirabili quadam *βραχυλογίᾳ* connexam in Odis quaeſivit. In aliquoit MSS. erat *Parte*, quod etiam Daniel Heinſius non male divinarat, alioquin in emendando Horatio parum felix, nec non Matthaeus Bonfinis, à Cel. Bentlejo ob inficetiſſimam conſtructionem *populus privatus* merito faſtiditus. Imo *Parte* etiam Acron Scholiaſtes ipſe legerat, id clare ſua interpretatione demonſtrans. Et veriſſime haec ſcriptura Horatii hic fuit, qui ſic unice emendandus eſt:

Negligens, ne qua populus laboret
Parte, privatim *nimium cavere*,
Dona praeſentis cape laetus horae, ac
Linque ſevera.

Nil certius eſt, quam ita Flaccum ſcripſiſſe. Conſtructio verborum & loquendi ratio prorſus Horatiana eſt. Tu, inquit, o Maecenas, negligens nimium cavere privatim, ne qua parte populus laboret, cape dona praeſentis horae laetus ac ſevera linque. *Privatim*, id eſt, domi tuae, peculiari ſollicitudine. Unice illud praecedentibus convenit, *Mitte civiles ſuper urbe curas*, id eſt, quas tu nimis geris prope ſolus hoc tempore. Publica omnia & externa in toto Imperio jam pacata ſunt, aut certe bene compoſita. Tu igitur quoque nonnihil curas tuas remitte, quas privatim & peculiariter ut Praefectus Urbis prope ſolus geris, quò omnia in Urbe abundent, nec populus ulla parte laboret. *Negligens cavere nimium*, id eſt, non cupiens, non ſtudens, non volens cavere nimium. Sic pari locutione Lib. I. Oda XXVIII. in re alia dixit *negligis committere*, id eſt, non valde curans, vel flocci faciens. Ultimae literae vocis *privatim*, nempe *im* ob ſimilitudinem proximè ſequentium *nim* ſunt olim omiſſae oſcitantia Librariorum ſolenniſſima. Hinc illae lacrimae, illa corruptio. Lib. I. Sat. III. ℣. 142. voces *privatus* & *privatim* in MSS. ipſo Bentlejo teſte permutatae erant. Locutio *ne qua laboret parte*, iterum apud Horatium occurrit, Lib. I. Sat. II. ℣. 38. *ut omni parte laborent.* Probo verò *τὸ cape*, non *rape*, cum utrumque in codicibus MSS. occurrat, & *τὸ cape* non ſolum voci *dona*, ſed etiam gravi Maecenatis perſonae ac dignitati magis quadret. Ceterum ex hoc ipſo loco quaedam quoque tacite imitatus eſt Auctor noſter Diſtichorum Moralium. Nam & Diſticho paulo ante à nobis emendato *dona fortunae* dixit, ut hic Horatius *dona horae praeſentis*; & alibi *Linque metum leti*, id eſt, omitte, ut hic idem Flaccus *Linque ſevera.*

Sequitur in Auctore Diſtichorum locus maxime memorabilis, cujus ſolius reſtitutio etiam ſummum Operae pretium erit. Is eſt Libro hoc III. Diſt. XIII.

Uxorem fuge, ne ducas ſub nomine dotis:
Nec retinere velis, *ſi caeperit eſſe moleſta.*

Mirati

Mirati ſemper omnes ſunt, tale praeceptum à Patre dari potuiſſe Filio, aut etiam ulli mortalium, ut propter quamvis moleſtiam, jurgium, aut ſimile quid, abigenda ſit uxor, aut ſtatim dimittenda, quaſi mulieris eſſent leviſſima ſcruta quaedam in foro à mangonibus emta, aut aliquid ſimile. Eraſmus ait, id apud Chriſtianos non habere locum. At profectò nec apud ullos unquam gentiles uſitatum fuit, ut ſic ob tantillum negotii mulieres ſtatim iterum abigerentur, & hoc modo quotidie merces quaſi mercibus permutarentur. Impoſſibile eſt, tale praeceptum quemquam mortalium dediſſe alii, nedum filio, niſi ipſe ſtultiſſimus fuerit, vix tota Anticyra & omni hellebori proventu curandus. Quid itaque? Corruptus, corruptus, inquam, locus eſt, caſune an deſcribentis cujusdam irriſoris fatui, monachive mordacis culpa, neſcio. Hoc ſcio, locum eſſe corruptum, mirorque id nemini tanto temporis ſpatio in mentem veniſſe, tot ſeculis elapſis, de re nunquam ſic audita, nunquam praecepta. Nota, Lector, *Ne* in multis Libris & Codicibus olim fuiſſe, τὸ *Nec* vero recepiſſe Scaligerum ex Pithoeana Editione, quod tamen in una quoque Eraſmi invenio. At illud *Ne* etſi genuinum, nunc tamen aeque ſenſum reddit ineptum & ſimul etiam intricatum, ut Scaligeri explicatione, & re ipſa ſatis apparet. Quisquis nebulo primus locum corruperit ignoro; de hoc verò certus ſum, & quovis pignore contendo, Auctorem ſic emendandum eſſe, ſic exigua mutatione emaculandum, ſic, inquam, ſcripſiſſe illum:

Uxorem fuge ne ducas ſub nomine dotis,
Ne regnare velit, *ſi caeperit eſſe moleſta.*

Τὸ *Ne* vidiſti in Libris antiquis reſtitiſſe quibusdam. Τὸ *velit* ob ſequentem eandem literam *s* in *velis*, & verbum illud *regnare*, *recnare*, ut ſaepe ſcribebatur, in *retinere* ſcelerate fuit corruptum. En vero locum Horatii, quem ſuo more imitatus eſt Auctor, Lib. III. Oda XXIV. ℣. 15. *Nec* DOTATA REGIT VIRUM CONJUX, *nec nitido fidit adultero.* Adde Juvenalem Sat. VI. ℣. 150. ſic ſcribentem, *Interea calet* ET REGNAT, *poſcitque maritum*, &c. & ibidem ℣. 225. *Imperat ergo viro ſed mox haec* REGNA *relinquit.* Vide porro totam ejus Satyram auro contra cariorem, ubi ſtolati hujus regni variae ſpecies occurrunt. Graeci lepide γυναικοκρατίαν appellant, cujus apice Tanaquil Tarquinii Priſci, & Fulvia Antonii uxor olim, & recentiori tempore Juno illa Salmaſiana, Joſiae Merceri filia, inprimis eminuit, extra culinam imperium propagans, omniaque in provinciae formam domi redigere conata, nullis aliis legibus, quam quas ipſa ſciverit, admiſſis. Seneca in Phoen. ℣. 596. *Arbitria thalami dura felicis feram?* Qui & in Herc. Fur. ℣. 68. pari modo de re alia loquitur *vacuo volet Regnare mundo.* Imo confer ipſum paſſim Au-

ctorem

ctorem longe alias agendi regulas cum uxoribus & mulieribus inculcantem. Vide Lib. I. Diſt. VIII. Libro hoc III. Diſt. XXII. XXV. alibique. Elegantem uſum τῦ *fuge* ſimiliter more Horatii amat Auctor. Sic enim Venuſinus Lib. II. Oda IV. ſimiliter fere:

Brachia & vultum teretesque ſuras
Integer laudo (fuge ſuſpicari)
Cujus octavum trepidavit aetas
Claudere luſtrum.

Sic enim ibi neceſſario ac verè diſtinctione locus corrigendus eſt, cum alioquin τὸ *Cujus* nihil prorſus habeat, quo referri poſſit, integer ſed ego, cujus aetas trepidavit claudere luſtrum octavum, laudo haec in amica tua; fuge itaque ſuſpicari de me non amplius fervido juvene. Verba *fuge ſuſpicari* abſolute & per ſe poſita parentheſi includi debent. Praeceptum vero Auctoris Diſtichorum Moralium jam optimum & ſalutare eſt, ne ſolius dotis cauſa aliquis ducat hanc illamve uxorem, ne, ſi poſtea ob aliquas cauſas caeperit marito quicquam volenti moleſta, gravisque fieri & contraria ſentire, tum dominium ſibi arrogare & regnare velit. Mentirer, ſi dicerem, Serenum Samonicum, verum, ut oſtendimus, horum Diſtichorum Auctorem, mihi in ſomnio apparuiſſe, non quidem cruentum, qualis erat cum ab infando Caracalla occideretur, ſed vegetum alacremque, & gratias egiſſe, quod ſibi non modo genuinum foetum ſuum iterum poſt tot ſecula vindicaſſem, ſed illi etiam, praeter alias multas, hanc foediſſimam maculam abſterſiſſem, quà nomini & probitati ſuae tam inſignis impietatis labes circa matrimonia potuiſſet inuri; ſed revera tamen credo, Auctorem, ſi reviviſceret, id ultro confeſſurum eſſe. Pergo. Ibidem Diſt. XV.

Quod potes, id tentato, operis ne pondere preſſus
Succumbat *labor*, & *fruſtra tentata* relinquas.

Inconcinnius paulo videtur dictum, labor preſſus operis pondere, quaſi dicas, labor labore preſſus. Non labor, ſed homo ipſe pondere operis premi poteſt. Mutata diſtinctione malim;

Quod potes, id tentato, operis ne pondere preſſus
Succumbas, *labor* & *fruſtra tentata* relinquat.

Et quanto nunc aptius τὸ *ſuccumbas* de ipſo potius homine, quam de labore uſurpatur? nam τὸ *relinquat* minus καταχρηστικῶς adhibetur. Talium vero literarum permutatione identidem à librariis peccatur. Sed venio nunc iterum ad locum memorabilem & vexatiſſimum. Eodem Lib. III. Diſt. XIX.

Multa legas facito: perlectis *perlege multa:*
Nam miranda canunt, ſed non credenda *poëtae.*

Locus hic, ſi quisquam alius, à Criticis & interpretibus mirifice fuit agitatus. Et ſane plura ibi ſunt incommoda, quam alii etiam animadverterunt. Primo inconcinna eſt repetitio verbi

forma

forma mutati *legas perlectis*, cum juxta ſchematis regulam *legas lectis* dici deberet. Et tamen plerique non ibi, ſed in verbo *perlege* nodum quaeſiverunt, quem ibi tamen nullum eſſe credo. Eraſmus *perline* conjiciebat, id eſt, ut ait, dele. Barthius, qui multa de hoc loco dixit in Notis apud Daumium, hoc teſte aliquando malebat *elige*. Multis *neglige* placuit, quod etiam vetus Scholiaſtes in quibusdam Libris ait fuiſſe; nonnullis *ſelige*, quod Aſcenſius edidit. Vides, hic varie fluctuatum eſſe, & pleroſque ediđiſſe, quod ipſis commodius eſt viſum. Sed revera omnia ſunt inania. Si τὸ *perlege* vitioſum eſſe crederem, nihil aptius ſubſtitui poſſe arbitrarer, quàm *ter lege*, emphaſi non exigua. Sed alibi latent ulcera. Quare in altero verſu *poëtarum* meminit, addita etiam particula *nam*, ſi nondum facta eorum fuerit mentio quaedam in priori? Deinde num Auctor & poëta ipſe & poëtarum amans, ut ſatis manifeſte indicavit tam initio opuſculi; quam in Praefatione Libri ſecundi, ne de ceteris Scriptis loquar jam cognitis & hac noſtra opera patefactis, videri poteſt de Poëtis ſcripſiſſe tam generatim, eorum dicta *non eſſe credenda*? Ego Auctorem ſic unice ſcripſiſſe nullus dubito:

Multa legas facito: ter Vatis *perlege multa:*
Nam miranda canunt, ſed non ridenda *poëtae.*

Jam omnia ſunt egregia, vera & decentia. Jam τὸ *ſed* recte contrarium aliquid prodit. Poëtae multa narrant miranda in mythologiis ſuis fabulisque, ut etiam in aliis operibus, ſed quae ſemper utilem ſub cortice nucleum tegant. Non itaque riſus excitandi, ſed utilitatis cauſa ut ſcripta fuerunt ita etiam perlegenda ſunt. Et ſane ſtulti praeceptoris eſſet, multa legenda & perlegenda praecipere, addita ratione, quia *non credenda* eſſent. Praecipit itaque Auctor multa eſſe legenda, poëtae vero aut *Vatis* alicujus ſcripta multa eſſe vel *ter perlegenda* ob occultam ſapientiam, & multa mirabilia, quae minime ut lepida figmenta ſint ridenda. Mutatio *ter vatis*, vel *ter batis* pro *perlectis* & *ridenda* pro *credenda*, litera unica omiſſa, profectò verecundiſſima eſt. Horatius Lib. I. Epiſt. I. ℣. 37. *Sunt certa piacula, quae te Ter pure lecto poterunt recreare libello.* Loquitur ibi potiſſimum quoque de poëticis libellis, narratione ſua mores emendantibus. Vide ejusdem Horatii Lib. II. Epiſt. II. initio mire ea illuſtrantem, quae hic voluit Auctor, nec, opinor, dubitabis; adeo nunc omnia ſunt manifeſta. Lib. III. Diſt. XXIV.

Uxoris linguam, ſi frugi eſt, ferre memento:
Namque malum eſt non velle pati, nec poſſe tacere.

Hic locus ob exiguam mendam adeo iterum intricatus eſt, ut ſummis Viris crucem fixerit. Praecipit, bonae uxoris monita non eſſe adſpernanda. Et recte illud quidem. Cur vero? audi ineptias: *Nam malum eſt non pati velle, nec tacere poſſe.* Quis vero

ro tacere debet? maritus? at non de mariti, ſed de uxoris lingua vel loquela agitur; an uxor? at illam ut frugi mulierem interdum loqui decere & oportere ſatis innuit verſus antecedens, totumque praeceptum. Videsne tricas ingentes? Planudes plane omiſit hoc Diſtichon ejus difficultate deterritus, ut opinatur Scaliger, qui deinde ait, clarius ita ſcripturum fuiſſe Gnomologum, *te nolle pati, banc non poſſe tacere.* Nos nobis nunquam revera tantum licentiae in vocibus pro arbitrio intrudendis & mutandis ſumpſimus. Planudis tamen verſio in *Lipſienſi* quadam Editione exſtat, ubi ultima ſic reddantur *μηδὲ πάχιστα σιγῶντι δύνασθαι*; ſed nihil ad rem facit, quod etiam de ipſius Scaligeri, Zuberi, Mylii & Opitii verſionibus affirmari poteſt. Nec mirum; cum nihil ſani ſit in toto jam verſiculo. Emendandum eſt vix exiguo apice mutato capitaliter ita:

Uxoris linguam, ſi frugi eſt, ferre memento;
Namque malum eſt, non velle pati, nec poſſe carere.

En lux manifeſta. Fer, inquit, linguam frugi & bonae uxoris; nam malum eſt, talis uxoris conſilium non velle pati & admittere, & eo tamen carere non poſſe. Summa ſane infelicitas eſt, indigere monitis, & iis tamen uti nolle, ſi dentur. Quid clarius, verius, certius fingi vel optari poteſt? *mulier frugi* etiam Penelope dicitur ab Horatio Lib. II. Sat. V. ℣. 77. & 81. Ego cum hanc emendationem omnium primam ante pluſculos annos occaſione quadam luci publicae exponerem, videremque omnes verſiones neceſſario falſas eſſe, aliquot novas quaſi ludendo effuſas addebam; quas hic, etſi tanti non ſint, ſimul adjicere viſum eſt.

1. Νουθέτησιν ἀλόχου φρονίμης μέμνησο δέχεσθαι.
Μηδὲ φέρειν βλαβερὸν, δύνασθαι μηδ᾽ ὑστερέεσθαι.
2. Ῥῆμα λαβεῖν ἄπορος συνετοῦ μέμνησο γυναικός.
Ἐστὶ κακὸν, βουλῆς χρήζειν, καὶ δύσκολον εἶναι.
3. Θήλεος ὠφέλιμον, μὴ σπεύσας, τέτλαθι γλῶσσαν,
Ἦν κακὸν, οὐδὲ φέρειν, οὐδ᾽ ἀρκεῖν στῆθος ἑαυτοῦ.

Ceterum in ultimo tertii Libri Diſticho infeliciter ſane Eraſmus pro genuina lectione *AEqua diligito caros pietate parentes* vel ut alii habent *Diligito caros aequa*, &c. malebat *Dilige non aegra c. p. p.* Atqui vocem *aequa* totus ſecundus verſiculus unice poſtulat. Sed Homerum aliquando dormitare, & magnas etiam viros interdum hallucinari novimus, quorum ſenſus omnibus intentus ſaepe minor eſt ad ſingula. Pergimus ad Lib. IV. cujus haec eſt Praefatio:

Securam quicunque cupis traducere vitam,
Nec vitiis baerere animum, quae moribus obſunt,
Haec praecepta tibi ſemper relegenda memento:
Invenies aliquid, quo te nitare magiſtro.

Sic

Sic vulgo exhibetur; nam *perducere vitam*, quod in nonnullis eſt, non eſt nauci. Diximus ſupra. At in fine altiſſimum eſt ulcus, quod curare artis erit non proletariae. Ipſe Auctor magiſter erat morum, volebatque ut ſe duce & ſuis praeceptis uteretur, qui talia legeret, non ut αὐτοδίδακτος eſſet. Adverſatur id toti ſcopo ſcriptoris. Pulmannus etiam citat *in quo te utere magiſtro*. At Chriſt. Daumius utrumque merito damnat, tam hoc, quod pro varia lectione laudat Pulmannus, quam alterum, probatque quod in aliis antiquis editionibus inveniſſe ſe ait, *quod te vitare magiſtro*, ut *magiſtro* ſit verbum idem notans quod *doceo*, multa accumulans ex deterioris notae ſcriptoribus hujus verbi exempla, ſicut ſolebat Vir majoris diligentiae ac doctrinae quam judicii. Indigna haec vox eſt Auctore noſtro, & ejus indole ac tempore, qui nihil minus, quam iſtud ſcripſit. Praeterea ſenſus ipſe non placet. Non enim vitanda tantum, ſed etiam multa ſequenda docet hic ſcriptor. Vide Lib. III. Diſt. XIV. Intuere modò varias, quas dixi, Lectiones, iisque inter ſe collatis certus eſto, ſic emendandum eſſe feliciter:

Securam quicunque cupis traducere vitam,
Nec vitiis haerere animum, quae moribus obſunt,
Haec praecepta tibi ſemper relegenda memento:
Invenies aliquid, quod *te* tibi corrigat iſtic.

Hanc ego veriſſimum dico ſcripturam olim ſic ab ipſo Auctore profectam fuiſſe. Τὸ *quod* jam in quibusdam Libris exſtitit. Ceterae corruptae Lectiones omnes ex hac una vera ſed mutilata ſunt fabricatae. Hoc modo *te tibi corrig. iſtic* in alterum illud *te nitare aque. iſto* & ſimilia monſtra, tandemque in *te nitare magiſtro*, vel *te vitare magiſtro*, aliaque nil meliora tranſiit. Mirificè vero Auctor his formularum argutiis, & pronominum poſitu *te tibi*, *tibi te*, *tibi tu*, *tu tibi*, &c. delectatur. Vide modo hic illic paſſim. Ut verò convincaris de his omnibus, en ſimul locum Horatii, unde haec ferè Praefatio adumbrata eſt, Lib. I. Epiſt. XVIII. verſ. 96.

Inter cuncta leges & percunctabere doctos,
Qua ratione queas traducere leniter aevum;
Ne te ſemper inops agitet vexetque cupido;
Ne pavor & rerum mediocriter utilium ſpes:
Virtutem doctrina paret, naturáne donet.
Quid minuat curas, QUID TE TIBI REDDAT AMICUM:
Quid pure tranquillet, &c.

Sic Horat. Ibid. Epiſt. V. ℣. 24. de re alia *Oſtendat tibi te*. Epiſt. XIV. init. *Villice ſilvarum & mihi me reddentis agelli*, id eſt, reficientis & quaſi poſt ineptias forenſes corrigentis. Epiſt. XVII. *ſatis per te tibi conſulis*. Et ſic alibi ſaepius. Haec ſimiliaque ſcire

 opor-

oportet, ad genium ſcriptoris, ejus mentem, veraſque ſcripturas detegendas. Alioquin in loco iſto non ineptè divinari potuiſſet *quod te juvet arte magiſtra*, praeſertim cum *φύσις arte magiſtra* ſimul adeo venuſta ſit, à Celeb. Nic. Heinſio ad Ovidii Epiſtol. Heroid. xv. ỷ. 83. affatim illuſtrata, & ipſe Auctor etiam Lib. III. Diſt. xv. dixerit *magiſtram vitam*. Sed hujus loci vera & unica lectio fuit, quam diximus, adeo elegans & apte, ut nihil poſſit cum ea comparari. Pervenio nunc ad locum, cujus reſtitutio & emendatio ut palmaria, ita mihi jucundiſſima fuit. Lib. IV. Diſt. IV. ut olim ubique lectum fuit:

> *Dilige* denarium, *ſed parce dilige formam*,
> *Quam nemo ſanctus, nec honeſtus* captat ab aere.

Sic omnes ſcripti editique Libri conſtanter habuerunt. Futilitatem praecepti nemo eſt quin videat. At eam Boxhornius non innocentiſſimo Auctori, ſed temporum injuriae, & putidiſſimis Librariis imputare debuiſſet. Sed ſtoliditas praecepti jam omittatur, ad quam minuendam quam ſe torqueant interpretes, ut de denario & denarii forma dicant, quae non exſibilentur, taedet narrare. De verſu tantum dicemus prius ipſo, qui vocem *denarium* non admittit. Nihil Scriverii inventum, nihil Daumii ſimilia exempla ex omnis aetatis etiam infimae *poëtaſtris* clauſtralibus congeſta juvant. Praevaluit itaque magni *Scaligeri* ſententia interpolatum illud *denari* & mox *Quem obtrudentis, ut nunc* vulgo exhibetur; quo pacto via emendandi difficilior redderetur, niſi ſciremus, id ejus eſſe commentum, cujus incomparabilis Viri intempeſtiva Auctoritas optimis ſcriptoribus ſaepe damnoſa fuit. Idem hic contigit. Omnibus rationibus bene ſubductis, intuens voces *formam*, *ſanctus*, *honeſtus*, multaque alia conſiderans affirmo ſecure, Auctorem longe aliud hic praeceptum dediſſe. Emenda, ſcribe, lege:

> *Dilige* te, teneram *ſed parcè dilige formam*,
> *Quam nemo ſanctus nec honeſtus* curat habere.

En auream plane praeceptum, auream ſententiam! Te, inquit, ſecundum naturae jus legesque dilige, ſed formam teneram dilige parce, quam nemo ſanctus honeſtusque habere curat, aut magni facit. Syllabâ *te* male omiſſa & non geminatâ ex *teneram* fluxit *denarium* incredibili ſtoliditate tot magnis deinceps hominibus multum negotii excitaturâ. Eo autem facto tanto facilius *τὸ habere* in *ab aere* corrumpi potuit. Vox *ſanctus* peculiariter de caſtis, ac pudicis uſurpatur. Exempla in Cicerone, Virgilio, Phaedro, aliisque exſtant innumerabilia. Vide Cl. Dukerum ad Flori Lib. II. Cap. VI. ubi *ſanctitas Scipionis* praedicatur eo ſenſu, Clauſulam Diſtichi ſumpſit ſanctiſſimus ſcriptor è ſuo Horatio, qui Lib. II. Epiſt. II. ỷ. 182. ſcribit, *Sunt qui non habeant;*

beant; eſt qui non cura habere. Vide etiam Cl. Bentlejum ad eundem Lib. I. Epiſt. II. ℣. 34. Hic autem *curat* in *captat* ob alia jam corrupta porro mutatum eſt; ut ſupra vidimus, idem verbum *cura* in *ſerva* ineptiſſime converſum eſſe. Ceterum obſerva, jam Andream Alciatum Lib. IV. Parerg. Cap. XXIII. in hoc Diſticho ſe fruſtra torſiſſe, & eum eſſe, quem praecipue Scaliger intellexiſſe videtur, cum ait; multos hoc Diſtichon vexaſſe fruſtra. Et ſanè ut ipſe ſibi fingebat, quae Auctori nunquam in mentem veniſſe certus ſum, ita Alciatus nullum operae tulit pretium. Vide ipſum l. c. & Daumium in Notis, ut quid lucida utiliſſimi praecepti veritas tenebroſae praecepti inutilis caligini praeſtet, tanto magis eluceſcat. Lib. IV. Diſt. VIII.

Quod donare potes gratis, *ne vende roganti;*
Nam recte feciſſe bonis in parte lucrorum eſt.

Quod quis donat, pro eo certè nullam mercedem, aut rei pretium accipit. Quid igitur eſt, per fidem tuam, mi Lector, *donare gratis?* an aliquid etiam donatur non gratis? quid putidius aut fingi poteſt, aut dici? Nullumne vel interpretum, vel haec in Graecos verſus redigentium id notaſſe? Porro an haec inſtitoribus ſcripſit Auctor, ut docere voluerit, ne quicquam venderent roganti? Nam *vendere* ſimpliciter ſi dicimus, utique pretium rei vel dari, vel certè promitti intelligimus. Forte haec ſecum conſiderans Petrus Scriverius, *Quod praeſtare potes gratis concede roganti* auſus eſt refingere & edere. Sed ſic quoque τὸ *gratis* ſupervacuum eſt, ut taceam de nimia mutatione. Juxta veras Artis regulas repone indubitato:

Quod donare potes, precibus *ne vende roganti.*
Nam recte feciſſe bonis in parte lucrorum eſt.

Ex *precibus*, vel abbreviato *prebus* illud *gratis* corruptum eſt. Literae enim *p. g. q.* item *b. b. v. l. t.* tum aliae millies confunduntur. Jam vero ut ſententia eximia, ita locutio mirifice elegans & venuſta eſt. Sic enim non tantum pecunia, ſed etiam quovis alio modo *emere* & *vendere* dicunt puriſſimi ſcriptores Latini. Horatius Lib. I. Epiſt. II. ℣. 55. *Sperne voluptates; nocet empta dolore voluptas.* & Epiſt. XVIII. ℣. 48. *pulmenta laboribus empta.* Idem Lib. III. Oda XIV. de Auguſto Caeſare dicit: *Morte venalem petiiſſe laurum;* ubi etiam paulo poſt olim in peculiari Obſervatione locum longe vexatiſſimum ſic verè emendandum eſſe docuimus:

——— *Vos o pueri, & puellae*
Jam virûm expertes *male* criminatis
Parcite verbis.

Ubi illatinè *nominatis* vulgo legitur, vel *ominatis*, à Bentlejo vero *male inominatis*, à Cuningamio *male o ominatis* prorſus ἀπροσ-

διονύσας mutatum eſt, non cogitantibus, de rebus jam praeteritis verba ſive male ſive bene ominata abſurda eſſe; cum *omina* & *ominari* ſint voces, quae res adhuc futuras indicant. Hic vero Romanae mulieres monentur, ne ob praeteritas ſuorum maritorum in bello Cantabrico occiſorum jacturas nimium lugere, & peractam reducis Auguſti expeditionem velint male criminari, atque hoc pacto feſti diei laetitiam inceſtare. Sic etiam Lib. I. Od. XVI. *criminoſos Iambos* vocat. Sed de plurimis Horatii Crucibus, fide majoribus & pluribus, alibi ſparſim egimus, ut funditus tollantur. Revertimus ad Diſtichorum noſtrorum Auctorem, & veriſſimam emendationem *precibus ne vende*. Seneca de Benef. Lib. II. Cap. I. *Non tulit gratis, qui cum rogaſſet, accepit. Quoniam quidem, ut majoribus noſtris, graviſſimis viris, viſum eſt, nulla res carius conſtat, quam quae* PRECIBUS EMTA EST. Hinc Alanus ab Inſulis Claſſ. II. Parab. XIII. verba Senecae imitans colorem duxit, dum ante ſexcentos fere annos cecinit: *Sed nihil eſt, quod ſit ſub coelo carius emtum, Quam quod* EMUNT *longae fauce jubente* PRECES. Mamertinus Paneg. in Julian. *Prorſus ut ex animi ſententia loquar, maximo* VENDIT *beneficium, qui* PRECES *accipit*. Ubi vide paulo ante multo plura in hanc ſententiam. Adde alia in annotationibus Juſti Lipſii, & Andreae Senftlebii, illius ad Senecam, hujus ad Alanum ab *Inſulis* l. c. Ecce jam egregiam plane gemmam hic quoque *Auctori Diſtichorum* tam turpiter olim deformato, ſed nunc melius opera noſtra cognito & cognoſcendo redonatam! Eodem Lib. IV. Diſt. XV.

Quum tibi vel ſocium, vel fidum quaeris amicum,
Non tibi fortuna eſt hominis, ſed vita petenda.

Inſolens & illatine quoque dictum eſt, *petere vitam hominis* pro eam perpendere, aſpicere, conſiderare. Scaliger vertit *μᾶλλον δ' αὐτοῦ βίον ἀνδρὸς ἐρέυνα*, ſenſum ſcilicet exhibens, non verbum *petenda*. Neque aliter fecerunt alii; mendam tamen nullam animadverterunt. Legendum eſt omnino:

Quum tibi vel ſocium, vel fidum quaeris amicum,
Non tibi fortuna eſt hominis, ſed vita putanda.

Id eſt, exputanda, perpendenda, conſideranda, verbo ſimplici pro compoſito, ut alibi *parent* pro *apparent*, & ſimilia dixit. Verbum *putare* eo ſenſu inprimis Lucretio eſt in deliciis, quem cum Horatio prae ceteris maximi fecit Auctor noſter. Haec ſcripſeram, cum diu poſtea demum viderem, ita quoque exſtare in Editione, quae à Petr. Scriverio caſtigata dicitur; ſed quae uno alterόve loco excepto temerariis auſibus corrupta fuit; ut ibidem paulo ante Diſt. II. in verbis, *Unum praecipio tibi plus hominem eſſe timendum*, recte ſe habentibus, contigit, in multis aliis alibi, quae taedii cauſa omittimus. Lib. eodem Diſt. XVI. magis arridet

arridet Lectio, *Quò tibi divitias, ſi ſemper pauper abundas?* ob elegantiam ῥύσεως à Gronovio, Heinſio, Bentlejo, aliisque jam ſatis illuſtratam, & quia jam Max. Planudes ita legiſſe videtur, adhibendo in verſione voculam ἀεὶ, quàm illa altera, *Quid tibi divitiae proſunt, ſi pauper abundas?* Ibid. Diſt. XVIII.

Quum ſapias animo, noli ridere ſenectam.
Nam quicunque ſenet, puerilis *ſenſus in illo eſt.*

Vocem inſolentem *ſenet* ſola ſuperſtitio tuetur. Praeterea non qui ſit ſenex, ſed qui factus eſt, in eo haec mutatio contigit. Obſtat itaque huic verbo ipſe ſenſus. In Antverp. eſt *ſenex.* Ego praeterea ſic puto legendum:

Quum ſapias animo, noli ridere ſenectam:
Nam quicunque ſenex, pueri bis *ſenſus in illo eſt.*

Facile *bis* in *lis* abiit. Latinorum & Graecorum commune eſt proverbium, γέροντες δὶς παῖδες, *ſenes bis pueri.* Utitur eodem Plato Lib. I. de Legib. vide notas Cl. Wachii. Eodem Lib. IV. Diſt. XXI.

Exerce ſtudium, quamvis *perceperis artem*:
Ut cura ingenium, ſic & manus adjuvat uſum.

Locus hic ſanitatem mentiens minime ſanus eſt. Proprie & Latine dicimus *exercere artem*, non vero *exercere ſtudium*, ſi vox eo ſenſu ſumenda ſit, quo hic ſumi deberet. Nam ſi de profeſſione quadem accipias, nihil hic differt ab arte ipſa. Scaliger etiam ipſe in notis circa verſionem fluctuans ſatis oſtendit, ſe aliquid ὕπουλον hic ſenſiſſe; quod ob ἀπορίαν profiteri non fuerit auſus. Emendandum eſt ſine dubio leni iterum, legitimoque remedio:

Exerce aſſiduò, quam tu *perceperis artem.*
Ut cura ingenium, ſic & manus adjuvat uſum.

Jam belliſſima & rotunda eſt ſententia. Nempe vox *aſſiduo* ob eliſionem, ut ſit mutilata ex τῷ *ſiduo* vel *ſſiduo* deinde *ſtudium* fuit corruptum. Omnes in hac arte & in vetuſtiſſimorum codicum tractatione verſati mihi adſtipulabuntur. Porro *quam tu* forma eſt loquendi Auctori omnibus fere paginis uſitata. Nam illa pronomina *tu*, *te*, *tibi* in tam exiguo opuſculo vel centies ſaepiusve occurrunt, ut etiam futura ſeu praeterita ſubjunctivi. En vero, ne dubites, locum Horatii, quem ſuo more imitatus eſt, & tunc in animo habuit Auctor, Lib. I. Epiſt. XIV. in fine: *Quam ſcit, uterque libens, cenſebo, exerceat artem;* ubi artis ſolius ſit mentio, quae ſit exercenda ſtudioſe ſcilicet, non ſtudium ipſum, quod medium rei, non finis hic eſt, ut cum Dialecticis loquamur. Praecedente Diſticho iterum Scriverius rem peſſime egit. Sed pergamus. Ibidem Diſt. XXV.

Laudaris quodcunque palam, quodcunque probaris,
Hoc vide *ne rurſum levitatis crimine damnes.*

Turpis error eſt in ultima Syllaba τοῦ *vide* corrupta. Nunquam id à quoquam probato ſcriptore factum. Doct. Daumius, ut incredibili βιβλιομανίᾳ laborabat Vir bonus, omnigena exempla ex infimae mediaeque aetatis poëtaſtris conſtipans oſtendit, quam parum ſaepe ἀκρισίας notam effugere ſtuduerit. Nemo optimorum Scriptorum ita in hoc verbo peccat, niſi corruptus aut etiam in aliis ſimilibus, niſi iis, quae olim utraque conjugatione erant uſitata, qualia ſunt *lavere*, *cavere*, & nonnulla alia. Omnino emenda:

Laudaris quodcunque palam, quodcunque probaris,
Hoc cave *ne rurſum levitatis crimine damnes.*

Et hoc verbum etiam hic multo aptius atque ἐμφατικώτερον eſt; cujus primâ literâ ob eandem praecedentem neglectâ aliaque de cauſa facile *vide* irrepſit. Nimis enim licenter Eraſmus *fuge* volebat ſubſtituere. Τὸ *cave* verò ſic ſaepe ultima brevi ab Horatio aliisque plurimis uſurpatur. Vide Lib. II. Sat. III. ℣. 177. Sat. V. ℣. 95. Sed ſupervacaneum foret ejus aliorumque plura loca indicare. Ipſe Auctor infra iterum Diſt. XLIII. *Suſpectus cave ſis.* pro quo Scriverius rurſum temere *Suſpectus caveas*, obtruſit ex ſolo eoque perverſo arbitrio. Quod verò de corruptis veterum optimorum Poëtarum locis has labes praeferentibus contra Daumium diſputavimus, nunc unico tantum brevitatis cauſa probabimus loco, cum plurimis poſſemus. Manilius Aſtron. Lib. V. verſ. 733.

Utque per ingentem populus deſcribitur urbem,
Praecipuumque Patres retinent, & proximum Equeſter
Ordo locum, Populumque Equiti, Populoque ſubire
Vulgus iners videas etiam *ſine nomine turbam:*
Sic etiam magno quaedam reſpondere *mundo.*
Haec *natura facit, quae coeli condidit arcem.*
Sunt ſtellae Procerum ſimiles, &c.

Hic τὸ *reſpondere* penultima correpta jure eruditis faſtidium ac ſuſpicionem movit; nam de alio etiam mendo ſecuri erant. Sed neſcio, quid Th. Reineſio in mentem venerit eadem labe *reſplendere* divinanti. Scaliger vulgatum tuetur exemplis, ut fit, ſimiliter corruptis; nam in Martiali Lib. III. Epigr. IV. ex ipſis MSS. Grutero ac Gronovio jam monentibus, legendum *tu reſpondeto poëta*, pro inepto *dicet*, *reſponde poëta*; quomodo etiam exhibuit recte Gryphius, cujus exemplar à Nicolao Heinſio, Viro eleganti & erudito cum plurimis MSS. Codicibus collatum penes me eſt. Joh. Frid. Gronovius, emunctae naris Criticus in Manilio *ſe oſtendere* divinabat. Ego, ut brevis ſim, unice Manilium ſic ſcripſiſſe, & iterum emendandum eſſe dico:

Vulgus iners videas, denſam *ſine nomine turbam.*
Sic etiam magno quaedam Reſpublica *mundo.*

Hanc

Hanc *Natura facit, quae coeli condidit arcem.*
Sunt ſtellae Procerum ſimiles, &c.

Inſignis haec iterum loci depravatiſſimi reſtitutio. Tota comparatio praecedens cum civitate, tota indoles & ſcribendi ratio Manilii, tum ipſa vox *quaedam* hanc phraſin quaſi emolliens, ac poſtremo facilitas aberrandi in tàm ſimili ſcriptura, evincunt nos verè locum emendaſſe. Plinius ipſe Junior Lib. VIII. Epiſt. XVI. *Nam ſervis* RESPUBLICA QUAEDAM, *& quaſi civitas domi eſt*. Ovidius Metam. Lib. I. ℣. 176. *Haud timeam magni dixiſſe Palatia coeli. denſam* vero pro *etiam*, quae vocula mox ſuo lôco occurrit, ſimiliter repoſuimus; quod tanto facilius mutilatione corruptum, quia literae *deas* praecedunt. Dixit vero *vulgus* per appoſitionem *turbam denſam*. Neque enim vulgus iners, & turba ſine nomine differunt inter ſe. Ita etiam Ovidius, Martialis aliique crebro *denſam turbam* dixerunt, & Horatius de multitudine, velut ingenti concione ad audiendum apud inferos ſtante prorſus eleganter Lib. II. Od. XIII. *Denſum humeris bibit aure vulgus;* ubi non debuiſſent N. Heinſius & Bentlejus pro voce *humeris* conjicere *hilari*, vel *humili*, vel *avida*. Niſi extra oleas vagari vererer, hic ſimul obiter utrumque id nomen, *humilis* & *denſus* Papinii Statii Locis in Sylvis reſtituere poſſemus. Ceterum Manilium non noſcat oportet, qui hunc ejus ſtylum, qualis eſt locutio *quaedam reſpublica*, non protinus agnoſcit. Et jam quanto melior nunc ſimul diſtinctio, & verborum eſt conſtructio! Haec nempe omnia contingunt in veris emendationibus. Auctor Opuſculi Moralis iterum Lib. IV. Diſt. XXVI.

Tranquillis rebus ſemper quae *adverſa caveto.*
Rurſus in adverſis melius ſperare memento.

Non ſolum numeri ſunt duriores in primo verſiculo, ſed illud *ſemper* hic etiam ſuperfluum eſt, ac praeterea emphaſin ſententiae nonnihil imminit; videturque lacunae loco inſertum fuiſſe. Malim:

Tranquillis rebus quae ſunt *adverſa caveto.*
Rurſus in adverſis melius ſperare memento.

Sic iterum Lib. I. Diſt. XVIII. prorſus ſimillime, *quae ſunt adverſa caveto*. Lib. II. Diſt. II. *quae ſunt mortalia cures*. Et notum eſt, Auctorem nonnulla ob cauſas ſupra allegatas iteraſſe. Poſtea vidi, Scriverium ita quoque edendum curaſſe. Ibidem Diſt. XXVII.

Diſcere ne ceſſa: cura ſapientia creſcit.
Rara *datur longo prudentia temporis uſu.*

Interpretantur Viri Docti, ut oportebat, ſingularis & eximia, cum magno Eraſmo. Sed ſi alibi, certe in talibus praeceptis

omnis oratio ambigua vitanda eſt. Horatius, Auctori noſtro in deliciis habitus vocem *rara* nunquam ita, ſed more ſolito adhibet. Genuina litera initiali reſtituta legendum cenſeo!

Diſcere ne ceſſa: cura ſapientia creſcit.
Vera *datur longo prudentia temporis uſu.*

Sic *vera virtus* apud Horatium Lib. III. Od. V. ℣. 29. *Nec vera virtus, cum ſemel excidit, Curat reponi deterioribus.* Adde Lib. I. Epiſt. XVIII. ℣. 8. Auctor Octaviae ℣. 291. *Vera priorum virtus quondam Romana fuit, verumque genus Martis in illis ſanguiſque viris.* Quod penè repetiit Florus, ejuſdem Octaviae Auctor, ut alibi multis documentis oſtendimus, Lib. I. Cap. XVIII. *Sed bello & pace, foris & domi, omnem in partem Romana virtus tum ſe approbavit;* & adhuc clarius Libro eodem Cap. XIII. *Tum igitur aut nunquam alias apparuit vera illa Romana virtus.*

Lib. IV. Diſt. XXVIII.

Parce laudato: nam quem tu ſaepe probaris,
Una dies, qualis fuerit, oſtendet *amicus.*

Sic omnes exhibent, niſi quod Alexandrino gladio utens Scriverius exhibendum curaverit *monſtrabit*, loco τοῦ *oſtendet*; improbe profectò. Solet ſyllaba brevis interdum tamen in hemiſtichio quidem priore ob caeſuram produci, ſed non facile in quarta, ut ajunt, regione. Sanè & propter hanc, & propter aliam cauſam diſplicet hic iſta licentia. Vox *oſtendet* ſine dubio vitioſa eſt. Praeterea falſum eſt, hoc fieri ſemper & neceſſario, quod in hoc verſu dicitur. Fieri ſaepe poteſt, fitque ſaepe revera, non ſemper. Emendetur:

Parce laudato: nam quem tu ſaepe probaris,
Una dies, qualis fuerit, fors pandet, *amicus.*

Jam ſententia vera eſt. *pandet*, id eſt, aperiet, oſtendet; *fors* adverbialiter pro *forte* eſt antiquae elegantiae. Horatius Lib. I. Od. XXVIII. *Fors & debita jura viceſque ſuperbae Te maneant ipſum.* Facile autem eliſa litera ex his *fors pandet* à Librariis *oſtendet* corruptum fuit. Columbanus ante plurima ſecula hunc verſum paulo aliter ſuis monoſtichis inſeruit, jam tum, ut apparet, corruptum. Vide apud Melch. Goldaſtum in Paraeneticis, & in calce Editionis Daumianae, ut etiam in Jacobi Uſſerii Veterum Epiſtolarum Hibernicarum Sylloge; qui omnes ſimul has reliquias ediderunt, cum aliis medii AEvi λειψάνοις. Eodem Lib. IV. Diſt. XXIX.

Ne pudeat, quae neſcieris, te velle doceri.
Scire aliquid laus eſt; culpa *eſt, nil diſcere velle.*

In aliis olim editionibus erat *pudor eſt nil diſcere velle*, quomodo etiam in Eraſmi Editione reperitur. Sed praeſtat altera lectio à Scaligero ex aliis Libris approbata, modo prius menda tollatur. Exigua mutatione reponatur vera ſcriptura hoc modo:

Ne

Ne pudeat, quae neſcieris, te velle doceri.
Scire aliquid laus eſt; turpe *eſt, nil diſcere velle.*

Vides voces *turpe* & *culpa* quam ſibi pene ſimiles literarum forma ſint, ut una pro altera facile irrepſerit. Et quanto melius hoc verbo *pudeat* convenit, tum voci *laus* opponitur! Et ita quoque jam Planudem legiſſe patet, quia vocem αἶσχος adhibuit, quae turpitudinem & pudorem ſimul notat. Nam altera vox *pudor* hic prorſus inconcinna eſt. Quis enim ita inepte loquatur, *pudeat, quia pudor eſt?* Imo vero pudeat nos alicujus mali, quia *turpe* eſt. Imitatus eſt Horatii iſta Art. Poët. ℣. 417. *mihi turpe relinqui eſt, Et quod non didici, ſane neſcire fateri.* Ubi etiam antea ℣. 88. *Cur neſcire pudens prave, quam diſcere malo?* Supra Lib. I. Diſt. XXX. *Turpe eſt doctori, quum culpa redarguit ipſum.* Et quis non ita loquitur? Libro eodem III. Diſt. XXX.

Cum Venere & Baccho lis eſt, ſed *juncta voluptas.*
Quod blandum eſt animo complectere, ſed fuge lites.

Vox exigua *ſed* oſtendit, Viros Doctos veram mentem prioris verſus non animadvertiſſe. Hoc enim vult Auctor, & verum eſt, in Vino & amore litem & voluptatem eſſe ſimul. Reponendum eſt:

Cum Venere & Baccho lis eſt & juncta voluptas.
Quod blandum eſt animo complectere, ſed fuge lites.

Et ita, ut deinceps animadverti, etiam Joh. Caſp. Malſchius edidit. Illud *blandum* vero Scaliger jure meritoque pro *lautum* ex Pithoeana Editione probavit. Ceterum & hoc loco Planudem, non *ſed* legiſſe oſtendit Verſio iſthaec Εὐφροσύνη καὶ ἔρις Βάκχῳ Παφίῃτε σύνεστι: ut nullus de hac correctione remaneat dubitandi locus. Mox Diſt. XXXII. meliores Editiones habent *quo ſit diſcrimine pejor*, damnato τῷ *ſis*, quod ſenſum gignit plane Auctoris menti contrarium. Fortuna alterius jam nominata intelligitur. Paulo poſt Diſt. XXXIV. mallem cum Scaligero: *nam litus carpere remis Tutius eſt multo, quam* velis *tendere in altum*, pro vulgato *velum*. Oppoſitio illa *remis* & *velis* multo concinnior redditur. Ibidem Diſt. XXXV.

Ereptis opibus nolito flere *querendo;*
Sed gaude potius, tibi quum contingit habere.

Verba *flere querendo* hic junctim poſita neſcio quid futilitatis habeant. Nec Eraſmo placuerunt, qui propterea ſe arbitrari ait legendum *noli moerere querendo;* ſed hoc ſane, ſit verbo venia, vix hilo melius; etſi hinc poſtea in Editiones aliquot vetuſtas irrepſiſſe videatur, quas Daumius recenſet. Pulmannus edidit *noli gaudere merendo*, quod nihil ad hunc rhombum facit. Idem tamen in Editione Eraſmica Antverp. Anni 1551. & quidem *moerendo* peſſime exſtat. Sed Eraſmi conjectura videtur poſtea

incuria typothetarum corrupta fuiſſe. Quia etiam Editiones aliquot habent *noli tu*, hinc primo varia in mentem veniebant ſpecioſa magis quam vera, quibus ſolis in lucem revocandis ſtudemus. Nunc nullus mihi reſtat ſcrupulus, quin ita vere Auctorem arbitrer ſcripſiſſe:

Ereptis opibus non tu te afflige *querendo*;
Sed gaude potius, tibi quum contingit habere.

Nihil ſenſui opportunius, & Criticae regulis convenientius optari poteſt. Diximus ſupra voculas *tu te*, *tibi te* &c. Auctori in deliciis eſſe. Hic vero mira ineſt emphaſis. Si alii eripuerunt tibi opes, tu te tamen ipſum non affl[i]ge. Et ex mutilato *flige* ortum eſt *flere*, ut facile apparet. Sequitur ſtatim Diſt. XXXVI.

Eſt jactura gravis, quae ſunt, *amittere* damnis.
Sunt quaedam, *quae ferre decet patienter*, amice.

Locus omnium confeſſione in voce *amice* corruptus. Nusquam enim ſic aliquem amicum alloquitur. Aliae Editiones Veteres à Daumio memoratae habent *amicum*; idque ſe in vetere Libro etiam reperiſſe ait Barthius, ideoque mutata diſtinctione connectit verba *damnis amicum*. Nullibi ita Auctor ſuos verſiculos quaſi truncat. Nec id praeterea ita in Gnomis convenit, ac praeterea inſolentior obſcuriorque ſic redditur ſenſus. In Scriveriana quadam ἐκδόσει legitur *amicus*, errore typographi, ut reor, pro *amicos*. Poſſet *amicus*, ſi ſimul *jubet* pro *decet* adderetur, legi. Et ſic aliquando placuit. Sed cum *amice* ſit in pleriſque, alia praeſidia requiri exiſtimo. Nec in praecedenti verſu illud nude ita poſitum *quae ſunt* ſatisfacit, pro *quae poſſides*. Praeterea *amittere* hic placet; ſed cur *amittere damnis* dicitur? Sane vox *damnis* hic otioſa ac inepta eſt, quae etiam in cauſa eſt, ut verſus hi duo inconcinne disjungantur, omiſſo nexu. En omnia mala ſublata. Lege ſecure:

Eſt jactura gravis, quaeſita *amittere* quamvis,
Sunt quaedam quae ferre decet patienter, amara.

En nexum ſimul elegantem, & ſtylum Auctoris. Lib. III. Diſt. XXII. *Utere quaeſitis.* Lib. hoc IV. Diſt. XVI. *Utere quaeſitis opibus.* Lib. I. Diſt. XXIV. *quaeſitis utere parce.* Adde Lib. II. Diſt. XVII. Horatium iterum imitatus eſt, qui Lib. I. Sat. I. ℣. 38. *Utitur ante Quaeſitis ſapiens*; & Lib. II. Sat. VI. ℣. 82. *Aſper & attentus quaeſitis.* Tanto autem gravior jactura, quanto magis, quae amittuntur, propria induſtria quaeſita fuerunt. Diſt. XXXVII. recte Scaliger emendavit *ſequitur mors*, *corpus ut umbra*; pro *corporis umbra*; quod plane ineptum eſt. Sequitur ibid. Diſt. XXXVIII.

Ture Deum placa: vitulum *ſine creſcat aratro:*
Placari ne crede Deum, *quum caede litatur.*

Hic

Hic locus ſatis indicat, Auctorem & gentilem & ſectae fuiſſe Pythagoricae, ut pluribus docui, non Chriſtianum, ut Boxhornius inſcite volebat, *Tute* etiam male corrigens. Eum tamen corruptum eſſe graviter, nunc oſtendam. In aliis Editionibus, quae Eraſmi & Scaligeri nomina praeferunt, adhuc deterius *Ne credas placare Deum* exhibetur etiam contra ſenſum, niſi duriſſime *τὸ placare παθητικῶς* ſumatur. Sed inficeta hic eſt iteratio vocis *placari*, cum *placa* praecedat. Locutio praeterea iſthaec *ſine vitulum creſcat aratro* ſoloecismum redolet; quem loca à Gilberto Wachio aliisve adducta non excuſant. Rectius eo caſu dixiſſet, vitulum ſine *creſcere* aratro. Horatius Noſtri anteſignanus in ratione ſcribendi Lib. I. Epiſt. XVII. *refer, & ſine vivat ineptus.* Locum ſic ab Auctore conceptum puto:

Ture Deum placa: vitulus *ſine creſcat aratro;*
Laetari nec crede *Deum, quum caede litatur.*

Quanto haec meliora & verbis & ſenſu! Utrobique res unica litera agitur. Nam litera *s* in *vitulus* ob ſequentem in *ſine* fuerat omiſſa; idem contigit in *ne* pro *nec* ob ſequens *crede*; voci autem *laetari* litera inutilis fuit deeſſe viſa, unde *placari* ortum. *Laetari* nempe *caede* eadem, de qua ſermo eſt; ut Horatius Lib. IV. Od. XIV. in fine, *caede gaudentes Sygambri*; qui etiam hoc loco Auctori, ut jam in praecedenti Diſſertatione monui, praeivit Lib. III. Oda XXIII. *Si ture placaris & horna Fruge lares*; ut & illo Lib. I. Od. XXXVI. *Et ture & fidibus juvat Placare, & vituli ſanguine debito Cuſtodes Numidae Deos.* Ceterum utrum hic *quum* an *dum caede* legatur, ut in nonnullis eſt, non ciccum interduim. Proxime ibidem Diſt. XXXIX.

Cede locum laeſus fortunae, cede potenti:
Laedere *qui potuit*, prodeſſe *aliquando valebit.*

Daumio teſte Joh. Mylius pro *Laedere* legebat *Cedere.* Credo eum id ex ipſa verſione didiciſſe; vertit enim iſta his verbis *εἴκειν ὅς ἴσχυσεν*. Sed *Cedere* etiam in Antverpienſi Editione Eraſmica deprehendo; & opinor genuinum eſſe. Planudes haec ad ipſam fortunam retulit, ac ſi, *quae potuit*; legiſſet, & ita vertit, à Scaligero idcirco reprehenſus. Sed hic quoque nimis generaliter dictum, *valebit prodeſſe aliquando.* Fieri hoc poteſt ſaepe vel interdum; at non fit ſemper, vel neceſſario. *Τὸ aliquando* enim notat tantum, quodam vel certo tempore. Emenda mecum:

Cede locum laeſus: fortunae cede potentis;
Cedere *qui potuit*, fortaſſe *aliquando valebit.*

Jam non modo alia meliorque diſtinctio conſtructioni ſequentium idonea, ſed ſenſus etiam paulisper alius longeque hic opportunior eſt. Cede, inquit, fortunae hominis potentis; nam qui cedere potuit, is fortaſſe aliquando viciſſim valebit, & potens

tens erit &c. Prioribus iterum ad haec Horatii verba adluditur, ac ſimile praeceptum Lib. I. Epiſt. XVIII. ℣. 44. *tu cede potentis amici Lenibus imperiis.* In ſequentibus τὸ *valebit* adhibet, ut idem, cum ait, Lib. I. Epiſt. VI. ℣. 52. *hic multum in Fabia valet, ille Velina;* & ipſe Auctor fere iterum Lib. II. Diſt. XXVIII. *Fortius ut valeas;* etſi ibi de corpore agat. Prudenter autem *fortaſſe* adjecit (quod facili ἀβλεψίᾳ in *prodeſſe* migravit) quia non ſemper, ſed tamen ſaepe id contingit; qua prudentia *etiam* Lib. II. Diſt. XII. dixit *Victorem à victo ſuperari ſaepè videmus.* Si ibi tollas τὸ *ſaepe*, ſententia vim ſuam amittet, & deſinet eſſe gnoma. Eodem Lib. IV. Diſt. XLI.

Damnaris nunquam poſt longum tempus amicum:
Mutavit *mores, ſed pignora prima memento.*

Ceteri omnes per ignem hunc doloſo cineri ſuppoſitum tranſiluerunt, cum ſe offendi animadverterent. Solus Barthius teſte Daumio diſtinguebat nota interrogandi *Mutavit mores?* Sanè maniſeſtiſſimum eſt, haec ita ineptè dici. Sola morum mutatione non amicitiae diſſuuntur. Plures ſaepe ſunt cauſae, etſi illa creberrima. Male etiam ſic quaſi diſſoluta haec leguntur. At maximum eſt, nec ab ipſo Barthio animadverſum, nec ullo alio, inutiliter in praecepto dici, ne quis damnet amicum. Cur enim damnet, niſi cauſa damnandi etiam data qualicunque? Omnino emendandum eſt ita:

Damnaris nunquam poſt longum tempus amicum,
Mutat ubi *mores, ſed pignora prima memento.*

En iterum pulchram γνώμην, mutatione perexigua nexui pariter ac gratiae reſtitutam. Jam *ſed* rite ponitur, quod antea minus opportunum erat. Τὸ *ubi* ſexcenties in MSS. vicinis verbis accrevit, cum *ubi* & *uvi* ſcriberetur. Proximo Diſt. XLII. ſic revera emendandum cenſeo:

Gratior officiis quo ſis, pete rarius iſta;
Ne nomen ſubeas quod dicitur Officiperdae.

Ubi vulgo legitur *mage carior eſto*, quod non ob vocem *magis* comparativo additam, etſi taliter in hujusmodi praeceptis ingratam, ſed potius ob ſenſum ipſum, qualiscunque diſtinctio adhibeatur, non ſatis idoneum diſplicet. Sequens vox *Officiperdae* etiam indicat, aliquid praecepti altioris & magis profecto ei quadrantis praeceſſiſſe, quam quod vulgo legitur. At hoc veriſſimum eſt, eum, qui identidem nova beneficia petit, videri ingratum prioribus, quae ita quaſi in pertuſum dolium ingeſta & *perdita* fuerunt. Ibidem Diſt. XLIII. *Suſpectus cave ſis* &c. Haec verba cur non proprie ſumi debeant, ſed *ſuſpectus* pro ſuſpicace intelligendus ſit, cauſam video nullam. Nam apud alios ſuſpectum eſſe ſemper, nonne ſumma infelicitas eſt? Etiam eodem Libro Diſt. X. eadem voce juxta receptam notionem utitur. Sane ſu-

ſpecti

ſpecti omnia timidè agere coguntur. Rectius tamen verſum ſic lege: *Suſpectus cave ſis*, qualis timet *omnibus boris*; ubi vulgo *nè ſis miſer*. Mirificè ita ſequens verſus convenit: *Nam timidis & ſuſpectis aptiſſima mors eſt*. Quae verba utique indicant, aliquid de timore dictum jam fuiſſe. Omnia ſic etiam nitidiora ſunt, τῶ *ſis* non inepte iterato, nec cauſa rei bis data. Sed ecce iterum novum ulcus. Diſt. XLVI.

Morte repentina noli gaudere malorum:
Felices *obeunt, quorum ſine crimine vita eſt.*

In explicatione hujus loci in omnes partes & quaſi formas inſtar Protei ſe vertunt Interpretes Eraſmus, Scaliger aliique. Fingunt enim adduntque ea, quorum in ipſis verbis nec vola nec veſtigium reperitur. Impoſſibile eſt ex iis ſanum elicere ratiocinium. Vide enim ineptiſſimam argumentandi rationem. Noli gaudere morte repentina malorum. Cur? nempe illi obeunt felices, quorum vita eſt ſine crimine. Quaeſo, quid hoc ad malos & mortem repentinam eorum facit, tum quare ſubito talium exceſſu non ſit gaudendum. Sine dubio latet ulcus in voce *Felices*. Emendandum cenſeo unice:

Morte repentina noli gaudere malorum:
Sic plures *obeunt, quorum ſine crimine vita eſt.*

Jam ſanè exigua legitimaque paucorum apicum mutatione in vocibus *plures* & *felices* (nam τὸ *ſic* poſtea omiſſum videtur) ſenſus emergit egregius lucidusque. Noli gaudere, inquit, malorum celeri morte, quaſi nempe haec illis in poenam ſingularem contigerit; nam plures obeunt non diſſimili fato, quorum tamen vita ſine crimine fuit. Mox Diſt. XLVII.

Quum tibi ſit conjux, ne res & *fama laboret,*
Vitandum ducas inimicum nomen amici.

Abſurda ſententia in priore verſu eſt. Quid? an, qui maritus eſt, eam ſolam ob cauſam omnes aliorum amicitias vitare debet? an, qui uxorem ducit, ejus res familiaris ideo ſtatim laborabit, ſi aliquem habeat amicum? Miſerrima ſane conditio haec foret. Miror, ſummum Scaligerum hanc lectionem ex Pithoeana Editione recepiſſe, quae tamen ſanas interpretationes non admittit. In veteri Codice, ſicut Daumius teſtatur, erat *nec res & fama*. Idem in antiqua Antverpienſi Editione invenio. Et ſanè τὸ *nec* genuinum eſt, & nihil niſi levicula adhuc menda reſtat. Corrige ſine ullo ſcrupulo:

Quum tibi ſit conjux nec res; ne *fama laboret,*
Vitandum ducas inimicum nomen amici.

Quum, inquit, tibi uxor ſit, ſed res familiaris anguſta, vitandum erit nomen amici, quod famae noxium videtur. Cum enim inops exiſtas & pauper, qualis ubique jacere ſolet, omnes exiſtima-

ſtimabunt appeti hanc familiaritatem non tui ipſius, ſed conjugis cauſa. Sic vocula *nec* iterum Lib. I. Diſt. XXVIII. pari ſtructura adhibetur: *Si tibi ſunt nati, nec opes; tunc artibus illos inſtrue.* Et vel ſolus hic locus emendationis veritatem oſtendit. Eodem Lib. IV. Diſt. XLVIII.

> *Quum tibi contigerit ſtudio cognoſcere multa,*
> *Fac* diſcas multa, & vita *nil velle doceri.*

Turbant Libri vetuſti. In Eraſmi Editione reperio ita, *Fac diſcas multa vites*, repugnante metro & nexu deficiente. Similia in aliis Daumius invenit. Niſi fallor corrigendum eſt ita:

> *Quum tibi contigerit ſtudio cognoſcere multa,*
> *Fac* diſcens vites ultra *nil velle doceri.*

Hic ſenſus ſane aptiſſimus eſt, & verba perſpicua. Omnes etiam literae & earum apices eò tendunt. Ut hic *diſcens vites*, ſic ſupra Diſt. VI. hujus Libri *tuleris diſcens* occurrit, id eſt, dum diſcis vel inter diſcendum. Certe τὸ *ultra* egregie huc convenit, imo neceſſarium eſt. Nam aliud eſt, nil velle doceri, aliud verò nil ultra velle doceri. Prius hic dici non poterat, cum praeceſſerit, jam contigiſſe, ut multa cognoſcerentur. Tandem ad ultimum totius Opuſculi Diſtichon pervenimus, quod nobis occaſionem ſubminiſtrabit, hanc operam noſtram emendatione non minus, ſi dicere liceat, inſigni quam neceſſaria concludendi. En ergo Diſt. XLIX. ſive ultimum, ſicut vulgo legitur:

> *Miraris* verbis nudis *me ſcribere verſus?*
> *Hos brevitas ſenſus fecit conjungere binos.*

Hic ordo verborum in omnibus antiquis Libris & Editionibus occurrit. Sic etiam in Editione Eraſmi verba locantur. At poſtea alii ediderunt *nudis verſus me ſcribere verbis*; quo ordine verborum via emendationi magis obſtruitur. In hac itaque gravi & turpiſſima corruptione loci magna eſt felicitas, quod ſciamus, in optimis Libris eum ordinem verborum & fuiſſe & etiamnum eſſe *Miraris verbis nudis*, &c. Sed *verba nuda* ſunt verba inepta, ſine re, ſine ſenſu; ſunt, ut dici ſolet, verba, praetereaque nihil; qualia Horatius deridet, Lib. I. Epiſt. VI. ℣. 31. *Virtutem verba putas, ut Lucum ligna?* Plinius Lib. IV. Epiſt. XIV. etiam *nuda verba* vocat obſcoena, quae ſine omni pudore & velo quaſi proferuntur. Sed nihil iſtorum huc facit. Si *verbis paucis*, vel *rudibus* ſcripſiſſet, forte aliquid dixiſſet tolerabile. Sed aliud hic requiritur. Ego contendo, Auctorem ſic unice ſcripſiſſe, ut nunc bona fide emendamus:

> *Miraris* tenues adeò *me ſcribere verſus?*
> *Hos brevitas ſenſus fecit conjungere binos.*

Nihil dico de ſenſu, qui unice conveniens eſt, nihil de verbis, quae longe aptiſſima, nihil de numero, qui multo melior. Unice

ce hoc Auctor voluit ac debuit dicere, hoc proximus verſus exigit, & verba iſta *brevitas ſenſus*, id eſt, tenuitas doctrinae vel ingenii. Sic *ſenſus* ab Auctore noſtro aliquoties adhibetur, nempe Lib. III. Diſt. II. Lib. IV. Diſt. XVIII. Confer Andr. Senftlebium ad Alani Parabolas, pag. 18. De uſu autem vocis *brevis* & *brevitas* pro tenuitate vide, ſi tanti eſt, quae ipſi monuimus in Praemetio Crucium Criticar. Cap. X. pag. 134. His confer nunc locum Horatii, quem Auctor haec ſcribens ſimul ante oculos mentis habuit, Lib. II. Sat. IV. ℣. 9. *Quin id erat curae, quo pacto cuncta tenerem, Utpote res tenues tenui ſermone peractas*; ubi etiam paulo ante Pythagorae fit mentio Noſtri dilectiſſimi. Idem Lib. II. Od. XVI. ſibi Parcam dediſſe ait *Spiritum Grajae tenuem Camoenae*; & Lib. I. Od. VI. ſe ipſum reſpectu artis ſuae ex modeſtia vocat *tenuem*. Samonicus, ipſe ſc. Auctor horum Diſtichorum, in Libello de Medic. Cap. XXVIII. *Quin age & in tenui certam cognoſce ſalutem.* Qui vero Libris MSS. evolvendis, vel Lectionum variantium collationi aſſuetus acquiſivit ſibi talium rerum veram ſcientiam, facile intelligit, quo pacto ex corruptis *verbis nudis* rectiſſime iterum feliciſſimeque *tenues adeo* ſit reſtitutum. Per hos tenues verſus igitur intelligit Auctor verſus non magna ſapientia ingenioque praeditos, verſus, quales revera ſunt, puriſſime quidem ſcriptos, ſed inornatos, ſimplices, & non ita comtos, ut ſuos eſſe poſtea jactabat Corippus Africanus, cujus locum inſtar ſuperpondii hic adjicere viſum eſt, ut pari exemplo elucеſcat, quam graves veterum Librorum maculae inconſulta verborum trajectione à Viris Doctis auctae ac pene incurabiles ſint redditae. Locus Corippi eſt in fine Praefationis, ut vulgo legitur, talis:

Nudatus propriis, & vulnera plurima paſſus
Ad medicum veni, precibus pia pectora pulſans;
Ad medicum, verbo peſtem qui ſummovet uno,
Et ſine compoſito medicamine vulnera curat.
Huic ego ſananti, ſi qua eſt fiducia ſervis,
Grates ſemper ago, & *pro munere carmina* poſco.

Sic, non aliter, in MS. fuit. Sic Mich. Ruitzius edidit, & omnes deinceps alii, etſi non ignorarent, nihil abſurdius eſſe ultimo verſu, ſi Corippus dicat, ſe ab Imperatore Juſtino carmina poſcere pro munere. Hoc conſiderans Conradus Rittershuſius deinceps tranſponere verba & edere auſus eſt *pro carmine munera poſco*; quod etſi in loco ſic nunc corrupto tolerabilius videatur, tamen facinus illaudabile fuit, & ſumma reprehenſione dignum, cum ſic via verae emendationi magis obſtruatur. Semper non modo admiratus, ſed penè deteſtatus ètiam ſum hanc multorum inconſultam & pernicioſam conſuetudinem aliquid

quid in locis corruptiſſimis pro lubitu mutandi, ea tantum de cauſa, ut abſurditas ſermonis minus in oculos incurrat, dum interim facile animadvertunt, veram medelam adhuc deſiderari. Et quis adeo caecus eſt, qui non ſtatim videat, omnia nunc quoque cetera tamen ineptiſſima eſſe. Quam ruſticè enim & impudenter Corippus dixiſſet Juſtino Imperatori *munera poſco*? etſi pauper inopsque eſſet ſua, ſicut videtur, culpa, utpote homo vitae nonnihil diſſolutae: quam ineptè hic legitur *Grates ſemper ago*, ubi ex tota orationis praecedentis ſerie apparet, *non ago*, ſed *agam* potius ſcribi debuiſſe? Denique ubivis loci miſerrime affecti corruptio, & naſuti ac ſemidocti literionis interpolatio ſe prodit. Fruſtra igitur Joſephus quoque Scaliger teſte Elia Putſchio pro *poſco* divinabat *porgo*; id eſt, porrigo. Nam ut de ceteris taceam jam dictis, munera adhuc Corippus exſpectabat, nondum talia, qualia cupiebat, acceperat. Caſp. Barthius Adverſ. Lib. XXV. Cap. XXVI. divinabat *Grates ſemper agam, & pro munere carmina paſcam.* Mentem Corippi ſic magis ſe perpendiſſe indicat Barthius; ſed locutio plane inſolens & aliena à Corippi genio eſt, & mutatio arbitrariam cujusvis mediocris magiſtri licentiam & credulitatem prodit. Ego certus ſum, ſic Corippum ſcripſiſſe, uti vere & cum bona fiducia emendandum eſſe cenſemus:

Huic ego ſananti, ſi qua eſt fiducia ſervis,
Gratus compta dabo *pro munere carmina* porrò.

Porrò, inquit, vel ita quoque deinceps, ut antea feci, dabo carmina, & quidem compta, ſtudioſe elaborata, nec ita tenuia. Vides, quomodo facilè τὸ *compta* in *ſemper*, *dabo* in *ago*, poſtremò illud *porro* in *poſco*, exigua apicum, ſed maxima veri totius ſenſus jactura corruptum fuerit. Jam vero, quod ad rem ipſam attinet, ipſe paulo ante ℣. 35. indicat, ſe prius de *Libycis gentibus* & *Syrticis praeliis* ſcripſiſſe carmina in honorem aulae, ac plura ſcripturum eſſe alibi clare ominatur. Vides, cur hoc *porro* dixerit. Quod autem ad ῥῆσιν attinet; ita Corippus loqui ſolet. Lib. III. ℣. 191. *Sic omnia clara, Sic numeris bene compta ſuis.* Ibid. ℣. 215. *Planicies longoque ſedilia compta tenore.* Lib. IV. ℣. 81. *Cuncta triumphalis pendentia culmina laurus Comit*; ℣. 152. *poſtesque & limina comunt.* ℣. 235. *Pars trabeis, pars compta togis.* Lib. I. ℣. 240. *Diademate comptus*; ne plura colligam. Auctori vox *comptus* & *comere* perpetuo pro *ornatus* & *ornare* arriſit. Unde vix dubito, cum duriores ſimul eliſiones cautiſſime vitet, pariter Lib. II. ℣. 119. ſcribendum eſſe:

Circumfuſa chlamys, rutilo quae compta *metallo.*

Ubi nunc *ornata* circumfertur. Minima enim eſt revera apicum, ſi bene intuearis ſcripturam, differentia. Ceterum hoc quoque ſciendum, Corippum artem ſuam operamque crebro non ob-

ſcure

ſcire praedicare, ut ſolent, qui mercedem deſiderant, & munera venantur. Simul etiam nunc patet, quare haec verba praecedant, *ſi qua eſt fiducia ſervis*, quia ſcilicet id, quod nunc reſtituimus, volebat ſcribere ac promittere, gratum ſe porro carmina compta & omni ſtudio elaborata daturum eſſe; cujusmodi praefationem gratias agendi officium minime requirit. Adeo certum eſt, Veritatem omnia in plena luce collocata illuſtrare, eademque nihil ſimplicius ſimul ac ſublimius, hoc eſt, pulchrius atque formoſius reperiri, adde etiam, multo ſaepe honeſtius. Cujus dotis ecce aliud memorabile ſpecimen ex Horatio. Lib. II. Sat. VII. ℣. 60.

——— ——— eſtne marito
Matronae peccantis in ambo juſta poteſtas?
In corruptorem vel juſtior: illa tamen ſe
Non habitu mutatve loco, peccatve ſuperne,
Cum te formidet mulier, neque credat amanti.

Tota illa pars Satyrae hoc ſub nomine Davi agit, ut oſtendat, Viros ipſis mulieribus magis incontinentes eſſe; illos ex impotenti libidine vagari & in domos alienas etiam cum ſummo periculo irrepere clam ſaepe & mutatis veſtibus, dum mulieres nihil ſimile faciunt, cum alia de cauſa, tum etiam ob amantium inconſtantiam. Matrona itaque non habitu locove ſe mutat vel *peccat ſuperne* ex impotentia libidinis, ut viri faciunt. Quid hic eſt *ſuperne peccare?* Horribilis aeſtus omnium interpretum eſt ad haec verba, quorum caligo etiam Bentlejum & Cuningamium obmuteſcere coëgit. Plerique, Eraſmus nempe, Turnebus, Torrentius, aliique Acronem & Porphyrionem ſecuti *τὸ ſuperne* explicant *palam* & quaſi in ſuperiori parte aedium. An virorum mos eſt, in tectis ſuperioribus tantum peccare, ut propterea laudentur mulieres, quod non faciant idem? Et quis etiam ita loquitur? Hinc alii plerique ſenſu obſcoeniſſimo explicant *peccare ſuperne* eſſe ſuperincumbendo non peccare, mulieres. Ob quam cauſam Delphinicus Interpres Ludov. Deſpreux locum totum delevit. Tam multa abſurda ſunt in hac explicatione, ut fidem ſuperet. Tantum dico, nihil id ad totum locum facere, cujus intentio manifeſta eſt, quam dixi. Conceptis verbis auſim jurare, tam infandam obſcoenitatem Horatio, cum haec ſcriberet, ne quidem in mentem veniſſe. Locus corruptus eſt; non verò cum Petro Nannio *ſupine*, quod ſimiliter hoc loco abſurdum eſt, ſed ita unice emendandum eſt:

——— ——— illa tamen ſe
Non habitu mutatve loco, peccatve ſequens te,
Cum te formidet mulier, neque credat amanti.

Hoc eſt, non, ut tu, ex impotenti libidine mutat habitum vel locum, ſimiliter in aedes alienas irrepens, nec peccat, ut tu,

vagans & te paſſim ſequens, in omnes ſcilicet domos, convivia, porticus, templa ipſa, &c. Hoc vere & unice loco huic quadrat. Dixi ſupra literas *p. q.* ſimilesque crebro perturbari invicem; inde ex *ſequens te* factum eſt *ſuperne* infeliciſſime. Dicas ſic monoſyllabas voces in vicinis verſibus poni etiam Lib. I. Sat. X. item Sat. III. porro Lib. I. Epiſt. XVI. bis, ut alibi ſaepe videbis. Sic vero iterum loquitur Lib. II. Od. V. de puella fervente: *Jam te ſequetur; currit enim ferox Ætas.* Lib. I. Sat. IX. in re alia: *Non ſum piger; usque ſequar te.* & Sat. IV. *Ne ſequerer moechas.* Lib. IV. Oda I. *jam volucrem ſequor te.* Et ſic crebro alibi. Sed deſino ſoli facem accendere, teque, Lector benevole, ex animo valere jubeo.

F I N I S.

D I S S E R T. II.

INDEX

INDEX

RERUM ET VERBORUM,

QUAE IN NOTIS ET RESCRIPTIS

BOXHORNIO CONTINENTUR:

Prior numerus paginam Notarum, alter columnam, R. Reſcripta Boxhornio. p. paginam deſignat.

A.

AB pro *propter* vel *ob*. 259. 2. & *ob* confunduntur 21. 2. & *abs* conf. *ibid.*

Ab aere & *habere* commutantur. 259. 1. & R. 494.

Ablativus. Vid. *Caſus*.

Abs ſequente *C. Q. G.* aut *T.* 21. 2. & *ab* confund. 21. 2.

Abſtine ultima brevi. 291. 2.

Abundare de iis, quae magna copia ſunt. 178. 2. *Abundat ſumtus*, quid. R. p. 487.

Ac & *aut* confund. 217. 1. *ac* cum *et* permiſcetur. 283. 1. 299. 1. *ac* ante conſonantem. 299. 1.

Actio malae tractationis. R. p. 450.

Accipere pro *audire*. 280. 1. *acceptum ferre*. 39. 1.

Accuſare id eſt, inferiorem vel parem arguere. 100. 2.

Actor & *auctor*, *actus* & *auctus* confunduntur. 77. 1.

Adeſſe dicuntur Advocati & teſtes. 23. 2. *Huc ades*, *ergo ades*, &c. ſollemnis formula. 148. 2. *adeſto* ultima correpta. 73. 1. *Adeſſe in judicium*, quid. R. p. 474.

Adhibere fidem. 183. 1.

Adjectivum pro adverbio. 107. 1. 111. 2. 112. 1. 197. 1. 282. 1.

Admonere & *monere* differunt. 68. 2.

Admove ultima brevi. 291. 2.

Ἀδόμενα. 45. 2.

Adoro pro *oro*. 85. 2.

Adſeſſores Principum Juriſconſulti. R. p. 477. *Adſeſſores* in conſilio Principis fuerunt Juriſconſulti. R. p. 509.

Adſpirationes ſaepius vocabulis adduntur. 101. 1. 115. 1. 152. 1.

Adverſum & *adverſus* diſtinguuntur. 168. 2.

Adverterem & *animadverterem* confund. 5. 2.

Advocati aderant amicis in judiciis. 22. 2. *Advocati* & teſtes dicuntur *adeſſe*. 23. 2. *Advocati* ſive cauſſarum Patroni omnes non erant Juriſconſulti. R. p. 477. *Advocatorum* & Juriſconſultorum fuerunt diſcretae partes Romae. R. p. 477. *Advocati* aut veras aut ſaltem probabiles cauſſas defendunt. R. p. 479.

I N D E X

Adulteria dedecorant domum. R. p. 453.
Aeger ratione animi, *aegrotus* ratione corporis dicitur. 260. 1. *Aeger animi*. 260. 1. *Aegra* & *aequa* permiſcentur. 240. 2.
Aegrotus ratione corporis dicitur. 260. 1.
Aelia ſentia (*lex*) permittebat obaeratis ſervum heredem cum libertate inſtituere. R. p. 508.
Aequus pro *aequalis* 241. 1. *aequum* & *aequitas* ſtricto juri opponitur. 31. 2. *aegra* & *aequa* confund. 240. 2.
Affabilis & *blandus* confund. 20. 2. conjunguntur. 21. 1.
Agere in judicio, quid? R. p. 478.
Alea Legibus Rom. vetita. 35. 1. & infamis. 35. 2.
Alcuinus praeceptor Caroli magni. R. p. 373.
Alienum & *aliena* permiſcentur. 36. 2. *aliena* & *ſua* opponuntur. 237. 1. & 2.
Alio pro *alii*. 82. 1.
Aliquid ſine adjuncto Epitheto. 246. 2.
Aliquis, *quis*, & *ecquis* permutantur. 81. 2.
'Αλλὰ pro *ἀλλὰ γοῦν*. 297. 1.
אם pro כי. 43. 2.
Amara pro *triſtia*. 147. 2. & *amare* permutantur. *ibid.*
Amare parentes. 13. 2. & *metuere* conjunguntur. 14. 1. & *amara* confund. 147. 2.
Ambulare pro *converſari*. 16. 1. pro *ire* vel *otioſe vagari*. 16. 1. & 2. *Ambulationes* Veterum crebrae cum diſcipulis. R. p. 393. 394. Philoſophorum *ambulationes* cum diſcipulis crebrae. R. p. 394.
Amica pro *concubina*. 328. 1. *Amicae* vel Concubinae nomen cur *inimicum* dictum. R. p. 452. *Amicae* nomen inhoneſtius, quam *concubinae*. R. p. 453. *Amica* in Inſcriptionibus *Concubinam* notat. R. p. 453: *Amica* quid. R. p. 446.
Amice pati an dicatur pro *aequo animo pati*? 309. 1.
Amicitiae colendae termini. 72. 2.
Amicus active & paſſive. 140. 1. pro *amatore*. 328. 1. *amici* & *cari* junguntur. 220. 1. *amici*, *noti*, & *proximi* diſtinguuntur. 139. 1. *carus amicus*. 72. 2.
Amorem referre. quid. R. p. 480.
Amove ultima brevi. 291. 2.
'Αμύνειν propulſare, tueri. 114. 1.
Animadverterem & *adverterem* confund. 5. 2.
Animus demiſſus. 299. 1. *purus*. 48. 1. negotiis fatigatus voluptatibus interdum eſt relaxandus. 215. 2. 216. 1. habebatur Deus. 44. 1. & 2. 45. 1. & 2. ſi verbis vel nominibus addatur vehementiorem animi adfectum notat. 278. 2. *Animus* interdum abundat. 251. 1. 271. 2. 278. 1. 280. 1. *Animus* & *minus* permiſcentur. 279. 2. *Animi* num. plurali pro *conſiliis*, *cupiditatibus*. 246. 1.
Ante abundat. 190. 1. *ante* ſine caſu. 211. 2. pro *antea*. 222. 1. *ante* & *antea* conf. *ibid.*
Anticum & *antiquum* conf. 81. 1.
Antiquum & *anticum* permiſcentur. 81. *antiquata* Scriptori recentiori non facile ſunt obtrudenda. 11. 1. 106. 1. 120. 2. 125. 2. 146. 1. 288. 1. 321.

321. 2. *Antiqua jura*, id eſt, *anteriora*. R. p. 454.
Antoninus Imp. quando ſcripſerit Librum ſuum. R. p. 421. An Chriſtiani laboranti ejus exercitui pluviam impetraverint. *ibid.*
Arbitrium pro *poteſtate*. 210. 1. *arbitrium* κυβεία. 36. 1.
Arcana fatorum. 152. 2. *arcbana* pro *arcana*. 152. 1.
Ars pro *fraude*, *dolo*. 109. 2. *Artes* pro *negotiatione*. 113. 1. *Artes* & opificia in coloniis honeſta. R. p. 506.
Ἄρματα. 45. 2.
Aſtris omnia laeta, jucunda, bona & mala inputabant Vett. 200. 1. *Aſtra* non ſcrutanda hominibus. R. p. 413.
At abundat. 317. 2. cum *et* permiſcetur. 93. 2.
Aviani nomina quae res perdiderit. R. p. 378. *Aviani* verſus ſuppoſititius. R. p. 383.
Auctor non *autor*. 76. 2. & *actor*, *auctus*, & *actus* permiſcentur. 77. 1. De *Auctore* Diſtichorum. R. p. 376. De iis, qui falſo Diſtichorum *Auctores* feruntur. R. p. 373. De *Auctore* Diſtichorum rejicitur Lambecii ſententia. R. p. 390. *Auctor* horum Diſtichorum non fuit Serenus Samonicus. R. p. 505. & 506.
Audire vocabulum artis eſt. 178. 1.
Avere pro *ſalvum eſſe*. 307. 1, & *habere* confund. 89. 2.
Aves fiſtulis fallebantur. 112. 1.
Auge ultima brevi. 290. 2. *Augere* ſervum, id eſt, heredem inſtituere. R. p. 507.
Auguratio ipſis Auguribus riſa, R. 412. ſeq. Vid. *Haruſpicina*.
Auguria ridebant Sapientiores Veterum. R. p. 414.
Augures cujusmodi probavit Maecenas. R. p. 418.
Auguſti Reſcripta Bruto de Catone. R. p. 370.
Auguſtinus probavit ſortes. R. p. 415. 416.
Aures & *aut res* permiſcentur. 158. 1.
Auſonius non fuit Auctor Diſtichorum. R. p. 373.
Aut & *haud* confund. 101. 1. & *ac*. 217. 1. *aut res* & *aures* permixta. 158. 1.
Αὐτοχειρίαν licitam credebant Veteres. 322. 1.
Auxilium. 186. 1. & 2. & *exigua* permiſcentur. 2. 1.

B.

B. & *V*. permutantur. 89. 2, 307. 1.
Beati pro *divitibus*. 250. 2.
Bella Punica, id eſt, *gravia*. 146. 2. & R. p. 483.
Blaeſus. 212. 1. & *blandus* quomodo differant. R. p. 507.
Blanditiae. 110. 2.
Blandus & *affabilis* confund. 20, 2. conjunguntur. 21. 1. *Blandus ſermo*. 212. 1. *Blanda alea*. 298. 1. *Blandus*, χρηςόλογος. 21. 1. *Blandus* bono ſenſu. 20. 2. 110. 2. 21. 1. malo ſenſu. 20. 2. 110. 2. pro *fallaci*. 110. 2. *Blandus* & *blaeſus* quomodo differant. R. p. 507.
Boëtius non fuit Auctor Diſtich. R. p. 373.
Bona dicuntur quod beant, id eſt, beatos faciunt. 250. 2.
Bonus. 105. 1. pro *probo*, *grato*. 265. 2. pro *largo*, *liberali*,

rali. 73. 2. & eo ſenſu *malo* opponitur. 74. 1.
Βραχυλογίας exemplum. R. p. 186.

C.

C & *S.* permutantur. 180. 2. pro *qu* in Codd. 80. 2.
Caeſura Poëtis frequens. 65. 1. 107. 2. 194. 1. 292. 1. 295. 2. 331. 2. poſt quartum etiam pedem locum habet. 295. 2.
Cantare & *occentare*. R. p. 384. De *Cariſii* nummo certamen joculare. R. p. 392.
Cariſſimus non *chariſſimus*. 8. 2. *cariſſime* & *kariſſime*. *ibid.*
Carmina quae? 46. 2. pro Philoſophorum Sententiis. 44. 2. 45. 2. 46. 1. *Carmen* & *libellus famoſus* quomodo differant. R. p. 385. *Carmina* an *Philoſophorum placita* Dionyſio. R. p. 402. *Carmen*, Virgilii *Carmina*. R. p. 404. *Carmen* ſcriptum inviſum & lugubre. R. p. 384. *Carmina* antiquiſſimorum Romanorum qualia. R. p. 384. 385. *Carmina*, id eſt, Philoſophorum praecepta. R. p. 405. *Carmine* conſtabant ſcripta Philoſophorum antiquorum. R. p. 407.
Carpere pro *reprehendere*. 217. 2. *Carpere litus* de navigantibus, & de iis, qui curru vel pedibus tranſeunt. 302. 2.
Carus & *largus* confund. 139. 1. *carus* active & paſſive. 140. 1. non *charus*. 115. 1. 318. 2. eſt vox Latina, non Graeca. 115. 1. *carus* pro *amico*. 72. 2. *carus amicus*. *ibid.* *cari* & *amici* junguntur. 220. 1. *cari* pro *cognatis* & *proximis* caritatem mutuam praeſtantibus. 140. 2. *Carus* quid. R. p. 510. *Caritas* quid, *ibid.* *carus* & *notus* differunt. R. p. 511.
Caſus primus pro vocativo. 220. 2.
—— tertius ſive dativ. commodi eleganter uſurpatur. 133. 1.
—— quintus fere poſt unam atque alteram dictionis vocem collocatur. 8. 1.
—— ſextus cauſſam notat. 131. 2. vicem adverbii interdum praeſtare videtur. 55. 1. & 2. 56. 1. & 2. pro ſecundo. R. p. 489.
Caſta mens, *caſtum corpus*, quae. R. 409.
Cato Dionyſius vetus Auctor, ſed quo tempore vixerit, dici nequit. 1. 1. *Meminit ejus* Vindicianus Comes Archiatrorum 1. 2. *Octaviani* nomen praeferunt Codd. quidam. *ibid.* *Dionyſius* rarum apud Rom. nomen. 2. 1. *Cato* dictus eſt Auctor, vel liber ipſius propter gravitatem ſententiarum. 2. 1. & 3. Similis denominationis exempla. 3. 2. Alii *Catonem* Diſtichorum Auctorem deſignare exiſtimant. 3. 2. Ejus Diſticha Auſonio adſcribuntur. 3. 1. 89. 1. Chriſtianus a nonnullis habetur. 2. 1. 96. 2. 162. 2. 170. 2. 188. 2. 224. 1. 274. 1. 312. 1. *Dionyſium* volunt eſſe dictum. 176. 2. Stoicae ſectae fuit addictus. 90. 1. 152. 2. Diſticha ejus qui antiquitus pueris legebant, ea, quae minus

nus Chriſtianiſmo conveniebant, mutabant. 268. 2. *Catones* Verratus infelici conatu ex S. S. inluſtrare aggreſſus eſt. 228. 1. Dionyſii *Catonis* Diſticha diu neglecte habita. R. p. 369. Dion. *Cato* cur *Romanus* dictus. R. p. 376. Ejusdem Diſtichorum uſus in Scholis inferioribus. R. p. 378. *Catonis* Diſticha male Auſonio adſcribuntur. R. p. 373. nec melius Sereno Samonico. R. p. 505. 506. *Catonis* cognomine fuerunt complures. R. p. 386. De gloſſis in Dionyſium *Catonem* judicium. R. p. 392. Dionyſii *Catonis* ſententia de Dei cultu expenditur. R. p. 397. Dion. *Catonis* Codex optimus Boſii. R. p. 383. Dionyſius *Cato* fuit Philoſophus. R. p. 385. Idem non fuit Chriſtianus. R. p. 391. Dion. *Cato* Stoicus. R. p. 412. & paſſim. Dion. *Cato* cur filio ſcrutationem arcanorum interdicat. R. p. 414. Dionyſii *Catonis* religio quibus abſolvatur. R. p. 425. Dion. *Cato* non fuit Chriſtianus nec Semi-Chriſtianus. R. p. 435. *Cato* major fuit Conſtantino. R. p. 438. Vixit Antoninorum tempore. R. p. 457. fuit Ethnicus. R. p. 457. Dion. *Catonis* tautologia vindicata. R. p. 458. Ejusdem Diſticha cur foedius turpata, quam ceterorum Poëtarum. R. p. 460. *Catoni* verſus Aviani ſuppoſitus. R. p. 463. Eidem multi alieni verſus ſubſtituti. R. p. 463. Idem corruptior, quam alii Scriptores. R. p. 465. & ſeq. Ejusdem ſuppoſititii verſus. R. p. 466. Dion. *Cato* minime uxorius. R. p. 441. Idem amat antitheſes ſive oppoſita. R. p. 487. *Catonis* Dionyſii praefationes cujusque Libri ſunt ſpurii. 2. 2. 5. 1. R. p. 377. 482. Idem tautologiae crimine liberatus. R. p. 492. De *Catone* teſtimonium Vindiciani. R. p. 501.

Cato Cenſorius Philoſophis infenſus. R. p. 377. *Catonis* Majoris Carmen de moribus quale. R. p. 384. *Cato* Uticenſis fuit inviſus Chriſtianis. R. p. 379. *Cato* Uticenſis non fuit Diſtichorum Auctor. R. p. 376. *Cato* Major inſectator morum. R. p. 384. *Catones* plures fuerunt praeter Portios. R. p. 388. *Cato* quis in nummis Caeſarauguſtanorum. R. p. 388. *Cato* minor quo jure uxorem alii commodaverit. R. p. 441. *Cato* minor cur parum probatus Chriſtianis. R. p. 441. *Cato* Cenſorius concubinam habuit. R. p. 447. Idem an Carmine ſcripſerit. R. p. 501. Medicos fuit exoſus. R. p. 501.

Cave ultima brevi. 289. 2. cum infinitivo & ſubjunctivo. 130. 2.

Cedere majori. 17. 2. 18. 1. *invidiae*. *ibid*. *fortunae*. *ibid*. 314. 2. *cedere* quis dicatur. 18. 2. & *laedere* permutantur. 315. 2. *cede* & *vince* confund. 126. 2. 133. 2. & *concede*. 18. 2.

Cenſores an egerint judicium de moribus. R. p. 439.

Cenſus pro *bonis*, *facultatibus*. 222. 1.

I N D E X

Centones Virgiliani unde. R. p. 404.
Cernere pro *judicare*. 155. 2.
Certus & *dubius* opponuntur. 122. 2. 265. 1. *certa pericula*. 122. 2.
Ceſſit & *conceſſit* confuſa. 18. 2.
Ceu Poëtis non infrequens. 64. 2. 65. 1. & 2. & *ut* confund. 65. 1.
Charus male pro *carus* ſcribitur. 115. 1. 318. 2.
Chriſtianus penultima brevi. 257. 1. a *Chriſtianis* Seneca nonnulla hauſit. R. p. 392. *Chriſtianorum* & Gentilium Phraſiologiae communicatae. R. p. 395. *Chriſtianos* Magiſtros *Deum* pro *Diis* ſubſtituiſſe ſcriptoribus profanis verum non eſt. R. p. 401. *Chriſtiani* cur feminis preces ad Deum delegarint. R. p. 411. *Chriſtianorum* nonnullorum ſuperſtitio notata. R. p. 411. *Chriſtiani* priſci an a ſortilegiis abhorruerint. R. p. 415. *Chriſtianorum* anilis ſuperſtitio. R. p. 417. non abhorruerunt ab Auſpiciis. R. p. 416. *Chriſtianorum* corruptiſſimi mores tempore Salviani. R. p. 416. Multa paganica amarunt. R. p. 417. *Chriſtianos* pluviam impetraſſe divinitus ſitienti Antonini exercitui. R. p. 421. *Chriſtianorum* exploratio fiebat Sacro turis. R. p. 431. *Chriſtiani* ex ſomniis auguria non omnino neglexerunt. R. p. 422. *Chriſtiani* antiquiores abſtinuerunt thymiamate. R. p. 429. 431. *Chriſtianis* Pythagoreorum dogmata an placuerunt. R. p. 434. *Chriſtianis* placuerunt nonnulla Stoicorum dogmata. R. p. 434. Abhorruerunt a ture. R. p. 428. & ſeqq. *Chriſtianis* cur parum probatus Cato minor. R. 441. *Chriſtianis* nullus turis uſus in ſacris. R. p. 444. An *Chriſtiani* preces ad Deum alii delegarint. R. p. 411. *Chriſtiani* an a ſortilegiis abſtinuerint. R. p. 415. 416. *Chriſtiani* an ab Haruſpicina abſtinuerint. R. p. 414. *Chriſtiani* a ture in Sacris abhorruerunt. R. p. 428.
Ciceronis animus quam fractus in exilio. R. p. 410.
Circa ſine caſu. 211. 2.
Clientium jura quando exoluerint. R. p. 470.
Clothomius homo obſcuriſſimus. R. p. 379. 390. Non fuit Auctor Diſtichorum. *R. p.* 373. 379. ſeq.
Coelo dignus. 54. 1. *De coelo detrahere*. *ibid.*
Coelum non ſcrutandum hominibus. R. p. 413.
Coemtionis jura in matrimoniis quando imminuta. R. p. 440.
Coepi redire, &c. pro *redii*. 76. 2.
Colere cognatos. 13. 2. *colo*, *colonis* a *colere*. 176. 2.
Coloniis (*in*) & *Municipiis* opificia & artes honeſta. R. p. 506.
Commentatorum vanitas in conſtipandis S. S. locis ad inluſtrandos profanos Scriptores redarguitur. R. p. 391.
Committere. 186. 1. de iis, qui Medicis ſe curandos praebent. 186. 1.
Comoediae quando adoleſcentibus legendae. R. p. 375.

Com-

Commoda fiſci, *Sacerdotum*, &c. 253. 1.
Compendia ſcribendi Librariis errorum fontes fuerunt. 75. 2.
Compeſcere pro *continere*. 51. 1.
Componere pro *in ordinem redigere*. 8. 2. 9. 1. & 2.
Compoſita pro ſimplicibus. 64. 2. 85. 2.
Compoſita mens. 9. 2.
Con ante *l* in antiquis MSS. occurrit, ut *conlaudo* non *collaudo*, &c. 177. 1.
Concede & *cede* confund. 18. 2.
Conceſſit & *ceſſit* permixta. 18. 2.
Concilium & *conſilium* confuſa. 180. 2.
Concubinae, uxore ducta, amovendae. 327. 2. *Concubinae* coelibi & maritis ad tempora Conſtantini fuerunt conceſſae. 329. 2. *Concubinas* habendi licentia primus coërcuit Conſtantinus. R. p. 449. *Concubinam* habere nonnihil infamiae habebat. R. p. 450. *Concubina* dabat cauſſam legitimam divortio. R. p. 450. Malae tractationi accenſebatur *Concubina*. R. p. 450. *Concubinae* liberi patri ſunt ſpuriorum loco. R. p. 452. *Concubinae* vel *amicae* nomen cur inimicum dictum. R. p. 452. *Concubinae* nomen honeſtius, quam *amicae*. R. p. 553. *Concubinas* quas interdixerit Conſtantinus. R. p. 454. *Concubinatus* quae poena. R. p. 455. *Concubinarum* uſus permiſſus cum marito, tum caelibi. R. p. 447. *Concubinam* habuit Cato Cenſorius. R. p. 447. *Concubina* quomodo fiat uxor. R. p. 448.
Concubinas habuerunt mariti. R. p. 450.
Confarreationis jura in matrimoniis quando imminuta. R. p. 440.
Confidere & *ſperare* oppoſita. 202. 1.
Conjux de viro. 67. 1. an *conjunx* ſcribendum. 67. 2. 328. 2. *Cojux* pro *conjux*. 68. 1. vel *cojugs*, litera *x* nondum inventa. 68. 1.
Conſcius in malam partem. 88. 2.
Conſilium pro *facultate*. 166. 2. & *judicio*. *ibid.* & *concilium* confund. 180. 2. & *vis* oppoſita. 167. 1. *Ad Conſilium ne acceſſeris*, quid? R. p. 476.
Conſtans pro *pertinaci*. 63. 1.
Conſtantini Lex de divortio. R. p. 438. *Conſtantinus* Imp. Haruſpicinam & magicas artes permiſit. R. p. 416. *Conſtantinus* Pontificatum Maximum geſſit. R. p. 417. *Conſtantinus* artes magicas permiſit. R. p. 416. Quando idem Imp. divortium permiſerit. R. p. 438.
Conſulere cum Dativo, *providere*, *proſpicere*. 7. 2. 8. 1. & *providere* conjuncta. 7. 2. *Conſule te*, quid. R. p. 512.
Conſultus ἔμφρων. 32. 2. pro *Jureconſulto*. 33. 1. & R. p. 476.
Contemnere & *contempnere* confund. 36. 1. 285. 2.
Contemtus pro *contentus*. 222. 2.
Contingere honorem. 8. 1.
Contrario ſecunda brevi. 256. 1.
Conventio in manum quando deſierit. R. p. 440.
Convivia raro inſtituenda. 25. 1. & 2.
Cor abundat. 278. 1.

I N D E X

Corpore cuſtos quomodo dicatur. R. p. 491.
Catidianus & *quotidianus* permixta. 81. 1.
Credendum nihil temere. 28. 1.
Credulitas ſtulta. 28. 1.
Creſcere. 137. 2. pro *augere*. 293. 2.
Cui pro *qui* in Codd. 300. 2.
Culpa pro *crimine*, *delicto*. 296. 1. *culpae* num. plur. 132. 1. R. p. 489.
Cultio vocabulum raro obvium. 143. 1.
Cultu & *occultu* commutata. 173. 1. *Cultus*, *mundus*, *ornatus*, quomodo differant. R. p. 495.
Cum & *dum* permutantur. 111. 2. 141. 2. 313. 1. & *quum*. 61. 1. 68. 2. 81. 1. 112. 2. 117. 2. 206. 1. *cum* an *quum* ſcribendum? 112. 2. *quum* pro adverbio temporis, *cum* pro praepoſitione. *ibid*. *cum* pro *quando*. 128. 2. finitivis aut ſubjunctivis qua ratione jungatur. 128. 2. & *tunc* conjuncta. 113. 1. *Cum Venere & Baccho lis eſt*, i. e. lites comitantur Venerem & Bacchum. 296. 2.
Cumque pro *quandocumque*. 69. 2.
Cuncta ſaepius a Librariis ſubſtituitur. 270. 2. 282. 2.
Cupere & *cupire* recte dicitur. 146. 1. & *ſperare* differunt. 202. 1.
Cur & *quur* permixta. 81. 1.
Cura pro *ſtudio* in libris ſcribendis. 284. 2. & *uſus* diſtinguuntur. 284. 1. 293. 2.
Curare corpus. 260. 2. *familiam*. 20. 2.
Cuſtos corpore quomodo dicatur. R. p. 491.

D.

D. & *T*. confuſa. 133. 2.
Da & *dato* permutantur. 22. 2.
Damna. 74. 1. *damna* pro *impenſis*. 137. 1. pro *nimiis profuſionibus*. 309. 2. *in Damno eſſe*, quid. R. p. 486. in *parte Damni*, quid. R. p. 487. *Damnum injuria* quomodo dicatur. R. p. 490.
Damnatus & *dampnatus* confund. 174. 2.
Damnoſus de prodigo. 309. 2.
Damnum & *malum* diſtinguuntur. 73. 2.
Dampnatus. 174. 2.
Dampnum. 74. 1. 136. 2.
Dapſilis pro *liberali*. 138. 1.
Dapſilitas. 138. 1.
Dapſiliter. 138. 2.
Dare aliquid conſuetudini, *famae* &c. 158. 1.
Dativus. vid. *caſus*.
Dato & *da* confund. 22. 1.
De & *dis* in compoſitis conf. 59. 2. 109. 1. 2.
Dea Mors. R. p. 412. *Deae* ſuas ornatrices habuere. R. p. 495.
Decedere pro *via decedere*. 18. 1.
Dedere eſt intemperantium. 49. 1. dicitur etiam de iis, qui in re licita diligentiſſime verſantur. *ibid*.
Deducere & *traducere* permixta. 244. 2. *deduci* & *traduci*. 148. 2.
Deëſſe priores ſyllabae a Poëtis contrahuntur. 102. 1. ſic *derunt* pro *deërunt*. *ibid*.
Defendere pro arcere. 113. 2.
Defunctus, ſi poſt mortem major corpore adparebat, in

Deorum

Deorum numerum relatus credebatur. 311. 2.
Dele ultima brevi. 291. 1.
Deluſa ſpes. 109. 2.
Demiſſus animus. 299. 1.
Demittere & *dimittere* confuſa. 298. 2.
Denarius pro *numo.* 257. 1. aetate Aureliani jam aerei fuerunt. 259. 2. etiam inferiori aetate aerei fuerunt. *ibid.* *denarius* ſecunda brevi. 255. 1. 256. 1.
Denique pro *ut paucis dicam.* 60. 2. Nonnunquam uni rei, non multis ſubjicitur. R. p. 485.
Deputare pro *putare.* 85. 2.
Deridere, *ridere*, & *irridere* confuſa. 280. 1.
Deſidet & *diſſidet* permutantur. 59. 2. 109. 2.
Deſpicere & *ſuſpicere* oppununtur. 250. 1. 252. 1. *deſpicere divitias*, &c. 250. 1.
Detrahere de coelo. 54. 1.
Deus ſing. pro plurali. 12. 2. 45. 1. 101. 1. 170. 2. 304. 1. *Deum* animum eſſe notum Scriptoribus profanis. 44. 1. R. p. 397. Unum *Deum* ſtatuebant Stoici. 45. 1. pro *Jove.* 152. 1. *Deus ſum* de ſumma felicitate. 53. 1. colendus eſt puritate mentis. 42. 1. *Deo ſupplica* vel ſimile initium omnis paraeneticae Poëſios. 12. 1. *Diis proximus.* 52. 2. De *Dei* cultu quae Eruditorum Veterum fuit opinio. R. p. 397. 399. De *Deo* quid ſenſerint Paganorum Eruditiores. R. p. 397. *Deum* unum eſſe dicebant omnes Philoſophi. R. p. 400. *Deus* opifex & δημιουργὸς Platonis quis. R. p. 400. *Deus* quis Natura, R. p. 400. *Deum* quem Philoſophi colunt. R. p. 400. cui *Deo* Julianus vota fieri pro ſe a Judaeis voluerit. R. p. 400. per quem *Deum* Syneſius juraverit. R. p. 400. Falſa eſt Scaligeri Sententia *Deum* pro *Diis* a Magiſtris Chriſtianis ſubſtitutum Scriptoribus Paganis. R. p. 401. *Deum* ſpiritum crediderunt gentiles. R. p. 401. de *Deo* Poëtae nonnulli Gentiles veriſſima tradiderunt. R. p. 401. 405. Poëtae auſpicabantur opus a *Deo* ſive Jove. R. p. 409. de *Deo* Ciceronis & Dionyſii eadem mens. *ibid.* In Sacris *Deorum* omnia pura, ſed praecipue mens pura requirebatur. *ibid.* Non alii delegandae preces. *ibid.* *Deus* victimis non placatur. R. p. 424. A *Deorum* cultu divitiae excludendae. R. p. 426. *Deum* Stoici naturam appellabant. R. p. 458.
Dies profeſti. 134. 1.
Dignus coelo. 54. 1.
Dilabi de divitiis. 179. 2.
Diligere levius eſt quam amare. 72. 1.
Dimittere animum de iis, qui diverſa animo agitant. 298. 2. & *demittere* confuſa. *ibid.*
Dionyſius rarum apud Rom. nomen. 2. 1. Catonem *Dionyſium* volunt eſſe dictum. 176. 2. An Cato *Dionyſius* dictus. R. p. 377. *Dionyſii* nomen non rarum apud Romanos. R. p. 386. Unde nomen ortum. *ibid.* *Dionyſii* nonnulli nobiles. *ibid.* *Dionyſius* nomen an cognomen. R. p. 388.

Dipl-

INDEX

Diphthongi in Codd. negliguntur. 246. 1. 305. 2.
Dis & *de* in compoſitis permutantur. 109. 1. & 2. 59. 2.
Diſce eleganter adhibetur. 225. 1.
Diſcidium & *diſſidium* permixta. 180. 2.
Diſcrimen quaſi *diſcernimen*. 301. 1.
Diſcuſſio pro *examine*. 266. 2.
Diſcuſſores dicuntur calculatores. 266. 2.
Diſcutere pro circumſpicere, examinare. 266. 2.
Diſſidet & *deſidet* permixta. 59. 2. 109. 2.
Diſſidium & *diſcidium* permixta. 180. 2.
Diſtichorum Auctor non fuit Cato Uticenſis. R. p. 376. *Diſticha* brevitate commendantur. R. p. 459. *Diſtichorum* in Libros diviſio an a Catone. R. p. 460. *Diſtichorum* Auctor non fuit Serenus Samonicus. R. p. 505. 506.
Divinationes omnes vanae viſae paganis. R. p. 413. De iis quae Stoicorum ſententia. *ibid.* An ab iis Chriſtiani abſtinuerint. R. p. 416. *Divinationes* privatis vetitae legibus. R. p. 418. *Divinationibus* uſi Romani Impp. R. p. 420. *Divinatio* cur dicta. R. p. 413.
Divortio (*in*) judicium de moribus a quibus peractum. R. p. 439.
Docebo & *monebo* confuſa. 8. 2.
Docere active. 330. 2.
Doctor pro *monitore*. 117. 2.
Doctrina homines facit vivere. 207. 2.
Δοκεῖν abundat. 236. 1. pro εἶναι. 118. 1.
Dolendo moerere. 306. 1.
Dolor & *labor* conjunguntur. 273. & *moeror* diſtinguuntur. 306. 1.
Dona fortunae. 208. 2.
Donatus auxit Servii Commentarios. R. p. 379.
Dotem maritus in divortiis reddere debebat. 224 1. & R. p. 438. *Dos marita* quae. R. p. 440. *Dos* maritorum imperia corrupit. R. p. 440.
Dubius & *certus* opponuntur. 122. 2. 265. 1. *dubia vita*. 122. 2.
Ducere vitam. 245. 1.
Dulce pro *dulciter*. 111. 2.
Dulcis Epith. amici. 127. 1.
Dum & *cum* confuſa. 111. 2. 141. 2. 313. 1. & *quam*. 158. 1. pro *donec* ſubjunctivo jungitur. 154. 1. pro *dummodo*. *ibid.* quoties temporis praeſentis actum ſignificat, indicativum poſcit. 153. 2.
Δύναμις de corpore & animo. 167. 1.

E.

E. ſyllaba ultima imperativi ſecundae conjugationis corripitur. 289. 2.
Ebrietatem & temulentiam fugiebant Vett. 26. 2.
Ecquis, *quis*, & *aliquis* permixta. 81. 2.
'Ει pro ἐστί. 43. 2.
'Εις pro ἐν. 92. 1.
Eloquentia dabat gradum ad honores. R. p. 474.
Eminet & *inminet* confuſa. 195. 1.
Enallage temporum & numerorum. 119. 2. Et modorum. 119. 1. 207. 1.
Eodem ſecunda brevi. 90. 2.
'Εστὶ eleganter interdum additur. 229. 1.
Epitheta non ſeparanda a ſuis ſub-

ſubſtantivis. 185. 2.
'Επιτιμία. 30. 1.
Error. 264. 2.
Eſſe & *ipſe* confunduntur. 105. 1. & *fore*. 8. 1. *eſſe videri* frequentiſſimum Ciceroni. 105. 1. & R. p. 479.
Eſt negligitur interdum a Librariis. 80. 1. 102. 1. 115. 1. 151. 1. 159. 1. 238. 1. 275. 1. 286. 2. 326. 2.
Eſto ultima correpta. 73. 1.
Et cum *at* confund. 93. 2. & *ac*. 283. 1. 299: 1. & *ſed*. 165. 2. 297. 1. omittitur ſaepe a Librariis. 93. 2.
Ethnici. Vid. *Gentiles*.
'Ευδοξία. 30. 1.
'Ευεκτεῖν, ad habitudinem quoque corporis ſpectat. 196. 2.
'Ευθανασία 325. 2.
Evitare & *fugere* conjunguntur. 182. 1.
Ex additur interdum, interdum omittitur. 36. 1. 230. 1. eleganter additur. *ibid. ex merito ibid*
Exaudire pro *audire*. 64. 2.
Excolidus a *colere*. 176. 2.
Exercere ſtudium. 283. 2. *exerce* ultima brevi. 291. 2.
Exemplum. 217. 2. 224. 2. 225. 1.
Exigua & *auxilium* comm. 2. 1. *exiguum* de eo, quod ſufficit. 158. 2.
Exire pro *mori*. 98. 1. *exire in iram*. 263. 2.
Exiſtimatio. 31. 1. *exiſtimationem retinere* pro *bonam famam ſervare. ibid.*
Exitus vitae. 98. 1.
Explicit non dicitur Latine. 203. 2. addebatur, ſi liber ad finem eſſet perductus. 203. 2. 243. 1.
Expoſtulare. 64. 2. pro *poſtulare. ibid.* R. p. 504.
Exſpectare & *ſpectare* confund. 194. 2.
Extorque ultima brevi. 290. 1.

F.

F. & *T*. permutantur. 133. 2. *Fac* interdum παρέλκει. 87. 1.
Face pro *fac*. 331. 2.
Factum & *fatum* commutantur. 285. 1.
Familia de ſervis. 323. 1. *familiam curare*. 20. 2.
Fama & *ſana* permutantur. 212. & *forma*. 258. 1. R. p. 494. *Famam* facilius mala, quam bona adnuntiare credebant Vett. 76. 1. *res* & *fama* diſtinguuntur. 329. 2.
Famoſus libellus & *carmen* qui differant. R. p. 385.
Far & liba in ſacrificiis. R. p. 428.
Fatum & *factum* conf. 285. 1. *Fata* mutari neſcia credebantur. 152. 2.
Fatuus a *fando*. 183. 2.
Felices ! eleganter adhibetur. 326. 2.
Feliciter addebatur, ſi liber ad finem eſſet perductus. 203. 2.
Feminarum impotentia dicitur non poſſe tacere. 240. 1. *Feminis* preces ad Deum pro ſe delegabant Viri. R. p. 410.
Feneſtra pro *modo*. 4. 2.
Ferre pro *referre*. 38. 2. *ferre* ſive *referre amorem*, ut *referre gratiam*. 39. 2. *acceptum ferre* pro *referre*. 39. 1. *ferre* pro *auferre*. 38. 2. pro *adferre. ibid. ferre linguam*. 239. 1. *ferre* de ventis. 160. 1.
Ferri fluvii dicuntur. 160. 1. & *fieri* permutantur. 39. 1.
Fertur pro *dicitur*, *perhibetur*. 215.

215. 1. pro *eſt*. 215. 1.
Fidelis & *fidus* differunt. 106. 2. 186. 2. *fidelis* Medicis, ſervis, & qui aegris opem ferunt, tribuitur. 186. 2.
Fidem adhibere. 183. 1. *fides* cur rara. R. p. 405.
Fidus amicus. 106. 2. *fidus* & *fidelis* differunt. 106. 2. 186. 2.
Fieri & *ferri* permutantur. 39. 1.
Finiri pro *mori*. 97. 2. de Urbibus pro *deleri*. *ibid.*
Finis abſolute pro *morte*. 97. 1. *finis vitae* pro *morte*. 96. 2. 97. 1. *finis* etiam genere feminino. 98. 2. *Finis*, pro *morte*. R. p. 461.
Fiſtulis aves fallebantur. 112. 1.
Flamen & *flumen* conf. 159. 2.
Florum exſcripſit Jornandes. R. p. 379.
Flumen & *flamen* conf. 159. 2.
Foenus & *mutuum* quomodo differant. R. p. 470.
Fore omiſſum. 7. 1. ſaepius retinendum. 7. 2. & *eſſe* permutantur. 8. 1.
Forenſes rabulae. 24. 1.
Forma & *fama* commutantur. 258. 1. R. p. 494. *forma Junonis*, *Dei* &c. pro *ipſo Deo*. 255. 2. 256. 1. R. p. 542. *forma denarii* pro *denario*. 258. 2. *Forma* de elegantiore ornatu. R. p. 495. 498. *Forma neglecta* quae. R. p. 495.
Fortis de eo, qui animi pollet conſilio. 272. 1. *fortes Viri* de iis, qui corpore & animo praeſtabant. *ibid.*
Fortuna caeca. 254. 2. *Dona fortunae*. 208. 2. *cedere fortunae*. 18. 1. 314. 2. *fortunae* triſtes vices cavendo effugere conabantur Stoici. 90. 1. *fortunae* opponitur *ratio*. 254. 1.
Fortuna quae non eſt, quid. R. p. 407.
Forum tentare. 15. 2. *foro parere*. 15. 1. & 2. *foro uti*. 15. 1. *Foro te para* quid. R. p. 474.
Fragmenta Veterum Scriptorum hiulca. R. p. 407.
Fraus & *frons* conf. 213. 2.
Friſiorum lex de ſorte. R. p. 417.
Frons & *fraus* permutantur. 213. 2.
Frugi omnes virtutes complectitur. 238. 2.
Frugiperdus. 320. 2.
Fugere & *evitare* junguntur. 182. 1.
Fumo placare. R. p. 432.
Futurum indicativi, & *praeſens* ſubjunctivi conf. 146. 2.

G.

GEntilibus Scriptoribus *Deum* pro *Diis* ſubſtitutum, verum non eſt. R. p. 401. *Gentiles* crediderunt ſpiritum eſſe Deum. R. p. 401. *Gentilium* & Chriſtianorum phraſiologiae communicatae. R. p. 395. Cur *Gentiles* tus in ſacris probarent. R. p. 427. *Gentilium* ſacrificia quando deſierint. R. p. 443. *Gentiles* ob conſuetudinem nonnumquam uſi ſunt verbis Chriſtianorum. R. p. 395. *Gentilium* Eruditiores quid de Deo & victimis ſenſerint. R. p. 397.
Gerere rem. 254. 1.
Gloſſatores antiqui Monachi. R. p. 393.
Gradum referre. 264. 1. *revocare*. *ibid.* *Gradus officiorum* quis. R. p. 469.
Grammatici Magiſtri dicti. R. p. 403.

Gratia

Gratia. 131. 1. ſing. num. pro *Gratiis.* 128. 2. *Gratiae* tres numerantur. 129. 1.
Gratis pro *grates.* 265. 1.
Gratus active & paſſive. 140. 1. *Gratus* officiis. R. p. 509.
Graviter pro *gravatim*, *diffi-culter.* 6. 1.
Gaudia mala pro *voluptatibus.* 278. 2.

H.

H. interdum non eliditur. 177. 2.
Habe ultima brevi. 291. 2.
Habere. 259. 1. & *avere* conf. 89. 2. pro *ſalvum eſſe.* 307. 1. ad valetudinem transfertur. 261. 1. pro *poſſidere. ibid.*
Habitior. 261. 1.
Habitus oris, &c. 261. 1.
Haruſpicina riſa ipſis Haruſpicibus. R. p. 413. an ab iis Chriſtiani abſtinuerint. R. p. 418.
Haud & *aut* conf. 101. 1.
Have frequentius quam *ave.* 307. 1.
Heredum & ſubſtitutorum nomina in qua teſtamenti parte ſcribebantur. R. p. 507. *Heres neceſſarius* eſt ſervus. R. p. 508.
Hiatus frequens Poëtis. 177. 2.
Hoc pro *ob hoc.* 333. 2.
Homerus aliquando vera ſenſit de Deo uno. R. p. 408. Fabularum ſuarum de Diis poenas apud Inferos luit. *ibid.*
Homines omittitur. 5. 1. *Hominibus* terra colenda eſt data, cetera aliis animalibus. R. p. 412. *Hominibus* non ſcrutanda aſtra, Oceanus. R. p. 413.
Honeſtum, id eſt, *ſpecioſum*, *probabile.* 118. 2. & R. p. 479. *Honeſtum* opponitur *rei turpi. ibid.* *Honeſtum* quidquid eſſet, Stoici utile cenſebant. 119. 1. *Honeſtus* pro *pudica.* R. p. 497.
Honorem contingere. 8. 1.
Hora pro *tempore.* 322. 1.

J.

JActurae turpes. 309. 2.
Jam & *nam* inſervit tranſitioni. 234. 1.
Janus pro *prudenti viro.* 195. 2. *Janum* Noam fuiſſe volunt. 195. 2. bifrontem fingebant. 194. 1. 196. 1.
Id additur vel omittitur. 119. 2. *id ipſum.* 99. 2.
Ignavia & *ſegnities* differunt. 214. 2.
Ignotus active. 121. 1. de eo, quod ignoratur. 120. 2.
Ille & *ipſe* confund. 70. 1. & *iſte.* 171. 2.
Imperium de patre. 262. 2. & *ingenium* confund. 262. 2.
Imperatores Romani Haruſpices conſuluerunt. R. p. 420. habuerunt ſuos Magos. *ibid.*
Imperioſus quis. 262. 2.
In promiſcue. 22. 2. 91. 1. & 2. 132. 2. omittitur interdum. 107. 1. *in tempore* pro *opportune.* 62. 2.
Incautus active & paſſive. 140. 1.
Incipiens & *inſipiens* conf. 180. 2.
Inculpare & *incuſare* permixta. 100. 2.
Incuſare proprie pro *ſuperiorem arguere.* 100. 2. & *inculpare* conf. 100. 2.
Indulge ultima brevi. 291. 2.
Infames pro *ſtupratis.* R. p. 497.
Infeſtus active & paſſive. 140. 1.

ex

ex ſua origine notat *parum laetum*, *triſtem*. 134. 1. *infeſtus inimicus*. 72. 2.
Infinitivus pro ſubſtantivo. 240. 1. pro accuſativo. *ibid.*
Inhoneſtus de nefando amore. R. p. 497.
Ingenium pro *moribus difficilibus*. 262. 2. 263. 1. & *imperium* confuſa. 262. 2.
Inimicitiae inter amicos ſedulo vitandae. 168. 2.
Inimicus infeſtus. 72. 2.
Injuſta & *prava* junguntur. 304. 2.
Inmemor de ingrato. 83. 1.
Inminet & *eminet* confuſa. 195. 1.
Inmiſce ultima brevi. 291. 1.
Inmodeſtus. 233. 1.
Innocentes etiam veniam & pacem a Diis petebant. 13. 1.
In primis & *itaque* confuſa. 13. 1.
Inſaniam ſimulare multi non dubitarunt. 181. 1.
Inſcriptionum verſibus alienae voces nonnumquam inſertae. R. p. 468.
Inſipiens & *incipiens* permixta. 180. 2.
Inſomniis Vett. multa tribuebant. 201. 1.
Intelligere & *intellegere*. 10. 2. R. p. 503.
Invidiae cedere. 18. 1.
Jornandes Florum exſcripſit. R. p. 379.
Ipſe. 171. 2. & *eſſe* confuſa. 105. 1. & *ille*. 70. 1. 171. 2. & *iſte*. 171. 2. *ipſe tu*. 58. 1. 59. 1. 84. 1. 101. 1. *ipſe ſibi* non *ipſi*. 58. 2.
Ira & *iracundia* differunt. 34. 1. *irae* pro *rixis*, *contentionibus*. 304. 1.
Iracundia & *ira* differunt. 34. 1.
Irridere & *ridere* confund. 280. 1. 32. 2. & *deridere*. 280. 1. *Irriſeris* & *riſeris* permixta. 22. 1.
Iſte, *ille* & *ipſe* confund. 171. 2.
Ita omiſſum. 10. 1.
Itaque & *in primis* confund. 13. 1.
Iter pro *modo*, *ratione*. 4. 2.
Iterum & *rurſus* additur verbis ex *re* compoſitis. 86. 1.
Jube ultima brevi. 290. 1.
Judex pro eo, qui judicio praeeſt. 228. 1. dicebantur ita Coſſ. Praetores, Praeſides Provinciarum, imo Impp. 228. 1. *Judices* alii aequum, alii Juſtum ſequebantur. R. p. 477. *Judices* in cauſſis dubiis reſponſum a Principe petebant. R. p. 509.
Judicium pro uſu ſive cognitione. 121. 2. in *Judiciis* Advocati amicis aderant. 22. 2. in *Judiciis*, quem audirent, Oratorem ſibi eligebant juvenes. 23. 1. *Judicium* de moribus in divortio a quibus peractum. R. p. 439. *in Judicium adeſſe*, pro *in Judicio*, quid. R. p. 474.
Julianus cui Deo a Judaeis vota pro ſe voluerit fieri. R. p. 400.
Jupiter Jurisjurandi praeſes & tutela. 26. 1. *Jupiter* Juſtitiae Deus. R. p. 480.
Juramentum Latine non dicitur. 25. 2. 26. 1.
Jurgari pro *litigare*. 130. 1.
Jurgium pro *lite*. 130. 1. *jurgium* a *lite* quomodo differat. *ibid.*
Juriſconſulti in conſilium vocabantur a Principibus. R. p. 477. *Juriſconſultus* dictus *Conſultus*. R. p. 476. *Juriſconſultus* pro *Praetore*. R. p. 47[illegible].

Juris-

Juriſconſultorum erat reſponſa & conſilia dare. R. p. 447. *Juriſconſulti* Adſeſſores Principum. R. p. 477. & 509. *Juriſconſulti* quam Philoſophiam ſectati. R. p. 478.
Jurisjurandi Praeſes & tutela Jupiter. 26. 1.
Juriſperiti omnes non fuerunt Advocati aut Cauſſarum Patroni. R. p. 475.
Juriſprudentia dabat gradum ad honores. R. p. 474. *Juriſprudentia* ſub Principibus aequitate adjuta. R. p. 478.
Jus ſpecialiter dicitur illud jus, quod ex interpretatione Juriſconſultorum eſt ortum. R. p. 509.
Juſtum pro eo, quod ſecundum Leges eſt. 119. 1. *Juſtum* alii judices, *aequum* alii ſequebantur. R. p. 477. *Juſtum* quid. R. p. 478. *Juſtus* quis. R. p. 480.
Juſtitiae Vindex Jupiter. R. p. 480.
Juvenes Oratorem ſibi eligebant, quem potiſſimum in judiciis audirent. 23. 1.

K.

Καλεῖσθαι pro *eſſe*. 215. 1.
Kariſſime & *cariſſime*. 8. 2.

L.

Labi de divitiis, quae adteruntur. 179. 1.
Labor pro *periculo*. 126. 1. pro *re labore quaeſita*. 137. 1. de animi ſollicitudine. 172. 2. & *dolor* conjunguntur. 273. 1. *Labor* induſtriam ſignificat, & id, quod induſtria partum. R. p. 486.
Laborare pro *valere*. 125. 1. pro *animi aegritudine ſollicitari* 272. 2. pro *vivere*. 125. 1. *laborantes* de iis, qui ſunt in periculo. 125. 2.
Lacte olim ſupplicabatur. R. p. 428.
Lacrimae an *lacrymae*? 235. 2.
Lacrimare & *plorare* diſtinguuntur. 234. 2.
Lacrymae an *Lacrimae*? 235. 2.
Laedere & *cedere* confuſa. 315. 2.
Lamenta de ploratu muliebri. 234. 2. & R. p. 442.
Languere. 215. 2.
Largus & *carus* confund. 139. 1.
Legem rogare. 229. 2. *Leges* Romanorum ad coërcenda vaticinia. R. p. 418. *Leges antiquae* quae. R. p. 439.
Legere arva de eo, qui tranſit. 303. 1. *legere* & *negligere* conjunguntur. 232. 1.
Lemmata carminum multorum ſpuria. R. p. 394.
Lenis. 63. 2. de eo, qui facile precibus alterius flecti ſe patitur. 64. 1. & *levis* confund. *ibid.*
Levis & *lenis* permixta. 64. 1.
Liba & far in ſacrificiis. R. p. 428.
Liber cum ad finem eſſet perductus, addebatur vox *explicit*, aut *feliciter*. 203. 2. 243. 1. *Libri* legendi. 20. 1.
Libellus famoſus & *carmen* quomodo differant. R. p. 385.
Libido & *venter* conjunguntur. 269. 2.
Licinius Mucianus multa ſcripſit. R. p. 382. Res admirandas ſcripſit. R. p. 389.
Linguam ferre. 239. 1.
Lis pro *jurgio*. 130. 1. 169. 2. differt

differt a *jurgio*. 130. 1.

Litare proprie dicitur victima, cum in ejus extis felicia ſigna reperiantur. 313. 2. pro *victima Deos placare*. 313. 2. pro *ſacrificare*. *ibid.* *Litare manibus* pro *ultione iis ſatisfacere*. *ibid.* *Litare* quid. R. p. 428. *Litare*, id eſt, bona omina impetrare. R. p. 433.

Literae an *litterae*? 29. 2. *literae ſtudiorum*. 29. 2. *literae initiales* in Codd. nonnunquam omittuntur. 143. 2. *Litera initialis* vocis ſeq. adhaeret fini prioris. 70. 1. 199. 2. 200. 2. 209. 2. 219. 1. 316. 1. *Litera finalis* vocis praeced. adhaeret ſequenti. 135. 1. 173. 1. inter *literarum* notas non diſtinguere ſolent Librarii. 48. 2.

Litterae an *literae*? 29. 2.

Litus non *littus*. 302. 2.

LL duplex in Codd. interdum per unum *l*. exaratur. 115. 2. 166. 2.

Loco idem, quod *opportune*. 180. 1. 181. 2.

Locuntur loquuntur conf. 80. 2.

Loqui tacito ſermone pro *non clara voce loqui*. 88. 1. magniloquentiae verbum eſt. 80. 2. *loquuntur* & *locuntur* perm. 80. 2. *loqui* pro *jactare*. R. p. 406.

Lucra rerum in Diariis Vett. ſubnotabant. 123. 2. *lucro adponere*. 124. 1. *lucrorum in parte* a calculatoribus deducta locutio. 266. 1. *in lucro eſſe*. R. p. 486. *in parte lucri*, quid. R. p. 487.

Lucrari peccata pro *inpune ferre*. 162. 1. dictio Latina & proba. R. p. 395.

Ludimagiſtrorum protervitas in mutandis lectionibus. R. p. 461. *Ludimagiſtri* probas Scriptorum voces mutarunt. R. p. 446. *Ludimagiſtri* olim monachi. R. p. 508.

Luxuria tamquam peſtis fugienda. 182. 1.

M.

M. non eliditur. 174. 1. In fine ſaepe detrahebatur a Librariis. R. p. 462.

Macer quis fuerit. 144. 1. 145. 1. prima in hac voce ſyllaba male producitur. 144. 2.

Macrobius & *Servius* fuerunt Amici. R. p. 497.

Magis additur comparativo. 318. 1. 319. 2. ſi poſitivo addatur, comparativum circumſcribit. 158. 2. pro *potius*. 144. 1.

Magiſter a *magere* verbo obſoleto. 248. 1. *Magiſter* ſive Paedagogus olim pueris dabatur. 13. 2. *Magiſtri* de doctoribus Societatum, vicorum, &c. 249. 1. *Magiſtros* Graecorum pueri vocabant ἡμετέρους. 14. 2. *Magiſtri* de Grammaticis. R. p. 403.

Magiſtrare pro *moderari*. 248. 2. pro *magiſtrum agere*. 247. 1. 248. 1.

Magmentare. 248. 1.

Magmentatio. 248. 1.

Magos ſuos habuerunt Romani Imperatores. R. p. 420.

Majori cedere. 17. 2. 18. 1.

Μακάριοι pro *divitibus*. 250. 2.

Mala gaudia pro *voluptatibus*. 278. 2.

Maledicere de conviciis. 175. 2.

Maledici canibus comparantur. 30. 2.

Maledicta de conviciis. 175. 2.

male

maledicta interdum Codd. per *mala dicta* exprimunt. 175. 2.
Malum & *damnum* diſtinguuntur. 73. 2.
Malus pro *maledico.* 209. 2.
Manibus litare pro *ultione iis ſatisfacere.* 313. 2.
Manlius imperioſus. 262. 2.
Manus artifici tribuuntur. 284. 2.
Maritus dotem in divortiis reddere debebat. 224. 1. *Maritorum* Imperium dote lauta fractum. R. p. 440. *Mariti* habuerunt concubinas. R. p. 450.
Matri reverentia eſt praeſtanda, a qua differt *pietas*, quae patri propria. 242. 1. *Matris* jura minora patris juribus. R. p. 442.
Matrimonio (de) quid ſenſerint Philoſophi. R. p. 457. Vid. *Uxor.*
Me mea elegans repetitio. 57. 2.
Medici olim plurimi erant circulatores, & περιοδεύονται. 273. 1. *Medicos* exoſus fuit Cato Cenſorius. R. p. 501.
Μίλος. 46. 2.
Memento de grati animi memoria. 82. 2.
Memor pro *grato.* 83. 1.
Mendace nihil pejus. 30. 1.
Mens humana habebatur Dea. 44. 1. & 45. 1. & 2. R. p. 397. *Mens animi* pro *animo.* 47. 1. *compoſita.* 9. 2. *mens* recti conſcia ex praeceptis Stoicorum bonis eſt pro praemio. 89. 2. *Mens pura* quae. R. p. 409. *ſine mendacio* quae. R. p. 453.
Merito (ex) 230. 1.
Metuere & *amare* conjunguntur. 14. 1. & *timere* differunt. *ibid.*
Mimus & *animus* confund. 279. 2.
Minus additur comparativo. 319. 2.
Minutius & *Numitius* permiſcentur. 252. 1.
Miſce ultima brevi. 291. 1. *miſce puer.* 26. 2.
Miſco, *miſcis.* 291. 1.
Miſerumne & *neminem* confuſa. 22. 1.
Modeſtus. 232. 2. 233. 1.
Modi interdum diverſi junguntur. 119. 1. & 2. 207. 1.
Modice & *parce* commutantur. 178. 1.
Modicum pro *exiguo.* 159. 1.
Moerere non *maerere.* 305. 2. *moerere dolendo.* 306. 1.
Moeror & *dolor* diſtinguuntur. 306. 1.
Monachi gloſſatores fuerunt. R. p. 393. Lectiones probas corruperunt. R. p. 446. *Monachi* olim ludimagiſtri & corruptores Scriptorum. R. p. 508.
Monebo & *docebo* permutantur. 8. 2.
Monere & *admonere* differunt. 68. 2.
Morbus & *vitium* diſtinguuntur. 49. 2.
Mores. Vid. *Mos.*
Mors aerumnarum requies. 286. 1. *mors* repentina priſcis fuit in voto. 325. 2. *mors pulcerrima.* 27. 2. *mortem* qui ſibi conſciſcunt, doloris inpatientia peccant. 123. 1. ſapientem ſine ulla animi indignatione *mortem* ſubire ſtatuebant Stoici. 98. 2. *mortem* ominis cauſſa non nominabant Veteres. R. p. 460. *Mors* Dea. R. p. 462.
Mortalis egeſtas, *manus*, &c. pro mor-

mortalium egeſtate. 137. 2.

Mos pro *lege.* 8. 2. pro plur. *mores. ibid. mos* & *mores* confunduntur. 10. 1. *mores* pro *virtutibus.* 9. 1. 134. 2. 135. 1. pro *moribus difficilibus.* 135. 1. *vita & mores.* 60. 2. *Mores* per ſaecula mutantur. R. p. 472. *Mores* & *vita* quomodo differant. R. p. 485.

Moſis & Prophetarum Judaeorum ſcripta legerunt Philoſophi. R. p. 392. & 408.

Mulier pro *uxore.* 66. 2. Vid. *Femina.*

Multi pro *plebe* & *populo.* 71. 1. 198. 1. pro *ſtolidis.* 80. 1. 183. 2. *Multi multa* ſollemnis locutio. R. p. 406.

Municipiis (*in*) & *Coloniis* opificia & artes honeſta. R. p. 506.

Murmurare. 88. 1.

Mutuo caute quomodo detur. 22. 1. & 2.

N.

NAm & *jam* inſervit tranſitioni. 234. 1.

Naturae & *patriae* permutantur. 27. 1. *Natura* quis Deus. R. p. 400. *Natura*, id eſt Deus. R. p. 658.

Ne & *nec* permiſcentur. 49. 1. 76. 2. 88. 1. 161. 1. 199. 1. 206. 2. 223. 1. 273. 2. 313. 1. 326. 2. 329. 2. R. p. 442. *ne quidem* & *nec quidem* conf. 88. 1. item *ne* & *non.* 220. 1. 295. 2. *ne* cum imperativo & ſubjunctivo. 127. 2. 128. 1. 293. 2.

Nec pro *non.* 239. 2. pro *ne quidem.* 191. 2. & R. p. 503. *nec quidem* & *nequidem* conf. 88. 1. *nec* & *ne* permutantur. 49. 1. 76. 2. 88. 1. 161. 1. 199. 1. 206. 2. 223. 1. 273. 2. 313. 1. 326. 2. 329. 2. *nec legere* & *neclegere* antiquatum. 11. 1. *nec legere, non legere*, & *negligere* permutantur. 10. 2. 267. 1.

Neceſſarius antepenultima brevi. 256. 1.

Neclegere antiquatum. *11. 1.*

Negligere & *legere* conjunguntur. 232. 1. *negligere* & *neglegere.* 10. 2. *negligere, nec legere*, & *non legere* confund. 10. 2. 267. 1. R. p. 502.

Neminem & *miſerumne* permixta. 22. 1.

Nemo pro *nullus.* 100. 1. quae tamen diſtinguuntur. 100. 2.

Neſcire pro *non poſſe.* 331. 2.

Neutrum adjectivum adpoſitum ſubſtantivo alterius generis. R. p. 492.

Nihil & *nil* confund. *66. 1. nihil* vel *nil* idem quod *non. 239. 1.*

Nocens pro *noxio.* 274. 1.

Nocet eſſe locutum & *locuto.* 78. 1.

Nomen amici, &c. pro *amico.* 326. 2. 328. 1. & 2. *nomine culpae*, &c. 223. 1. *Nomina* hominum a Deorum nominibus deſumta. R. p. 387. *nomine* pro *cauſſa.* R. p. 443.

Nominativus. Vid. *caſus.*

Nominor pro *ſum.* 215. 1.

Non & *ne* confund. 220. 1. 295. 2. *non legere, nec legere* & *negligere* permutantur. 10. 2. 267. 1.

Nos noſtra elegans geminatio. 58. 1.

Noſcere aliquem. 121. 1.

Nota numaria pro numis. 258. 2. inter *notas* literarum non diſtinguere ſolent Librarii. 48. 2.

Notare pro ſcribere. 218. 2. *Notare tabulis*, id eſt *ſcribere in teſtamento.* R. p. 507. *Neque*

notare

notare neque literas novit, non *natare*. 219. 1.
Noti, *amici*, & *proximi* diſtinguuntur. 139. 1.
Notus active. 121. 1.
Noxia, id eſt *damnum*, R. p. 493.
Νουθετεῖν *verbis caſtigare*. 68. 1.
Nudus metaphorice. 332. 2. *Nudus homo natus* proverbium. R. p. 506.
Nullus pro non. 100. 2. *nullus* & *nemo* diſtinguuntur. 100. 2.
Numaria nota pro numis. 258. 2.
Numerorum enallage. 119. 2. *numerus* ſingul. & plural. commutantur. 35. 2. 75. 1. *numerus* ſing. pro plurali. 29. 1. ſingularis *num*. Poëtis magis eſt proprius. 75. 2. 132. 2. 191. 2.
Numitius & *Minutius* confund. 252. 1.

O.

O. articulus nonnumquam otioſus eſt. 42. 1.
Ob & *ab* confund. 21. 2.
Occaſionis ſimulacrum quomodo pingebatur. 192. 2.
Occultu & *cultu* permutantur. 173. 1.
Oceanus non navigandus hominibus. R. p. 413.
Octavianus an Auctor Diſtichorum. R. p. 376.
Officia pro *beneficiis*. 82. 2. 320. 1.
Officiperda, *officiperdus*, *officiperdi*. 318. 2. 319. 2. 320. 1. & 2. *Officiperdus* & *Officiperda* quis. R. p. 509.
Opificia & *artes* in coloniis & municipiis honeſta. R. p. 506.
Opinantiſſima liberalitas. 7. 1.
Opinio pro *exiſtimatione*, *fama*. 6. 5. 8. 1.
Optare & *ſperare* differunt. 202. 1.
Oratorem ſibi eligebant juvenes, quem potiſſimum in judiciis audirent. 23. 1.
Ordo brevium ſententiarum Dionyſii Catonis invertitur in Codd. 12. 2. *ordo* Verborum interdum a Scriptoribus confunditur. 217. 1. 312. 2.
Ornatus praecipue capillorum eſt & capitis. R. p. 495. *Ornatus* quis deceat viros. R. p. 495.

P.

PAedagogus olim dabatur pueris. 13. 2.
Pagani. Vid. *Gentiles*.
Paganiſmus Graecorum & Romanorum quando deſiit. R. p. 436.
Παιδεύειν Paedagogorum eſt. 37. 1. pro *caſtigare*. 315. 2.
Παιδεύεσθαι parentum eſt. 37. 1.
Παραινεῖν pro *ad aliquid hortari*. 68. 1.
Para & *pare* permutantur. 15. 1.
Parce & *modice* confund. 178. 1. *parce vivere* eſt duriter vivere. *ibid*.
Parcus opponitur *prodigo*. 197. 1. pro *ſobrio*. *ibid*.
Pare & *para* confund. 15. 1.
Parens patri tribuitur, & *matri* opponitur. 242. 2. *parentes amare*. 13. 2. *parentes ferendi*. 32. 1. *Parentes* non aequali pietate colebant. 242. R. p. 442.
Parere pro *oſtentare ſe*. 208. 2. pro *apparere*. 163. 1. 165. 1. *parere foro*. 15. 1. & 2. *parere* & *patere* commutantur. 164. 2. 165. 2.

Parte (*in*) *lucrorum* a calculatoribus deducta locutio. 266. 1.
Parte (*in*) *lucri*, *damni* quid. R. p. 487.
Participium in *dus* non a perfecto ſed a praeſenti activo derivatur. 246. 1.
Partum & *parvum* confuſa. 179. 2.
Parvum & *exiguum* de eo, quod ſufficit. 158. 2. & *partum* permiſcentur. 179. 2.
Pater jus vitae & necis in liberos habebat. 241. 2. *patrem* olim majori pietate quam matrem proſequebantur. *ibid.*
Patere & *parere* permutantur. 164. 2. 165. 2.
Pati legem, ut *pati verum*, *aequum* & *Juſtum*. 37. 2. *Pati legem* quid. R. p. 504. *amice pati* an dicatur pro *aequo animo pati*. 309. 1.
Patienter & *patientia* conf. 32. 1.
Patientia & *patienter* conf. 32. 1.
Patriae & *naturae* permixta. 27. 1. Pro *patria* mortem oppetere decorum habebatur. 27. 1. qui pro *patria* perierant, iis beatae in coelo ſedes erant decretae. 27. 2. vita *patriae* debetur. 27. 1. poſt *patriae* interitum vivere ſcelus habebatur. 27. 2.
Pauper de eo, qui medius eſt inter divitem & egenum. 92. 2.
Paupertas onus eſt graviſſimum. 95. 1. pro *egeſtate*. 95. 2.
Peccare omnibus hominibus proprium. 62. 1.
Pecora a ſacris excludenda. R. p. 426.
Pectus abundat. 278. 1.
Pellex probroſa fuit nec aram Junonis tangebat. R. p. 450.
Penetrare pro *penetrare velle*. 302. 2.
Penis & *venter* conjunguntur. 269. 2.
Per, *prae*, *praeter* permutantur in compoſitis, imo & licet non ſint compoſitae. 189. 2. & *pro* in compoſitis. 189. 2. 282. 2.
Perducere vitam. 244. 2.
Pericula certa. 122. 2.
Perlegere pro *curſim legere*. 230. 2. 231. 1.
Permiſce ultima brevi. 291. 1.
Perſpicere & *proſpicere* confund. 282. 1. *perſpicere* pro *diligenter animadvertere*. 282. 2.
Perſuade ultima brevi. 291. 2.
Pertemptatus pro *pertentatus*. 222. 1.
Pervidere pro *leviter adſpicere*. 231. 1.
Petere pro *adpetere*, *quaerere*. 275. 2. *Petere* vox forenſis. R. p. 478. *Qui petit*, dicitur *Actor*, *unde petitur*, *reus*, R. *ibid.*
Pherecides primus Philoſophorum ſoluta oratione ſcripſit. R. p. 407.
Philoſophi legerunt Moſis & Prophetarum Judaeorum ſcripta. R. p. 392. & 408. *Philoſophi* de Deo vera hauſerunt ex Divinis Judaeorum Scriptis. R. p. 392. *Philoſophorum* Scriptis recte accommodantur. SS. loca nonnulla. R. p. 392. *Philoſophorum* primus Pherecides ſoluta oratione ſcripſit. R. p. 407. *Philoſophi* multa Chriſtianis digna docuerunt. R. p. 411. *Philoſophi* quid de matrimonio ſenſerint. R. p. 457. *Philoſophi*

loſophi parum tenaces matrimonii. R. p. 441. *Philoſophorum* antiquorum Scripta carmine conſtabant. R. p. 407.

Pietas pro *officio*, quod patri debetur. 242. 1. differt a *reverentia*, quae matri praeſtanda. *ibid.*

Pignera & *pignora* diſtinguuntur. 317. 1.

Pila & *trocbus* differunt. 34. 1. & 2.

Placare ture ſacrificantium eſt. R. p. 432. *Placare fumo. ibid.*

Placidus & *placitus* permutantur. 299. 2. *placidus* de flumine, quod ſaevis undis non agitatur. 299. 2. & in genere quietis eſt Epitheton. 300. 1.

Placitus & *placidus* permutantur. 299. 2.

Plagia Scriptorum ſequiorum notata. R. p. 379.

Plena dignitas. 94. 1.

Plene pro *perfecte*, ut *plene laudare*, *plene noviſſe*. 94. 1.

Plorare pro *inclamare*. 234. 2. & *lacrimare* diſtinguuntur. 234. 2.

Pluralis numerus & *ſingularis* confund. 35. 2. 75. 1.

Plus pro *magis*. 271. 1.

Poëtae multa habent, quae negligenda ſunt. 232. 1. *Poëtae* nonnulli de Deo vera tradiderunt. R. p. 401. A *Poëtarum* lectione diſciplinas auſpicabantur in ſcholis pueri. R. p. 403. & praecipue a Virgilio. R. p. 414. *Poëtae* quando, & cur veniam a Diis precentur. R. p. 412. Cur fingant Imperio Deorum ſe canere. R. *ibid.* *Poëtae* cur Deos invocent. R. p. 413. *Poëta*, id eſt, *Homerus* aut *Virgilius*. R. p. 404. *Poëtae* qui in ſcholis enarrati. R. p. 403.

Πολλοὶ *promiſcua multitudo*. 198. 1. pro *ſtupidis*. 71. 1.

Πολύχρονος *longaevus*. 316. 1.

Pondera rerum, *operis* &c. 226. 1.

Pos pro *potis*. 287. 1. idque obſoletum, ſed tamen in compoſitis ſupereſt. 288. 1.

Poſſe pro *poſſe facere*. 302. 1. pro *potentia valere*. 134. 2.

Pontificibus an recte deligentur preces. R. p. 409.

Ποτὶ praepoſitivum. 68. 1.

Potentes de iis, qui gratia & auctoritate valent. 314. 2.

Potus pro *ebrio*. 185. 1.

Prae, *pro*, *per*. *praeter* in compoſitis permutantur. 189. 2. 270. 1. 282. 2.

Praebe ultima brevi. 290. 2.

Praefationes omittuntur in Cod. 2. 2. ab aliis adſcriptae. 5. 1. ſunt ſuppoſititiae. R. p. 377. 482.

Praeponere & *proponere* confund. 238. 1.

Praepoſitiones compoſitorum in Codd. ſaepius adduntur vel omittuntur. 194. 2.

Praeſens ſubjunctivi & *futurum* indicativi confund. 146. 2.

Praeſides Provinciarum non conjuges, ſed concubinas in Provinciis habebant. R. p. 450.

Praeſſe, *praerunt*, pro *praeeſſe* *praeerunt*. 102. 1.

Praeſtare & *promittere* opponuntur. 102. 2.

Praeter, *per*, *pro*, *prae* in compoſitis confunduntur, imo & licet non ſint compoſitae.

189. 2. 270. 1. 282. 2.
Praetorium. 24. 1. pro *auditorio judicum*. *ibid.* *ad Praetorium ſtare* quid. R. p. 475. An in *Praetorio* Romae cauſſae agitatae. R. p. 475.
Praevalidae vires. 271. 2.
Praevidere minus eſt, quam *providere*. 189. 2. & *providere* confund. 189. 1.
Prava & *injuſta* junguntur. 304. 2. & *recta* opponuntur. *ibid.*
Praetor emendabat jus ſub libera Rep. non etiam ſub oppreſſa. R. p. 509.
Primo pro *principio*. 267. 1.
Primus pro *praecipuo*, & eo, quod excellentia aliis ſui generis praevalet. 50. 1. & 2. 198. 2.
Principum adſeſſores Juriſconſulti. R. p. 478.
Pro, *prae*, *per*, *praeter* in compoſitis permutantur, imo & licet non ſint compoſitae. 189. 2. 270. 1. 282. 2.
Prodigo opponitur *parcus*. 197. 1.
Producere teſtes. 210. 2. *Producti* de iis, qui in conſpectum populi ducuntur. 210. 2.
Profeſti dies. 134. 1.
Promethei fabula unde orta. 196. 2.
Promittere ſpem. 79. 1. & *praeſtare* opponuntur. 102. 2.
Pronomina me, *te*, *ſe* infinitivis appoſita, ut vacare videantur. R. p. 505.
Prophetarum & Moſis ſcripta legerunt Philoſophi. R. p. 392.
Propriorum nominum ſyllabae an promiſcue olim fuerint uſurpatae. R. p. 483.
Proponere & *praeponere* confuſa. 288 1.
Proſpicere & *perſpicere* permiſcentur. 282. 1.
Providere & *conſulere* junguntur. 7. 2. plus eſt quam *praevidere*. 189. 2. & *praevidere* confunduntur. 189. 1.
Proximus Diis. 52. 2. *proximus* ex cognatis eſt, quem nemo antecedit. 139. 2. *proximi*, *amici* & *noti* diſtinguuntur. 139. 1.
Prudentia & *ſapientia* diſtinguuntur. 294. 1. 295. 1. *prudentiae* opponitur *ratio*. 254. 1.
Puer miſer. 26. 2. *pueri* Graecorum magiſtros vocabant ὑμετέρους. 14. 2. *pueris* olim Paedagogus dabatur. 13. 2.
Pulcerrima mors. 27. 2.
Purus animus. 48. 1. *purae manus*. *ibid.* *pura verba*. 332. 2. *pura mens* quae. R. p. 409.
Pythagorae ſententia de immolatione boum atque aliorum animantium expoſita. R. p. 434. *Pythagoreorum* dogmata an Chriſtianis placuerint. R. p. 434.

Q.

Q pro *qu* in MSS. 80. 2. *Qua* pro *qua parte*. 299. 2. & *qui* pro *quatenus*. 106. 1.
Quae, *quod*, *quos* permutantur. 20. 1. & *quo* confuſa. 148. 1.
Quaerere pro *adquirere*. 101. 2.
Quaeſitus pro *adquiſito*. 101. 2. 276. 2.
Quam tu & *quantum* confuſa. 84. 1.
Quantum & *quam tu* confuſa. 84. 1.
Qui, *quid* & *quo* permutantur. 277. 2. & *quia*. 184. 1. *qui* pro *cui* in Codd. 81. 1. 300. 2. &

2. & *qua* pro *quatenus*. 106. 1. *qui* ſexto caſu pro *qua*. 106. 1. *qui ipſe* emphaſin habet. 58. 2. *qui*, *quid*, *quem*, &c. ſaepius commutata. R. p. 507.
Quia & *qui* permutantur. 184. 1.
Quid & *quod* confuſa. 102. 1. 170. 2. 171. 2. 210. 1. *quid*, *qui*, & *quo* permiſcentur. 277. 2.
Quis, *aliquis* & *ecquis* commutantur. 81. 2.
Quisque pro *quicumque*. 69. 1.
Quo antique pro *cui*. 277. 2. *quo* & *quae* confunduntur. 148. 1. *quo*, *quid*, *qui* permixta. 277. 2.
Quod, *quos* & *quae* confund. 20. 1. & *quid*. 102. 1. 170. 2. 172. 2. 210. 1. *quod* elegantiae cauſſa interdum abundat. 144. 1. *Quod* pro *ut*. R. p. 451.
Quodcumque non *quodcunque*. 289. 1.
Quos, *quod*, & *quae* confuſa. 20. 1.
Quotidianus & *cotidianus* permiſcentur. 81. 1.
Quum & *dum* commutantur. 158. 1. & *cum*. 61. 1. 68. 2. 81. 1. 112. 2. 117. 2. 206. 1. *quum* an *cum* ſcribendum? 112. 2. *quum* pro adverbio temporis, *cum* pro praepoſitione. *ibid.* additur ſubjunctivo, & indicativo. 330. 1.
Quur & *cur* permutantur. 81. 1.

R.

Rabulae forenſes. 24. 1.
Rapere occaſionem. 324. 2.
Rara fides, *prudentia*, &c. 79. 2.
Ratio pro *conſilio*. 254. 1. opponitur *prudentiae* & *fortunae*. *ib.*
Re in compoſitione abundat. 85. 2. 117. 2. interdum ſimplicis ſignificationem fortius intendit. 86. 2.
Recedit & *receſſit* confuſa. 281. 2.
Recenſere pro *cenſere*. 82. 2.
Receſſit & *recedit* confuſa. 281. 2.
Recta & *prava* opponuntur. 304. 2. *Recti* mens conſcia ex praeceptis Stoicorum bonis eſt pro praemio. 89. 2.
Recte facere pro *bene*, *benevole facere*. 265. 2.
Redarguere pro *viciſſim arguere*. 117. 2.
Referebat & *refrenabat* permutantur. 264. 1.
Referre pro *narrare*. 176. 1. 182. 2. pro *apud animum ſecum reputare*. 176. 1. *referre gradum*. 264. 1. *amorem* ut *referre gratiam*. 39. 2. *numerum* pro *recenſere*, *enumerare*. 176. 1.
Refrenabat & *referebat* confuſa. 264. 1.
Regere pro *corrigere*. 229. 1. pro *moderari*. 229. 2. *regere* & *tegere* confuſa. *ibid.*
Regnum eſt, *regno potius*, proverbiales locutiones. 151. 1.
Relativa ſaepe ſunt generalia, nec ſubſtantivo praemiſſo conveniunt. 114. 2.
Repetitio ejusdem vocis frequens. 109. 1. 174. 2. 186. 1. 198. 1. 226. 1. & 2.
Repromittere. 100. 1.
Res & *ſpes* confund. 79. 1. *res ipſa*. 157. 1. *res* latius patet quam *cenſus*. 222. 1. & *fama* diſtinguuntur. 329. 2. *rem gerere*. 254. 1. *rei turpi* honeſtum opponitur. 118. 2.
Reſponde ultima brevi. 290. 1. 291. 2.

I N D E X

Reſpondere etiam tertiae conjugationis. 99. 2. 290. 1. *Reſpondere* de debitoribus, qui ad diem ſolvunt. 100. 1. pro *ad interrogata, verba proferre. ibid.* pro *votis optatis convenire. ibid.*
Retinere exiſtimationem pro *bonam famam ſervare*. 31. 1.
Reverentia matri eſt praeſtanda, a qua differt *pietas*, quae patribus propria. 242. 2.
Revocare gradum. 264. 1.
Ride ultima brevi. 291. 2.
Ridere pro *deridere*, *irridere*. 280. 1. *ridere*, *irridere*, *deridere* confunduntur. 32. 2. 280. 1.
Riſeris & *irriſeris* confuſa. 22. 1.
Rogare legem. 229. 2.
Romani duas vias emergendi habebant Juriſprudentiam & Eloquentiam. R. p. 474. *Romani antiqui* ex agris vivebant. R. p. 506. Dein etiam ex artibus & opificiis. *ibid.*
Rumor ſing. num. Poëtis frequens. 75. 2. 76. 1.
Rurſus pro *contra*, *viciſſim*. 264. 1. 324. 2. additur verbis ex *re* compoſitis. 86. 1.

S.

S. & *C.* confund. 180. 2. interdum eliditur. 187. 1. 188. 1.
Sacerdotibus preces ſceleratorum an ad Deum delegatae. R. p. 410.
Sacrificia & victimae parum probata Philoſophis. R. p. 398. Et Eruditioribus Gentilium. R. p. 398.
Salve ultima brevi. 290. 1.
Salutationum genera. 17. 1. & 2. R. p. 503.
Sana & *fama* confund. 212. 2.
Sanatus & *Sanctus* permutantur. 259. 1.
Sanctus & *Sanatus* conf. 259. 1. *Sanctus vir*, quis. *Sancta uxor* quae. R. p. 497.
Sapere de lingua & guſtu. 280. 1.
Sapientem ſine ulla animi indignatione mori ſtatuebant Stoici. 98. 2.
Sapientia & *prudentia* diſtinguuntur. 294. 1. 295. 1.
Sarisberienſis (*Joannes*) quando vixerit. R. p. 374.
Saturnii verſus priſcorum Romanorum. R. p. 385.
Scaevola pila luſiſſe dicitur. 216. 1.
Scelera expiari, pecude mactata, credebant Vett. 273. 2.
Scit tacere, *ſervare*, *contemnere*, &c. pro *tacet*, *ſervat*, &c. 55. 1. 285. 2.
Scholis (*in*) qui fuerit diſciplinarum tradendarum ratio R. p. 403. *In Scholis* a Poëtarum lectione diſciplinas pueri auſpicabantur. R. p. 403. *Scholis* (*in*) verſus & flores Poëtarum dictabantur. R. p. 405.
Scortationes adoleſcentium flagitio carebant. R. p. 447.
Scribere heredem. 218. 2. *ſcribendi* compendia errorum fontes fuerunt Librariis. 75. 2.
Scriptori recentiori antiquata non obtrudenda. 11. 1. 106. 1. 120. 2. 125. 2. 146 1. 288. 1. 331. 2. *Scriptorum* veram lectionem quae res potiſſimum corrupit. R. p. 378. *Scriptores* nulli corruptiores, quam qui in Scholis tractati. R. p. 378. *Scriptorum* nomina cur varie Libris inſcripta. R. p.

R p. 378. *Scriptorum* ſequiorum plagia notantur. R. p. 379. *Scriptorum Veterum* fragmenta hiulca unde. R. p. 407.
Se abundat. 69. 2. & *ſed* confund. 261. 2. *ſe ipſum* pro *ſe ipſe*. 261. 2.
Seculum pro *hominibus in ſeculo viventibus*. 60. 2.
Sed pro *ſed et*, *ſed etiam*. 297. 1. pro *at*, *attamen*. 317. 2. abundat, *ibid.* *ſed* cum *et* confund. 165. 2. 297. 1. & *ſe* permutantur. 261. 2.
Sedere judicum eſt. 24. 2.
Segnis de eo, qui ingenio caret. 214. 2.
Segnities ad animum, *ignavia* ad corpus refertur. 214. 2.
Semper eleganter interdum adhibetur. 292. 2. *ſemper-patientia*, *ſemper-lenitas*, *ſemper-avarus* per ἰφεν. 135. 2. 252. 2. *ſemper-referens*, &c. R. p. 492.
Semeſtria Principum quae. R. p. 509.
Seneca non fuit Auctor Diſtichorum. R. p. 373. *Seneca* creditur nonnulla a Chriſtianis didiciſſe. R. p. 392.
Senere verbum antiquum. 280. 2.
Senes bis pueri. 281. 1.
Sententiarum brevium ordo invertitur in Codd. 12. 2. *Sententiae* Dionyſio praefixae non omnes Dionyſii ſunt. R. p. 393. *Sententiae* Dionyſii lemmata Diſtichorum fuiſſe videntur. R. p. 394. *Sententia dia* an ſolius *Catonis*. R. p. 390. *Sententiae* Dionyſii omnium corruptiſſimae ſunt. R. p. 469. *Sententia Catonis* pro *ipſo Catone*. R. p. 502.
Sequi pro *avide quaerere per fas aut nefas*. 237. 1. *ſequuntur* & *ſequentur* confuſa. 237. 1.
SERENUS SAMONICUS non fuit Auctor Diſtichorum Dionyſii Catonis. R. p. 506.
Sermo pro *humilium hominum de re vili confabulatione*. 61. 2. *Sermone tacito loqui* pro *non clara voce loqui*. 88. 1.
Servare verecundiam. 19. 1. & 2.
Servii Commentarios auxit Donatus. R p. 379. *Servius* auxit Suetonii Commentarios de Vita Virgilii. R. p. 374. *Servius* & *Macrobius* fuerunt amici. R. p. 497.
Servus a *ſervando*. 322. 2. *ſervi* potius pecudum quam hominum numero habebantur. 324. 1. in uſus domeſticos emti tranſibant in familiam. 323. 1. *Servum augere*, id eſt, heredem inſtituere. R. p. 507. *ſervi* fiebant heredes ad cavendam infamiam. R. p. 508. *Servus* heres neceſſarius. R. p. 508.
Si cum indicativo & ſubjunctivo. 272. 2. pro *ſiquidem*, *quandoquidem*. 42. 2. 43. 1. 44. 1. omittitur. 316. 2.
Sibi ipſe non *ipſi*. 58. 2.
Sidera alia credebantur lacta & bona, alia mala. 200. 1.
Similare & *ſimulare* confund. 181. 2. *ſimilare* male pro *ſimulare*. 108. 2.
Similis ars. 108. 2. *ſimile* & *ſimules* permutantur. 108 1.
Simulare verbis. 106. 2. *ſimulare* & *ſimilare* conf. 181. 2. *ſimules* & *ſimile* permixta. 108. 1.
Singularis numerus pro *plurali*. 29. 1. Poëtis magis frequens eſt. 75. 2. 132. 2. 191. 2.

&

& *pluralis* numerus confund. 75. 1. 35. 2.
Sua correpta poſteriori. 310. 2.
Socius negotiorum. R. p. 511.
Societas quando ſolvenda. R. p. 312.
Socratis dictum expos. R. p. 413.
Somnia, ſub crepuſculo viſa, veriora putabantur. 202. 2. *Somniorum* fallacia auguria Chriſtianis Gentilibusque viſa. R. p. 422.
Somniare de iis plerumque noctu ſolent, quae interdiu magna cura agunt homines. 202. 2.
Somnus nimius fugiendus. 25. 2.
Sors ſuprema pro *hereditate*. 218. 1. *Sortem* ipſi ridebant ſapientiores ex Paganis. 171. 1. *Sortes Virgilianae* unde. R. p. 404. *Sors* quamcumque divinationem ſignificat. R. p. 412. *Sortes* cur *ſanctae*. R. p. 415. 116. 419. *ſors* pro *fortuna*. R. p. 507. Vid. *Divinationes*.
Spectare pro *cogitare*. 194. 2. & *exſpectare* confunduntur. *ibid.*
Speculum res feminarum. R. p. 497.
Sperare & *confidere* opponuntur. 201. 2. & *cupere* differunt. 202. 1. & *optare* differunt. *ibid.* *ſperare ſemper* magnae fuit indolis ſignum. 191. 2.
Spernere. 57. 2.
Spes & *res* confund. 79. 1. *ſpes deluſa*. 109. 2. *ſpem promittere*. 79. 1.
Spiritum Deum eſſe crediderunt Gentiles. R. p. 401.
Spondere etiam tertiae conjugationis. 290. 1.
Stare dicuntur cauſſarum Oratores. 24. 2. *Stare ad Praetorium*, quid. R. 476.
Stoici omne honeſtum utile cenſebant. 119. 1. mentem recte conſciam bonis eſſe pro praemio putabant. 89. 2. unum tantum Deum ſtatuerunt. 45. 1. Fortunae triſtes vices cavendo effugere conabantur. 90. 1. ſapientem ſine ulla animi indignatione mori ſtatuebant. 98. 2. *Stoici* quem Deum coluerunt. R. p. 400. *Stoici* multa Chriſtianis digna ſenſuerunt. R. p. 411. *Stoici* quid de divinatione ſenſerint. R. p. 412. *Stoicorum* nonnulla dogmata Chriſtianis placuerunt. R. p. 434. *Stoici* parum clementes uxoribus. R. p. 441.
Stolidus a *ſtolere*. 177. 1.
Studium exercere. 283. 2. *Studiorum literae*. 29. 2.
Stulta credulitas. 28. 1.
Sua & *aliena* opponuntur. 237. 2.
Sub eleganter interdum additur. 229. 1. vacat ſaepiſſime. R. p. 443.
Subcumbo & *ſuccumbo*. 226. 2.
Subinde pro *deinde*, *paullo poſt*. 315. 2.
Subſtantivo praemiſſo relativa ſaepe non conveniunt. 114. 1. a ſuis *ſubſtantivis* Epitheta non ſemper ſunt ſeparanda. 185. 2.
Succumbo & *ſubcumbo*. 226. 2.
Succurrere pro *in mentem venire*. 87. 2.
Suetonii Commentarios de Vita Virgilii auxit Servius. R. p. 374.
Sufferre pro *ſuſtinere*, *perpeti*. 173. 2.
Suffimenta. Vid. *Thymiamata*.
Συμπεριφέρεσθαί τινι. 38. 1.

Συν-

Συνίζησις. ejus exempla plura. 90. 2.
Superare pro *ſupereſſe*. 219. 2.
Superſtitionis Vires quantae. R. p. 419. *ſuperſtitio* vix legibus reprimitur. R. p. 417.
Suprema, id eſt, ſupremo aut noviſſimo loco. R. p. 507.
Supplica Deo vel ſimile initium omnis paraeneticae Poëſios. 12. 1.
Suſcipere & *ſuſpicere* confund. 252. 1.
Suſcipio & *ſuſpicio* permixta. 252. 1.
Suſpectus pro *ſuſpicaci*. 320. 2. 321. 1. & 2.
Suſpicere & *deſpicere* opponuntur. 250. 1. 252. 1. & *ſuſcipere* confund. 252. 1.
Suſpicio & *ſuſcipio* permutantur. 252. 1.
Suſtine ultima brevi. 291. 1.
Syllaba brevis caeſura producitur. 65. 1. 107. 2. 194. 1. 292. 1. 295. 2. 331. 2. *ſyllaba* natura longa interdum corripitur. 256. 1. & 2. *ſyllaba* initialis ſeq. vocis adhaeret fini praeced. 57. 1. & ultima praecedentis abſorpſit primam ſeq. 39. 2. *ſyllabas* diverſas in media voce Librarii interdum ſolent commutare. 251. 2.
Synalaepha a Poëtis interdum negligitur. 174. 1. 226. 1.
Syneſius per quem Deum jurarit. R. p. 400. *Syneſius* non vana arguit ſomnia. R. p. 422.
Syri mimi Sententiae unde. R. p. 405.

T.

T. & *D.* permutantur. 133. 2. & *F.* *ibid.*
Tabulae pro *teſtamenti tabulis*. 218. 2. *Tabulis notare* pro *ſcribere in teſtamento*. R. p. 507.
Tace ultima brevi. 290. 1. *tacere* non poſſe feminarum dicitur inpotentia. 240. 1.
Tacito ſermone loqui pro *non clara voce loqui*. 88. 1. *tacita ſuffragia* quae dicantur. 88. 2.
Tautologia Catonis vindicata. R. p. 459.
Tegere & *regere* confund. 229. 1.
Τελευτᾶν pro *mori*. 97. 2.
Temnere pro *contemnere*. 221. 2.
Tempus pro *occaſione*. 65. 2. 156. 2. pro *ſtatu & rerum mutatione*. 65. 2. pro *tempore opportuno*. 62. 2. R. p. 505. *in tempore* pro *opportune*. *ibid.* *Tempora* de tempore adverſo, calamitoſo. 199. 2. pro *aſtris, quae temporibus imperant*. *ibid.* *Tempora* interdum diverſa junguntur. 119. 2. *Tempora* pro *fortuna publica*. R. p. 505.
Temtare & *temptare*. 222. 2. 302. 1.
Temtata & *temptata*. 226. 1.
Temulentiam & ebrietatem cavebant Vett. 26. 2.
Tene ultima brevi. 291. 1.
Tenere linguam, *ora*, &c. 51. 2. an recte pro *tacere* dicatur. 51. 2. 52. 1. *ora tenere* dicitur pudor. 52. 1.
Tentare forum. 15. 2.
Ternarius antepenultima correpta. 257. 1.
Teſtes producere. 210. 2. *teſtes* dicuntur *adeſſe*. 23. 2.
Teſtamentis (*in*) ubi Heredum & ſubſtitutorum nomina ſcribebantur. R. p. 508.
Theodoſianum ſeculum bonos ſcriptores

ebant Vett.
nulla ſunt
n ſecundae
2. *verbum*
2.
mutantur.

19. 1. & 2.
143. 2.
multitudi-
83. 1.
112. *verum*
170. 2.
batur Ro-

4. 1.
arint Eru-
tiles. R. p.
crificia pa-
oſophis &
tilium. R.
lamnabant
R. p. 424.
placatur.

291. 2.
erdiae

intur. 126.
ndo, &c.
26. 2.
3. 2.
enar-
p.

...ημις. 33. 1. de viribus corporis. 167. 2. *Virtus Catonis* pro *Catone*. R. p. 502.

Vis eſt animi & corporis. 167. 1. pro *virtute*. *ibid.* & *conſilium* opponuntur. *ibid.* *Vis Herculis* pro *Hercule*. R. p. 502.

Vita pro *vitae genere*. 276. 1. pro *tempore vel ſeculo*. *ibid.* pro *hominibus, qui cum maxime vivunt*. 60. 1. *dubia vita*. 122. 2. *vitae exitus*. 98. 1. *vitae finis* pro *morte*. 96. 2. 97. 1. *vita* & *mores*. 60. 2. *vitam ducere*. 245. 1. *perducere*. 244. 2. *vita* debetur Patriae. 27. 1. *Vita* & *mores* quomodo differant. R. p 485.

Vitium & *morbus* differunt. 49. 2.

Vitulus pro *quaque victima*. R. p. 432. *Vitulorum* magna ſanctitas. R. p. 433.

Vivere pro *laetari*. 99. 1. *parce vivere* eſt *duriter vivere*. 178. 1. *vivere* poſt patriae interitum ſcelus habebatur. 27. 2. *vivere*, pro *jucunde vivere*. R. p. 460.

Ullus nec ſermonem inchoat, nec niſi in negatione, interrogatione, aut ſubjunctione adhibetur. 103. 1.

Umbra corporis de morte. 311. 1.

Ὕμνος 46. 2.

Umquam non *unquam*. 281. 2.

Unus pro *ſolo*. 161. 2. 198. 1.

Vocabula plurima active & paſſive ſumuntur. 140. 1. 321. 2. *vocabulis* interdum adſpiratio additur. 101. 1. 115. 1. 152. 1.

Vocativus. Vid. *Caſus*.

Voles & *velis* confunduntur. 204. 2.

Volun-

ptores protulit. R. p. 436.
Theognidis ſententiae corruptiſſimae. R. p. 466.
Theologorum nonnullorum Commentarii in Scriptores vetuſtos parum probati. R. p. 391.
Thymiamata nulla in Eccleſia Vetere. R. p. 419.
Thus an *tus*. 312. 1. Vid. *Tus*.
Tibi abundat. 116. 1. *tibi tu* elegans geminatio. 57. 2. 82. 1. 120. 2.
Timere & *metuere* differunt. 14. 1.
Timidis nulla quies. 322. 1.
Τὶς & τις *quandoque*. 68. 1.
Tmeſis frequens eſt. 176. 1.
Τόπος an Graecis pro καιρῷ uſurpetur. 181. 2.
Traducere & *deducere* confund. 244. 2.
Traduci & *deduci* permiſcentur. 148. 2.
Tranſire in iram. 263. 2.
Trochus. 35. 1. & *turbo* differunt. 34. 1. & 2. *Trochi luſus* non pueris tantum, ſed & Viris conveniebat. R p. 471.
Tu additur verbo ſecundae perſonae. 288. 2. *tu ipſe*. 58. 1. 59. 1. 84. 1. 101. 1. *tibi tu* elegans geminatio 57. 2. 82. 1. 120. 2. *tu tua* elegans geminatio. 57. 2. *tu te*, *tute* & *tuto* confund 28. 2. 248. 2.
Tullius non fuit Auctor Diſtichorum *Catonis*. R. p. 373.
Tunc & *cum* conjunguntur. 113. 1.
Turificatorum magna infamia in Eccleſia Chriſtiana. R. p. 431.
Turpes jacturae. 309. 2. *turpi honeſtum* opponitur. 118. 2. *turpis* de nefando amore. R. p. 497.
Tus an *thus*. 312. 1. *Tus* quando in Sacris adhiberi coeptum. R. p. 426. digitis tribus tenebatur. R. p. 427. a *ture* abhorruerunt Chriſtiani. R. p. 430. ſeq. *Tus* olim ignotum Sacris. R. p. 426. *Turis grana tria*, ſollemne Sacrum. R. p. 427. *Ture* placare Sacrificantium eſt. R. p. 429. *Turis* uſus nullus in Sacris Chriſtianis. R. p. 444.
Turariorum invidia in Eccleſia. R. p. 431.
Tuto, *tute* & *tu te* confuſa. 28. 2. 248. 2.

V.

V. & *B*. confunduntur. 89. 2. 307. 1.
Vale ultima brevi. 290. 1.
Vates conſulebantur, *non etiam* à ſapientioribus. R. p. 420.
Vaticinia Rom Legibus improbata. R. p. 418.
Vaticinia. Vid. *Divinatio*.
Vela tendere, *intendere*, &c. 303. 2.
Velis & *voles* confund. 204. 2.
Velle abſolute ponitur intellecto infinitivo ſenſui conveniente. 302. 1.
Veniam a Diis petebant etiam innocentes. 13. 1.
Venter & *libido* conjunguntur. 269. 2. & *penis*. *ibid*.
Ventoſus. 103. 1. pro *mobili*, *inconſtanti*. 103. 2.
Verba pura. 332. 2. *verba* & *verbera* confund. 262. 1. *verborum* naturalis ordo interdum confunditur. 217. 1. 317. 2. *verbis ſimulare*. 106 2. *contendere*, *certare*. 70. 2. 169 1. *verbis rogare*. 71. 1. *verbis* male

,e ominatis abſtinebant Vett. 96. 2. *Verba* nonnulla ſunt tam tertiae, quam ſecundae conjugationis. 99. 2. *verbum* & *verum* conf. 70. 2.
Verbera & *verba* permutantur. 262. 1.
Verboſi homines. 70. 1.
Verecundiam ſervare. 19. 1. & 2.
Vergilius & *Virgilius*. 143. 2.
Verſari in periculis de multitudine periculorum. 123. 1.
Verus pro *veridico*. 70. 2. *verum* & *verbum* confund. 70. 2.
Veſtitus qualis probatur Romae. R. p. 499.
Via ὑποτύπωσις, μέθοδος. 4. 1.
Victimas quales probarint Eruditiores inter Gentiles. R. p. 397. *Victimae* & ſacrificia parum probata Philoſophis & Eruditioribus Gentilium. R. p. 398. *Victimas* damnabant nonnulli gentiles. R. p. 424. Victimis Deus non placatur. R. p. 424.
Vide ultima brevi. 289. 2. 291. 2.
Videre veteribus etiam tertiae conjugationis. 298. 2.
Videri pro *eſſe*. 118. 1. abundat. 235. 2. *videtur eſſe* frequens *Ciceroni*. 105. 2. R. p. 479.
Vince & *cede* permutantur. 126. 2. 133. 2.
Vincere ferendo, *durando*, &c. 134. 1.
Vinum aqua miſcebant. 26. 2.
Vires praevalidae. 27. 2.
Virgilius & *Vergilius*. 143. 2. inter Poëtas praecipue enarratus pueris in Scholis. R. p. 404. *Virgiliani Centones* & *ſortes Virgilianae* unde. R. p 404.
Virtus facultas, induſtria, δύναμις. 33. 1. de viribus corporis. 167. 2. *Virtus Catonis* pro *Catone*. R. p. 502.
Vis eſt animi & corporis. 167. 1. pro *virtute*. *ibid.* & *conſilium* opponuntur. *ibid.* *Vis Herculis* pro *Hercule*. R. p. 502.
Vita pro *vitae genere*. 276. 1. pro *tempore vel ſeculo*. *ibid.* pro *hominibus*, *qui cum maxime vivunt*. 60. 1. *dubia vita*. 122. 2. *vitae exitus*. 98. 1. *vitae finis* pro *morte*. 96. 2. 97. 1. *vita* & *mores*. 60. 2. *vitam ducere*. 245. 1. *perducere*. 244. 2. *vita* debetur Patriae. 27. 1. *Vita* & *mores* quomodo differant. R. p. 485.
Vitium & *morbus* differunt. 49. 2.
Vitulus pro *quaque victima*. R. p. 432. *Vitulorum* magna ſanctitas. R. p. 433.
Vivere pro *laetari*. 99. 1. *parce vivere* eſt *duriter vivere*. 178. 1. *vivere* poſt patriae interitum ſcelus habebatur. 27. 2. *vivere*, pro *jucunde vivere*. R. p. 460.
Ullus nec ſermonem inchoat, nec niſi in negatione, interrogatione, aut ſubjunctione adhibetur. 103. 1.
Umbra corporis de morte. 311. 1.
Ὕμνος. 46. 2.
Umquam non *unquam*. 281. 2.
Unus pro *ſolo*. 161. 2. 198. 1.
Vocabula plurima active & paſſive ſumuntur. 140. 1. 321. 2. *vocabulis* interdum adſpiratio additur. 101. 1. 115. 1. 152. 1.
Vocativus. Vid. *Caſus*.
Voles & *velis* confunduntur. 204. 2.

Volun-

INDEX &c.

Voluntas & *voluptas* permutantur. 197. 2. 267. 2. 297. 1.
Voluptas & *voluntas* permiſcentur. 197. 2. 267. 2. 297. 1.
Vox eadem ſaepius repetitur. 109. 1. 174. 2. 186. 1. 198. 1. 226. 1. & 2. *voces* praepoſitivae & poſtpoſitivae. 68. 1.
Ὕποπτος active & paſſive. 320. 2.
Urbanus eſt media vox. 233. 2.
Urge ultima brevi. 290. 2.
Urguere pro *urgere*. 132. 2.
Uſque pro *ſemper*. 242. 2.
Uſus & *cura* diſtinguuntur. 284. 1. 293. 2.
Ut & *cum* confunduntur. 65. 1. interdum omittitur. 87. 2. pro *quamvis*. 322. 2.
Uti fore. 15. 1. *Uti virtute*, id eſt, exercere & praeſtare virtutem. R. p. 504.
Uxor moleſta quae. R. p. 439. *Uxorem* quando repudiare licuit. R. p. 438. *Uxorum* jura quando aucta. R. p. 440. *Uxores duas* Valentiniani tempore Romae habere licuit. R. p. 455. *Uxorem* quo jure Cato minor alii commodaverit. R. p. 441.

FINIS.

INDEX

INDEX II.

AUCTORUM,

TAM ANTIQUORUM, QUAM RECENTIORUM,

QUI IN NOTIS ET RESCRIPTIS BOXHORNIO EMENDANTUR, NOTANTUR, AUT INLUSTRANTUR.

A.

ACcius expoſ. R. p. 413.
Aggenus Urbicus exp. R. p. 3. 2. 491. 319. 1.
Alcimus Avitus def. 256. 1. laud. 163. 2.
Anacreon laud. 312. 2.
Anonymus Ravennas tent. R. p. 389.
Antoninus Imp. expoſ. R. p. 413.
Apulejus laud. 321. 1. Emend. R. p. 398.
Arntzenius (*Joannes*) laud. 50. 2. 159. 2. 194. 2.
Arrianus expoſ. R. p. 433.
Auctor de diſciplina Scholarium. laud. 248. 1.
—— Panegyrici Conſtantino & Maximiano dict. exp. R. p. 447.
—— Vitae Caroli M. emend. 164. 2.
Avianus expoſ. R. p. 490.
Auguſtinus expoſ. R. p. 411.
Aurelii Victoris Epitom. expoſ. R. p. 510.

B.

BArthius notatus. 126. 1.
Boiſſardus notatus. 311. 1.
Boxhornius refutat. 90. 1. 94. 2. 96. 1. 128. 2. 198. 1. 201. 2. 224. 2. 258. 1. 274. 1. 285. 2. 292. 2. 312. 1.
Broukhuſius laud. 145. 2.
Buchnerus (*Auguſtus*) laud. 55. 1.
Burmannus (*Petrus*) laud. 199. 2.
———— (*Petrus*) *Junior* laud. 3. 2. 318. 2. 319. 1.
———— (*Caſparus*) laud. 35. 1.

C.

CAtonis (*Dionyſii*) SENT. BREV. I. expoſ. R. p. 474. VIII. & XLIII. illuſtr. R. p. 376. IX. expoſ. R. p. 497. X. expoſ. R. p. 503. XXIV. & XXV. expoſ. R. p. 474. XXXII. expoſ. R. p. 504. XXXIX. expoſ. R. p. 477. XL. expoſ. R. p. 478. XLIV. expoſ. R. p. 504. & LVI. emend. R. p. 480.
Ejusdem LIB. I. Diſt. I. expoſ. R. p. 395. & 409. Diſt. II. expoſ. R. p. 511. Diſt. V. expoſ. R. p. 485. Diſt. VII. expoſ. R. p. 504. Diſt. IX. expoſ. R. p. 505. & p. 511. Diſt. XIII. tent. & expoſ. R. p. 405. Diſt. XXI. expoſ. R. p. 505. Diſt. XXII. expoſ. R. p. 461. Diſt. XXVIII. expoſ. R. p. 506. & p. 556. Diſt. XXXI. expoſ. R. p. 478. & 479. Diſt. XXXIII. expoſ. R. p. 487. Diſt. XXXV. tent. R. p. 486. Idem expoſ. R. p. 510. Diſt. XXXVII. lect. vind.

R. p. 489. Diſt. xxxix. expoſ. R. p. 486. Diſt. xl. expoſ. R. p. 510.
Ejuſdem Lib. ii. Diſt. ii. expoſ. R. p. 413. Diſt. iii. expoſ. R. p. 461. Diſt. x. expoſ. R. p. 488. Diſt. xii. expoſ. R. p. 412. Diſt. xiii. expoſ. R. p. 488. Diſt. xvii. expoſ. R. p. 487. Diſt. xx. expoſ. R. p. 492. Diſt. xxiv. tent. R. p. 506. atque iterum R. p. 512. Diſt. xxv. exp. R. p. 506. Diſt. xxx. expoſ. R. p. 492. Iterumque p. 505. Diſt. xxxi. expoſ. R. p. 421.
Ejuſdem Lib. iii. Diſt. i. expoſ. R. p. 465. Diſt. vi. expoſ. R. p. 407. atque iterum p. 492. Diſt. ix. tent. R. p. 507. Diſt. xii. expoſ. R. p. 505. Diſt. xiii. expoſ. R. p. 437. Diſt. xvii. tent. R. p. 508. Diſt. xxi. emend. R. p. 441. Diſt. xxiv. expoſ. R. p. 442. Diſt. xxv. expoſ. R. p. 442. Iterumque p. 510.
Ejuſdem Lib. iv. Diſt. ii. expoſ. R. p. 464. Diſt. iv. correct. & expoſ. R. p. 493. Diſt. viii. expoſ. R. p. 487. Diſt. xiv. expoſ. R. p. 423. Diſt. xviii. expoſ. R. p. 425. Diſt. xxii. expoſ. R. p. 459. Diſt. xxxvi. expoſ. R. p. 479. Idem tentat. R. p. 511. Diſt. xxxviii. expoſ. R. p. 399. Diſt. xxxix. R. p. 479. Diſt. xlii. expoſ. R. p. 509. & Diſt. xlvii. expoſ. R. p. 445.
Cannegieterus (*Henricus*) laud. 31. 2. 61. 2. 174. 1.
Catalecta Veterum Poëtarum expoſ. R. p. 413. emend. R. p. 462.
Cicero inluſtratus. 29. 1. 100. 2. defenſ. 184. 1. emend. 139. 2. 188. 1. 245. 1. expoſ. R. p. 409. & R. p. 410. expoſ. R. p. 507. emend. R. p. 481. & 490.
Codex Juſtinianeus emend. 252. 1. Vera lectio adſerta. R. p. 443. expoſ. R. p. 508. iterum. *ibid.* Vera lectio adſerta. R. p. 490.
Codex Theodoſianus expoſ. R. p. 439.
Corderius notat. 34. 1.
Cortius laud. 98. 1.
Cuperus (*Gisbertus*) laud. 44. 1.
Curtius emend. 252. 1.

D.

Dionyſius Cato. Vid. *Cato.*
Drakenborchius (*Arnoldus*) laud. 211. 2. 222. 2.
Drepanius Florus def. 108. 1.
Dreuxius laud. 106. 1.
Dukerus (*Car. Andr.*) laud. 31. 2.

E.

Egeſippus emend. 27. 1. 48. 2. 86. 1. 94. 1. 129. 1. 134. 1. 197. 2. 222. 2. 237. 2. 252. 1. 264. 1. 297. 2. explic. 71. 1. def. 99. 2. 100. 2.
Eobanus Heſſus def. 291. 1.
Epictetus exp. R. p. 414. & 427.
Epiphanius emend. 43. 1.
Erasmus laud. 154. 2.
Eutropius vind. 253. 1.

F.

Feſtus emend. 51. 1.
Florus emend. 97. 2. 269. 2. explic. 303. 2.
Friſchlinus notat. 57. 1.
Fulgentius emend. 196. 2.

G.

AUCTORUM.

G.

GEllius vind. 39. 1. emend. 119. 1. & ſemel iterumque in R. p. 440.
Gemma expoſ. R. p. 461.
Giſanius notat. 159. 1.
Gloſſae Iſidori emend. 288. 1. laud. 319. 1. Vid. *Iſidori gloſſae.*
Graevius (*Joan. Georg.*) laud. 123. 1.
Gratius defenſ. 290. 2.
Gronovius (*Joan. Fred.*) laud. 132. 1.
Grotius (*Hugo*) laud. 238. 2. 324. 1.

H.

HAgenbuchius (*Joan. Gaſpar.*) laud. 11. 2. 143. 2. 331. 1. 334. 1.
Hegeſippus. Vid. *Egeſippus.*
Herodotus expoſ. R. p. 413.
Heſiodus emend. 18. 1.
Homerus emend. 221. 1.
Horatius def. 218. 1. 277. 1. emend. 259. 2.

I.

INſcriptiones emendatae ſemel atque iterum. R. p. 369. *Inſcriptiones* expoſitae. R. p. 456. iterum R. p. 491. 494. 495. & 511.
Inſtitut. Juſtin. tentat. R. p. 399. Vid. *Cod. Juſtinianeus.*
Interpres S. S. *vetus* expoſitus. R. p. 490.
Iſidori Gloſſae. Vid. *Gloſſae. Iſidorus* plagiarius. R. p. 379. Exp. R. p. 416.
Julianus expoſ. R. p. 411.
Juſtinus def. 97. 2. emend. 194. 2.
Juvenalis exp. R. p. 502.
Juvencus emend. 312. 2. expoſ. R. p. 439.

L.

LAberius expoſitus. R. p. 490.
Lactantius emend. R. p. 398.
Lampridius exp. R. p. 450.
Livius def. 77. 1. 207. 1. 270. 2. emend. 79. 1. 252. 1. notat. 99. 2.
Lucanus def. 77. 1.
Lucilius exp. R. p. 490.
Lutatius notat. 289. 2.

M.

MAcrobii plagium notatum. R. p. 379.
Malſcius (*Joann. Caſp.*) notat. 15. 2. 25. 1. 65. 2. 90. 1. 115. 2. 194. 1. 241. 1. 269. 1. 297. 1. 303. 2. 331. 2.
Martialis defenſ. 290. 1.
Minutius Felix laud. 188. 1.

O.

OPitius notat. 280. 2.
Oroſius emend. 222. 2.
Ovidius def. 50. 2. 120. 2. 175. 2. 299. 2. emend. 48. 1. 107. 2. 215. 1. 251. 2. 298. 2. explic. 303. 1. Ovidii Lectio adſerta. R. p. 432.

P.

PAndectae expl. 139. 2. exp. R. p. 440. & 450. & 454. & 446. & R. p. 448. iterum R. p. 486.
Paulli Sententia Lib. II. Tit. XX. exp. R. p. 447.
Pelſius (*Guſt. Fred.*) laud. 39. 1.
Perſius laudatus. R. p. 409.
Petronius notat. 259. 2. expoſ. R. p. 410.
Phaedrus explic. 272. 1. expoſ. R. p. 410.
Pindari Scholiaſtes notat. 12. 1.

INDEX II. AUCTORUM.

Pitiſcus (*Samuel*) laud. 35. 1.
Planudes notat. 26. 1. 32. 2. 33. 2. 34. 1. 35. 2. 38. 1. 84. 2. 94. 2. 109. 1. 110. 1. 116. 2. 121. 2. 124. 1. 127. 1. 129. 2. 136. 1. 142. 1. 157. 2. 167. 2. 169. 1. 172. 1. 179. 1. 184. 2. 188. 1. 190. 1. 192. 2. 195. 1. 210. 1. 214. 1. 218. 1. 219. 1. 220. 1. 227. 2. 230. 2. 233. 1. 236. 2. 238. 1. 246. 1. 253. 2. 254. 1. 255. 2. 262. 1. 265. 1. 266. 1. 267. 1. bis. 268. 1. 271. 2. 274. 2. 276. 2. bis. 277. 2. 278. 1. 281. 2. 284. 2. 286. 2. 289. 1. 298. 1. 303. 1. 305. 1. 306. 2. 310. 1. 314. 1. 315. 1. 316. 1. 317. 1. 318. 1. 322. 2. 324. 2. 329. 2. 332. 1.
Plautus expoſ. R. p. 440.
Plinius Junior def. 332. 2.
Propertius emend. 290. 1. exp. R. p. 490.
Proſper Aquitanus laud. 97. 1.
Prudentius emend. 290. 1. exp. R. p. 432.

Q.

QUeroli (Auctor) expoſitus. R. p. 394. & p. 479.

R.

RAvennas Anonymus tentatus. R. p. 389.
Reineſius (*Thomas*) laud. 50. 2.
Reitzius (*Joann. Fred.*) laud. 139. 2. 275. 2.
Riga (*Petrus de*) emend. 291. 1.

S.

SErvius ſuppletus. R. p. 497.
Salluſtius def. 72. 2. emend. 278. 2. Expoſ. R. p. 411.
Sariſberienſis (*Joannes*) emend. R. p. 375.
Scaliger laud. 126. 1.
Scholiaſtes Pindari not. 12. 1.
——— *Statii* not. 289. 2.
Scriverius (*Petrus*) laud. & not. 318. & 319.
Scriptorum ſequiorum plagia notata. R. p. 379.
Seneca Tragicus def. 165. 2. *Seneca* exp. R. p. 413. *Sententia* Dionyſii, *Magiſtrum metue* tentata. R. p. 470.
Serenus Samonicus tent. R. p. 505.
Silius def. 77. 1.
Stephanus (*Henricus*) laud. 66. 2.
Suetonius emend. 165. 1. exp. R. p. 490.
Sulpiciae verſus exp. R. p. 501.

T.

TAcitus tentatus. R. p. 494. exp. R. p. 505.
Terentius def. 316. 2. exp. R. p. 403. Iterum R. p. 410. & p. 487.
Tertullianus expoſ. R. p. 430.
Theocritus laud. 191. 1.
Tibullus def. 175. 2. expoſ. R. p. 490.

V.

VAlerius Maximus not. 77. 2. expl. 229. 2.
Valerius Flaccus exp. R. p. 442.
Verratus not. 228. 2.
Vindiciani Comitis Epiſtola tentata R. p. 382.
Virgilius expl. 52. 1. 278. 2. def. 107. 2. emend. 80. 1. 187. 2. exp. R. p. 413. *Virgilii* loca multa expoſita. R. p. 489. 490.
Vlitius notat. 126. 2.
Vopiſcus expoſ. R. p. 410.
Vorſtius laud. 159. 1.
Voſſius (*Gerh. Joann.*) laud. 70. 1.

W.

WIntonienſis (*Godfr.*) laud. 73. 1.

A D-

ADDENDA ET EMENDANDA.

IN TEXTU GRAECO.

Pag. 35. Br. Sent. XLVIII. Scal. lege: κυβείᾳ P. 71. Diſt. XI. Plan. ✝. 2. lege: ὡς μὴ P. 111. Diſt. XXVII. Plan. ✝. 2. lege: Ὅτι P. 143. Prooem. Plan. ✝. 1. lege: ἐθέλεις P. 149. Praef. Plan. ✝. 3. lege: Ὧν διὰ, P. 135. Diſt. XXII. Scal. ✝. 1. lege: ἑταίρων· P. 217. Diſt. IX. Plan. ✝. 2. lege: αὔξων P. 245. Prooem. Plan. ✝. 1. lege: ἱρὸν ἴσχεις, P. 293. Diſt. XXVI. Plan. ✝. 1. lege: τἀναντία P. 301. Diſt. XXXII. Plan. ✝. 1. ἄχθη

IN NOTIS.

Pag. 1. Col. 2. ✝. 20. lege: *Ego autem et* perito P. 5. C. 1. ✝. 2. lege: *non multo aliter* P. 7. C. 2. ✝. 7. lege: O-ptimi qui-que P. 11. C. 2. ✝. 18. lege: *per* e *in*

Pag. 45. C. 1. ✝. 11. *poſt* expreſſerunt. adde: Et tunc vox ea de quocumque Deo, qui rei vel operi, quo de agitur, praeeſt, intelligitur. Vid. Magnum Burmannum ad Faliſci Cyneg. ✝. 550.

Pag. 45. Col. 2. ✝. 12. lege: diſputantem, P. 55. C. 1. ✝. 31. lege: videtur enim P. 59. C. 2. ✝. 6. lege: i-pſum P. 69. C. 1. ✝. 4. lege: ne-ſcio, P. 79. C. 1. ✝. 12. lege: Praeterea P. 86. C. 1. ✝. 18. lege: poſt medium P. 90. C. 1. ✝. 33. lege: *praeparatum* P. 97. C. 2. ✝. 24. lege: nominis βίῳ. P. ead. C. 2. ✝. 27. lege: Berneſium ad Anacr.

Pag. 122. C. 2. ✝. 17. poſt *cernitur.* Adde: Vid. Terent. Prol. II. Hecyr. ✝. 8.

Pag. 127. Col. 1. ✝. 14. lege: toties de his P. ead. C. 2. ✝. 5. lege: Ovid. Lib. 1. ex Pont. P. 137. C. 1. ✝. 39. lege: loco modo a Barth. laud. Cap. CXIX. P. 147. C. 1. ✝. 3. lege: Si quid P. 149. C. 1. ✝. 1. lege: *Si quis in hoc artem populo* P. 161. C. 2. ✝. 11. lege: Lib. II. & IV. XLV.

Pag. 163. C. 1. ✝. 15. ubi poſt vocem *calumniae* adde: Vid. Pacat. in Paneg. p. 96. 6. ibique notas Fraternas.

Pag. ead. C. 1. ✝. 22. poſt notam Scaligeri, adde: Vid. quae ſupra dixi Lib. 1. Diſt. VII.

Pag. 202. Col. 1. ✝. 5. lege: verae lectionis P. 207. C. 1. ✝. 4. lege: Dilige *non aequa caros* &c. P. 288. C. 2. ✝. 23. lege: *Dona praeſentis horae* P. 226. C. 1. ✝. 17. lege: Lib. II. Triſt. ✝. 237. P. 237. C. 2. ✝. 12. lege: apud Terent. P. 248. C. 1. ✝. 11. lege: arbitrabatur P. 249. in fine, lege: FINIS PRAEF. LIB. IV. P. 250. C. 1. ✝. 11. lege: perperam P. 252. C. 1. ✝. 13. lege: Hinc emendanda P. 274. C. 2. ✝. 21. lege: Re-ſcript. P. ead. C. 2. ✝. 38. lege: ἕνεκα. P. 276. C. 2. ✝. 15.

ADDENDA ET EMENDANDA.

℣. 15. lege: *quæſitis* P. 278. C. 2. ℣. 5. lege: vehementiorem P. 286. C. 1. ℣. ult. lege: Sall. Catil. P. 296. C. 1. ℣. 27. lege: opponantur, p. 326. C. 1. ℣. 14. lege: Corn. Vd. Vonck, P. 333. C. 2. ℣. 33. lege: quam horum Librorum

IN DISSERT. BOXHORNII.

Pag. 358. ℣. 19. lege: Diſt. XII. Lib. II.

IN RESCRIPTIS BOXHORNIO.

Pag. 372. ℣. 12. lege: *Uticenſi egiſſet Gloſſator*, P. 374. ℣. 24. lege: aliquid turbae P. 377. ℣. 33. lege: tametſi propius P. 383. ℣. 9. lege: uſurpatam P. 385. ℣. 38. lege: ducunt; P. 388. ℣. 17. lege: Miſcellaneorum P. 399. ℣. 2. lege: fuit *co*, P. 401. ℣. 5. lege: Antoninus Imperator P. 407. ℣. 37. lege: Virgilii P. 417. ℣. 7. lege: Atque ut intelligas P. 451. ℣. 39. lege: ante Conſtantinum P. 453. ℣. 33. lege: aut negent, P. 457. ℣. 17. lege: tametſi Antoninum, P. 465. ℣. 36. lege: *ſonis adſtrinxerit*, P. 472. ℣. 15. lege: ille fuit, P. 473. ℣. 14. lege: *in Provinciis erat*, Pag. 479. ℣. 11. poſt Diſt. XXV. Adde: Lib. 1. P. 488. ℣. 32. lege: *ii concoxerunt*,

F I N I S.



UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 06303 2083